image not available

37
15 D
2

Digitized by Google

SANCTI
CYRILLI
ALEXANDRIÆ
ARCHIEPISCOPI
OPERA, GRÆC. LAT.

BIBL. FONSEC. ARACOELI

S. P. N.

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI OPERA

IN VI. TOMOS TRIBVTA.

Cura & ſtudio JOANNIS AVBERTI *Laudunenſis Eccleſiæ Preſbyteri Canonici, & in Schola Pariſienſi Laudunenſis Collegij Magiſtri, ac Interpretis regij.*

TOMVS PRIMVS.



LVTETIÆ, M.DC. XXXVIII.

REGIIS TYPIS.

EX PRIVILEGIO REGIS.

37-15-D-2

Digitized by Google

EX EDITIONE LATINA LIBR.
DE ADORAT. IN SPIRITV ET VERITATE.
ADMONITIO ANTON. AGELLII AD LECTOREM.

BEATI CYRILLI *de adoratione in Spiritu & Veritate libros cum*
Lugdunum imprimendos miſiſſem, adeo male non modo imprimentis
negligentia, verum etiam corrigentis culpa accepti fuerunt, vt innu-
meris mendis pleni, & quod mihi moleſtius fuit, adnotatiunculis
marginibus additis reſperſi eſſent, quas neque ego miſeram, neque fe-
ceram: & ita ineptæ & abſurdæ erant, vt alicubi ne auctoris qui-
dem ſanctiſſimi & eruditiſſimi viri nomini parcerent. Quod vbi con-
ſpexi, totam illam Lugdunenſis impreſſionis cogitationem abieci. Sed hortantibus poſtea
eruditis viris, mecumque beneuolentia coniunctis, & præcipue illorum adhortationem
illuſtriſſimo ampliſſimoque Card. CARAFA, *cuius iuſſu ac voluntate illos conuer-*
teram, approbante, vt vitia ſuperioris impreſſionis emendarem, alteram vt dicitur naui-
gationem ſuſcepi, & ad incudem illam impreſſionem reuocaui, curauique vt denuo libri
emendatiores imprimerentur. Habes, Lector, Romanæ huius impreſſionis cauſam. Nunc
mihi ratio exponenda eſt, quam in interpretando ſum ſecutus.

Ego cum viderem in externorum ſcriptis transferendis fidem interpretis requiri, atque
eam abunde præſtari, ſi quod in permutandis nummis vſu venire ſolet, æſtimatio ſententiæ
tantundem valens reddatur, non ſcrupuloſe verba numerentur; mediam quandam viam
mihi ingrediendam putaui, vt ſententiam auctoris ita redderem, vt neque illam ſolum ſpe-
ctans verba contemnerem, neque rurſus verbis pluſquam opus eſſet adhæreſcens, obſcurus
eſſem. Neque vero Latina verba illa tantum putaui, quæ apud linguæ ſummos auctores
reperiuntur; nam illa ſcribendi anxia nimis & ſcrupuloſa ratio in ijs ſcriptis, quæ ad Reli-
gionem pertinent, non vſquequaque ſeruari poteſt; religione enim quadam verborum ad-
ſtrictus tenetur interpres, adeo vt ſi elegantius transferre velit, neque certis quibuſdam vti
verbis atque ſolennibus, plerumque ſententiam obſcuret, dum Chriſtianis abiectis cultio-
ra fortaſſe quærit; ſæpe ſimplicitatem illam Chriſtiani ſcriptoris à fucis alienam parum re-
ferat; nonnumquam etiam, quod caput eſt, decreta quædam noſtræ fidei violet. Quam-
obrem auctoris ſenſum ita conatus ſum transferre, vt ſimplicibus verbis, & à conſuetudi-
ne Chriſtiana minime alienis vterer; curauique quantum potui, ne in eo legendo Chriſtia-
nus Lector in auctoris ſententia mores auctoris deſideraret. Hactenus de meæ interpretatio-
nis ratione. Nunc de operis Auctore pauca dicenda ſunt.

Cyrilli hoc opus eſſe, qui in eius ſcriptis perlegendis ſit verſatus, puto dubitaturum nemi-
nem; idque non ex inſcriptione ſolum cognoſci poteſt, quæ in omnibus quos videre potui
manuſcriptis libris prænotata eſt, verumetiam ex elocutionis genere cum cęteris eius libris
quamſimillimo. Habet enim Cyrillus, vt ſcriptores omnes, ſuam quandam orationis for-
mam ac faciem; quam, vt in ipſa vultus humani ſpecie vſu venit, haud facile in alio de-
prehendas: eaque in latino quoque, ſed facilius ac certius in græco perſpicitur. Accedit al-
terum argumentum, quod eædem ſententiæ ac dogmata, quibus in his libris vtitur, in alijs
item eius libris, de quibus nulla eſt controuerſia, leguntur. Longum vero eſſet, neque neceſ-

Digitized by Google

ſarium, ſi eas omnes ſententias perſequi velim: ſatis erit ad eam rem demonſtrandam vnum aut alterum exemplum commemorare. Ne longius abeam, quod in primo libro poſuit, ſubſtantialiter ex Patre & Filio procedere Spiritum ſanctum, nonne Cyrillum auctorem coarguit? quo ex græcis doctoribus nemo dogma hoc apertius protulit. nam eandem ſententiam cum alibi, tum in Theſauro libro 13. legimus, capite & 2. & 3. itemque lib. 14. cap. 1. & in Ioannem lib. 10. cap. 33. Inſufflationem deinde ſpiritus ſancti in hominis corpus è limo formatum, vt Geneſeos ſecundo legimus, id effeciſſe Cyrillus putat, vt Spiritus ſancti munere animam decoraret. Hanc ſententiam in libro quoque in Euang. B. Ioan. 2. c. 3. & lib. 12. c. 56. poſuit. Cyrilli opinionem non ſatis probat B. Thomas in 1. par. q. 91. art. 4. & in libello quem aduerſus errores Græcorum ſcripſit, tamquam Cyrilli propriam agnoſcit. Sed vt ſolet Patrum ſententias modeſtiſſime in rectum ſenſum interpretari, vt magis eos defendere quam reprehendere videatur, eam reuerentia tanti Patris permotus excuſat, allegorice ab illo prolatum dicens. Excuſari ac defendi aliter quoque poteſt; cum Cyrillus in eam ſententiam veniſſe videatur, vt Marcionis & Manichæi blaſphemias propulſaret, qui dicebant per inſufflationem illam inditum eſſe homini Dei Spiritum, eumque in animam hominis cõuerſum. Hoc Cyrillus deteſtatus, negat Spiritum in animam conuerſum; aſſeritque inſufflationem illam ad decorem animæ, non ad corpus animandum profeciſſe. non tamen negat Spiritus virtute atque efficacia corpus illud anima viuente vegetatũ; ſed ſimul fere animam vi Spiritus infuſam, & eueſtigio ſancti Spiritus munere decoratã. quod perſpicue dixit in Euangelium B. Ioannis lib. 2. cap. 3. Sed Cyrilli opinionis excuſatio alterius operis eſt. nunc ſatis eſt oſtendiſſe Cyrilli hanc eſſe ſententiam. atqui in primo huius operis libro hæc ſententia poſita eſt; quo verum eſſe Cyrilli hoc opus indicatur.

Expoſitiones vero diuinæ ſcripturæ, quæ in alijs eius libris afferuntur, ſicubi in his libris vſus incidit, eædem poſitæ ſunt: quod ipſum eundem eſſe prodit. Singulas recenſere neque breuiter poſſum, & otioſi hominis eſſet: idque cui libitum fuerit facile eſt ex indice ſcripturæ ſacræ, qui ad finem operis eſt poſitus, deſumere, & illas inter ſe conferre. Quin etiam inter Cyrilli opera libellus quidam inuenitur, qui Collectanea inſcribitur. in eo multa ſunt ſcripturæ loca ſublimiori ſenſu & anagogico explicata, pleraque ex his libris pæne ad verbum deſumpta, vt illud de Moyſe linguæ tarditatem excuſante, de ætate Aaron, de virga in ſerpentem verſa, de aquæ penuria, qua Iſraëlitæ pauloante ex Ægypto liberati primum vexati probatique ſunt, de pugna aduerſus Amalechitas inita, Ioſue Duce, Moyſe ſpectatore.

In Græcis catenis præterea, in Pentateuchum præcipue, quæ in Vaticana Bibliotheca ſunt, quam multa ac prope dixerim omnia ex his libris accepta ſunt? ita vt pæne totos ibi inſertos videas hos libros, atque Cyrilli nomine citatos.

Poſtremo Anaſtaſij Patriarchæ Antiocheni ſanctiſſimi & eruditiſſimi viri, quem non moueat auctoritas? is enim in ſuo Deductorio libro de his libris teſtimonium profert, Interrogatione vigeſima. Locus autem quem citat aduerſus vanitatem auguriorum, de libro 6. ſumptus eſt. Ex his omnibus illud profecto liquet, proprium eſſe Cyrilli opus, neque apud quemquam puto hanc rem in dubium reuocandam.

Ne vero quiſquam offendatur, cum teſtimonia, quæ de ſcriptura proferuntur, aliquibus locis non congruere cum latina editione viderit, admonendus is mihi eſt, id non in vno Cyrillo, ſed in omnium Patrum tam Græcorum quam veterum Latinorum libris vſu venire. hi namque omnes veteris teſtamenti ſcripturis iuxta LXX. interpretum tranſlationem vtuntur. Sed quia vetus horum interpretum editio iamdiu apud Latinos amiſſa eſt, dedi operam, vt quæ in his libris ex veteri inſtrumento citantur, ea cum antiquorum latinæ Eccle-

ſiæ Patrum lectione congruerent: in eaque re Auguſtini præcipue libris adiutus ſum; in cuius Quæſtionibus non pauca ex illa veteri LXX. interpretatione leguntur.

In nouo autem teſtamento latinam vulgatam editionem vbique retinui; niſi vbi aut aliter legiſſet auctor, aut eam expoſitionem attuliſſet, quæ cum latina editione congruere non poſſet. quibus in locis ne ab Auctoris ſententia diſſentirem, neue illam obſcuriorem redderem, coactus ſum aliquantulum à vulgata diſcedere; ſed hæc loca non multa ſunt. Quod admonitum te Lector volui, ne ſicubi aliter quam illa habeat transtuli, vulgatam editionem reprehendere me voluiſſe putes. Altera etiam acceſſit cauſa, cur id mihi facere neceſſe fuit, ne ſi aliter quam Auctor in græco poſuerat, Scripturæ ſacræ teſtimonia transtuliſſem, characterem ac notam haud exiguam adimerem, qua Cyrilli hoc opus eſſe probari poſſet. Etenim cum in ijs libris, qui tamdiu editi ſunt, & ſine dubio Cyrilli eſſe creduntur, nonnulla Scripturæ ſanctæ loca ſingulari ac proprio quodam auctoris modo legantur, eodemque modo in his libris, quos edimus reperiantur; id certe non leue indicium eſt hos libros eiuſdem auctoris eſſe, eique tamquam certiſſimis notis inſignitos iure optimo aſſerendos. Exemplo res clarior fiet. Solet Cyrillus in ſuis libris illum pſalmi 46. verſum hoc modo citare, Dei fortes, à terra vehementer eleuati ſunt. *neque ſolum citare, ſed etiam expoſitionem huic lectioni congruentem apponere. hoc modo certe in eius* Commentariis in Ioannem *lib.* 11. *cap.* 29. *bic verſus legitur. Atqui eodem modo citatur etiam in hoc opere lib.* 1. *libro etiam* 3. *Si igitur quod erat in editione latina poſuiſſem:* Dei fortes terræ, vehementer eleuati ſunt, *non modo magna ex parte Auctoris ſententiam obſcuraſſem, expoſitionique offeciſſem, ſed etiam haud leue indicium quo poterat Auctor huius operis dignoſci ſuſtuliſſem plura eius rei exempla hoc loco afferre non eſt opus, cum in calce operis adiecerim nonnulla Scripturæ loca obſeruatione collecta; vnde petere poteſt, ſiquis plura deſideret. In his autem libris totam fere ſecretioris intelligentię myſtagogiam tradit, in qua maxime videtur excellere; adeo vt in Moyſi libris nihil fere ſit ad vmbram & futurorum imaginem pertinens, quod hic non explicetur; vt ſicut illos libros in quibus de Theologia diſſeruit, Theſaurum inſcripſit, ita hos libros, alterum velut Anagoges & Tropologiæ Theſaurum poſſis appellare.*

Quamuis autem omnium fere Moyſi librorum myſteria in his libris aperiantur, non tamen eandem ſeriem, quam ille in ſcribendo tenuit, hic in explicando ſecutus eſt, ſed ſuum quendam ordinem ſeruauit, ita vt prius argumenta quędam certa ſibi pręſcribat, tum loca ſcripturæ varia cum illis argumentis conuenientia è diuerſis ſcripturæ libris colligat & explicet. Itaque in Primo libro cum de lapſu hominis in peccatum diſſerat, & doceat qua ratione à peccatis ac vitiis ad meliorem frugem redire poſſit, decerptis vndique ſcripturæ ſanctæ teſtimoniis, illiſque ad allegoriæ rationem enarratis, id quod propoſuerat planum facere conatur. Eandem rationem tenet in Secundo, *cum legem ad hominem iuſtificandum non ſatis habere virium oſtendit. Eandem in* Tertio, *in quo homines in* Chriſto *iuſtificari, & in eius præcipue baptiſmo tolli peccatum docet. Nec diuerſam rationem in Quarto & Quinto ſequitur, in quibus fortitudinem eſſe neceſſariam non modo ad incommoda perferenda, verum etiam ad terrenos affectus voluptateſque conculcandas, declarat. Idem ſeruat in Sexto, in quo de caritate in Deum, & de iis præceptis, quæ ad illius dilectionem pertinent, diſputat; de iis etiam rebus quibus eius dilectio violatur: eæ ſunt peruerſæ de Deo falſæque opiniones, & quæ de eiuſmodi falſis opinionibus proficiſcuntur; cuiuſmodi ſunt præſtigioſæ aſtrorum, ominum, auguriorum obſeruationes, manium euocationes, diuinationes, oracula, ſuperſtitiones; quæ omnia idololatriæ cognata ſunt, & ex illa fluxerunt. ad hæc in culpa fati fortunęque prætextus, Genethliacorum vanitas, temporum notatio. Eandem viam tenet in Se-*

ptimo & octauo, cum de aliis præceptis diſſerit, quæ proximi dilectionem attingunt. necnon in Nono ac Decimo, cum de tabernaculo eiusque inſtrumentis, opificio, vſu, legibus, dedicatione, oblationibus agit. Vndecimo vero ac Duodecimo diuerſis è ſcripturæ locis ea colligit, quæ ad Sacerdotium eiuſque leges, ad ſacerdotum veſtes, conſecrationem, ſacrificia pertinent. in Tertiodecimo expendit quæ de Leuitis, eorumque recenſione, miniſteriis, legibus Moyſes prodidit. Quartus decimus ſequitur, in quo iam extructo tabernaculo, mundos eſſe oportere qui ante conſpectum Domini veniant, vitiatoſque. homines à ſanctis arceri præfatus, eas leges commemorat, quæ de leproſis, ſeminifluis, immundis in anima, de colliſis, exectis, ſpuriis, diuerſis locis ſcriptura tradidit. His adiicit Moabitas, Ammonitas, immundos item ex impuritate ſtudiorum ac vitæ genere parum caſto, quales ſunt meretrices, fornicatores, adulteri, proſtituti, quos τελισκόμενους *ſcriptura vocat. Tum de mundis immundiſque animalibus diſſerit, quidue per allegoriam horum ſingula ſignificent exponit. Iam in Quintodecimo quia non ſatis erat immundi quinam eſſent dixiſſe, niſi adderetur qua ratione mundari poſſint, ea omnia colligit, quæ ad eorum purgationem, atque mundationem veteri lege conſtitutum eſt. Quæ mundatio quia ſacrificiis fiebat integris, de perfectis animalibus ad ſacrificium aptis diſſerit. porro ſacrificandi ritus quia pro immunditiæ diuerſitate variabatur, neceſſe fuit, vt quicquid lex de lepræ differentia, deque alijs immunditiæ generibus ſtatuerat, commemoraret. Sed quia parum eſt maculas culparum abluere, niſi purgationi etiam ſanctitas adiiciatur, per quam nos ipſos Deo conſecramus, in Sextodecimo libro illa omnia digerit, quæ lex de donis & oblationibus inſtituerat, quę item de cenſu illo ſacro, qui pro ætatis ratione ſoluebatur, quę de magno voto, quod a Nazareis nuncupabatur, de obſeruationibus ad hoc voti genus pertinentibus, diuerſis in locis veteri lege ſancitum erat. Poſtremo libro feſtorum dierum celebrationem quaſi mercedem quandam ſanctificatis hominibus proponit. quamobrem quæcunque de variis feſtiuitatibus, de ijs etiam, quæ feſtis diebus vt obſeruarentur inſtituta erant, in hunc librum contulit.*

Hæc omnia cum in veteris teſtamenti libris tamquam obſcurioribus formis adumbrata eſſent, & ab Iſrael ſecundum carnem carnaliter obſeruarentur; id in his libris efficit hic Pater, vt a nobis qui ſecundum ſpiritum, Iſrael ſumus, ſpiritualiter obſeruari doceat; & vmbras illas penicillo quodam orationis ad veritatem efformat; & carnalem illum figuralemque cultum a veris Dei adoratoribus in ſpiritu ac veritate perfici poſſe demonſtrat. quæ cauſa fuit, vt huic operi hanc inſcriptionem prænotaret, De adoratione in ſpiritu & veritate. *Hæc habui quæ de his libris te Lector præmonerem. Tu ſiquid hoc meo labore adiutus fueris, mihi cumulatiſſime ſatisfactum putabo, ſi precibus ad Deum pro me tuis vicem retuleris.* *VALE.*

EMINENTISS.

S. R. E. CARDINALI ARMANDO IOANNI

DVCI

DE RICHELIEV,

FRANCIÆ PARI.

MAgni Cyrilli monumenta offero tibi, Cardinalis Eminentiſſ. tardumque nomen, quod expedire pridem geſtit animus, aliquando perſoluo. Vixdum huic operi mentem adieceram, cum me Regis Interpretibus adſcriptum graui tuo de me iudicio & officii neceſſitate quadam in iſtud laboris impuliſti. Quid reliquum

ã

erat, niſi vt eo perſunctus publica memoris animi teſtificatione debitam E. T. gratiam inſignirem, & inſcriptione tui nominis editioni huic authoritatem ac decus adiungerem? Nam quanti ſit inuictum illum hæreſum domitorem ac triumphatorem E. T. ſiſtere, nemo poteſt non interpretari, niſi qui quantus ſis, & qualem in hoc regno & Eccleſia Dei perſonam ſuſtineas, non intelligit. Annus trigeſimus ſupra centeſimum agitur, ex quo Iodocus Chlictoueus Theologus eius in Ioannis Euangelium Commentarium à G. Trapezuntio Latinè verſum G. Ambaſii Cardinalis ampliſſimi patrocinio primus commendauit. Felix ille oblatis ſibi tunc viri tanti auſpiciis: felicior tamen nunc ego tuis. Quanquam enim erant in Ambaſio Card. ſumma quamplurima, altiſſima prudentia, rerum maximarum vſus, au-

ctoritas & amplitudo prope ſingularis: ea tamen in te ſic eminent vniuerſa, vt expreſsiſſe perfectè demum videare quod ille antea feliciter adumbrauit. Iſtud certè eximium, quòd cum incredibili rerum diuinarum & humanarum ſcientia ſummam de literis bene merendi facultatem obtines, præſidiiſque omnibus abundas quæ ſunt ad eas tuendas ornandaſque neceſſaria. Quæ cùm in te largiùs quàm in quenquam noſtrorum hominum Deus Opt. contulerit, ſimul etiam edixiſſe videtur, à nullo præſentiorem vt illæ opem quàm à te quærant aut ſperent. Vnde mirum nemini videri debet, inter tot publicæ rei curas tuum illum ingentem & magna voluentem animum ad optimas de iuuandis & amplificandis iis cogitationes ſubinde reuocari, eaque verſare ac moliri, quæ, ſi Deus adſpirarit, profectò efficient vt eæ diſciplinæ quæ te talem tantumque fecerunt, receptis per te ornamentis, quales & quantæ ſint omnes intelligant. Itaque

cum te propemodum vnum hoc tempore doctrinæ omnes appellent, támque ſupra ſe poſitum te, quàm pro ſe, eſſe norint, Theologia peculiari iure tamen agnoſcit ſuum: cui ſi ad magnificas illas ſubſtructiones armamentarium aduerſus hæreſes olim addideris, plura ſanè ac certiora tela quàm Cyrillus non iam noſter, ſed totus tuus, miniſtrabit nemo; ſeu differendi vis & acumen quæratur, ſeu argumentandi varietas & copia, ſiue diſputandi vehemens & accurata ratio Chriſtianæ manſuetudini ac modeſtiæ coniuncta: quibus virtutibus ita pollet, vt hanc ei laudem cæteri Græciæ Patres non inuideant. Quis enim vnquam hæreticos & eorũ aſseclas ſi in ſentẽtia permanerent, acriùs confutauit, aut ſi quando ſe ſtudio pacis inflecterent, ad veram ac ſinceram fidei confeſsionem mitius perduxit? In præfractum Neſtorium quantum & quam inuictum animi robur iactatis Eccleſiæ rebus adhibuit? At verò in Ioannem Antiochenum, Theodoretum, & alios aduerſarum par-

tium Epiſcopos, cum ad ſanitatem rediſſent, tam æquum & placatum ſe præbuit, vt librum de emiſsario, & quos contra Iulianum deſertorem ſcripſerat examinandos eis miſerit. His machinis Chriſtianæ militiæ dux fortiſsimus Gentilium & hæreticorum arces olim euertit: Et, ſi tuis auſpiciis, Cardinalis eminentiſſ. in exteras orbis regiones aliquando transferetur, ibit porrò illis ipſis inſignis armis in Neſtorianas reliquias, aliaque iſtiuſmodi monſtra, quæ pridem Oriens alit, aut quæ non multis abhinc annis Occidens infauſto partu ſuſcepit. quibus propoſitum cum ſit S. Spiritus & Chriſti Domini diuinitatem, fidei noſtræ caput, euertere, acerrimi pugilis vim & incurſum non fruſtra ſentient, qui tot olim Chriſti Dei hoſtes incredibili virtute proſtrauit. Nec magis ab illo tuti fore cenſendi ſunt Nouatores: quorum ſtrenuè confutandorum cum tibi Deus animum ac mentem indiderit, nec te pigeat grauiſsimorum negotiorum interualla hoc otio ſancto diſtin-

guere, rem decidendis iis quæ in religione ſunt controuerſa capitibus vtiliſsimam certè feceris, ſi tuo beneficio, quæ tibi amplitudo eſt animi, vetera id genus ſanctorum Patrum monumenta ſtudioſè conquirantur, & per idoneos homines in lucem edantur. Ex his enim quæ fuerit primæua fides, quæ diſciplinæ forma, & qui ritus antiqui omnium optimè dignoſcitur, & vix vlla ſuboriri poteſt in fide nouatio quæ non poſsit eorum præiudicio deleri. Hoc verò te manet facinus pulcherrimum, Cardinalis eminentiſſ. hæc è maximis tuis innumeriſque laudibus vna eo quem in regno Francorum & Eccleſia Dei obtines gradu longè digniſsima. Alii alios tibi triumphos optent: omnes ego tibi, ſed inprimis eos vouere non deſinam, quorum non in terris modò, ſed & in cælis conſignata memoria immortalem te ex mortali faciant.

E. T. D.

IOANNES ALBERTVS.

LECTORI.

QVi Græcorum Eccleſiæ Patrum lucubrationes Latinè tantum in lucem dedere, tametſi labore ſuo non parum Eccleſiæ profuerunt, nonnihil tamen poſteris intuliſſe videntur incommodi, quòd Græci codices non pauci quibus vſi erant, hominum tandem incuriâ, cum Latinæ verſionis opportunitas adeſſet, in ſitu ac tenebris perierunt. Hoc damnum ſenſerunt olim permulti Eccleſiæ Patres: nec eius immunis Cyrillus extitiſſet, niſi ſtudioſi homines iam periclitanti ſalutarem manum intendiſſent. Inter quos vtinam Anton. Agellius Acernenſis Epiſcopus, aut Bonauentura Vulcanius eruditi interpretes, aut Andreas Scottus & Iacobus Pontanus è Societate IESV, aut Anton. Salmat. ex Ambroſiano Collegio Doctor Theologus, aut Nicol. Borbon. Græcæ linguæ Profeſſor emeritus, qui in hoc ſcriptore vertendo feliciter ſudarunt, opus à ſe inchoatum ad exitum perduxiſſent! Dignos certè tantus Eccleſiæ Doctor nactus interpretes longè nitidior & ornatior appareret. Verùm ſiue otio non abundarint quod operi tam ſpiſſo neceſſarium eſſet, ſiue alijs ſtudijs aut negotijs abſtracti iſtud oneris abiecerint, in capite, quod aiunt, ſolùm laborarunt, cæteras corporis partes imperfectas reliquerunt. Quod cum in primis dolerem, & in eam vitæ rationem ingreſſus eſſem in qua otium ſuppeteret, cepi quantumuis mediocritatis meæ conſcius editionis huius conſilium, ratus, vt in locuplete domo, ſic in Eccleſia Dei eſſe quoque fictilibus & ligneis vaſis locum aliquem, ſi modò ſint vſui. Intelligebam enim quàm malè à nonnullis interpretibus habitus eſſet plurimis in libris Cyrillus, in quibus repurgandis operam ponere non modò inutile non eſſet, ſed perquam neceſſarium. Dici quippe non poteſt quantum ſibi iuris in eum ſumpſerit G. Trapezuntius, multis in epitomen redactis, & perperam ſæpe tranſlatis. Quod in Theſauro quidem expertus primum Bonau. Vulcanius, ego deinde nihilo religioſiorem fuiſſe in Comment. illis in Ioannem reipſa comperi. Nec longè felicior interpres Oecolampadius, vt libros de Trinitate & contra Iulianum legenti facile patebit. Neque tamen eos ſua laude carere velim, aut ego tam accuratus haberi, vt non quamplurima ſupereſſe quoque fatear, quæ diligentiorum operam ac iudicium requirant. Itaque ſi quid à me peccatum animaduertes, humanitatis eſt ignoſcere: eóque iuſtius venia ſperari debet, quod difficile admodùm erat in tam longo ſpatio non cæſpitare. Adde quòd cum opus retractarem, & quædam notare cœpiſſem, excuſſum ac propemodum extortum mihi eſt ipſum de manibus, bibliopolarum aſſidua flagitatione, ſuas perire ſibi rationes obijcientium, & eo nomine in ius me quodammodo rapientium.

Vt verò per quos profecerim, & quibus adiutoribus editionem hanc adornarim, ne te lateat, ſcito gratiam in primis deberi ampliſſimo viro N. Rigaltio qui mihi quotquot in Regis lectiſſima illa gaza repoſiti erant Cyrilli codices benigne communicauit: itidémque D D. Card. Barberino & S. Onuphrij omnis doctrinæ & humanitatis laude eminentiſſimis, quorum authoritate Reuerendiſſ. Pater Horat. Iuſtinianus libros II. poſteriores Comment. in Eſaiam Prophetam, & VIII. in Ioannis Euangelium ad nos ex Vaticana tranſmiſit. Nam quintum ac ſextum in Ioannem neſcire te non oportet illuſtriſſ. ac reuerendiſſ. D. Carolo de Monchal

Ioannem neſcire te non oportet illuſtriſſ. ac reuerendiſſ. D. Carolo de Monchal Archiepiſcopo Toloſano de literis ſupra quam dici poteſt bene merito deberi, qui nobis eos ex L. Hoſteinij eruditiſſimi viri κειμηλίοις deprompſit, id inſuper ſtudioſè commendante N. Fabricio Peireſcio in Senatu Aquenſi Conſiliario Regis ampliſſimo, cuius morte clariſſimum literarum lumen extinctum, boni omnes deſiderio ſuo ac dolore teſtantur. Exinde alij certatim huic operi manum admouerunt. Nam Theſaurum vnà cum eius interpretatione, & de adoratione in Spiritu ac veritate libros XVII. quos Academiæ Lugduno-batauæ Bonauentura Vulcanius quondam legauerat aduehi curauit cl. v. P. Puteanus iuuandis literis natus. Ex ſua verò Bibliotheca Illuſtriſſimus D. de Harlay Maclouienſis Epiſcopus codices duos benignè ſuppeditauit, quorum vnus Catenam in Ioannis Euangelium, ex Cyrilli, aliorumque Patrum Commentarijs concinnatam, alter Glaphyra in Pentateuchum, vnà cum libris de Adoratione in ſpiritu ac veritate, ac Theſauro complectitur. Ex Auguſtana, Matthias Ehingerus eius tum cuſtos diligentiſſimus de ſacroſancta Trinitate libros ſua manu difficili tempore deſcriptos miſit. Poſtremò Collectanea ex Cyrillo aliiſque patribus excerpta ſuppeditauit nobis illuſtriſſ. vir D. Riberius ſacri Conſiſtorij Comes, integritatis & eruditionis gloria clariſſimus. Quibus omnibus tantum gratiarum ego debeo quantum Eccleſia commodi ex ſcriptis ſanctiſſimi doctoris capiet. Longum eſſet reliquos percenſere qui mihi in hoc curriculo ſudanti ſuam opem aut obtulerunt aut præſtiterunt. Certè prætermitti non debet eximium vv. cl. P. Iunij & D. Rous in editione noſtra iuuanda ornandáque ſtudium, qui homilias aliquot & variantes in eas lectiones ex inſtructiſſima Oxon. Academię Bibliotheca tanta mihi cum celeritate miſerunt, vt præuertiſſe quodammodo viderentur petitionem meam. Nec tacitus abibit N. Borbonius candoris & ingenij dotibus ornatiſſimus, qui luculenta nobis fragmenta intermediorum IV. librorum in Ioannem ex Catena Illuſtriſſ. D. Epiſcopi Maclouienſis deſumpta benignè tradidit, quorum ope multa in V. & VI. loca emendauimus, cum vnicum alioquin exemplar ſuppeteret, infinitis, vt ne quid diſſimulem, mendis inquinatum.

De ordine librorum, hoc habeto, nos eum non vſquequaque ſecutos eſſe, quem exemplaria Latina præferebant, ſed commodiſſimum, quantum patiebatur ratio tomorum, inſtituiſſe. Primum locum libris de Adoratione in ſpiritu & veritate vnà cum Glaphyris dedimus, quòd propoſita legalium typorum cum Euangelica veritate conuenientia planum iter ad vtriuſque teſtamenti cognitionem aperiunt, animoſque ad eius lectionem vtiliter præparant. Porrò variantes lectiones non omnes tibi repræſentamus, vti nec emendationes & animaduerſiones in ea ſcripturæ loca quorum verſio cum Latina vulgata minùs congruit, exemplaribus quorum ad marginem eas adnotaram per ſummam incuriam operarum amiſſis. Hæc te paucis, Lector, monitum volui. Quod ſupereſt, ſtudium quæſo meum boni conſule, & bene tibi cupientem eodem animo proſequere.

EX EDI-

VETERVM SCRIPTORVM TESTIMONIA QVÆDAM de S. Cyrillo Alexand.

IDATII CHRONICON.

OLymp. CCCIV. Vno eodemque tempore Alexandriæ Cyrillum Epiſcopum præſidere, & Conſtantinopoli Neſtorium hæreticum Hebionæum, Cyrilli ipſius ad eundem Epiſtola, & hæreſim deſtruentis, & regulam fidei exponentis oſtendit.

PROSPERI AQVITANI CHRONICON.
FELICE ET TAVRO COSS.

NEſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus nouum Eccleſiis molitur errorem inducere, prædicans Chriſtum ex Maria hominem tantùm, non etiam Deum natum, eique diuinitatem collatam eſſe pro merito: cui impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Epiſcopi induſtria, & Papæ Cæleſtini repugnat auctoritas.

GENNAD. DE ILLVSTR. ECCL. SCRIPTOR.
CAP. LVII.

Cyrillus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus edidit variarum hypotheſeon tractatus: Homelias etiam compoſuit plurimas, quæ ad declamandum à Græciæ Epiſcopis memoriæ commendantur. Præterea libri eius ſunt de ſynagogæ defectu. De fide aduerſum hæreticos, & peculiari intentione aduerſum Neſtorium librum compoſuit, qui attitulatur ἔλεγχος, in quo omnia occulta Neſtoris panduntur, & prodita confutantur.

SIGEBERT. DE ILLVSTR. ECCLES. SCRIPT.
CAP. XXIV.

Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus Cyclos quinque decem nouennalium cyclorum ſcripſit, qui faciunt annos nonaginta quinque, in quibus primus & vltimus Paſchæ terminus inuenitur; ſed nec tamen in eo tota Paſchæ varietas terminatur.

PHOTIVS IN BIBLIOTHECA. Pag. 311.

Ἀνεγνώσθη τοῦ Κυρίλλου οἱ Θησαυροί. ἐπιχειρηματικὸν δὲ ἐστὶ βιβλίον, καὶ κατὰ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου λύσσης γενναίως καὶ πολυτρόπως ἀγωνιζόμενον. καὶ γὰρ καὶ λογικαῖς ἐφόδοις ἐπιστημόνως αὐτῶν ἀπελέγχει τὴν ἄνοιαν, καὶ γραφικὰς αὐταῖς συμπλέκων καὶ συνυφαίνων χρήσεις, πανταχόθεν τὸ κακόθεον αὐτῶν στηλιτεύει τοῦ δόγματος. τίθησι δὲ καὶ μαρτυρίας ἁπλῶς τῆς γραφῆς ὁ θεσπέσιος Κύριλλος, εἰς ἀμαχωτάτην αὐτῶν διὰ πάντων συγκλείων τὸ φρύαγμα. ἔστι δὲ τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἐν τούτῳ, καὶ μάλιστα τοῖς ἐννοίας λαβοῦσι τῶν λογικῶν ἐφόδων, σαφέστατος.

ẽ

Leguntur Cyrilli *Theſauri*. Epicherematis refertus eſt liber, pugnatque validè, ac variè cum Arij & Eunomij furibunda rabie. Etenim & Logicis argumentis ſapienter illorum deſtruit amentiam, quibus dum S. Scripturæ adnectit adtexitque teſtimonia, quàm ſit illa doctrina futilis omni ex parte diuulgat. Adhibet idem nuda quoque S. Scripturæ teſtimonia, vt quo ſe faſtuoſi vertant, obſepti vndique atque concluſi non habeant. Eſt autem inter omnia eius ſcripta liber hic maximè perſpicuus, iis potiſſimum qui Logicorum argumentorum ſenſum capere poſſunt.

Idem pag. 38. *Ἀνεγνώσθη τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, κατὰ τῶν Νεστορίου βλασφημιῶν, ἐν λόγοις πέντε. φυλάττει δὲ κἀν τούτοις τὸν οἰκεῖον λόγων τὸν χαρακτῆρα καὶ τὸ ἰδίωμα. σαφέστερος δέ ἐστι τοῦ πρὸς Ἑρμείαν, καὶ τοῦ περὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας· ὁ δὲ λόγος αὐτῷ πεποιημένος, καὶ εἰς ἰδιάζουσαν ἰδέαν ἐκβεβιασμένος, καὶ οἷον λελυμένη καὶ τὸ μέτρον ὑπερορῶσα ποίησις.*

Lecti ſunt B. Cyrilli Alexandrini aduerſus blaſphemias Neſtorij libri V. ſeruat in his quoque ſuum dicendi characterem, & ſermonis proprietatem. Clarior vero eſt quàm ad Hermiam ſcribens, aut in libris de Adoratione in Spiritu. Sermo illi confictus, & ad propriam dicendi formam contortus, ac veluti ſolutum numeroſque negligens metrum.

Vide eundem pag. 378. & 379. de libris contra Neſtorium de Epiſtolis, & Scholio de Incarnatione Vnigeniti.

Martyrologium Romanum die 27. Ianuarij.

SAncti Cyrilli Alexandrinæ Vrbis Epiſcopi, qui Catholicæ fidei præclariſſimus propugnator, doctrina, & ſanctitate illuſtris, quieuit in pace.

Græci in Menologio 9. Iunij.

Apud Alexandriam natalis S. Cyrilli eiuſdem ciuitatis Epiſcopi, viri eruditiſſimi, & Catholicæ fidei propugnatoris egregij: quem ſummus Pontifex Celeſtinus idoneum iudicauit, cui ſuas vices in Epheſino Concilio delegaret.

Iidem Græci in Menæis eodem 9. Iunij.

Φρυκτωρίαις τοῦ πνεύματος ἐλλαμφθεὶς τὴν διάνοιαν, φωσφόρος ἥλιος ἐχρημάτισας, ὥσπερ ἀκτῖνας, τὰ δόγματα εἰς πάντα τὰ πέρατα ἐξαποστείλας πιστῶν, καταυγάζων πληρώματα, παμμακάριστε, καὶ διώκων τὸ σκότος, θεοφόρε, τῶν αἱρέσεων, δυνάμει τοῦ ἐκ παρθένου ἐκλάμψαντος.

Flammis ſancti Spiritus mente illuſtratus, ſol irradians, velut radios, oracula edidiſti; tua dogmata, in omnes orbis, fideliumque fines emiſiſti, cœtus omnes illuminans, ô beatiſſime, ac diuine, tenebraſque hæreſeon perſequens, vi, viribuſque illius, qui è Virgine natus cluxit.

Εὐφραδίᾳ τῶν λόγων σου, ἱερώτατε Κύριλλε, ἐκκλησία ἅπασα ὡραΐζεται, καὶ εὐσεβῶς καλλωπίζεται ὡραίοις ἐν κάλλεσι, καὶ τιμᾷ σου ἱερῶς τὴν ἁγίαν μετάστασιν, πανοίδιμε, ἱερέων τὸ κλέος, τῶν πατέρων κορυφαῖε, τῆς συνόδου τῆς πανάγίας ὑπέρμαχε.

Eloquentia, & facundia orationis tuæ, ô ſanctiſſime Cyrille, Eccleſia tota exornatur, & ſpecioſa venuſtate tua piè decoratur; tuámque ſanctam tranſlationem ſacro ritu honorat, ô celeberrime, ſacerdotúmque omnium decus, Patrum coryphæe, ſynodi ſanctiſſimæ propugnator acerrime.

Τοῖς πυρίνοις σου δόγμασι τῶν αἱρέσεων ἅπασαν φρυγανώδη ἔφλεξας ὕλην πάνσοφε, τῶν νεκρῶν τοῖς βάθεσι βυθίζεται στράτευμα ἀπειθούντων δυσσεβῶν, ἱερώτατε Κύριλλε, τοῖς δὲ διδάγμασι καλλωπίζεται, μάκαρ, καθ' ἑκάστην τῶν πιστῶν ἡ ἐκκλησία μεγαλοφρόνως τιμῶσά σε.

Tuis igneis dogmatibus, ô præſul ſapientiſſime, omnem ſarmentoſam aridámque hæreſeon materiam concremaſti; ſententiarum tuarum profunditate, ô ſacratiſſime Cyrille, impiorum, perfidorúmque hæreticorum demergitur exercitus: tua doctrina, ô beate, diebus ſingulis exornatur tota fidelium Eccleſia, quæ eximie te honorat, prædicatque.

Ἐπλήσθης τῆς δᾳδουχίας, Κύριλλε, τοῦ θείου πνεύματος, τῶν ἐντολῶν ὡς φύλαξ τοῦ Χριστοῦ, τῶν παθῶν καθαρθείς, ὅλως τῆς ὑπερθέου γέγονας ὄντως τριάδος ἐνδιαίτημα.

Repletus es illuſtratione ſancti Spiritus, ô Cyrille, præceptorum Chriſti cuſtos, atque ab affectibus & paſſionibus perpurgatus, diuiniſſimæ Trinitatis verè factus es habitaculum.

Ὡς ζήλου, καὶ τῆς παρρησίας ἔμπλεως, Κύριλλε ἔνδοξε, τὰς θεομάχους πάσας ἀψευδῶς γλωσσαλγίας διέλυσας τῶν δυσσεβῶν αἱρέσεων, ὀρθοδοξίας προϊστάμενος.

Vt zelo, ita libertate loquendi plenus, ô glorioſe Cyrille, orthodoxæ doctrinæ præſidens, hæreticas mendacéſque impiarum hæreſum linguas diſſoluiſti.

Hæc, & complura alia ibidem Græci in Menæis, menſis Iunij die ix. & in Concil. Epheſini & Chalcedonenſis actis. Vide præterea Euagrium lib. 1. Hiſtor. cap. 3. & Socratem lib. VII. c. 32. & 33. Nicephorum lib. 14. cap. 33. Liberatum in Breuiar. alioſque penè innumeros.

S. *ANASTASIVS SINAITA IN HODEGO*
CAP. V.

Ἡ δὲ ἁγία σύνοδος διὰ τὸ τέλειον εἶναι ἐν θεότητι, καὶ τέλειον ὁμοίως ἐν ἀνθρωπότητι τὸν Χριστόν, ἐν δύο αὐτὸν τελείαις φύσεσιν ἕνα κύριον ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐκήρυξεν, ἐπικυρώσασα τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου ἣν ἐποίησεν ὁ μακάριος Κύριλλος τῇ ἐν Ἐφέσῳ τῇ προτέρᾳ ἁγίᾳ συνόδῳ, εὐφημίσασα καὶ τὸν αὐτὸν μακάριον Κύριλλον, καὶ εἰποῦσα, Κυρίλλου αἰωνία ἡ μνήμη.

Sancta hæc Synodus (Epheſina) quod Chriſtus tam diuinitate, quàm humanitate æquè perfectus eſſet, in duabus inconfusè & inſeparabiliter vnitis naturis, vnum Dominum eſt profeſſa: confirmata Neſtorij, in priore Epheſino Concilio, auctore Cyrillo, damnatione: quo quidem B. Cyrillo collaudato, eidem hoc edidit elogium; Cyrillo, æterna memoria.

Idem, eodem libro cap. 7.

Οὐκ αὐτοῦ Κυρίλλου τῆς σφραγίδος τῶν πατέρων ἐφείσατο, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλὰ τὴν πάντων ἐκβολὴν ἐποιήσατο.

IDEM cap. 8. Παραστήσωμεν αὐτὸν τὸν φωστῆρα, καὶ τοῦ χοροῦ τῶν πατέρων ἀοίδιμον τὸν μακάριον Κύριλλον, καὶ τὰ ἑξῆς.

Aducamus eum ipſum Cyrillum, lumen illud Patrum celeberrimum, & beatiſſimum, &c.

Idem cap. 10.

Κυρίλλου αἰωνία ἡ μνήμη· καθὰ καὶ ἡ σύνοδος Χαλκηδόνος εἴρηκε· καὶ γὰρ ἐν τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων τὸ πανάγιον, καὶ ἀμείωτον, καὶ αἰώνιον, καὶ ἀνεξάλειπτον τῶν Χριστοῦ φύσεων εἴρηκεν, ὡς θεοφόρος ὁ Κύριλλος. οἱ μὲν γὰρ μακάριοι πατέρες τὸν ἀριθμὸν εἰρήκασιν· ὁ δὲ τρισμακάριος Κύριλλος μετὰ τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τὴν ἀνεξάλειπτον, καὶ τηρουμένην ἀεὶ τῶν φύσεων τοῦ κυρίου διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὦ σὺ θεῖον φωστὴρ, καὶ πυρσὲ, καὶ στύλε τῆς ἀληθείας Κύριλλε. ὄντως Κύριλλον πάλιν λέγω, αἰωνία ἡ μνήμη, μὴ συγχωροῦντος ἡμᾶς ἐκ τῆς ἀληθείας πλανηθῆναι.

Cyrillo æterna memoria, ſicut & Chalcedonenſis Synodus dixit: Etenim nullus ſanctorum Patrum ſanctiſſimum illud & indeficiens, & æternum & indelebile naturæ Chriſti beneficium ita prædicauit, ſicut diuinus Cyrillus. Nam beati Patres numerum aſſignarunt: at beatiſſimus Cyrillus ſimul cum numero indelebiliter ſempérque naturas conſeruatas eſſe, etiam poſt vnionem perſpicuè docuit, &c. Bene ſit tibi lumen, fax, & columna veritatis Cyrille. Iteratò dicam. Cyrilli verè æterna memoria, qui non ſinit nos à vero deerrare.

B. EVLOGIVS ARCHIEPISCOPVS ALEXANDRIÆ,
In Oratione Aduerſus calumniantes SS. Patres, & Concilium Chalcedonenſe. Apud Photium in Bibliotheca CCXXX.

ARdens ille veritatis ſtudioſus Cyrillus, hæc & his conſimilia ſcripturis aſſerens, non modo libenter, & iucundiſſimè acceſſit, ſed & Paulum Emiſenum, qui ab ipſo miſſus erat in publico cœtu concionaturus; quæ & ſibi, & mittenti Cyrillo fuerit ſententia, laudibus excepit, & vt eadem ſentientem, magnifecit.

Idem, ibidem.

Doctus, & pius, miniméque vacillans, Cyrillus vnam docet verbi naturam, & illam incarnatam, &c. Etenim multa cogitat, non verbis, & nominibus ſenſum credit, ſed mente verba, & nomina conferens, atque accommodans.

CARDIN. BELLARMINI DE CYRILLO
Obſeruatio in Catalogo Eccleſiaſt. ſcriptorum.

I. LIbri ſedecim *in Leuiticum* qui circumferuntur, Cyrilli non ſunt, ſed *Origenis* potiùs, vt diximus in Origene; & manifeſtum hoc eſt, tum quia auctor vbique ſenſum literalem deſtruit, tum quia habentur iſti libri inter opera *Origenis*: vt mirum ſit, cur impreſſores in omnibus editionibus iſta opera auctori non ſuo attribuant.

II. Scripſiſſe dicitur Cyrillus in alios etiam Prophetas, ſed non extant commentaria eius niſi in *Iſaiam.*

III. Scripſit Cyrillus libros XII. *in Joannem*, ſed quatuor intermedij perierunt. Sed Iodocus Clichtoueus ad imitationem Cyrilli, addidit quatuor libros intermedios. Itaque Cyrilli non ſunt, niſi primi quatuor, & quatuor poſtremi.

IV. Liber *Aduerſus Judæos*, & breues illæ *Anagogæ* haud ſcio an Cyrilli ſint. Sed res parui momenti eſt, cùm ſint libelli breuiſſimi & leues.

V. *Theſaurus* creditur eſſe imperfectus: multa enim citantur à S. Thoma in opuſculo *De erroribus Græcorum*, ex Theſauro Cyrilli, quæ in his libris non inueniuntur.

VI. Liber *De ſacroſancta Trinitate* non videtur eſſe Cyrilli, ſed alicuius poſterioris. Auctor enim copioſè diſputat de duabus naturis in Chriſto, & de duabus voluntatibus, & operationibus: & reddit rationem cur non repugnent iſtis dogmatibus, qui aliquando dixerunt in Chriſto eſſe operationem theandrinam, & vnam Verbi naturam eſſe incarnatam. Itaque videtur auctor ſcripſiſſe poſt ſextam Synodum.

CATALOGVS OPERVM S. CYRILLI ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI.

TOMVS I.

De adoratione et cvltv in Spiritu & veritate, Libri XVII. Interprete Antonio Agellio Neapolitano Congregationis Clericorum Regularium Preſbytero.

Glaphyra, ſiue ſcita & elegantia Commentaria in V. libros Moyſis, Interprete Andrea Schoto Societatis Iesv Preſbytero.

TOMVS II.

Comment. in Eſaiam Prophetam Libri V. cum Lavrentii Hvnfredi interpretatione aliquot in locis emendata atque recenſita.

TOMVS III.

Commentarij in XII. Prophetas minores Jacobo Pontano Societatis Jesv interprete.

TOMVS IV.

Commentariorum in Joannis Euangelium Libri X. quorum V. & VI. Græcè & Latinè nunc primùm prodeunt, vnà cum fragmentis VII. & VIII. reliqui nouam interpretationem habent.

TOMVS V.

Pars I.

Theſaurus de ſancta & conſubſtantiali Trinitate, interprete Bonauentura Vulcanio.

De ſancta & conſubſtantiali Trinitate, De Incarnatione Vnigeniti, Et, Quòd Chriſtus ſit vnus ac Dominus, ſecundum ſcripturas, Dialogi IX. ad Hermiam, quorum VII. priores cum noua interpretatione prodeunt, duo poſteriores cum interpretatione Bonauenturæ Vulcanij.

Scholia de Incarnatione Vnigeniti.

PARS II.

Homiliæ de feſtis Paſchalibus XXX. interprete Antonio Salmatia S. Theologiæ in Ambroſiano Collegio Doctore.

Homiliæ diuerſæ,
Epiſtolæ.
De recta in Dominum noſtrum IESVM *Chriſtum fide ad Theodoſium Imperatorem Liber I. & ad Reginas unus.*
— *Ex Edit. Græco-Lat. Concil. Epheſ.*

TOM. VI.

Aduerſus Neſtorij blaſphemias contradictionum Libri V. interprete Antonio Agellio Acernenſi Epiſcopo. pag. 1
Explanatio XII. capitum. pag. 145
Apologeticus pro XII. capitulis aduerſus Orientales Epiſcopos. pag. 157
— *Ex Edit. Græco Latina Concil. Epheſ.*

Contra Theodoretum pro XII. capitulis. pag. 203
Contra Julianum Apoſtatam Lib. X. quorum I. interpretem habet Nicolaum Borbonium: reliqui cum noua interpretatione prodeunt. p. 1
Contra Anthropomorphitas Lib. I. Bonauentura Vulcanio interprete. 363
De Sacro-ſancta Trinitate Liber B. Cyrillo adſcriptus, Joanne Vvegelino Auguſtano interprete.
Dicta veteris Teſtamenti & ſanctæ Scripturæ interpretata anagogicè, breuiter & dilucidè collecta, & à diuino Cyrillo, & à magno Maximo, & à cæteris interpretibus, cum interpretatione Gentiani Herueti.

INDEX LIBR. DE ADOR. IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER I.

DE lapſu hominis in vitia, & de captiuitate peccati: de vocatione, & conuerſione quæ per pœnitentiam fit: & recurſu in meliorem vitam.

LIBER II.

Quòd mortem, quæ eſt ex peccato, & diaboli tyrannidem effugere nullo modo poſſimus, niſi per ſanctificationem quæ ex Chriſto eſt: Et, Quòd non in lege, ſed in Chriſto ſit iuſtificatio.

LIBER III.

De eodem.

LIBER IV.

Quòd is qui à Deo ad iuſtificationem vocatus eſt, & redemptus, Deum ſequi debeat: & quòd excuſſa mollitie quæ ad vitium ducit, ad piam & generoſam vitam ſit ei enitendum.

LIBER V.

Item, de fortitudine, quæ eſt in Chriſto.

LIBER VI.

Quòd ei ſoli qui ſecundum naturam Deus eſt, adhærere nos oporteat, & illum ex tota anima totóque corde diligere.

LIBER VII.

De charitate in fratres.

LIBER VIII.

Item, de charitate in fratres; & de eo qui furatur vitulum, aut ouem.

LIBER IX.

De Adoratione in Spiritu, & veritate: Et de ſancto Tabernaculo, quòd ſit typus Eccleſiæ Chriſti.

LIBER X.

De iis, quæ erant in ſancto Tabernaculo.

LIBER XI.

De Sacerdotio: quódque Sacerdotium legale ſit typus illius quod in Chriſto eſt.

LIBER XII.

De Sacerdotio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ΠΙΝΑΞ ΤΗΣΔΕ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ.

ΛΟΓΟΣ α΄.

ΠΕΡΙ τῆς εἰς φαυλότητα τοῦ ἀνθρώπου παρατροπῆς, καὶ αἰχμαλωσίας τῆς εἰς ἁμαρτίαν· καὶ ὁμοῦ περὶ κλήσεως καὶ ἐπιστροφῆς τῆς κατὰ μετάνοιαν, καὶ τῆς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναδρομῆς.

ΛΟΓΟΣ β΄.

Ὅτι ἀμήχανον διαφυγεῖν τὸν ἐξ ἁμαρτίας θάνατον, καὶ τὴν τοῦ διαβόλου πλεονεξίαν, εἰ μὴ δι' ἁγιασμοῦ τοῦ κατὰ Χριστόν· καὶ ὅτι οὐκ ἐν νόμῳ ἡ δικαίωσις, ἀλλ' ἐν Χριστῷ.

ΛΟΓΟΣ γ΄.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

ΛΟΓΟΣ δ΄.

Ὅτι τὸν κεκλημένον εἰς δικαίωσιν παρὰ Θεοῦ, καὶ λελυτρωμένον αὐτῷ κατακολουθεῖν χρή, καὶ παραιτεῖσθαι μὲν τὸν εἰς φαυλότητα μαλακισμὸν, ζῆν δὲ μᾶλλον ἐπείγεσθαι εὐνόμως καὶ νεανικῶς.

ΛΟΓΟΣ ε΄.

Ἔτι περὶ ἀνδρείας, τῆς ἐν Χριστῷ.

ΛΟΓΟΣ ς΄.

Ὅτι χρὴ Θεῷ τῷ κατὰ φύσιν ἡμᾶς προσκεῖσθαι μόνῳ, καὶ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας.

ΛΟΓΟΣ ζ΄.

Περὶ τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης.

ΛΟΓΟΣ η΄.

Ἔτι περὶ ἀγάπης τῆς εἰς ἀδελφούς, καὶ κατὰ τοῦ κλέπτοντος μόσχον, ἢ πρόβατον.

ΛΟΓΟΣ θ΄.

Περὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως, καὶ, περὶ τῆς ἁγίας σκηνῆς ὅτι τύπος ἦν τῆς ἐν Χριστῷ ἐκκλησίας.

ΛΟΓΟΣ ι΄.

Περὶ τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ.

ΛΟΓΟΣ ια΄.

Περὶ ἱερωσύνης, καὶ ὅτι τύπος ἦν, ἡ κατὰ νόμον τῆς ἐν Χριστῷ.

ΛΟΓΟΣ ιβ΄.

Περὶ ἱερωσύνης.

ΛΟΓΟΣ ιγ'.

Ἔτι περὶ ἱερωσύνης.

ΛΟΓΟΣ ιδ'.

Ὅτι χρὴ τοὺς φοιτᾶν ἐθέλοντας ἐν ἐκκλησίαις καθαρούς τε καὶ ἐκνενιμμένους εἶναι τὴν ἐξ ἁμαρτίας κηλῖδα, καὶ οὕτω παρίστασθαι τῷ Θεῷ.

ΛΟΓΟΣ ιε'.

Ὅτι χρὴ καθαροὺς καὶ ἐκνενιμμένους τὴν ἁμαρτίαν παρίστασθαι τῷ Θεῷ. καὶ ὅτι ἐν Χριστῷ πάλιν ἡμῶν ἡ κάθαρσις.

ΛΟΓΟΣ ιϛ'.

Ὅτι χρὴ προσάγειν ἡμᾶς θυσίας πνευματικὰς καὶ δωροφορίας Θεῷ.

ΛΟΓΟΣ ιζ'.

Περὶ ἑορτῶν ἁγίων.

LIBER XIII.

Item, de Sacerdotio.

LIBER XIV.

Quod oporteat eos, qui adire Eccleſias volunt, puros & ab omni peccati labe ablutos eſſe, atque ita coram Deo ſe ſiſtere.

LIBER XV.

Quòd oporteat puros, & ablutis peccati maculis Deo ſiſti: Et quòd in Chriſto rurſum noſtra purificatio conſiſtat.

LIBER XVI.

Quod oporteat nos ſpirituales hoſtias & oblationes offerre Deo.

LIBER VLTIMVS.

De ſanctis feſtiuitatibus.

SVMMA PRIVILEGII.

CAVTVM eſt auctoritate Chriſtianiſſimi Regis Francorum & Nauarræ Ludouici XIII. nequis in regno Franciæ S. *Cyrilli Alexandrini opera cura & ſtudio Ioannis Aubert Regis Interpretis Græcè & Latinè edita* abſque eius permiſſu intra decennium ab vltimo impreſſionis die excudat aut diuendat, publicationis exemplarium & quingentarum librarum, ſiquis ſecus fecerit, mulctâ indictâ, prout amplius in ipſo diplomate continetur, dato San-germani V. Cal. Iul. anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo primo.

Signatum, LORMIER.

Ea ipſa opera *S. Cyrilli* imprimi ac diuendi à *Stephano Richer, Sebaſtiano Cramoiſy, Dionyſio Moreau, Claudio Sonnio, Gabriele Cramoiſy, & Ægidio Morel.* permiſit idem Ioannes Aubert, eoſque ſolos vti hoc Regis Priuilegio voluit, dato in eam rem chirographo. Lutetiæ Pariſ. prid. Id. Iul. anno Domini M. DC. XXXVIII.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER PRIMVS.

De lapſu hominis in vitia, & de Captiuitate peccati, ac ſimul de Vocatione atque conuerſione, quæ per pœnitentiam fit, & recurſu ad meliorem vitam.

A Περὶ τῆς εἰς φαυλότητα τοῦ ἀνθρώπου παρατροπῆς, καὶ αἰχμαλωσίας, τῆς εἰς ἁμαρτίαν. καὶ ὁμοῦ περὶ κλήσεως καὶ ἐπιστροφῆς, τῆς κατὰ μετάγνωσιν, καὶ τῆς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναδρομῆς.

QVONAM aut vnde percontari, ſuperuacaneum opinor fuerit; dices enim, ſat ſcio, nihil cunctatus, te domo, & ad nos. PALLADIVS. Ita eſt. CYRILLVS. Quis vero liber iſte eſt, quem in manibus habes? PALLADIVS. Liber Euangelicus à Matthæo nempe & Ioanne conſcriptus.

ΠΟΙ δὴ καὶ πόθεν ἔρεσθαι μὲν δὴ, περιττὸν οἶμαί που. φαίης γὰρ ἄν, ὦ οἶδ' ὅτι, μελλήσας οὐδὲν, ὡς οἴκοθέν τε καὶ ὡς ἡμᾶς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Δέλτιον δὲ δή σοι τουτὶ τὸ ἐν χεροῖν, ὅ, τι; ΠΑΛ. Βίβλος Εὐαγγελική, Ματθαίου τε καὶ Ἰωάννου συγγραφή.

ΚΥΡ. Οἶδα δὲ αὐτὴν ὅποι τε καὶ ὅπῃ διακομίζεσθαι δεῖν; οὐ γάρ που θυραῖός γε ἰὼν ἐκμελετήσεις ἄν, ὦ Παλλάδιε. πόνοι τε μᾶλλον οἱ ἐπὶ τοῖσδε γλυκεῖς, οἴκοι τε καὶ ἐν σχολῇ. ΠΑΛ. Εὖ λέγεις. ἐντευξόμενος δὲ ἀφῖγμαί σοι, καὶ δέλτον ἄγω τὴν ἱεράν. μυρία γὰρ ὅσα πεπονηκὼς, οὐδὲν ὅ, τι μᾶλλον ἔχω νοεῖν τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐπὶ μὲν τοῦ Ματθαίου, λέγων, Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν· ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. Ἐν δέ γε τῇ κατὰ τὴν Ἰωάννου συγγραφῇ, πρὸς τὴν ἐκ τῆς Σαμαρείας γυναῖκα, Πίστευέ μοι, γύναι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί. ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν, ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ τῇ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. ΚΥΡ. Εἶτα τί τὸ ἄπορον εἶναί σοι δοκεῖ, ὡς ἔργα δὴ τούτοις; τί δὲ δὴ τὸ βαθὺ καὶ δυσέφικτον; ἑρμηνεύων φράσον. ΠΑΛΛ. Ἐθῶν μὲν τῶν ἀρχαιοτέρων ἀποφοιτᾶν, καὶ τῆς ἐν νόμῳ δικαιοσύνης καταλῆξαι δεῖν ἱερὸς ἡμῖν ἐπιτάττει λόγος. ἔφη γὰρ ὁ Παῦλος τοῖς ταύτης ἐφιεμένοις καὶ μετὰ τὴν πίστιν, Κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα. Πολιτείας δὲ τῆς κατὰ τὸν νόμον, καί τοι λαμπρὰ καὶ μεγάλα δεικνύων ἡμῖν ἐφ' ἑαυτοῦ τὰ αὐχήματα, πάλιν φησίν. Ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἡγοῦμαι τὰ πάντα ζημίαν, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην, τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην. οὐκ ἀμώμητον δὲ εἶναι τὴν ἀρχαίαν ἐντολὴν διεβεβαιοῦτο σαφῶς. ταύτῃ τοί φησι καὶ

A CYRIL. Putaſne verò hunc quocunque circumferendum eſſe, & cuicumque? neque enim è foribus egreſſus in itinere meditationi commodè vacare potes, Palladi. Sunt verò huiuſmodi labores domi & in ocio ſuaues. PAL. Rectè ais. Ceterum, vt tecum colloquerer, veni: librum porro hunc ſacrum affero, quòd, cùm diu multumque laborarim, nullâ tamen ratione aſſequi potui, quid voluerit ſignificare Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud Matthæum, cùm dicit; B [Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem aut Prophetas; non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.] In Ioannis prætereà volumine ad mulierẽ Samaritanam;] Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod neſcitis; nos adoramus quod ſcimus; quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hoC ra, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate; nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.] CYRIL. Quid verò tibi in his verbis eſſe arduum videtur, quid obſcurum & intellectu difficile? dic rogo te. PAL. A veteribus quidem ritibus diſcedere, & ab ea quæ ſecundum legem eſt, iuſtitia ceſſare, ſacræ nobis literæ præcipiunt: iis enim, qui in eam etiam poſt perceptam D fidem inclinabant, Paulus dicebat, [Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus.] Cùm verò ob vitam ſecundum legem inſtitutam magnas licere eaſque præclaras habere gloriandi cauſſas oſtendat, ait rurſus: [Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta; verumetiam exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam DoE mini mei Ieſu Chriſti, propter quem omnium detrimentum feci, & arbitror ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in ipſo, non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia.] Vetus autem illud mandatum non omnino culpâ vacare, manifeſtè confirmauit, ideoque inquit, illius

Matth. 5.

Ioan. 4.

Philip. 3.

Galat. 5.

A loco nouum hoc per Chriſtum, id eſt, Euangelicum vtiliter inductum. Sic
Hebr. 7. enim ſcribit, [Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, ſed introductio melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.]
Hebr. 8. Et iterum; [Si enim prius illud culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſraël, & ſuper domum Iuda Teſtamentum nouum, non ſecundùm

B teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti: quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc eſt teſtamentum, quod diſponam domui Iſraël poſt dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in mentem eorum, & in corde eorum inſcribam eas.] Præcipuè verò nouitatis nomen intelligens atque de-

C Ibid. clarans, [dicendo, inquit, nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.] Si igitur nihil perfecit lex, & reprobatio prioris mandati fuit hæc poſterioris ſubrogatio, per quod Deo concilia-
Matth. 5. mur; cur ergo Saluator ait, [Non veni ſoluere legem, ſed adimplere?] Et
Ioan. 4. illud item, [in ſpiritu & veritate Deum ac Patrem oportet adorare?] Hoc enim, niſi fallor, ſignificat à ritibus cultuque legis eſſe nobis abſtinendum.

D CYRILLVS. Quàm vaſtum quæſtionum pelagus ingrederis! Quæ enim mentis vis tanta, poteſt in adeo ſubtiles diſputationes ſatis claram aciem intendere; vt iis, quæ olim à ſapientiſſimo Moyſe ſancita ſunt, tanquam cognatam ac proximam eſſe, in iiſdemque verſari rebus nouam ſcripturam oſtendat, eſſeque vitam in Chriſto non longè à legali disiunctam, ſi quæ veteribus præſcripta ſunt, ad ſpiritualem contemplationem traducantur: lex namque figura & vm-

E bra eſt, & forma pietatis tamquam adhuc parturiens, & latentem in ſe pulcritudinem veritatis continens. An non ita vt dixi, rem ſe habere dices? PALLADIVS. Ita prorſus. Ceterum quanam ratione hæc declarari poterunt? aut quomodo Euangelicè viuamus, ſi nos adhuc de veteri mandato pendere, &

A ἀντ' ἐκείνης ἡμῖν εἰσκεκομίσθαι χρησίμως, τὴν διὰ Χριστοῦ καὶ νέαν, τουτέστι, τὴν Εὐαγγελικήν. γράφει δὲ οὕτως, Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς, διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές· οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ. Καὶ πάλιν. Εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος. μεμφόμενος γὰρ αὐτοὺς λέγει· ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα

B διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν ἐποίησα τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου; ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου· κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος. ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ταύτας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἐπιγράψω

C αὐτούς. ἐξόχως δὲ τὸ τῆς καινότητος ὄνομα συνιεὶς τε καὶ ἑρμηνεύων ἐν τῷ λέγειν, φησὶ, καινὴν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην· τὸ γὰρ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. εἰ τοίνυν τετελείωκε μὲν ὁ νόμος οὐδὲν, ἀθέτησις δὲ τῆς ἀρχαίας γέγονεν ἐντολῆς καὶ τῆς δευτέρας ἐπιφορά, προσοικειούσης ἡμᾶς τῷ Θεῷ, τί δὴ ἄρα φησὶν ὁ Σωτήρ, Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι; καὶ ὅτι, προσήκει προσκυνεῖν ἡμᾶς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ τῷ Θεῷ

D καὶ πατρί. Δηλοῖ γὰρ, οἶμαι, τουτὶ, τὸ ἀποπαύεσθαι δεῖν ἡμᾶς ἠθῶν καὶ λατρείας τῆς κατὰ τὸν νόμον. ΚΥΡ. Ὡς εἰς πλατὺ ζητημάτων ἐξοίχῃ πέλαγος. ποῖος γὰρ ἂν ἀρκέσειε νοῦς, τοῖς οὕτω λεπτοῖς θεωρήμασιν ἐνατενίσαι λαμπρῶς, ὡς τοῖς πάλαι τεθεσπισμένοις διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, ἀδελφὴν οἷά περ καὶ γείτονα, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰοῦσαν πραγμάτων, τὴν νέαν ἡμῖν ἐπιδεῖξαι γραφὴν, καὶ τῆς νομικῆς πολιτείας οὐ σφόδρα διῳκισμένην τὴν ἐν Χριστῷ

E ζωὴν, εἰ πρὸς θεωρίαν ἄγοιτο τὴν πνευματικὴν τὰ τοῖς ἀρχαίοις διωρισμένα. Τύπος γὰρ ὁ νόμος καὶ σκιὰ, καὶ τῆς εὐσεβείας ἡ μόρφωσις ὡς ἐν ὠδῖσιν ἔτι, καὶ κεκρυμμένον ἐν ἑαυτῇ τὸ τῆς ἀληθείας ἔχουσα κάλλος. ἢ οὐχ ὧδε ἔχειν ἐρεῖς ὅπερ ἔφην; ΠΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ἀλλὰ τίς ἂν γένοιτο τούτου ἡ διασάφησις; ἢ τίς ὁ τρόπος τοῦ πολιτεύεσθαι μὲν εὐαγγελικῶς ἐξῆφθαι ἔτι

δοκεῖν τῆς ἀρχαίας ἐντολῆς, καὶ πληροῦν οἴεσθαι τὰ διὰ Μωσέως; ΚΥΡ. Οὐχ ἁπλοῦς ὁ λόγος, ὥς ἄν τις εἰκάσειε· χρῆμα δὲ, οἶμαι, καὶ πολυειδὲς καὶ πολύμορφον ἡ ἀρετή· καὶ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας τὰ αὐχήματα, διὰ πλείστης ὅσης ἡμῖν τῆς ἀγαθουργίας ἐκποικίλλεται. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐν ψαλμῷ τῷ τετάρτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ, παρίστησι μὲν τῷ Χριστῷ, παρθένον ἁγνὴν, ὡς ἐν τάξει βασιλίδος, τὴν ἐκκλησίαν, περιχρυσοῖ δὲ αὐτῇ καὶ πεποικιλμένην περιτίθησι στολὴν, οὕτω λέγων, Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη καὶ πεποικιλμένη· τοῦ μὲν διαχρύσου, τὸ ἔντιμον καὶ περιφανὲς, καθάπερ ἔγωγμαι, τοῦ δὲ ποικίλου, τὸ πολυειδὲς τῆς ἀρετῆς εὖ μάλα κατασημαίνοντος. εὐπρεπεστάτη γὰρ λίαν ἡ ἐκκλησία, κόσμον ἔχουσα τὸν νοητὸν, οὐ τοῖς τῆς σαρκὸς ὁρώμενον ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' εἰς νοῦν ἔσω καὶ καρδίαν, τὸν ἐν τῷ κρυπτῷ νοούμενον Ἰουδαῖον, διὰ πλείστων ἡμῖν ὅσων ὡραϊσμῶν εὐφυᾶ καὶ ἐξαίρετον ἀστείως ἐκφαίνοντα. ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος, Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὔτε μὴν ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομὴ, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ, Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. ΠΑΛΛ. Ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, τῆς ἐν πνεύματι περιτομῆς εἰσκεκομισμένης, καὶ θυσιῶν τῶν κατὰ τὸν νόμον ἀναπεπαυμένων, καὶ τόπον οὐδένα παρ' ἡμῖν ἐχούσης τῆς πολιτείας· οὐκ ἀπίθανόν πως εἶναι δοκεῖ τὸ φάναι Χριστὸν, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι; ἢ εἴπερ οὐχ ὧδε ἔχει, διακωλύσει δὴ οἶμαί που καὶ ἡμᾶς οὐδὲν, βουθυσίαις μὲν καὶ λιβανωτοῖς τὸν τῶν ὅλων καταγεραίρειν Θεὸν, προσκομίζειν δὲ αὐτῷ τρυγόνας καὶ περιστεράς, καὶ εἴ τι δρᾶν ἕτερον τοῖς ἀρχαιοτέροις νενόμισται, τοῦτο καὶ ἡμᾶς αὖθις ἐπείγεσθαι πληροῦν. ΚΥΡΙΛ. Καὶ μὴν, ὦ ἑταῖρε, πολὺ τοῦ πρέποντος ἀποκομίζῃ μακρὰν, ἀναπεπαῦσθαι γὰρ οἴει τὸν νόμον, ὡς οὐδὲν ἀπόνασθαι μὲν τῶν αὐτοῦ, καὶ ἀχρεῖον ἔχειν παντελῶς τὴν εἰς ὁτιοῦν τῶν ἀναγκαίων δήλωσιν, οὐχὶ μεταπεπλάσθαι μᾶλλον αὐτὸν εἰς ἀληθείας ἔνδειξιν, καίτοι τοῦ μακαρίου γράφοντος Παύλου· νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ πίστεως; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ νόμον

A ea implenda putemus, quæ per Moyſen ſancita ſunt? CYRILLVS. Non ſimplex & vna ratio eſt, vt aliquis imaginari poſſit: Multiplex enim ac multiformis res eſt virtus: & Chriſtianæ vitæ gloria quamplurimis bonis operibus variegatur & ornatur. Itaque diuinus ille Dauid pſalmo quadrageſimoquarto, Chriſto virginem caſtam adſtare facit Eccleſiam: ſtolam verò illi deauratam & variegatam circumponit, ita dicens, [Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circum amicta & variegata.] Vbi deaurati vocabulo, ſplendor & pretium: varij autem nomine, virtutis varietas optimè, vt opinor, ſignificatur. Specioſiſſima enim eſt omninò Eccleſia, ornatum habens ſpiritualem, qui non carnis oculis cernitur, ſed in mente & in corde poſitus, illum, qui in occulto intelligitur, Iudæum plurimis ornamentis inſignem atque conſpicuum ſcitè nobis oſtendit. Nam vt beatus Paulus ſcribit, [Non qui in manifeſto, Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne, eſt circuncifio, ſed qui in abſcondito, Iudæus eſt, & circuncifio cordis in ſpiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.] PALLADIVS. Dic mihi igitur, ſi circuncifio in ſpiritu introducta eſt, & hoſtiæ legales ſublatæ, & nullum apud nos locum habet illa Iudaica viuendi ratio, annon abſurdum eſſe quodammodo videtur, quod Chriſtus ait; [Non veni ſoluere legem, ſed adimplere?]. Aut ſi aliter ſe res habet, nihil, opinor, impedimento nobis erit, quominus taurorum victimis ac thure Deum veneremur; turtureſque ac columbas ei offeramus; denique quicquid priſcis illis hominibus facere moris fuit, id nos ipſi quoque implere ſtudeamus. CYRILLVS. Atqui longiſſimè à recto aberras, amice: nam ita abolitam eſſe legem putas, vt nullum ex ea fructum percipere liceat, & inutilem eſſe prorſus ad quamcunque partem rerum neceſſariarum declarandam exiſtimas, non conuerſam eſſe potius ad veritatem demonſtrandam, cùm alioqui ſcribat beatus Paulus, [Legem igitur deſtruimus per fidem? abſit: ſed legem

Pſalm. 44.
Rom. 2.
Matth. 5.
Rom. 3.

ſtatuimus.] Pædagogus enim eſt lex atque optime perducit ad Chriſti myſterium: illa verò, quæ olim per Moyſen ſunt priſcis hominibus edicta, elementa eſſe dicimus exordij ſermonum Dei. Igitur, ſi pædagogum repulerimus, quis nos ad Chriſti myſterium perducet? & ſi recuſauerimus diſcere elementa initij ſermonum Dei, quomodo deinceps aut vnde peruenire ad finem poterimus? An non enim iuxta ſcripturas plenitudo legis & Prophetarum eſt Chriſtus? PALLADIVS. Etiam. CYRILLVS. Sic enim ſcriptum eſt; Eſſe autem illum legis ac Prophetarum plenitudinem ea ratione puto, quia in illum omnia prophetica & legalia oracula ſpectant, atque obuerſa ſunt. Itaque dicebat, cùm Iudæis incredulitatem exprobraret, [Nolite putare, quod ego accuſaturus ſim vos apud Patrem; eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis; ſi enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?] Cùm igitur ſe veniſſe dicat, non vt ſoluat legem, ſed potius vt perficiat; noli putare ſubuerſionem eorum, quæ olim ſancita ſunt, ſed veluti reformationem eſſe factam, & eorum, quæ in figuris adumbrata erant, vt ita dicam, recuſionem ad expreſſiorem formam veritatis. PALLAD. Rectè dicis. CYRILL. Ac tale quiddam à Chriſto fieri oportuit. Qui in tabulis picturiſque artificium exercent, non ſtatim atque pingere incipiunt, eam ſpeciem picturis inducunt, cui nil deſit, atque ex omni parte perfecta ſit, ſed ſimpliciori prius ac minus venuſto colore illas adumbrant, & longe obſcuriores antea figuras, quàm velint, oculis exponunt. Denique vmbris illis illinunt colorem cuique decentiſſimum ac maximè congruum; ita rudiores illas figuras ad perſpicuam ac longe præſtantiorem, quam antea fuerat, ſpeciem transferunt. Annon ita ſe res habet? PALLADIVS. Fateor equidem. CYRILLVS. Iam verò fabri ærarij, ſi fortè ſtatuam conficere velint, cera prius rudem quendam typum formant, eóque igni abſumpto, colliquefactum infundunt; atque ita ad abſolutam formam atque decorem opus perducunt. Cùm vmbris illis ſuper-

Galat. 3. — Rom. 10. — Ioann. 5. — Matth. 5. — Rom. 5.

A ἱστάνομεν. παιδαγωγεῖ γὰρ ὁ νόμος, καὶ ἀποφέρει καλῶς εἰς τὸ ἐπὶ Χριστῷ μυστήριον. εἶναι δὲ φαμὲν τὰ πάλαι διὰ Μωσέως τοῖς ἀρχαιοτέροις τεθεσπισμένα, στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ παραιτούμεθα τὸν παιδαγωγόν, τίς ἡμᾶς ἔτι διακομιεῖ πρὸς τὸ Χριστοῦ μυστήριον; καὶ εἰ παραιτοίμεθα τὸ μαθεῖν τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, πῶς δὴ ἔτι λοιπόν, ἢ πόθεν ἀφιξόμεθα πρὸς τὸ τέλος; ἢ γὰρ οὐ κατὰ τὰς γραφὰς πλήρωμα νόμου καὶ

B προφητῶν ὁ Χριστός; ΠΑΛ. Ναί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Γέγραπται γὰρ ὧδε. πλήρωμα δὲ νόμου καὶ προφητῶν, εἴη ἂν εἰς αὐτὸν εἶναί που παντὸς ὁρῶντος καὶ πεπραγμένου προφητικοῦ τε καὶ νομικοῦ θεσπίσματος. ταῦτοι γάρ τοι ἔφασκε τὴν Ἰουδαίων ἀπειθείας ἐκδυσωπῶν, Μὴ δοκεῖτε, ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγρα-

C ψεν. εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε; Ἀφῖχθαι δὴ οὕτω εἰ λέγοι, καταλύσων μὲν οὐδαμῶς τὸν νόμον, ἀπαρτίσων δὲ μᾶλλον αὐτόν, μὴ τὴν εἰς ἅπαν ἀνατροπὴν τῶν πάλαι τεθεσπισμένων ἐργάσασθαι διανοοῦ· μᾶλλον δὲ μεταπλασμόν ὥσπερ τινα, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, μεταχάραξιν τῶν ἐν τύποις ἐπὶ τὸ ἀληθές. ΠΑΛ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛ. Καὶ δὴ τοιοῦτον ἔδει γενέσθαι παρὰ Χριστοῦ. οἱ τὴν ἐν

D πίναξι καὶ γραφαῖς εὐτεχνίαν ἐξησκηκότες, οὐκ εὐθὺς τοῦ γράφειν ἀρχόμενοι, τὸ ἀνενδεῶς ἔχον, καὶ εἰς ἅπαν ἀπηρτισμένον ἐπιφέρουσιν εἶδος ταῖς γραφαῖς, ἰσχνῷ δὲ δὴ πρότερον καὶ ἀκαλλεστέρῳ χρώματι σκιαγραφοῦντες εὖ μάλα, καὶ ὥσπερ ἂν ἕλοιντο τυχὸν ἀμυδροτέρους ἔτι τοὺς τύπους προαναφαίνοντες, εἶτα ταῖς σκιαῖς ἐπαλείφοντες, τὸ ἑκάστῳ πρέπον τε καὶ ἁρμοδιώτατον χρῶμα, μεταφέρουσι τοὺς τύπους εἰς εἶδος τὸ ἐμφανές, καὶ ἀσυγκρίτως ἄμεινον, ἢ τὸ ἐν ἀρχαῖς.

E ἢ οὐχ ὧδε ἔχει; ΠΑΛΛ. Ἔγωγε φημί. Οἱ δὲ δὴ τὴν χαλκουργικὴν ἐπιτηδεύοντες ἐμπειρίαν, ἀνδριάντα τυχὸν εἰ βούλοιντο διαπήγνυσθαι, κηρῷ μὲν τὸ πρόσθεν εἰς εἶδος ἀμείνω ἀδροῦσιν, εἶτα πυρὶ καταπήξαντες, ἐπιχέουσι τὸν χαλκόν, ἄγουσί τε οὕτω πρὸς τὸ ἄρτιον ἔχον εἶδός τε καὶ κάλλος εὖ μάλα τὸ τεχνουργούμενον. ἐπιρριφθείσης δὲ ταῖς σκιαῖς τῆς τῶν χρωμάτων

πολυειδίας, καὶ μὴν καὶ χαλκοῦ τὰ ἐκ κηροῦ A
καλύπτοντος, δόξειε μὲν ἂν ἡττῆσθαί τε καὶ
ἀνατετράφθαι βραχύ, τὰ πρῶτά τε καὶ ἐν
ἀρχῇ σχήματα. ἔχει δὲ οὐχ οὕτω τὸ χρῆμα τῇ
φύσει. φαῖεν γὰρ ἂν ἀληθεύοντες, χαλκουργός
τε καὶ γραφεύς· οὐ κατελύσαμεν τὰς σκιάς, οὐκ
εἰς ἀχρειότητα παντελῆ τοῖς τύποις ἐπεμψά-
μεθα, πεπληρώκαμεν δὲ μᾶλλον. Ὁ γὰρ ἦν ἰδεῖν
ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι καὶ τύποις ἀφανέστερόν τε καὶ ἀ-
καλλέστερον, τοῦτο προβέβηκεν ἐπὶ τὸ ἄμεινόν
τε καὶ ἐμφανέστερον. ΠΑΛΛ. Εὖ λέγεις. ΚΥ- B
ΡΙΛ. Καὶ εἴπερ τις ἕλοιτο πολυπραγμονεῖν
ἀληθῶς τὴν ἱεράν τε καὶ θεόπνευστον γραφήν,
εἴσεται δὴ πάντως ἀληθὲς ὑπάρχον, ὅ φημι.
Κάλυμμα γὰρ ἐτίθει Μωσῆς ἐπὶ τὸ πρόσωπον
αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ
ἀτενίζειν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμ-
μένον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τί δὴ τοῦτο
παραδηλοῖ; ΚΥΡΙΛΛ. Ταῖς γὰρ Ἰουδαίων
διανοίαις παχυτέραις οὔσαις ἔτι οἰστὰ μέν πως
ἦν τὰ ἐξωφανῆ τοῦ νόμου, φημὶ δὲ δὴ πάλιν C
τὰ διὰ μόνου τοῦ γράμματος, ἀφόρητα δὲ καὶ
ἀπρόβλητα παντελῶς, τὰ ἔσω κεκρυμμένα,
καὶ ἵν' οὕτως εἴπωμεν τὸ τῶν νοημάτων ἀληθές. τοι-
γάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος ἡμῖν γράφει Παῦλος. Ἄ-
χρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τὸ αὐτὸ κάλυμμα
ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει
μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖ-
ται. ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκηται
Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν
κεῖται. Ἀλλ' ὧδε μὲν δὴ τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐστά- D
τω. Ἡμεῖς δὲ δὴ πάντες, ἀνακεκαλυμμένῳ
προσώπῳ, φησί, τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζό-
μενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δό-
ξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύμα-
τος· ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. ὥσπερ γὰρ οἱ
ἐν ἐσόπτρῳ βλέποντες εἰκόνα καὶ τύπον τοῦ ἀλη-
θοῦς, καὶ οὐκ αὐτό που τὸ ἀληθὲς εἶεν καταθρή-
σαιεν ἄν, κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον, οἱ τῆς ἐν
Χριστῷ πολιτείας τὸ κάλλος ἐπιθυμοῦντες ἰδεῖν,
καθάπερ ἐσόπτρῳ τῷ νόμῳ χρώμενοι κατορ- E
θώσαιεν ἂν ὡς ἄριστα τὸ ποθούμενον. τὴν γὰρ αὐ-
τὴν τῶν πραγμάτων εἰκόνα μεταπλάττοντες εἰς
ἀλήθειαν, εἴσονται καθαρῶς τὸ ὅ, τι μάλιστα δο-
κοῦν καὶ εὐάρεστον τῷ Θεῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ.
Εἶτα τίς ἂν γένοιτο τυχὸν ὁ λόγος τοῦ μὴ ἐν ἀρ-
χαῖς τοῖς πάλαι, τὸ νέον τε καὶ Εὐαγγελικὸν δε-
δόσθαι χρησμῴδημα, τύποις δὲ μᾶλλον νενομο-

A inducta ſit, colorum varietas, cúmque
illas è cera figuras æs abſumpſerit, vide-
ri quidem poſſit priores illas formas
abolitas atque euerſas eſſe: id vero ſe-
cus eſt. Nam & faber ærarius, & pictor
vere dixerint: Nos quidem minime
deſtruximus vmbras, neque ita rudes
illas figuras, vt inutiles prorſus abie-
cimus; ſed potius impleuimus; quod
enim in vmbris adhuc atque figuris
obſcurius ac minus venuſtum videba-
tur, id ad meliorem, illuſtrioremque
B formam peruenit. PALLAD. Rectè
dicis. CYRILL. Ac ſi quis voluerit
ſerio ſacram & diuinitus inſpiratam
ſcripturam perueſtigare, ſciet omni-
no verum eſſe, quod dixi: velamen
enim ponebat Moyſes ſuper faciem Exod. 34.
ſuam, eo quòd non poſſent filij Iſraël
intendere in faciem ipſius, ſicut ſcri-
ptum eſt. PALLAD. Ecquid illud
eſt, quod hoc facto ſignificatur?
CYRILL. Iudæorum namque men-
tes cùm hebetiores adhuc eſſent, ex-
teriora legis aliquo modo tolerabilia
C iudicabant; ea, inquam, quæ per
ſolam literam ſignificabantur; iiſ-
dem verò non ferenda & abiicien-
da omnino videbantur, quæ inte-
rius latebant, atque vt ita dicam,
ipſa ſenſuum veritas. Itaque bea-
tus quoque Paulus ſcribit, [Nam 2. Cor. 3.
vſque in hodiernum diem id ipſum
velamen in lectione veteris Teſta-
menti manet non reuelatum; quo-
niam in Chriſto euacuatur: ſed vſ-
que in hodiernum diem, cum legi-
D tur Moyſes, velamen poſitum eſt ſu-
per cor eorum.] Sed ita quidem Iu-
dæorum res ſe habeant. [Nos vero
omnes reuelata facie, inquit, glo-
riam Domini ſpeculantes, in ean-
dem imaginem transformamur à cla-
ritate in claritatem, tamquam à Domi-
ni ſpiritu; Dominus autem ſpiritus eſt.]
Vt enim qui in ſpeculo contemplan-
tur, imaginem & figuram rei veræ vi-
dent, non ipſam rem; ſic qui Chri-
ſtianæ conuerſationis pulchritudinem
videre deſiderant, ſi lege tanquam
E ſpeculo vtantur, optime quod cu-
piunt, aſſequentur: ipſam enim re-
rum imaginem ad veritatem transfe-
rendo, liquidò perſpicient, quid Deo
acceptum in primis gratumque ſit.
PALLADIVS. Sed quæ ratio
afferri poteſt, cur non ab initio vete-
ribus illis noua & Euangelica lex
daretur; figuræ verò potius atque

vmbræ inſtituerentur? CYRILL. Accuratam verámque huius diſpenſationis rationem, piè ac reuerenter vni Deo, cui omnia cognita explorataque ſunt, relinquamus oportet: rationes tamen à piis cogitationibus non alienæ, nos ad quantulamcunque cognitionem perducunt, aut eo vſque certè, vt ſcire videamur, quæ fuerit huius conſilij cauſſa. Dicimus igitur, ex Ægypto liberatis Iſraëlitis, frequenti inſtitutione longa, & eſca, vt ita dicam, pucrili opus fuiſſe: rudes enim adhuc erant, & ad abſurdiſſima quæque admodum procliues. Nam cùm carnis amore laborarent, & perturbationibus eſſent irretiti, quæ difficulter elui & (Exod. 14.) extirpari poſſent, impoſſibile propemodum erat, minimé que promptum ſtatim ad ſummam perfectionem euadere velle, ac vitæ rationem ſuſcipere adeo illuſtrem & admirandam, vt, (Philip. 3.) cùm in terris ambularent, conuerſationem tamen in cælis haberent, ſicut ſcriptum eſt. Annon enim perfecto- (Hebr. 5.) rum eſt ſolidus cibus, lac verò pueris adhuc magis conuenit? PALLAD. Maximè verò. CYRILL. Pueris igitur inſtitutione opus erat, quæ figuris contineretur, & vt ita dicam, delicatiore victu, non eo ſermonis genere, quod (1. Cor. 3.) ad perfectionem inſtitueret, & ad abſolutum numeris omnibus ſtatum perduceret. Ita verò leues ac ſtupidi, & ad omnia perturbationum genera faciles deprehendentur filij Iſraël; vt, ſi diligenter eorum mores ac ſtudia perpendantur, ne vmbra quidem ipſa digni æſtimentur: idque Moyſes oſtendit: Deo namque ſic præcipiente, aſcendit ille in montem, legem ſuſcepturus. at hi ſtatim in defectionem lapſi ſunt; vitulo namque conflato, (Exod. 32.) „ dicere miſeri auſi ſunt, [Hi ſunt dij „ tui, Iſraël, qui te eduxerunt ex terra „ Ægypti.] Quocirca tantam leuitatem Moyſes indignè ferens, tabulas confregit, in quibus lex erat deſcripta; non iam vmbra quidem aut figuris, ſed ne vlla quidem doctrina cæleſti dignos eos cenſens, qui eò ſtuporis veniſſent, vt tantorum obliti miraculorum, quæ diuina vi ipſorum cauſſa geſta erant, vitulo rurſus venerationem deferrent, & Ægyptium illum cultum memoriâ repeterent. Porrò in tabulis lapideis adumbrata tum erat veteribus lex Dei digito, vt ſcri-

A θετεῖσθαι καὶ σκιᾶς. ΚΥΡΙΛ. Τὸ μὲν ἀκριβὲς τῆς οἰκονομίας, καὶ ὅπως ἂν ἔχοι ταυτὶ, καθά γε τὸ ἀληθέστερον, ἀναθετέον εὐσεβῶς τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ. λογισμοὶ δὲ ἡμᾶς ἐννοιῶν ἀγαθῶν ἀμοιροῦντες οὐκ εἰδότες, ἀποφέρουσί πως κἂν γοῦν εἰς μετρίαν εἴδησιν, ἢ τάχα που πρὸς τὸ εἰδέναι δοκεῖν τῆς οἰκονομίας τὴν πρόφασιν. Φαμὲν οὖν, ὅτι παιδαγωγίας ἔδει πολλῆς, καὶ ἀνατροφῆς τρόπον τινὰ νηπιοπρεποῦς, τοῖς ἐξ Αἰγύπτου λελυτρωμένοις. παχυνοὶ γὰρ ἦσαν ἔτι B καὶ εὐπαράφοροι κομιδῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀπηχεστάτων. δυσαπόνιπτον δὲ παντελῶς τὴν φιλοσαρκίαν ἠῤῥωστηκόσι, καὶ τοῖς διαφύκτοις πάθεσιν ἐγκατειλημμένοις, ἀνέφικτόν πως ἦν ἔτι καὶ οὐχ ἕτοιμον ἐλθεῖν τὸ εὐθὺς ἀναθρώσκειν δύνασθαι πρὸς τὸ ἄγαν ἄριστον, ὡς καὶ ζωῆς τινα τρόπον ἐπιμελεῖσθαι, τυχὸν τῆς οὕτω λαμπρᾶς καὶ ὑπερφυοῦς, ὡς περιπατεῖν μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, ἔχειν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς, κατὰ τὸ γε- C γραμμένον. ἢ γὰρ, οὐχὶ τελείων μέν ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, γάλα δὲ τοῖς ἔτι νηπίοις τὸ πρεπωδέστερον; ΠΑΛ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔδει τοίνυν παιδαγωγίας μὲν τῆς ἐν τύποις, ἔτι νηπίοις, καὶ ἵν' οὕτως εἴπωμεν, τρυφερωτέρας ἀνατροφῆς, οὐχὶ τοῦ πρὸς τελειότητα διαπλάττοντος λόγου, καὶ ἀποκομίζειν οἵου τε πρὸς τὸ ἀρτίως ἔχον. ἐλαφροὶ δὲ οὕτως καὶ ὀλιγογνώμονες, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν εὔκολοι τῶν παθῶν, ἁλοῖεν ἂν οἱ ἐξ Ἰσραήλ· ὡς εἴπερ τις ἐν αὐτοῖς D ἀκριβὴς ἦν βάσανος ἠθῶν καὶ ἐγχειρημάτων, οὐδ' ἂν εἰ μὴ σκιᾶς ἠξίωντο. Καὶ τοῦτο δέδειχεν ὁ Μωσῆς· Θεοῦ γὰρ προστάττοντος, ἀνέθορε μὲν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς, τὸν νόμον ὑποδεξόμενος. οἱ δὲ παραχρῆμα κατώλισθον εἰς ἀπόστασιν. μεμοσχοποιήκασι γὰρ, φαίη τι οἱ δείλαιοι τετολμήκασιν, Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἐπὶ οὖν ταῖς οὕτω βιαίαις ἐλαφρίαις ἐδυσφόρει μὲν ὁ Μωσῆς, κα- E τέῤῥηγνυ δὲ τὰς πλάκας, ἐν αἷς ἦν ὁ νόμος, οὐδὲ σκιᾶς ἢ τύπων, ἢ κἂν γοῦν ὅλως παιδαγωγίας τῆς ἄνωθεν ἀξίους εἶναι νομίσας τοὺς οἷς γε τοσοῦτον ἀπόπληκτος ἦν ὁ νοῦς, ὡς ἀμνημονῆσαι μὲν τῶν οὕτω τεθαυμασμένων, ἃ διὰ τῆς θείας ἰσχύος ὑπὲρ αὐτῶν ἐξετετέλεστο, μόσχῳ δὲ τὸ σέβας ἀναθεῖναι πάλιν, καὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ λατρείας ἐλθεῖν ἐς ἀνάμνησιν. ἀλλ' ἐν πλαξὶ μὲν λιθίναις ἐσκιογραφεῖτο τότε τοῖς ἀρχαιοτέροις ὁ νόμος ἐν δακτύλῳ Θεοῦ, καθὰ

γέγραπται. Τύπος δὲ ἦν ἐκεῖνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ γενέσθαι πεπιστευμένων. καταγράφει γὰρ ὥσπερ ἐν ἡμῖν τῆς ἑαυτοῦ βουλῆς τὴν εἴδησιν ὁ πάντων δεσπότης Θεὸς, οἱονεὶ καλάμῳ χρώμενος τῷ υἱῷ ἐν πνεύματι. ὠνόμαζε γὰρ οὕτως αὐτὸν διὰ Δαβὶδ, λέγων· ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. ἐνεχάραξε γὰρ ταῖς ἁπάντων καρδίαις ὁ τοῦ πατρὸς κάλαμος, τουτέστιν, ὁ υἱὸς, τὴν παντὸς εἴδησιν ἀγαθοῦ, οἱονεί τινι δακτύλῳ Θεοῦ, τῷ τε τοῦ πατρὸς, καὶ τῷ ἰδίῳ χρώμενος πνεύματι. Δάκτυλον γὰρ ὀνόμασε τὸ πνεῦμα Θεοῦ, λέγων, ποτὲ μὲν, Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια· ποτὲ δὲ αὖ, Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. ἐπιστολὴν δὲ ἡμᾶς τὴν πνευματικὴν καὶ ὁ Παῦλος ἐκάλει, λέγων, ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστὲ ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων, φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Θεοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη, οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. ΠΑΛ. Ἀλλ' ὅτι μὲν τύποι καὶ σκιαὶ τὰ κατὰ τὸν νόμον, φαίην ἂν καὶ αὐτὸς, εὖ ἴσθι τοι. Φέρε δὴ οὖν λεπτολόγοι τε καὶ ἀκριβῆ τοῖς ἐν τύποις κεχρησμῳδημένοις ἐνιέντες τὸν νοῦν, πολυπραγμονῶμεν εὖ μάλα τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος. εἴη γὰρ ἂν οὕτω λοιπὸν οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανὲς τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τὸ μυστήριον. ΚΥΡΙΛ. Καὶ μὴν, ὦ γενναῖε, καταπέφρικά τοι σφόδρα εἰκότως, δυσοκνότατά τε εἰμὶ πρὸς τοῦτο λίαν. εἶεν γὰρ οἶμαί που τοῖς καθ' ἡμᾶς οὐχ ἁλώσιμα, τὰ οὕτως ἀνῳκισμένην καὶ ὑπερτενῆ λαχόντα τὴν θεωρίαν. χρῆναι δὲ οἶμαι λέγειν ἀνασκοπουμένῳ τὸ βάθος τῶν ἐν τῷ νόμῳ θεωρημάτων· τίς σοφὸς καὶ συνήσει ταῦτα; ἢ συνετὸς, καὶ ἐπιγνώσεται αὐτά; ΠΑΛ. Οὐκ ἀπράγμον μὲν τὸ χρῆμα, ὦ τᾶν. αἰτεῖτε δὲ ὅμως, φησὶν ὁ Χριστὸς, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. ΚΥΡ. Ἰτέον δὴ οὖν ἐπὶ τὸ χρῆναι φιλοθηρεῖν τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν· καὶ δὴ καὶ ἱκετηρίας προανατείνωμεν λέγοντες. Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου. Δεῖ δὲ ἡμᾶς, ὡς ἔοικε, πρό γε τῶν ἄλλων εἰπεῖν, τήν τε εἰς φαυλότητα τοῦ ἀνθρώπου παρεκτροπὴν, δουλείας τε πέρι, καὶ αἰχμαλωσίας τῆς

ptum eſt. Sed illa figura erant eorum, quæ apud nos in Chriſto perfecta eſſe creduntur: deſcribit enim quodammodo in nobis voluntatis ſuæ cognitionem ille omnium dominus Deus, tamquam calamo vtens ſuo filio in ſpiritu; ſic enim ipſum appellauit per Dauid dicens, [Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis:] inſcripſit enim in omnium cordibus ille calamus patris, id eſt, filius, omnis boni cognitionem, quaſi digito quodam Dei, ſpiritu patris ac ſuo vſus: digitum namque vocauit ſpiritum Dei, nunc quidem dicens, [Si ego in ſpiritu Dei eiicio dæmonia;] nunc verò, [Si autem ego in digito Dei eiicio dæmonia.] Epiſtolam verò nos ſpiritualem etiam Paulus appellauit, cùm dixit, [Epiſtola noſtra vos eſtis inſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati, quod epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viuentis; non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.] PALLAD. Equidem aſſentior, figuras eſſe atque vmbras, quæ lege continentur. Sed age, ſubtiliter & accuratè, quæ per figuras tradita ſunt, animaduertamus, ac diligenter inueſtigemus ipſam pulchritudinem veritatis: ita demum nemini obſcurum eſſe myſterium cultus in ſpiritu poterit. CYRILLVS. Equidem horreo, Palladi; neque id ſine cauſſa, & grauatè admodum ad hoc munus accedo. Harum enim rerum contemplatio ita ardua eſt, atque ſublimis, vt humano intellectu vix percipi queat: ac ſi quis altitudinem contemplationum earum, quæ latent in lege, ſpectauerit, non abſurdè verba illa vſurpare poterit, [Quis ſapiens, & intelliget hæc? & prudens, & cognoſcet ipſa?] PALLADIVS. Magnum opus & arduum, Cyrille; ſed [petite, inquit Chriſtus, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis.] CYRILLVS. Pergendum igitur nobis eſt ad ea inueſtiganda, quæ vtilitatem afferre poſſunt, ac preces præmittamus dicentes; [Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.] Ante alia igitur dicendum nobis eſt de lapſu hominis in peccatum, déque ſeruitute atque captiuitate, qua

Pſalm. 44.
Matth. 12.
Luc. 11.
2. Cor. 3.
Oſee 14.
Matth. 7.
Pſal. 118.

ſub omnium cõmuni hoſte tenebatur, vt quodammodo hæc à nobis & in nobis fiant. His adiiciendum eſt, quomodo declinandum ſit à malo, & excutiendum ſeruitutis iugum, qua ſub illo tenemur, vt ad priſtinam tandem integritatem, ſeruante & adiuuante Deo redire poſſimus. Hanc enim viam ſi noſtra oratio tenuerit, recto etiam itinere progredientur, vt opinor, & reliqua. PALLAD. Rectè ſentis. CYR. Quocirca oblationes atq; hoſtias offerre Deo ſpirituales, nempè ſtrenuè ſe & laudabiliter exequendæ virtutis ſtudio gerere, minimè iis conuenit, qui ſe nondum à vitiorum ſeruitute, dominatúque liberarint; ſed iis, quorum animus ad libertatem erigitur, & ad excutiendum diabolicæ tyrannidis iugum non eſt incurioſus & negligẽs. PAL. Aſſentior: rectè namque exiſtimas. CYR. Dicimus igitur factum eſſe hominem ab initio eiuſmodi, vt, quamuis animum haberet peccato & affectibus ſuperiorem; non is tamen eſſet, vt in vtramcunque partem vellet, flecti non poſſet. Etenim illi rerum vniuerſarum optimo opifici Deo rectiſſimum eſt viſum, propriæ voluntatis habenas illi permittere, ſpontaneiſque conatibus tribuere, id vt faceret, quod libitum fuiſſet. Oportebat enim vt virtus voluntate ſuſcepta, non vi neceſſitatis coacta videretur; aut ita naturæ lege munita, vt cadere omnino non poſſet: id enim illi ſupremæ omnium eſſentiæ atque excellentiæ proprium eſt. Poſtea verò quàm propriæ naturæ rationibus hoc animal abſolutum fuit opifice Deo, ſtatim illius ſimilitudine præditum eſt. Impreſſa enim in illo eſt diuinæ imago naturæ, inſpirato Spiritu ſancto. Ipſe namque eſt ſpiritus ille vitæ, quandoquidem ſecundùm naturam vita Deus eſt. PALLAD. Ergone anima homini diuinus ſpiritus eſt factus? CYRILL. Quomodo non abſurdiſſimum ſit ita ſentire? Sic enim immutabilis ipſa quoque anima permanſiſſet; nunc verò mutabilis eſt. Mutabilis autem nullo modo ſpiritus eſt; aut, ſi mutationis morbo laborat, ad ipſam Dei naturam hæc labes pertinebit; ſiquidem eſt Dei & Patris & Filij, ille qui ſubſtantialiter ex vtroque, nimirum ex patre per filium profluit ſpiritus. Stultum igitur fuerit putare ſanctum Spiritum in animam eſſe conuerſum; & in hominis tranſiſſe naturam. Sed formata illa maſſa ineffabili

Pſal. 44. Matth. 12. Luc. 11. 2. Cor. 3. Oſee 14. Matth. 7. Pſal. 118.

A ὑπὸ τοῦ πάντων ἐχθροῦ, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον ταυτὶ παρ' ἡμῶν ἐν ἡμῖν ἐκπεράττεσθαι. προσεπιτείνειν δὲ δὴ οὕτω, καὶ τίνα χρὴ τρόπον ἀποπηδᾶν τοῦ κακοῦ, καὶ ἀποσείεσθαι μὲν τὸν ἐπ' ἐκείνῳ δουλείας τὸν ζυγὸν, ἀναθρώσκειν δ' αὖ πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς, διασώζοντος καὶ ἐπαμύνοντος τοῦ Θεοῦ. τῇ δὲ γὰρ ἡμῖν ἰόντος τοῦ λόγου ὁδῷ τῇ πρεπούσῃ, προσοίκοι αὖ, οἶμαι, καὶ τὰ λοιπά. ΠΑΛ. Ὀρθότατα διαφρονεῖς. ΚΥΡ. Τὸ γάρ τοι καρποφορεῖν δύνασθαι τῷ Θεῷ καὶ

B προσάγειν θυσίας πνευματικὰς, ἤγουν ἀνδρίζεσθαι καὶ εὐδοκιμεῖν, κατορθοῦν ἐθέλοντας τὴν ἀρετὴν, οὐχὶ δή που πρέποι ἂν τοῖς οὔπω δουλείας καὶ παθῶν ἀνάγκης ἀπηλλαγμένοις, ἀλλ' οἷς ἤδη πως ὁ νοῦς ἀνανήφει πρὸς τὸ ἐλεύθερον, καὶ οὐκ ἀμελεῖ τοῦ ἔχειν τὸ ἀποσείεσθαι τὸν ζυγὸν τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας. ΠΑΛ. Σύμφημι, νοεῖς γὰρ ὀρθῶς. ΚΥΡΙΛ. Καὶ δὴ καὶ λέγομεν, ὡς πεποίηται μὲν ὁ ἄνθρωπος ἐν ἀρχαῖς, ἁμαρτίας μὲν καὶ παθῶν ἀνώτερον πως ἔτι τὴν διάνοιαν ἔχων, οὐ μὴν ἀνεπίδεκτος

C παντελῶς τῆς ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτο παρατροπῆς. ἐδόκει γὰρ ἔχειν ὀρθῶς τῷ πάντων ἀριστοτέχνῃ Θεῷ, τῶν ἰδίων θελημάτων ἀνάπτειν αὐτῷ τὰς ἡνίας, καὶ αὐθαιρέτοις ὁρμαῖς τὸ δοκοῦν ἀποκελεύσαι ἑρμῆς. προαιρετικὴν γὰρ ἔδει, καὶ οὐχ ὥσπερ ἐξ ἀνάγκης ὁρᾶσθαι τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' οὐδὲ φύσεως νόμοις ἀδιαπτώτως ἐρηρεισμένην· ἴδιον γὰρ ἂν εἴη τουτὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας καὶ ὑπεροχῆς. ἐπειδὴ δὲ τοῖς τῆς ἰδίας φύσεως λόγοις τὸ ζῶον ἀπηρτίσατο τεχνουργοῦντος Θεοῦ, κατε-

D πλουτεῖ παραχρῆμα τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμοίωσιν. ἐνεχαράττετο γὰρ αὐτῷ τῆς θείας φύσεως ἡ εἰκὼν, ἐμφυσήσαντος ἁγίου πνεύματος. αὐτὸ γάρ ἐστιν ἡ πνοὴ τῆς ζωῆς, ἐπεί τοι ζωὴ κατὰ φύσιν ὁ Θεός. ΠΑΛΛ. Ἆρ' οὖν ψυχὴ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ θεῖον ἐγένετο πνεῦμα; ΚΥΡΙΛ. Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον κομιδῇ τὸ τῇδε νοεῖν; ἦ γὰρ ἂν ἄτρεπτος, καὶ αὐτή που διαμεμενήκει ἡ ψυ-

E χή. νυνὶ δέ ἐστι τρεπτή. τρεπτὸν δὲ οὔτι που τὸ πνεῦμά ἐστιν. ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν. εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον Πνεῦμα. ἀμαθὲς οὖν ἄρα τὸ εἰς ψυχὴν οἴεσθαι μεταπεπλάσθαι τὸ πνεῦμα, καὶ εἰς ἀνθρώπου μεταχωρῆσαι φύσιν. ἀλλ' ἐψυχοῦτο μὲν τὸ πλαστουργηθὲν ἀρρήτῳ

A δυνάμει· κατεκαλλωπίζετο δὲ παραχρῆμα τῇ τοῦ πνεύματος δόσει. τὴν γὰρ οὐχ ἑτέρως τὴν θείαν ἡμᾶς εἰκόνα δύνασθαι πλουτεῖν. ΠΑΛ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛ. Καταικοσμήσας δὲ οὕτω τὸ τέχνημα Θεός, τὴν ἐν παραδείσῳ δίαιταν ἐχαρίζετο. ἐπεὶ δὲ ἔδει τὸν οὕτως κατηγλαϊσμένον, καὶ τῇ τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν ἀφθονίᾳ κατεστεμμένον, μὴ εὐκόλως ἀναφέρεσθαι πρὸς ἀλαζονείας ἐᾶν, ἀγνοοῦντα τὴν δουλείαν, καὶ ὡς ἐστι μέτρον τῶν οἰκετικῶν· τὸ γάρ τοι λίαν εὐρὺ πρὸς

B τὸ εὐκλεές, καὶ τὸ ἀμέτρως ἐλεύθερον, ἀποφέρει πρὸς τὸ ὑπερόφρυ καὶ ἐπάρατον πάθος· πρόφασις αὐτῷ τοῦ μὴ ἀγνοεῖν τὸν δεσπότην, ἐγκρατείας ἐδόθη νόμος· ἵνα δι' αὐτοῦ καλοῖτο πρὸς ἀνάμνησιν ἀεὶ τοῦ μετ' ἐξουσίας προστεταχότος, καὶ εἰδείη σαφῶς, ὡς ἐστιν ὑποζευγμένος τοῖς τοῦ κρατοῦντος θεσμοῖς. ἀλλ' οὐκ ἠρέμει τὸ ἀνόσιον ἐκεῖνο καὶ θεομισὲς θηρίον. ΠΑΛ. Φαίης ἄν, οἶμαί που τὸν Σατανᾶν, ὃς τῶν οὐρανίων ἁψίδων ἀστραπῆς δίκην κατηκοντίζετο. νο-

C σεῖν γὰρ αὐτῷ μειρακιωδῶς ἐδόκει τὸ θέλειν εἶναι Θεός, καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν τὴν ἑαυτοῦ παραδηλῶν, ἐφαντάζετο. ΚΥΡΙΛ. Διατεκμαίρῃ καλῶς. φθόνου γὰρ καὶ ἁμαρτίας εὑρετὴς ὤν, καὶ πατὴρ, ἀπραγματεῖν οὐκ ἤθελε περὶ τὸ ἐπὶ γῆς ζῶον, τοῦτ' ἐστι, τὸν ἄνθρωπον. εἶτα δόλῳ καὶ ἀπάταις ὑπελθὼν, περιεκόμισεν εἰς παρακοὴν, πανουργίας ὀργάνῳ τῇ γυναικὶ χρώμενος. ἀεὶ γάρ πως ἡμᾶς κατασείουσι πρὸς τὸ ἀπρεπές, τοῦτ' ἐστιν, εἰς ἁμαρτίαν, αἱ σὺν ἡμῖν τε καὶ ἐν

D ἡμῖν ἡδοναί. ἡδονῆς δὲ τύπος, ἡ γυνή. θωπείαις δὲ ταῖς ἐξ ἡδονῶν καταθεῖ πολλάκις ἐπὶ τὸ ἀθέλητον ὁ νοῦς. ὅπερ οὖν ἐν Ἀδὰμ ὡς ἐν παχεῖ πράγματι καὶ αἰσθητῶς ὁρᾶται συμβεβηκός, τοῦτο καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν καθ' ἡμᾶς, νοητῶς τε καὶ κεκρυμμένως κατίδοις ἂν πληρούμενον. παρανατέλλουσα γὰρ ἡδονὴ καταγοητεύει τὸν νοῦν, καὶ κατὰ βραχὺ ὑποσπᾷ πρὸς τὸ οἴεσθαι λοιπόν, τὸ μηδὲν εἶναι παντελῶς, τοῦ θείου νόμου παράβασιν. Καὶ πιστώσεται λέγων

E ὁ Χριστοῦ μαθητής. Μηδεὶς πειραζόμενος, λεγέτω ὅτι ἀπὸ Θεοῦ πειράζομαι. ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος. εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, ἀποκύει θάνατον. ΠΑΛ. Ἀτρεκὴς ὁ λόγος. ΚΥΡ. Ἀπεμ-

virtute animata fuit, & eueſtigio ſpiritus ſancti munere decorata: neq; enim alia ratione diuina imagine ditari poteramus. Pal. Rectè ais. Cyr. Huic igitur opificio ſic exornato, Paradiſi ſedes, in quibus verſaretur, largit' eſt Deus. Sed quia æquum erat, hominē ita exornatū, & cæleſtium bonorum copia præditum, non facilè in arrogantiā pertrahi ſinere, nō agnoſcentē ſeruili ſe eſſe cōditione, modúmque certū ſeruis eſſe conſtitutū. (Ille namque latus ad gloriam curſus, & immodica libertas, ad ſupercilīū & execrabile vitiū pertrahit) ideò lex illi continentiæ data eſt, quæ occaſio illi eſſet dominū agnoſcendi, vt per eam ſemper ad memoriā reuocaretur illius, qui poteſtatis iure præcepiſſet, certóque ſciret ſe dominatoris legibus eſſe ſubiectū. Sed impia illa Deoq; exoſa bellua non quieſcebat. Pa. Satanā, opinor, intelligis, qui è cæleſtibus orbibus fulguris inſtar deiectus eſt. *Luc. 10.* Adeo enim puerili ſtultitia laborauit vt Deus eſſe vellet, & quæ ſupra naturā ſuā erant, demēs animo fingeret. Cyr. Optimè coniicis. Nam cū inuidiæ & peccati eſſet inuētor, nō ſibi ceſſandū putauit, quominus circa terrenū animal, id eſt hominē, aliquid experiretur. Tum dolo & artibus eum aggreſſus, ad inobedientiā pertraxit, muliere pro inſtrumēto ſuæ calliditatis vſus. Sēper enim nos ad turpitudinem, hoc eſt, ad peccatum impellunt, quæ nobiſcum & in nobis exiſtunt voluptates: mulier autem figura eſt voluptatis: blanditiis porrò voluptatum illectus animus frequenter ad id, quod minime volebat, delabitur. Quod igitur in Adam tamquam in craſſiore quadam rerum imagine etiam ſenſibili modo vſuueniſſe conſpicimus, hoc ipſum in vnoquoque noſtrum ſpirituali modo ac latenter impleri, haud difficile eſt videre. voluptas enim affulgens præſtigiis ſuis faſcinat mentem, eóque paulatim deducit, vt arbitremur iam nullius planè momenti eſſe diuinæ legis violationem: idque confirmat ille Chriſti diſcipulus, cùm dicit; [Nemo, dum tentatur, dicat quod à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt; ipſe autem neminem tentat. Vnuſquiſque autem tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: deinde concupiſcentia, cùm conceperit, parit peccatum; peccatum autem, cùm conſummatum fuerit, generat mortem.] *Iacobi 1.* Pallad. Vera oratio. Cyrillvs. Cùm

igitur Dei gratiam commutaſſet, ac bonis illis, quibus ab initio donata fuerat, eſſet nudata. è paradiſo deliciarum eiecta, & ad deformitatem eueſtigio conuerſa eſt hominum natura. mortique deinceps obnoxia eſt declarata. PALLAD. Neceſſario ſanè: Dei namque donorum inopem eſſe, nihil eſt, opinor, aliud, quàm ab omni penitus bono extorrem fieri. Facilè autem hominis natura ad quæuis abſurda deferetur, niſi illam Saluatoris gratia in virtute ſuſtineat, ac bonis cœleſtibus, quorum eſt ipſa fons, augeat. CYR. Rectè ſanè dicis, & merito equidem tibi aſſentior; alit enim ad ſpirituales vires accipiendas panis ille viuus, id eſt, Dei verbum. Scriptum eſt enim; [Panis confirmat cor hominis:] (Pſalm. 103.) ſeruitute quoque & prauis affectibus liberat & aurea libertatis gloria decorat. At ſi manum quodammodo contraxerit Deus, horúmque bonorum nobis copiam minime ſuppeditarit, neceſſe eſt omnino, vt in mala etiam præter voluntatem incidamus, atque ab omni prorſus virtute excidamus, ac veluti alterius iugum ſubeamus, ad eaque mala, eámque iniuriam perueniamus, vt non multum abſit, quin ipſam quoque iam intelligentiam, quæ ad omnia nobis bonorum genera adipiſcenda & adminiſtra eſt & coniuncta, amittamus, vtque eius qui ita affectus eſt cor diuina ſapientia planè vacuum cernatur, quippe qui paſſus ſit illud proſtitui Satanæ, faciléque eius libidini atque contumeliis ſubiici. PALLAD. Demonſtrabis ne quo pacto id accidat, an in nudis cogitationibus nos fluctuare ſines? CYRILL. Minimè verò. Oſtendam enim vt res patitur, pulcherrimè, & ea quæ veteribus acciderunt, artificioſè ad rerum ſpiritualium figuram expreſſius effingam. Nam ea, quæ veluti ſenſibus & aſpectui corporeo ſunt expoſita, rerum, quæ ſubtili contemplatione cernuntur, imagines euidentes atque perſpicuæ eſſe poterunt. Scriptum eſt enim de Patriarcha Abraham; [Et facta eſt fames in terra: (Geneſ. 12.) & deſcendit Abraham in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi; quia inualuerat fames in terra:] dulci enim & natali ſolo relicto, in aliam ſe regionem contulit, quam oſtéderat Deus. [Exi enim, (Ibid.) inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monſtrauero tibi.] Ingraueſcente autem fame, & ineuitabile damnũ inferente, inuitus

A πλήσασα δὴ οὕτω τὴν παρὰ Θεοῦ χάριν καὶ γυμνωθεῖσα ἤδη τῶν ἐν ἀρχαῖς ἀγαθῶν. ἐξεπέμπετο μὲν τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, μετεπλάττετο δὲ πρὸς τὸ ἀκαλλὲς εὐθὺς ἡ ἀνθρώπου φύσις, φθορᾶς τε εἴσω πεσοῦσα λοιπὸν ἀνεδείκνυτο. ΠΑΛΛ. Ἀναγκαίως ἔοικε γὰρ οἶμαι τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων οὐδὲν ἕτερον εἶναι ἢ παντὸς ἀποξενοῦσθαι ἀγαθοῦ. ἀπορρυήσεται δὴ αὖ ἡ ἀνθρώπου φύσις καὶ μάλα ῥαδίως τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων παραφοράν,
B εἰ μὴ ἀνέχοι πρὸς ἀρετὴν αὐτὴν ἡ τοῦ διασώζοντος χάρις, τοῖς ἄνωθεν καὶ παρ' ἑαυτῆς ἀγαθοῖς πλουτίζουσα. ΚΥΡΙΛ. Εὖ λέγεις. συναινέσαιμι γὰρ ἂν καὶ μάλα εἰκότως. τρέφει μὲν γὰρ εἰς ἀλκὴν τὴν πνευματικὴν ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, τοῦτ' ἔστιν, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. γέγραπται γάρ· ὅτι καὶ ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου. δουλείας δὲ ἀπαλλάττει καὶ παθῶν, καὶ τοῖς εἰς ἐλευθερίαν αὐχήμασιν εὖ μάλα καταχρυσοῖ. συνεσταλκότος δὲ ὥσπερ τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, καὶ
C τὴν ἐν τούτοις ἡμῖν χορηγίαν οὐ διανέμοντος, πᾶσα ἀνάγκη πως καὶ ἀεθελήτοις ἡμᾶς περιπίπτειν κακοῖς, καὶ ἀρετῆς μὲν ἁπάσης ἀπωλισθεῖν, ὑπελθεῖν δὲ ὥσπερ τὸν ἑτέρου ζυγόν, ἥκειν τε ἐς τοῦτο κακῶν καὶ πλεονεξίας, ὡς ἀγχοῦ γενέσθαι λοιπὸν τοῦ καὶ αὐτὴν ἀπολέσαι τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ὑπηρετοῦσαν ἡμῖν καὶ συνῳκισμένην σύνεσιν, καὶ σοφίας ἐρήμην τῆς κατὰ Θεὸν ἀποφανθῆναί τε παντελῶς τὴν τοῦ παθόντος καρδίαν, ἐκπεπορνευμένην ὥσπερ τῷ
D Σατανᾷ, καὶ ὑπενεχθεῖσαν εὐκόλως ὕβρεσί τε καὶ ἀσελγείαις ταῖς ὑπ' αὐτοῦ. ΠΑΛ. Ἐνδείξεις αὖ ὅπως, ἢ ψιλοῖς ἐάσεις ἐπινήχεσθαι λογισμοῖς; ΚΥΡΙΛ. Ἥκιστά γε. παραδείξαιμι γὰρ ἂν ὡς ἔνι καλῶς τὰ τοῖς ἀρχαίοις συμβεβηκότα, διαμορφῶν εὐτέχνως εἰς τύπον τῶν νοητῶν. εἰκόνες γὰρ ἐναργεῖς καὶ ἀριδηλόταται γένοιντο ἂν ἡμῖν τῶν ἐν θεωρίᾳ λεπτῇ, τὰ ὡς ἐν αἰσθήσει τε καὶ ὡς ἐν ὄψει σημαντικῇ. γέγραπται τοίνυν περὶ τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ· Καὶ ἐγένετο λι-
E μὸς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ κατέβη Ἀβραὰμ εἰς Αἴγυπτον παροικῆσαι ἐκεῖ, ὅτι ἐνίσχυσεν ὁ λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς. τὴν γάρ τοι φίλην τε αὐτοῦ καὶ ἐνεγκοῦσαν ἀφεὶς, μεθορμίζεται πρὸς ἑτέραν, ἣν ὑπέδειξε Θεός. ἔξελθε γὰρ, φησὶν, ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. καταβριθόντος δὲ τοῦ λιμοῦ, καὶ δυσδιάφυκτόν τινα κομιδῆ τὴν ζημίαν ἐπάγοντος, τὴν

Αἴγυπτον ἰδεῖν, καὶ οὐχ ἑκὼν, ἐβιάζετο. καὶ A κατῴκησε μὲν οὐχὶ, παρῴκησε δὲ μᾶλλον ἐν αὐτῇ. ΠΑΛΛ. Τί οὖν τοῦτό γε; ΚΥΡΙΛ. Ἀείστην ἡμῖν τῶν ἀφανεστέρων τὴν θεωρίαν διαμορφοῖ. ΠΑΛΛ. Τίνα τρόπον; ΚΥΡΙΛ. Ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀπειθίαις ἐπιτιμῶν, ἔφη που ὁ Θεός. Ἰδοὺ ἐπάγω λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν περιδραμοῦνται ζητοῦντες λόγον Κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν. Ἆρ' οὖν ὦ B ἑταῖρε, τοὺς τοιῷδε τυχὸν καταπιεσθέντας λιμῷ, καὶ χορηγίας ἐκπεπτωκότας τῆς διακρατούσης εἰς ἀρετὴν, καὶ τροφὰς οὐκ ἔχοντας τὰς ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄνωθεν, οὐχὶ πᾶσά πως ἀνάγκη μετανάστην ὥσπερ ἵνα καὶ φυγάδα ποιεῖσθαι τὸν νοῦν, μεταθέοντα λοιπὸν ἐπὶ τὰ χείρω, καὶ ὥσπερ τινὸς γῆς ἰδίας τῆς εἰς ἀρετὴν εὐσθενείας ἐξωθούμενον, καταβαίνειν εἰς ἑτέραν ἕξιν τε καὶ θέλησιν· οὐκ ἔτι μὲν τὴν ὑπὸ Θεῷ, σκήπτροις δὲ μᾶλλον ὑποκειμένην διαβολικοῖς. πατὴρ γὰρ οἶμαι C καὶ βασιλεὺς ἁμαρτίας, ὁ πρῶτος αὐτὴν ἐς κόσμον ἐνεγκὼν, οὗ καὶ εἰς εἰκόνα καὶ τύπον παραδέξαιτ' ἂν οἶμαί τις, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὸν Φαραὼ, τῶν Αἰγυπτίων ἐξάρχοντα. παρ' οἷς βαθὺ μὲν ἦν λίαν ὁ τοῦ πεπλανῆσθαι σκότος· κακίας δὲ τρόπος ἀνεπιτήδευτος παντελῶς οὐδείς. ΠΑΛΛ. Καὶ τί δὴ λυπῆσαι τὸν μακάριον Ἀβραὰμ, ἐκ τοῦ κατιέναι τυχὸν εἰς τὴν Αἰγυπτίων; ΚΥΡΙΛΛ. Πλεῖστον μὲν οὖν ὅσον. D μικροῦ γὰρ ἐπέκεινα παντὸς ἦλθε κακοῦ. ἀναμάθοις δ' ἂν καὶ τοῦτο εὐκόλως, ἱεροῦ φωνοῦντος γράμματος. Ἐγένετο δὲ ἡνίκα εἰσῆλθεν Ἀβραὰμ εἰς Αἴγυπτον, ἰδόντες οἱ Αἰγύπτιοι τὴν γυναῖκα ὅτι καλὴ εἴη σφόδρα, καὶ εἶδον αὐτὴν οἱ ἄρχοντες Φαραὼ, καὶ ἐπῄνεσαν αὐτὴν πρὸς Φαραὼ καὶ ἤγαγον αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον Φαραώ. Ἄθρει δὴ οὖν ὅτι μικροῦ διώλεσεν αὐτοῦ τὸ γύναιον, ὦ τᾶν; ΠΑΛ. Ὡς δριμὺ τὸ χρῆμα, καὶ καταλυπεῖν ἱκανόν. ΚΥΡΙΛ. Καὶ μὴν E τοῦτό τοι περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς νοητῶς συμβήσεται. οἷς γὰρ ἂν γένοιτο πατρίδος μὲν, ὥσπερ τῆς ἰδίας ἀπολισθεῖν, τῆς συνήθους τε καὶ φιλαιτάτης εὐκοσμίας καὶ ἀρετῆς, κατιέναι δὲ πρὸς τὰ χείρω, καὶ ὑπὸ σκήπτροις γενέσθαι διαβολικοῖς, σφόδρα τε καὶ πάντως ἐπιφύονταί τε καὶ ἐπιβουλεύουσι δεινῶς αἱ πονηραὶ καὶ ἐναντίαι δυνάμεις· κἂν εἰ θεάσαιντό τινα τῶν ὑπ' αὐταῖς γεγονότων

Ægypti regionem inuiſere coactus eſt; in qua non vt incola, ſed vt peregrinus verſatus eſt. PALLAD. Quorſum hoc ſpectat? CYRILL. Pulcherrimam nobis reurm ſecretiorum formam proponit contemplandam. PALLAD Quo pacto? CYRILL. Iudæorum incredulitatem increpans, ait Deus; [Ecce inducam famem ſuper terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini. & ab oriente vſque ad occidentem circumcurſabunt quærẽtes verbum Domini, & non inuenient.] Atqui, amice, qui hac fame oppreſſi ſunt, & ſubminiſtratione illa Dei, quæ nos in virtute continet lapſos, deſtituti, eſcâque illa cæleſti atque ſuperna carent, an non omnino neceſſe eſt peregrinari, exulémque quodammodo mentem eis fieri ad deteriora deinceps demigrantem, & ex virtutis firmitate tamquam ex propria regione pulſum, deſcendere in alium habitum, atque voluntatem, neque deinceps Dei imperio, ſed ſceptris diabolicis ſubiectam eſſe: parens enim opinor & rex peccati is eſt qui primus illud in mundum intulit, cuius figuram atque imaginem non abſurde, vt opinor, ſtatuat Pharaonem illum Ægyptiorum principem, apud quos denſæ erant errorum tenebræ, nullumque nequitiæ genus intentatum. PALLAD. Et quanam fuit Abraham affectus moleſtia, ex eo quod in Ægyptum deſcenderat? CYRILL. Maxima ſanè: propemodum enim vltra omnem malorum modum perlatus eſt, id autem facile diſces, ſcriptura dicente, [Factum eſt autem, cùm ingrederetur Abraham in Ægyptum, videntes Ægyptij mulierem, quod eſſet pulchra nimis, & viderunt eam Principes Pharaonis, & laudauerunt eam apud Pharaonem, & induxerunt eam in domum Pharaonis.] Vide igitur, Palladi, quam parum abfuerit, quin vxorem amiſerit. PALLAD. Quàm aſper caſus, & grauiter ferendus! CYRILL. Atqui hoc idem ſpiritualiter in nobis ipſis vſu venit. Quibus enim acciderit ab honeſtate ac virtute, quam ſibi amicam & familiarem fecerint, tamquam è ſua patria pelli, & ad deteriora deſcendere, & ſceptris diabolicis ſubdi, eos vndique omnibuſque modis aggrediuntur, iiſque graues inſidias ſtruunt improbæ atque aduerſariæ poteſtates; ac ſi quem viderint ex iis, qui ſibi ſubiecti ſint, pulchro

Amos 8.

Geneſ. 12.

pulchro præſtantique intellectu præditum, cum ſuo duci aſſerere conantur, atque illius libidini ſubiiciunt, vt non iam amplius Deo, ſed Satanæ fructificet: [Abac. 1.] [eſcæ namque illius (vt ſcriptum eſt) electæ ſunt;] ac demulcere ſtudent quodammodo captiuum ac ſublapſum animum, ne ſi acutè perſpiciat, ad libertatem à ſeruitute refugiat. Itaque conciliant illi nonnunquam in terrenis rebus voluptates, & inanibus oblectationibus augent, vt illi quoque Ægyptiorum Principes fecerunt, qui Abraham amiſſa coniuge, blandiendo, honoribus ac donis à maximo mœrore auocare cupiebant. Scriptum eſt enim, [Geneſ. 12.] [Abraham benignè vſi ſunt propter illam:] haud dubium, quin propter Sarram, [Ibid.] [& fuerunt illi oues & boues, & aſini, & ſerui, & ancillę & muli & cameli.] Fraude enim ſua nos ad temporaria pelliciens, & quodammodo ſemine ad fœturam libertatis defraudans Satanas, & tyrannica vi ſuæ libidini & intemperantiæ nobilitatem animi ſubiiciens, rerum terrenarum oblectamentis deuincit. Quin etiam eò inſaniæ aliquando prorupit, vt ipſum quoq; Chriſtum tentare veritus non ſit. [Luc. 4.] [& aſſumens (inquit) eum, oſtendit ei omnia regna orbis terrę in momento temporis: & dixit ei diabolus, Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam eorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa. Tu igitur, ſi adoraueris coram me, tua erunt omnia.] PALLAD. Rectè habet. Ceterùm dic, obſecro, iis qui in hæc mala inciderunt, quodnam leuamen, quodve auxilium exiſtere poſſit? CYRIL. Deus, Palladi, & eius gratia, quæ non vſquequaque permittit infirmum animum ſub pedibus eſſe Diaboli, ſed protegit ac liberat eum, qui ſe tueri ac defendere nullo modo poteſt. Licet autem videre, ſi velis, idipſum Abraham patriarchæ contigiſſe: cùm enim deſperaſſet vir iuſtus, neque omnino aliquid efficere poſſet, medius interuenit Deus, qui ab Ægyptiorum intemperantia mulierem liberauit. [Geneſ. 12.] [Flagellauit namque Dominus Pharaonem flagellis magnis atque terribilibus, & domum eius propter Saram vxorem Abraham;] quo facto tandem iuſti hominis coniugem vix ab iniuria liberam dimiſit. Deus igitur & quidem ſolus, captum animum ex diaboli manibus eripere facile poteſt, atque ab honeſtatem priſtinam reuocare.

A οὐκ ἀκαλλῆ τῇ συνέσει ἔχειν δυνάμενον, περιποιεῖν σπουδάζουσι τῷ ἰδίῳ καθηγητῇ, καὶ τοῖς ἐκείνου σπερμαλισμοῖς ὑποφέρουσιν, ἵνα Θεῷ μὲν οὐκέτι, καρποφορῇ δὲ μᾶλλον τῷ Σατανᾷ. Τὰ γὰρ βρώματα αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐκλεκτά· καταγοητεύουσι δὲ ὥσπερ τὸν ἠγμένον τε καὶ ὑπολισθήσαντα νοῦν, ὡς ἂν μὴ πολὺ βλέπων εἰς τὸ ἐλεύθερον, τῆς ὑπ' αὐτοῖς δουλείας ἀποφοιτήσειε. περιποιοῦσι δ' ἔσθ' ὅτε τὰς ἐπὶ τοῖς γηΐνοις ἡδονάς, καὶ οἱονείπως καταπλουτίζουσι ταῖς εἰς τὸ μηδὲν θυμηδίαις, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ τῶν Αἰ- B γυπτίων ἄρχοντες, τὴν σύνοικον ἀπολλύντα τὸν μακάριον Ἀβραάμ, οἱονεὶ περισαίνοντες ταῖς τιμαῖς, καὶ δώρων προσαγωγαῖς, τῆς λύπης τῆς λίαν ἀποκομίζειν ἤθελον. Γέγραπται γὰρ ὅτι καὶ τῷ Ἀβραὰμ εὖ ἐχρήσαντο δι' αὐτήν, δῆλον δὲ, ὅτι τὴν Σάρραν, καὶ ἐγένοντο αὐτῷ, πρόβατά τε καὶ μόσχοι, καὶ ὄνοι, καὶ παῖδες, καὶ παιδίσκαι, καὶ ἡμίονοι, καὶ κάμηλοι. πλεονεκτῶν γὰρ ἡμᾶς εἰς τὰ χθαμαλώτατα, καὶ οἱονεὶ γονῆς τε καὶ εὐκαρπίας ἀπο- C στερῶν ἐλευθέρας ὁ Σατανᾶς, καὶ ταῖς ἰδίαις ὕβρεσι καὶ ἀσελγείαις τὸν εὐγενῆ νοῦν ὑποφέρων ἐν πλεονεξίαις, τῇ τῶν ἐπιγείων τέρψει καταδεσμεῖ. Διελήλακε δὲ μανίας εἰς τοῦτό ποτε, ὡς καὶ αὐτοῦ τὴν πεῖραν καθεῖναι τοῦ Χριστοῦ. ἀναγαγὼν γὰρ αὐτόν, φησίν, ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης, ἐν στιγμῇ χρόνου, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος· σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν. ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, δίδωμι αὐτήν. σὺ οὖν ἐὰν προσκυνή- D σῃς ἐνώπιόν μου, ἔσται σοι πάντα. ΠΑΛ. Ἔχει μὲν ὀρθῶς. πλὴν, ἐρομένῳ φράσον. τίς ἂν γένοιτο τοῖς πεπονθόσιν ἢ ὄνησις ἤγουν ἡ ἐπικούρησις; ΚΥΡ. Θεός, ὦ γύναι, καὶ ἡ παρ' αὐτοῦ χάρις, ἣ μέχρι παντὸς ἐφίησι τὸν ἠσθενηκότα νοῦν ὑπὸ πόδας εἶναι διαβολικούς, ἀλλὰ ὑπερασπίζουσί τε καὶ ἐξαιρουμένη, τὸν οὐδὲν ἐπαμύνειν ἑαυτῷ δυνάμενον. Ἴδοις δ' ἂν εἰ βούλοιο ταυτὶ γεγονὸς καὶ ἐπὶ τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ. ἀπειρηκότος γὰρ τοῦ δικαίου, καὶ δρᾶν οἵου τε παντελῶς οὐδὲν, E μέσος ἐχώρει Θεός, καὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀσελγείας τὸ γύναιον ἠλευθέρου. ἤτασε γὰρ Κύριος τὸν Φαραὼ ἐτασμοῖς μεγάλοις καὶ πονηροῖς, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ περὶ Σάρρας τῆς γυναικὸς Ἀβραάμ. ἠφίει δὲ οὕτω μόλις ὕβρεως ἐλευθέραν τὴν τῷ δικαίῳ συνῳκισμένην. Θεὸς οὖν ἄρα καὶ μόνος ἐξέλοιτο ἂν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου χειρὸς τὸν ἑαλωκότα νοῦν, καὶ εἰς εὐκοσμίαν αὐτὸν ἀναστρέψει τὴν ἐν ἀρχαῖς.

A ΠΑΛΛ. Ἐνδείᾳ δὴ οὖν τῇ τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν κατωθούμενοι κάτιμεν ἐσθ' ὅτε πρὸς τὰ αἰσχρὰ καὶ βδελυρά. ΚΥΡΙΛ. Οὕτω φημί. ΠΑΛ. Ἀλλ' ἔστι που πάντως τῷ φιλαγάθῳ πρέπον Θεῷ, τὸ μηδενὶ τῶν τοιούτων ἐᾶν περιπίπτειν ἡμᾶς. ΚΥΡΙΛ. Πρέπον μὲν ὅτι μάλιστα τουτὶ Θεῷ, καὶ θελητόν γε, ὦ τᾶν· εἴη γὰρ ἂν ἥκιστα μὲν ἀγαθός, φιλάρετος δὲ οὐ λίαν, εἰ μὴ τοῦτον ἔχοι πρὸς ἡμᾶς τὸν σκοπόν. παραίτιοι δὲ τοῦ παθεῖν ἑαυτοῖς ἡμεῖς, B παραθήγοντες εἰς ὀργὰς τὸν τῶν ὅλων δεσπότην· ἐνίησι γὰρ οὕτω πρὸς ἀσθενῆ τε καὶ ἄνανδρον νοῦν. ἢ οὐχὶ βοῶντος ἀκούεις δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐτῇ πατέρες καὶ υἱοί· γείτων καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ ἀπολοῦνται. γράφει δὲ περί τινων καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος· Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. C Τρανώτερον δὲ τουτὶ καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας καθίστησι, λέγων, ὡς ἐκ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, ἤγουν τῶν ἐξωλισθηκότων εἰς ἁμαρτίας· ἰδοὺ σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, καταρραθυμοῦντες ἡμεῖς τοῦ πρέποντος καὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἁλισκόμενοι, προσοίσομεν τὴν αἰτίαν τῷ Θεῷ, καὶ ἐγκαλέσομεν αὐτῷ τὴν ὀργήν, ὡς διὰ τοῦτο ἡμαρτηκότες; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐπαιτιασόμεθα μὲν οὐχί, μανία γὰρ τοῦτό γε· D φάσκοντες δὲ ὅτι σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν, τοιοῦτόν τι νοοῦμεν. ὡς εἰ μὴ σὲ ἔχοιμεν εὐμενῆ, ὦ δέσποτα, τὸ ἀπεῖργον οὐδέν, τυραννεῖσθαι μὲν ὑπὸ ἁμαρτίας, διὰ τὸ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀσθενές, πάντη δὲ λοιπὸν ἐνέχεσθαι κακῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι ὃ φής. ΚΥΡΙΛ. Φροντίδος οὖν ἅμα καὶ μὴν καὶ φειδοῦς τῆς ἄνωθεν ἀπαμφιεννύμενοι, καὶ τῆς εἰς ἄγαν ἐξιτηλίας, καὶ τῆς εἰς τὸ φαῦλον ἀφέτου [illegible] πραττόμενοι δίκας, ἀσθενεῖς καὶ εὐάλωτοι, E καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων ἠῤῥωστηκότες ἀποδεικνύμεθα; πάρεστι δὲ δή σοι τουτὶ καταθεάσασθαι λαμπρῶς, τοῖς Ἱερεμίου περιτυχόντι λόγοις. Ἰουδαίων μὲν γὰρ ἡ ἀγρία πληθύς, καίτοι σφόδρα πλουσίως ἐνσπαταλῶσά τε καὶ ἐνθρυπτομένη ταῖς παρὰ Θεοῦ φιλοτιμίαις, καὶ ἁπάντων κρατήσασά τε λοιπὸν τῶν ἐχθρῶν, διελάσασά τε λοιπὸν εἰς αὐτό πῃ τάχα τῆς ἐν ἀνθρώποις εὐκλείας τὸ ἀνωτάτω,

PALLAD. Inopia igitur cæleſtium bonorum depulſi quandoque ad turpes atque execrandas actiones delabimur. CYRILL. Ita ſentio. PALLAD. Attamen diuinæ benignitati congruere videtur, non permittere, vt in huiuſmodi aliquid incidamus. CYRIL. Congruit & quidem maximè id Deo, atque adeo vult, Palladi: alioqui minimè bonus eſſet, nec ſanè virtutis amans, niſi hoc erga nos eſſet animo. Sed quòd hæc nobis accidunt, noſtra culpa eſt, qui omnium dominum ad iram commouemus, quo facto, animum ille nobis infirmum parumque virilem immittit. An tu minime exaudis eius vocem, cùm per quendam ſanctorum prophetarum clamat, [Ecce ego do ſuper populũ hũc infirmitatem; & infirmabuntur in illa parentes & filij ſimul, vicinus & proximus eius peribunt.] Scribit etiam de quibuſdam vir ſapientiſſimus Paulus, [Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt.] Idipſum magis perſpicuum facit Eſaias, dicens tanquam ex perſona filiorum Iſrael, aut eorum certe, qui in peccata lapſi eſſent, [Ecce tu iratus es, & nos peccauimus.] PALLAD. Num igitur, obſecro, ſegnitia atque inertia decedentes ab officio, ac peccatis irretiti, coniiciemus culpam in Deum, & eius iram accuſabimus, vt qui propter eam peccauerimus? CYR. Ille verò minime culpandus à nobis eſt; id enim eſſet inſaniæ: ſed, cum dicimus; Tu iratus es, & nos peccauimus, tale aliquid intelligimus, Niſi te benignum habuerimus, Domine, nihil erit, quod prohibeat, quominus à peccati tyrannide opprimamur, propter noſtræ naturæ infirmitatem, atque ita denique omnibus malis implicemur. PALLADIVS. Intelligo quod dicis. CYRILLVS. Superna itaque cura ac prouidentia ſpoliati, cùm de nimia noſtra inertia atque ad nequitiam præcipiti propenſione, pœnæ à nobis ſumuntur, infirmi tum & captu faciles, & quo non eius generis malo laborare deprehendimur? In promptu autem tibi eſt, id apertè perſpicere, legenti Hieremiæ verba. Efferata namque Iudæorum multitudo, quamuis admodum abundè luxuriaret, ac diffluerct in ſumma Dei liberalitate, cùm & hoſtibus omnibus dominaretur, & ad ſummum denique humanæ gloriæ verticem perueniſſet,

Hiere. 6.

Rom. 1.

Eſai. 64.

duriſſimam tamen atque peruicaciſſimam perfidiam eſt meditata. Itaque cum Moyſi mandatis tantum non vale dixiſſent, ac ſancitas leges prorſus pro minimo haberent, præcipiti impetu in mortem atque perniciem ferebantur. Sub quercus námque, & populi, & arboris frondentis vmbra, iuxta prophetæ vocem, aras extruxerant, & in nemoribus arborum multitudine conſitis, fanis ad dæmonia colenda conſtitutis, illa boum victimis & ture, & alio omni cultu venerabantur, Deos & conſeruatores, & omnibus eius generis nominibus opera ſua appellare non erubeſcentes. Quinetiam in eam ſtultitiam peruenerunt aliquando, vt iam impias illas ſuorum liberorum cædes ſibi gloriæ eſſe putarent, tantóque ſcelere opimam ſe illis victimam offerre exiſtimarent. Neque verò intra hos fines impietas filiorum Iſraël ſtetit; ſed flagitia flagitiis accumulantes, & in abſurdiſſima quæque præcipites lati, legiſlatoris quantumuis benigni iram in ſe prouocarunt. Ergo quoniam eius ſeruitutem audaciſſimè illi repulerant, permiſit is, vt ab hoſtibus opprimerentur, & ad neceſſariam abducerentur ſeruitutem, qua ſub ditione Chaldæorum Babyloniorumque fuerunt. Qui cùm relictis quæ domi erant, veniſſent, vt illos captiuos ducerent, ac ſanctam illam nobiliſſimamque vrbem incenderent, tum verò iis, qui oppugnabantur, vix tandem animo inſedit, vt Hieremiam prophetam conſulerent, quis finis illius mali eſſet futurus. [Et dixit (inquit) Hieremias, Sic dicetis Sedeciæ, Hæc dicit dominus, Ecce ego conuerto arma bellica, in quibus vos pugnatis aduerſus Chaldæos, qui concluſerunt vos extra murum, in medium ciuitatis huius: & debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, cum furore, & ira magna; & percutiam omnes habitantes in ciuitate hac; homines & iumenta in morte magna, & morientur.] Deinde poſt nonnulla, [Et ad populum, inquit, iſtum dices, Hæc dicit Dominus, Ecce ego dedi coram vobis viam vitæ, & viam mortis: qui manſerit in ciuitate hac, morietur in gladio, & in fame, & qui egreſſus fuerit, vt tranſeat ad Chaldæos, qui concluſerunt vos,

A σκληράν τε καὶ ἄθραυστον ἐμελέτα τὴν ἀπείθειαν. μονονουχὶ δὲ καὶ ἐρρῶσθαι φράσαντες τῇ διὰ Μωσέως ἐντολῇ, καὶ μικροῦ τὸ παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου τὰ τεθεσπισμένα, ἀπαραποδίστοις ἐφέροντο ῥοπαῖς εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν. ὑποκάτω γὰρ δρυὸς, καὶ λεύκης, καὶ δένδρου συσκιάζοντος κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, βωμοὺς ἀνεδείμαντο, καὶ ἐν τοῖς ἀειδενδροτάτοις τῶν ἀλσῶν, τεμένη τοῖς δαίμοσι διαπήξαντες, βουθυσίαις καὶ λιβανωτοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, κατὰ γεραίρειν ἠξίουν. Θεοὺς B καὶ σωτῆρας, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων οὐκ ἐρυθριῶντες λέγειν, τὰ διὰ σφῶν τεχνουργούμενα. καθίκοντο δὲ μωρίας εἰς τοῦτό ποτε, ὡς ἐν καυχήματος τάξει λοιπὸν ποιεῖσθαι τὰς ἀνοσίους τεκνοσφαγίας, οἴεσθαι δὲ ὡδὶ λιπαρωτάτην ἀνατιθέναι τὴν θυσίαν αὐτοῖς. καὶ οὐ μέχρι τούτων τὰ τῆς δυσσεβείας ἐπεραίνετο τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· προσθήκην δὲ ὥσπερ τινὰ τοῖς τολμήμασιν ἀεὶ προσεπάγοντες, τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀχάλινον ἀποφοίτησιν, οὐ μετρίως ἐφ' C ἑαυτοῖς κατηρέθιζον εἰς ὀργὰς, καίτοι χρηστὸν ὄντα τὸν νομοθέτην. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐπ' αὐτῷ δουλείαν ἀπεσείοντο νεανικῶς, μεθίει λοιπὸν καὶ πλεονεκτεῖσθαι παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ πρὸς ἀναγκαίαν ἤδη πως ἀποφέρεσθαι δουλείαν, τὴν ὑπὸ Χαλδαίοις φημὶ καὶ Βαβυλωνίοις. οἱ μὲν γὰρ ἧκον τὰ οἴκοι μεθέντες ἐξανδραποδισάμενοί τε αὐτοὺς, καὶ τὴν ἁγίαν καὶ διαβόητον πόλιν ἐμπρήσαντες, ἔρεσθαι δὲ μόλις ἐδόκει τοῖς πολεμουμένοις τὸν προφήτην Ἱερεμίαν, τὸ ὁποιονοῦν ἂν αὐτοῖς ἐκτελευτήσειε τὸ κακόν. Καὶ εἶπε, φησὶν, D Ἱερεμίας, οὕτως ἐρεῖτε πρὸς Σεδεκίαν, τάδε λέγει Κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ μεταστρέφω τὰ ὅπλα τὰ πολεμικὰ, ἐν οἷς ὑμεῖς πολεμεῖτε ἐν αὐτοῖς πρὸς τοὺς Χαλδαίους τοὺς συγκεκλεικότας ὑμᾶς ἔξω τοῦ τείχους, εἰς τὸ μέσον τῆς πόλεως ταύτης. καὶ πολεμήσω ὑμᾶς ἐγὼ ἐν χειρὶ ἐκτεταμένῃ, καὶ ἐν βραχίονι κραταιῷ, μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς μεγάλης. καὶ πατάξω πάντας E τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰ κτήνη ἐν θανάτῳ μεγάλῳ, καὶ ἀποθανοῦνται· εἶτα μεθ' ἕτερα, καὶ πρὸς τὸν λαὸν, φησὶν, ἐρεῖς τοῦτον. τάδε λέγει Κύριος· ἰδοὺ ἐγὼ δέδωκα πρὸ προσώπου ὑμῶν τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου. ὁ καθήμενος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἀποθανεῖται ἐν μαχαίρᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ὁ ἐκπορευόμενος προσχωρῆσαι πρὸς τοὺς Χαλδαίους τοὺς συγκεκλεικότας ὑμᾶς,

ζήσεται. καὶ ἔσται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς σκῦλα, καὶ ζήσεται. διότι ἐστήριξα τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην εἰς κακὰ, καὶ οὐκ εἰς ἀγαθὰ, καὶ εἰς χεῖρας βασιλέως Βαβυλῶνος παραδοθήσεται, καὶ κατακαύσει αὐτὴν ἐν πυρί. Συνίης οὖν, ὅτι ταῖς εἰσάπαξ φιλοτιμίαις καταλυποῦντες Θεὸν, ἐσόμεθα μὲν οὐχ οἷοί τε ταῖς τῶν ἐχθρῶν εὐσθενείαις ἀντιπαρατάττειν οἱ δείλαιοι, ἐγκειμένης δὲ ὥσπερ καὶ καταθεροχούσης ἡμῶν τῆς θείας ὀργῆς, δοῦλοι μὲν ἀντ' ἐλευθέρων ἐσόμεθα, ἀκλεᾶ δὲ καὶ ἐλεεινὸν διαζήσομεν βίον. ΠΑΛΛ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀποφέρει μὲν γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος πρὸς ἀμώμητον πολιτείαν τὸν εὐφερῆ καὶ εὐήνιον, λύχνος δὲ ὥσπερ τις ἑκάστῳ γίνεται, πρὸς τὴν τοῦ χρησίμου τε καὶ ἀναγκαίου παράδειξιν, καὶ ᾗ δεῖ μὲν τῇ πρὸς αὐτὸν ἡττώμενος, διαβιῴη τις ἂν οὐκ ἀθαυμάστως οἶμαί που, καὶ καθάπερ ἁγίαν κατοικήσει πόλιν τὸ ἐρηρεισμένον εἰς ἀρετὴν, καὶ βεβηκὸς εἰς εὐλάβειαν. Εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο καθάπερ τινὰ δρυμόν τε καὶ ὕλην εὐανθῆ τε καὶ εὔξυλον, εἰσβάλλειν ἑτοίμως εἰς τὰς κοσμικὰς ἡδονὰς, καὶ τέρψεσι ταῖς κατὰ τὸν βίον ἐμφιλοχωρεῖν, καὶ οἱονεί πως εἰδώλων ἑσμὸν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσδέχεσθαι τὴν πολύμορφον ἡδονὴν, καὶ θυμιᾶν τοῖς δαίμοσι τοὺς τῆς αὐτοῦ προθυμίας καρπούς· τότε δὴ τότε καὶ σφόδρα εἰκότως ἀπολισθήσεται ἂν φειδοῦς τῆς ἄνωθεν, καὶ ἑτοιμοτάτη λίαν προκείσεται θήρα τοῖς ἐθέλουσιν ἑλεῖν. πόλεως δὲ ὥσπερ ἁγίας ἐξωθούμενος τῆς ἐν ἀρχαῖς εὐκοσμίας, κατοικήσεται λοιπὸν ὥσπερ ἐξ ἀναγκαίου ζυγοῦ, πρὸς τὸ τοῖς κρατοῦσι δοκοῦν, καὶ μακρὰν ἔσται Θεοῦ, κατά γε τὸν τῆς διαθέσεως τρόπον, μετοικισμὸν ὑπομένων τὸν εἰς Βαβυλῶνα, τουτέστι, τὰ ἐπέκεινα τερμάτων γῆς ἁγίας, ἐν ᾗ γνωστὸς ὁ Θεὸς, καὶ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ· τοιγάρτοι διακεκράγασιν οἱ τὸν οὕτω σκληρὸν ὑπομένοντες πόνον, καὶ εἰς χεῖρας πεσόντες ἐχθρῶν, καὶ τὴν παρ' ἐκείνοις διαιτὴν, ὡς ἀνδραποδώδη καὶ οἰκετικὴν οὐ φέροντες· ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τὴν Σιών· νοσεῖ γὰρ οἶμαί τι τοιοῦτον ὁ ἀνθρώπινος νοῦς. ΠΑΛΛ. Τὸ τί δὲ φῄς; ΚΥΡΙΛ. Ῥάθυμος μὲν γὰρ καὶ ἀναπεπτωκὼς ἀεί πως ἐστὶν εἰς ἐπιθυμίαν τῶν ἐν χερσὶν ἀγαθῶν, ἐφίεται δὲ οὐ λίαν ὧνπερ ἂν ἔχοι τὴν ἐξουσίαν.

viuet, & erit anima eius in ſpolia, " & viuet; quia obfirmaui faciem " meam aduerſus vrbem hanc in ma- " la, & non in bona; & in manus " regis Babylonis tradetur, & incen- " det eam igni.] Intelligis igitur, ſi " noſtris malefactis Deum offenderimus, fore vt hoſtium potentiæ miſeri obſiſtere non poſſimus, ſed opprimente nos atque inuadente ira diuina, ſerui ſimus ex liberis, ignobilemque vitam, atque miſerabilem ducamus. PALLADIVS. Rectè ais. CYRILLVS. Etenim Dei lex facilem hominem atque obtemperantem ad perfectam viuendi rationem perducit, ac lucernæ quodammodo vſum cuique præbet ad oſtendendum, quid expediat, quidve neceſſe ſit; quam qui reuerebitur, is, opinor, non ignobilem vitam tranſiget, & veluti in ſancta ciuitate, nimirum in illa firmitate virtutis, ac ſtabilitate religionis habitabit. At verò ſi quis voluerit ſe in huius mundi voluptates tamquam in nemus quoddam, ac florentem, & arboribus denſam ſiluam libentiſſime coniicere, & in huius vitæ oblectamentis verſari, ac multiformem voluptatem tamquam idolorum quoddam examen, in cor atque in animum admittere, & alacritatis ſuæ fructus dæmoniis incendere: is verò iure optimo à diuino præſidio excidet, & vt paratiſſima præda capere volentibus propoſita erit, expulſuſque ab ea qua initio præditus erat morum honeſtate, tanquam è ſancta ciuitate, neceſſario ſeruitutis iugo ad imperantium arbitrium deſcendet, & longè erit à Deo, ac iuxta moralem intelligentiam transferetur Babylonem, id eſt, vltra terminos terræ illius ſanctæ, in qua " [notus eſt Deus, & magnum no- " men eius.] Itaque clamabant ii, qui tam graui ærumna premebantur, & in ditionem hoſtium venerant, & illam apud eos manſionem tanquam mancipiis dignam atque ſeruilem non " ferebant, [Super flumina Babylonis " illic ſedimus & fleuimus, dum recor- " daremur tui Sion:] huiuſmodi namque malo, niſi fallor, laborat humanus animus. PALLAD. Quonam tandem? CYRILL. Segnis eſt & ſupinus fere ad ea bona, quæ ſunt in manu, concupiſcenda, neque admodum ea expetit, quæ ſunt in eius poteſtate ſita.

Pſalm. 75.

Pſal. 136.

A At, ſi qua facta fuerit in alteram partem inclinatio, & ornamentis, quæ habebat, ſpoliari contigerit; tunc vix tandem in malis intelligit, omnibus viribus reſiſtendum, neque ad extremum vſque inſultui locum dandum fuiſſe, ne in diſcrimen ſe coniiceret. PAL. Ita eſt. CYR. Neceſſarium eſt igitur, & ſapientiæ plenum, & in primis vtiliſſimum, præcidere malorum cauſſas, & coactæ ſeruitutis aditum præcludere, & ea ſummo ſtudio declinare, quæ, ſi experiri cōtigerit, in omnibus malis verſabimur. PALLA. Ita ſe res habet. CYRILLVS. Ac ſi
B diuina nobis ira neceſſariæ ſeruitutis iugum imponatur, adeo vt in reprobum ſenſum deſcendendum ſit, obſiſtere quidem haud facile fuerit. Illud tamen dixerim, expedire vel meminiſſe ſolum, ex quibus in quæ declinauerimus, atque acerbe deflere tum noſtram incuriam, tùm ſuperni erga nos auxilii
2. Cor. 7. inopiam: [illa namque triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt, pœnitentiam in ſalutem impœnitendam operatur.]
C Sed ſi nobis diuina ira non immineat, atque liberum ſit & velle, & quod viſum fuerit, facere, & illam in vtramque partem propenſionem, ad malum, inquam, & ad bonum, ſolutam ac liberam & ab omni penitus coactione alienam retinere liceat, cauendus eſt ſtrenue ille in nequitia languor, ac repellendæ, ni fallor, voluptates, ab hoſtibus oblatæ, vitandúmque ne in hoſtium ditione ſimus, qui huius mundi principes eſſe
D dicuntur; etiamſi alicui fortaſſe pars aliqua felicitatis adſit, felicitatis, inquam, illius, quæ in mundo hoc magna putatur quidem, ſed turpem omnino exitum atque deformem habet. PALLAD. Quo tandem modo? CYRILLVS. Viſne vt veterum
Psalm. 77. exempla ſumamus? PALLADIVS. Maximè. CYRILL. Cùm fame conficerentur omnes fere homines, qui, vt in ſumma dicam, vbique terrarum erant, viſum eſt filiis Iacob in Ægyptum
E deſcendere: erant autem adoleſcentes
Psal. 104. numero decem. Id autem, cuius gratia peregrinationem ſuſcipiebant, erat vt coëmerent eſcas, præterea nihil. Poſtea vero quam eius rei compotes facti ſunt, atque agniti iam, quòd fratres eſſent Ioſeph, qui tum frumenta ven-
Genes. 45. debat, & princeps erat terræ Ægypti, rem geſtam auribus accepit Pharao, [& dixit, inquit, Pharao Ioſeph,

Εἰ δὲ δή τις γένοιτο μετάκλησις ἐπὶ θάτερα, καὶ ὧν ἂν ἔχοι λαμπρῶν ἡττᾶσθαι συμβῇ, τότε δὴ μόλις αἰσθάνεται παθὼν, ὃ πάντη δὴ ἐθέλει διακρούεσθαι ἐχρῆν, καὶ οὐ διὰ πείρας ἥκειν ἐᾶν προσαναιροῦντα τὴν ἔφοδον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀναγκαῖον οὖν ἄρα, καὶ σοφὸν, καὶ τοῦτο, τί μάλιστα λυσιτελέστατον τὸ προαναιρεῖν μὲν μάλα τὰ μοχθηρὰ, καὶ τῆς ἀβουλήτου θητείας τὴν ἔφοδον, καὶ προαποπηδᾶν πειρᾶσθαι γοργῶς τὰ, ὧν εἰ γένοιτο πρὸς πεῖραν ἐλθεῖν, ἐν παντὶ κεισόμεθα κακῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὧδε ἔχει. ΚΥΡΙΛΛ. Καὶ εἰ μὲν ἐκ θείας ὀργῆς ὁ τῆς ἀναγκαίας δουλείας ἡμῖν ἐπιφέροιτο ζυγὸς, καὶ μὴν καὶ τὸ δεῖν εἰς ἀδόκιμον καθικέσθαι νοῦν, ἀντιφέρεσθαι μὲν οὐ ῥᾷον. φαίην δ' ἂν εἶναι χρήσιμον, κἂν γοῦν τὸ διαμνημονεῦσαι μόνον ἐξ οἵων εἰς οἷα μετακεκλίσθαι, καὶ καταλοφύρεσθαι πικρῶς τὴν παράβλεψιν, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας τὴν σπάνιν· ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη, μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. θείας δὲ ἡμῖν οὐκ ἀπηρτημένης ὀργῆς, ἀλλ' ἐνὸν ἐπ' ἐξουσίας ἑλέσθαι τε καὶ δρᾶν τὸ δοκοῦν, καὶ τὴν ἐπ' ἄμφω ῥοπὴν, τήν τε εἰς τὸ φαῦλον, φημὶ, καὶ τὴν εἰς τὸ ἀγαθὸν, αὐτεξούσιόν πως ἔτι καὶ ἀκαταβίαστον παντελῶς διακατέχεσθαι παρὸν, παραιτητέον γεννικῶς τὸν ὡς ἐν φαυλότητι μαλακισμὸν, οἶμαι δὲ δεῖν ἀποσείεσθαι φιλεῖν τὰς ἐπ' ἐχθροῖς ἡδονὰς, καὶ τὸ ὑπὸ χεῖρα πεσεῖν ἐχθρῶν, οἳ κατάρχειν λέγονται τοῦ αἰῶνος τούτου. κἂν εἰ προσείη τὸ τυχὸν εὐημερίας οὐκ ἀμοιροῦν, εὐημερίας δέ φημι τῆς ἐν κόσμῳ τετιμημένης, εἰς αἰσχρὸν γὰρ πάντως καὶ ἀκαλλὲς καταστρέφει τέλος. ΠΑΛΛ. Πῶς ἔφης; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Βούλει λέγωμεν ἐξ ἀρχαίων ἑλόντες παραδειγμάτων; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Λιμοῦ κατατήκοντος τοὺς ἀνὰ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν γῆν, καθικέσθαι πρὸς Αἰγυπτίους τοὺς ἐξ Ἰακὼβ ἔδοξε, νεανίαι δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμόν που δέκα, καὶ ὁ τῆς ἀποδημίας σκοπὸς, τὸ ἐμπορίσασθαι τροφὰς, καὶ ἕτερον οὐδέν. ἐπειδὴ δὲ ἧκον εἰς τοῦτο καὶ κατεγνωρίζοντο λοιπὸν ὡς ἀδελφοὶ, σιτοδοτοῦντος τότε καὶ ἐξάρχοντος τῆς Αἰγυπτίων τοῦ Ἰωσὴφ, εἰς οὖς τὸ πραχθὲν ἐδέχετο Φαραὼ, καὶ εἶπε, φησὶ, Φαραὼ πρὸς Ἰωσήφ.

A εἶπον τοῖς ἀδελφοῖς σου, τοῦτο ποιήσατε. γεμίσατε τὰ πορεῖα ὑμῶν, καὶ ἀπέλθετε εἰς γῆν Χαναάν· καὶ παραλαβόντες τὸν πατέρα ὑμῶν, καὶ τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, ἥκετε πρός με, καὶ δώσω ὑμῖν πάντων τῶν ἀγαθῶν Αἰγύπτου, καὶ φάγεσθε τὸν μυελὸν τῆς γῆς. σὺ δὲ ἔντειλαι ταῦτα, λαβεῖν αὐτοῖς ἁμάξας ἐκ γῆς Αἰγύπτου, τοῖς παιδίοις ὑμῶν καὶ ταῖς γυναιξὶ, καὶ ἀναλαβόντες τὸν πατέρα ὑμῶν παραγίνεσθε, καὶ μὴ φείσησθε τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν σκευῶν ὑμῶν· τὰ γὰρ πάντα ἀγαθὰ Αἰγύπτου ὑμῖν ἔσται. B Ὁ μὲν οὖν τῆς Αἰγυπτίων ἡγούμενος αὐτοῖς ἀνάπαυλαν καὶ τρυφὴν καταπιαίνειν αὐτοὺς μάλα κατεπηγγείλατο, καὶ μὴν καὶ ἁμάξας ἐχαρίζετο, καταλεαίνων οἶμαί που τοῖς ὀκνοῦσι τὴν κάθοδον. Οἱ δὲ πανοικὶ κατέβαινον εὐθὺς, τὴν πρόσκαιρον τῶν ἐδωδίμων ἀπόλαυσιν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως προτετιμηκότες γῆς τε καὶ χώρας δοθείσης παρὰ Θεοῦ· ἦν γάρ δή που παρὰ πολὺ κρεῖττόν τε καὶ ἄμεινον τὸ ἐκείνην νέμεσθαι, εἰ καὶ σὺν βραχεῖ τὸ χρῆμα κατορθοῖτο πόνῳ. C ἐπειδὴ δὲ ἧκον εἰς Αἴγυπτον, ᾤοντο μὲν ἴσως καὶ διαδρᾶναι λοιπὸν τοὺς οἴκοι πόνους, οἷς καὶ τῶν παραυτίκα τερπνῶν ἡ αἴσθησις ἡδεῖά πως ἦν αὐτοῖς· διέρποντος δὲ τοῦ χρόνου, τὸν ἀκλεᾶ τῆς δουλείας ὑποτρέχει ζυγὸν, ἡ ἄνωθέν τε καὶ ἐκ πατέρων εὐγενὴς καὶ ἐλευθέρα πληθύς. Οὐκοῦν ἐπὶ προσοῦσιν μετ᾽ εὐημερίας κοσμικῆς τὸ προσαποπίπτειν εἰς τὰ αἴσχιω, παραιτητέον, ὦ τᾶν, εἴπερ ἐστὶ τῶν ἡμῖν ἐν λόγῳ τὸ ἐλευθέρους, βδελυρόν τε καὶ ἀπηχθισμένον τὸ δουλοπρεπὲς χρῆμά τε καὶ φρόνημα. D ΠΑΛ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡ. Τί δὲ, οὐχὶ κἀκεῖνό φαμεν, οὐ μετρίαν ὥς γέ μοι δοκεῖ τοῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένοις συνωδίνον τὴν ὄνησιν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τὸ ποῖον τί φής. ΚΥΡΙΛ. Ῥαψάκης ὁ Βαβυλώνιος τῶν Ἀσσυρίων στρατηγὸς, ἀριθμοῦ κρείττονα δορυφόρων ποτὲ πληθὺν ἐπισύρετο, ἧκέ τε πολιορκήσων, μᾶλλον δὲ, καὶ λίαν ἀμογητὶ, πᾶσαν ἐκ βάθρων αἱρήσειν ὑπολαβὼν τὴν ἁγίαν πόλιν. εἶτα προσαπέλαυε τῶν ὅπλων τὴν οὐκ ἀμελέτητον αὐτῷ, E κατηθισμένην δὲ σφόδρα κατὰ τοῦ Θεοῦ γλωσσαλγίαν, μυρία δὲ ὅσα παλίμφημα λέγων, προσεπεφώνει τὸ τελευταῖον τοῖς τὴν ἁγίαν οἰκοῦσι πόλιν· τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων· εἰ βούλεσθε εὐλογηθῆναι, πορεύεσθε πρός με. καὶ φάγεσθε ἕκαστος τὴν ἄμπελον αὐτοῦ, καὶ τὰς συκὰς αὐτοῦ, καὶ πίεσθε ὕδωρ τοῦ λάκκου ὑμῶν,

Dic fratribus tuis, Hoc facite; Implete ſaccos veſtros, & abite in terram Chanaan, & accipientes patrem veſtrum, & ſubſtantiam veſtram, venite ad me, & dabo vobis ex omnibus bonis Ægypti, & comedetis medullam terræ. Tu autem præcipe hæc, vt accipiant plauſtra de terra Ægypti liberis veſtris & vxoribus, & tollentes patrem veſtrum venite, & ne parcatis oculis ſupellectilibus veſtris, quia omnia bona Ægypti vobis erunt.] Itaque Ægyptiorum princeps his ocium & voluptates affluentiſſimè præbiturum ſe pollicebatur; plauſtra quoque largiebatur, vt illos, vt puto, reformidantes ad deſcendendum alliceret. Hi verò cum vniuerſa familia ſtatim deſcenderunt, temporariorum ciborum vſum ratione neſcio qua, terræ regionique à Deo datæ præferentes: multo namque melius atque vtilius erat ex illa ſibi paſtum quærere, quamuis non ſine aliquo labore id effici poſſet. Poſtea verò quàm in Ægyptum venerũt, putabant ſe fortaſſe iam effugiſſe labores, quos domi habuerant, erátque illis præſentium voluptatum ſenſus periucundus. Sed interiecto tempore multitudo illa iam inde à ſuis maioribus ingenua ac libera, rude ſeruitutis iugum ſubiit. Igitur mundana felicitas, cui adiunctus eſt ille ad turpiora lapſus, reſpuenda eſt, Palladi, ſi quam rationem libertatis habemus, & ſeruitutis & rem & ſenſum execramur atque auerſamur. PALLADIVS. Optimè dixiſti. CYRILL. Quid verò prohibet quominus illud quoque dicamus, quod, vt mihi quidem videtur, non mediocrem ſimul cum iis, quæ modo diximus, vtilitatem continet. PALLAD. Quidnam illud eſt? CYRILLVS. Rapſaces Babylonius Aſſyriorum Dux, multitudinem militum innumeram contraxerat, venerátque oppugnaturus, immò verò, vt ipſe putabat, nullo negotio ſanctam ciuitatem ex imis ſedibus euerſurus: deinde antequam tela coniiceret, nimium exercitatam & familiarem blaſphemiam aduerſus Deum vibrauit. Itaque cùm multa maledicta conieciſſet, ad extremum illis verbis eſt allocutus eos, qui in ſancta ciuitate habitabant, [Hæc dicit Rex Aſſyriorum, Si vultis benedici, egredimini ad me, & comedite vnuſquiſque vitem ſuam, & ficus ſuas, & bibite aquam de ciſterna veſtra,

4. Reg. 18. Eſai. 36.

quouſque veniam, & transferam vos in terram, quæ eſt ſicut terra veſtra, terra frumenti & vini, & panum & vinearum.] Vide igitur & hunc polliceri ſub vite & ficu voluptatem, atque oblectationem. Illud porro adiecit, [Bibite aquam de lacu veſtro.] PALLAD. Sed quidnam hæc ſibi volunt, ſi ad ſpiritualem contemplationem transferantur? CYRILL. Duobus, vt arbitror, modis nequitiæ vis in nobis perficitur. aut enim externis voluptatibus, aut inſitis atque in nobis hærentibus, homines ad peccandum faciles vel ſua ſponte, vel ab aliis ad oblectationes percipiendas perſuaſi, ad abſurdiſſima quæque lapſi eſſe deprehenduntur: idque verum eſſe ille Saluatoris noſtri diſcipulus oſtendit his verbis, [Omne, quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.] Inſita namque eſt & in nobis ipſis infixa & hærens concupiſcentia carnis, eamque peccati legem beatus quoque Paulus appellat, habitantem in membris carnis. Externæ autem voluptates atque aduentitiæ oblectationes eæ ſunt, quæ oculorum ſenſu percipiuntur. Diuitias enim per oculos admirantur homines, necnon veſtium ſplendorem reliquaque id genus, quibus addicti ſunt nonnulli, tanquam ſuauiſſimus illorum ſit vſus, vehementer probant. Ergo vitis quidem, & ficus externæ illius & aduentitiæ delectationis ac voluptatis figuram non abſurdè tenent, cùm ſimul rerum, quæ in mundo ſunt, breuem fluxamque naturam, vnáque dulcedinem coniunctam cum ea vi, quæ caput tentet, & tenebras offundat, non ineleganter oſtendant: etenim mundana voluptas omnis dulcem habet ad præſens ſui perceptionem; ſed fruentem occæcat, & grauiter inebriat. At verò lacus figura eſt inſitorum in nobis motuum: neque enim aduentitii ſunt hi ſimiliter atque illi, ſed in nobis velut è fonte manant, cùm ex ipſa noſtra carne ſcaturiant. Harum igitur omnium tam naturalium quàm aduentitiarum voluptatum liberam nobis perceptionē affluentiſſimáq; oblectationē fore, inquiunt illæ nequiſſimæ poteſtates, ſi cōtinentia videlicet, velut ſancta atque firmiſſima ciuitate relicta, ad regem Babylonis, qui figura eſt Satanæ, nos contulerimus. Itaque Rapſaces quidem indulgere illis præſentem voluptatem, eique ſe adiecturū

1. Ioan. 2.

Rom. 7.

4. Reg. 18. Eſai. 36.

A ἕως ἂν ἔλθω, καὶ λάβω ὑμᾶς εἰς γῆν, ὡς ἡ γῆ ὑμῶν, γῆ σίτου καὶ οἴνου, καὶ ἄρτων καὶ ἀμπελώνων. ἄθρει δὴ οὖν ὅτι καὶ αὐτὸς ἐπαγγέλλεται τὴν ἐπ' ἀμπέλῳ τε καὶ συκῇ τρυφήν τε καὶ τέρψιν, προσεπιτίθησι δὲ ὅτι, καὶ πίεσθε ὕδωρ τοῦ λάκκου ὑμῶν. ΠΑΛ. Ἀλλὰ τί ἂν βούλοιτο ταῦτα δηλοῦν, εἰ πρὸς θεωρίαν ἄγοιτο τὴν πνευματικήν; ΚΥΡΙΛ. Κατὰ διττὸν οἶμαι τρόπον ἡ τῆς φαυλότητος ἐν ἡμῖν ἀποπεραίνεται δύναμις, ἢ γὰρ ταῖς θύραθεν ἡδοναῖς, B ἢ ταῖς ἐμφύτοις καὶ ἐν ἡμῖν, ὑπό τε σφῶν αὐτῶν, καὶ μὴν καὶ ἑτέρων, ἐντρυφᾶν ἀναπειθόμενοι, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀπηχεστάτων, διωλισθηκότες ἁλοῖεν ἂν, οἱ πρὸς ἁμαρτίαν εὔκολοι. ἐνδείξεται δ' ἂν καὶ τοῦτο ἡμῖν ὡς ἔστιν ἀληθὲς, τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητὴς, ὧδέ πη λέγων· Ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου. ἔμφυτος γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἐρριζωμένη καὶ μένουσα τῆς σαρκὸς ἡ ἐπι- C θυμία, νόμον δὲ αὐτὴν ἁμαρτίας, καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν ὠνόμαζε Παῦλος, ἐνοικοῦντα τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς, τέρψεις δὲ καὶ ἡδοναὶ θύραθέν τε καὶ εἰσποιημέναι, τὰ δι' ὀμμάτων. θαυμάζεται γὰρ τὰ ἐκ πλούτου δι' ὀφθαλμῶν, καὶ μὴν καὶ ἱματίων, καὶ τὰ οἷς ἂν προσκέοιντό τινες, ὡς ἡδίστην ἔχοιεν τὴν ἀπόλαυσιν, ψῆφον αὐτοῖς οὐκ ἀγεννῆ δωρούμενοι. οὐκοῦν, ἄμπελος μὲν καὶ συκῆ, τῆς ἔξωθέν τε καὶ εἰσποιημένης τέρψεώς τε καὶ τρυφῆς εἶεν ἂν εἰς τύπον ὁμοῦ τῶν D ἐν κόσμῳ πραγμάτων τὸ πρόσκαιρόν τε καὶ εὐμάραντον ἀστείως καταδεικνύουσαι, καὶ σὺν τῷδε τὸ γλυκὺ μετὰ τοῦ σκοτοῦν εἰωθότος. Τρυφὴ μὲν γὰρ ἅπασα κοσμικὴ, γλυκεῖαν μὲν ἔχει τὴν παραυτίκα μέθεξιν, σκοτεῖ δὲ λίαν καὶ ἐκμεθύσκει δεινῶς τὸν εἰσδεδεγμένον αὐτήν. εἰκὼν δὲ ὁ λάκκος τῶν ἐμφύτων τε καὶ ἐν ἡμῖν κινημάτων. οὐ γὰρ εἰσποίητα ταυτὶ καθάπερ ἐκεῖνα, πηγάζει δὲ ὥσπερ ἐν ἡμῖν, ἐξ αὐτῆς ἀναβρύοντα τῆς σαρκός. Τούτων οὖν ἁπάντων φυσικῶν τε E καὶ ἐπακτῶν, ἐλευθέραν ἡμῖν τὴν μέθεξιν, καὶ πλατεῖαν κομιδῇ τὴν ἀπόλαυσιν, ἔσεσθαί φασιν αἱ πονηραὶ δυνάμεις, εἰ καθάπερ ἁγίαν καὶ ἀκατάσειστον καταλελοιπότες πόλιν, τὴν ἐγκράτειαν, προσχωρήσαιμεν τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, ὃς ἦν ἐν τύπῳ τοῦ Σατανᾶ. Ἀλλ' ὁ μὲν Ῥαψάκης, τὸ παραυτίκα τερπνὸν, αἰνεῖ τε αὐτοῖς καὶ ἐπιδώσειν ἐπηγγέλλετο προσκε-

χωρηκόσι τοῖς Βαβυλωνίοις. Οἱ δὲ οὐκ ἐπείθοντο φρονοῦντες ὀρθῶς, ἕψεται γὰρ πάντως τῷ θέλειν ἑλέσθαι τὰ κοσμικά, τὸ χρῆναι πεσεῖν εἰς ἀμετάβλητον δουλείαν, καὶ ἐν δορυκτήτων γενέσθαι τάξει. ΠΑΛΛ. Ἀτρεκὴς ὁ λόγος. Τίς δ' ἂν γένοιτο τούτων ἡ λύσις, ὡς ἥδιστα ἂν ἐρομένῳ φράσον. ΚΥΡΙΛΛ. Τίς δ' ἂν ἑτέρα παρὰ τὴν ἐναντίως ἔχουσαν τῇ προτέρᾳ καὶ ἐν ἀρχαῖς; ῥοπαῖς γὰρ ἰδίων ἀπονεύοντες θελημάτων, ἐπὶ τὸ βιοῦν ἐθέλειν αἰσχρῶς, καὶ τῆς ἀμωμήτου πολιτείας τὴν ἀστειότητα παρωθούμενοι, πρὸς ἀγεννῆ καὶ ἀνδραποδώδη πεπτώκαμεν νοῦν, μόνα φρονοῦντες τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς ὁλοτρόπως ἐγκείμενοι. Ταύτῃ τοι λοιπὸν καὶ καταολισθεῖν ἡμᾶς ἠφίει Θεός, εἰς ἀδόκιμον νοῦν. ΠΑΛ. Παλινδρομεῖν οὖν ἄρα πρὸς ἀρετὴν ἀναγκαῖον; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀμέλει τί γε, ὦ τᾶν, οὐκ ἐφιεμένοις ἔτι τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς, κατ' ἐκεῖνό που πάντως τὸ διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς εἰρημένον ὀρθῶς. Ἀπεθάνετε γὰρ καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ· δεδιψηκότας δὲ μᾶλλον τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀπογραφήν, καὶ οἱονεὶ πατρίδα καὶ πόλιν τὴν ἄνω πεποιημένους, καὶ ἀνακεκραγότας εὖ μάλα πρὸς Θεόν, Ἄνες μοι ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ, καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Ὁ γάρ τοι περιπατῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ λαμπρὸν ἐν οὐρανοῖς τὸ πολίτευμα ἔχων, πάροικός τε καὶ παρεπίδημος ἀληθῶς δι' αὐτῶν ἂν εἰκότως φαίνοιτο τῶν πραγμάτων. Καὶ γοῦν τοῦ σωτῆρος ὁ μαθητὴς τοῦτο ποιεῖσθαι κελεύει, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς αὔχημα περιφανές τε καὶ εὐπρεπές, ὧδέ που λέγων· Ἀδελφοὶ παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς. ΠΑΛΛ. Ἆρ' οὖν ἀρκέσει πρὸς κατόρθωσιν ἀρετῆς ἡ τοιάδε διάθεσις, τὸ καταλῆξαί φημι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν. ΚΥΡΙΛ. Εἰ προσγένοιτο σοφῶς καὶ τὰ ἐκ τῆς ἑτέρας ἐπιεικείας, δῆλον δὲ ὅτι τῆς πνευματικῆς. γέγραπται γάρ, πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα. ἢ οὐχὶ διπλοῦς ἐν ἡμῖν ὁ μολυσμός, ψυχῆς τε καὶ σώματος; ἕπεσθαι δεῖν οἰηθείην ἄν, καὶ λίαν εἰκότως, τοῖς καταμιαίνειν εἰωθόσιν, ἰσοπαλῆ τε καὶ ἰσουργὰ τὰ διασμήχειν εἰωθότα. ΠΑΛ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὥσπερ οὖν ἀμέλει διπλοῦς ὁ ῥύπος ψυχικός τε καὶ σωματικός, οὕτω καὶ ὁ δια-

A pollicebatur, ſi ad Babylonios defeciſſent: at illi cùm ſaperent, minimè id ſibi perſuaderi paſſi ſunt. Qui enim mundanas voluptates volens ſectatur, eum vel nolentem oportet in ſeruitutem incidere, & in captiuorum numero cenſeri. PALLAD. Vera dicis. Sed hoc mihi dictum velim, quomodo de tantis malis eripi poſſimus. CYRILL. Quonam alio modo, niſi illi priori contrario? Nam cùm noſtrarum voluntatum momentis ad vitam turpiter agendam pro- B penderemus, & illam perfectæ vitæ elegantiam abieciſſemus, ad ignobilem ac ſeruilem animum prolapſi ſumus, cùm ſola ea, quæ ſuper terram ſunt, saperemus, atque omnibus modis carnis voluptatibus incumberemus. Itaque permiſit Deus, vt in reprobum ſenſum delaberemur. PALLAD. Contrario igitur curſu nobis eſt ad virtutẽ remeandum. CYRILLVS. Et quidem nulla interpoſita mora, Palladi, ita vt nobis mundanā hanc vitam non eſſe expetendam ducamus, iuxta illud, quod eſt à C Paulo præclarè dictum, [Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo;] ſed potiùs eo deſiderio ardeamus, nomen vt noſtrum in cælis deſcribatur, patriámque noſtram atq; ciuitatem illam ſupernam æſtimemus, clamemuſque ad Deum; [Remitte mihi, quia aduena ego ſum in terra, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.] Nā qui in terris ambulat, præclaram autem cōuerſationem habet in cælis, is demum aduena & peregrinus ex ipſis rebus pla- D ne comprobatur. Itaque Saluatoris noſtri diſcipulus id tanquam præclarum atque glorioſum putare nos ipſos iubet his verbis, [Fratres, obſecro, tamquam aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam.] PALLADIVS. Num igitur, ſic affectum eſſe, id eſt, à carnalibus concupiſcentiis ceſſauiſſe, ſatis eſt ad virtutem præſtādam? CYRIL. Siquidem hæc quoque ſapienter acceſſerint, quæ ad illam alteram motum probitatem, ſpiritualem nempè, ſpectant: ſcri- E ptum eſt enim, [Latum mandatum tuum nimis.] Quid? nonne duplex eſt in nobis inquinamentum, animæ, inquam, ac ſpiritus? Igitur æquiſſimū eſſe arbitror, vt iis, quæ inquinare ſolent, æqualia ac paria ſuccedant, quæ abſtergendi vires habeant. PALLAD. Rectè dicis. CYR. Vt igitur duplex eſt macula, animi & corporis; ſic item purgationem

Coloſſ. 3.

Pſalm. 38.

1. Pet. 2.

Pſal. 118.

aliam animæ, aliam corporis eſſe, conuenientiſſimum eſt. Ceterum hoc ipſum, nempè præſentem vitam incolatũ putare, iis qui ita ſunt affecti, non eſſe inutile, perfacilè videri poteſt, ſi cui placuerit in Abraham eius rei imaginẽ intueri, cui dictũ à Deo eſt, [Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi, & faciam te in gẽtem magnã, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuũ, & eris benedictus; & benedicã benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam; & benedicẽtur in te omnes tribus terræ.] Intelligis igitur, quòd non ex terra & domo ſolum, ſed etiam ex cognatione, atque adeo ex domo patris diſcedere iuſſit, & venire in terram, quam ipſe, qui vocabat, oſtẽderet. PALLA. Sed quidnam hoc ſibi vult? CYRILLVS. An verò, cùm Deus nos ad ſequendum ſe vocet, haud dubium, quin ſpiritualiter; cumque eos, quos illi honorare placuerit, ex mundana vita, voluptuoſa, inquam, & carnis deſideriis dedita, exire velit, negari poteſt, quin apertè ſtultiſſimum ſit, quidpiam putare huic tantæ rei eſſe præferendum? Imò verò pro nihilo habeatur patria, genus, domus patris, ipſa denique terrenarum rerum poſſeſſio. Itaque etiam ipſe Saluator ad ſimilem nos animi fortitudinem vocabat, dicẽs [Qui amat patrem aut matrẽ ſuper me, non eſt me dignus; &, Qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus, &, qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.] Adiecit etiam illud, [Et omnis, qui dimiſerit fratres aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, aut domos propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.] Quid? non ſummæ fortitudinis, illius inquam, quæ in Chriſto eſt, opus eſſe confiteris, hanc adeo præclaram, ſpectatámque virtutem, quæ nihili pendat hæc omnia; ſequi autem Chriſtum, plurimi faciat? PALLADIVS. Ego verò fateor, nam & ab illa præſtantiſſima ſpe, & à iucunditate, quæ eſt in Chriſto, exciderunt, qui venire, cùm ad nuptias eſſent vocati, tenuerunt; ex quibus vnus dixit, [Vxorem duxi, & non poſſum venire:] alter verò agrum coëmiſſe cum diceret, diuinæ vocationi temporalia prætulit. CYRILLVS. Præclare ſanè, Palladi: oblectas enim nos, cùm veritati conſentanea dicis, &

[Margin: Geneſ. 12. — Coloſ. 3. — Philip. 3. — Matth. 10. — 1. Pet. 2. — Phil. 2. — Matth. 22.]

A κάθαρσις ψυχική τε καὶ σωματική γένοιτ' ἂν εἰκότως. πλὴν ὅτι τὸ παροικίαν ἡγεῖσθαι, φίλε, τὴν ἐν κόσμῳ ζωὴν, τοῖς τῇδε διακειμένοις οὐκ ἀκερδὲς ἀταλαιπώρως ἰδεῖν, εἴπερ ἕλοιτό τις εἰκόνα τοῦ πράγματος ποιεῖσθαι τὸν Ἀβραάμ, πρὸς ὃν εἴρηται παρὰ Θεοῦ, Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογητός, B καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι. καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Συνίης ὅπως οὐκ ἐκ γῆς τε καὶ οἴκου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς συγγενείας, καὶ μὴν καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς ἀπαίρειν ἐκέλευσεν, ἥκειν τε εἰς γῆν, ἣν περ αὐτὸς ἐνδείξειεν ὁ καλῶν; ΠΑΛΛ. Ἀλλὰ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ΚΥΡΙΛ. Εἶτά πως οὐκ ἐναργές, ὅτι Θεοῦ καλοῦντος εἰς ἀκολούθησιν, δῆ- C λον δὲ ὅτι τὴν πνευματικὴν, καὶ τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς, φημὶ δὲ δὴ πάλιν τῆς ἐν ἡδοναῖς καὶ φιλοσαρκίαις, οὓς ἂν ἕλοιτο τιμᾶν, ἐξέρπειν ἐθέλοντος, ἀπόπληκτον κομιδῆ, τὸ ἡγεῖσθαί τι τοῦ τοιοῦδε ἄμεινον. καταλογιζέσθω γὰρ ὡς οὐδὲν πατρίς τε καὶ γένος, καὶ οἶκος πατρὸς, καὶ τῶν ἐπιγαίων ἡ κτῆσις. τοιγάρτοι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ πρὸς τὴν ἴσην ἡμᾶς ἀνδρείαν ἐκάλει, λέγων· Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ, ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ D ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. προστίθησι δὲ, καὶ πᾶς ὅστις ἀφῆκεν ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἢ οἰκίας ἕνεκα τοῦ ὀνόματός μου, πολλαπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. ἢ γὰρ οὐχὶ τῆς εἰς ἄκρον εὐσθενείας τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης ἔργον εἶναι φὴς, τὴν οὕτω λαμπρὰν καὶ περίοπτον ἀν- E δρείαν, ἣ παρ' οὐδὲν ἡγεῖται ταυτί; τὸ δὲ δεῖν ἕπεσθαι τῷ Χριστῷ ποιεῖται περὶ πολλοῦ. ΠΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν, ἐπεί τοι καὶ τῆς ἀρίστης ἐλπίδος, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ θυμηδίας διωλισθήκασιν, οἱ κεκλημένοι μὲν εἰς τοὺς γάμους, καταρνησάμενοι δὲ τὴν ἄφιξιν. ὧν ὁ μέν τις ἔφη, γυναῖκα ἔγημα, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν· ὁ δέ τις ἀγρὸν ἐκπριάσθαι λέγων, ἀμείνω τῆς κλήσεως ἐποιεῖτο τὰ πρόσκαιρα. ΚΥΡΙΛ. Εὖγε, ὦ Παλλάδιε. εὐφραίνεις γὰρ ἡμᾶς τὰ εἰκότα λέγων, καὶ ἀλη-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A εὐμαθείας τῆς ἄγαν προαναθρώσκων εὖ μάλα πρὸς τὸ συνιέναι θερμῶς τοῦ λόγου τὸ πέρας. Ἄθρει δὴ οὖν ὅτι τοῖς ὁλοκλήρως τε καὶ ὁλοτρόπως ἀκολουθοῦσι Θεῷ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος πεποιημένοις δεύτερα τὰ τῆς σαρκὸς, καὶ φιληδονίαν κοσμικὴν, ἕψεται δὴ πάντως, τὸ εὐλογίας τῆς ἄνωθεν πλουσίως μεταλαχεῖν. τί γάρ λέγει πρὸς Ἀβραάμ; Καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ τὰ τούτοις συνημμένα. B Ὁρᾷς οὖν ὅσην αὐτῷ πληθὺν ἐπεσώρευσε πνευματικῶν ἀγαθῶν; τίνα δὲ τρόπον ἀπαίρει τῆς ἐνεγκούσης Ἀβραάμ, πῶς οὐκ ἄξιον ἰδεῖν; ἔλαβε γάρ, φησί, Σάρραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, ὅσα ἐκτήσαντο, καὶ πᾶσαν ψυχὴν, ἣν ἐκτήσαντο ἐν Χαρράν. καὶ ἐξῆλθον πορευθῆναι εἰς γῆν Χαναάν, καὶ διώδευσεν Ἀβραὰμ τὴν γῆν εἰς τὸ μῆκος αὐτῆς, ἕως τοῦ τόπου Συχέμ, ἐπὶ τὴν δρῦν τὴν ὑψηλήν. C ἐξεχώρει μὲν γὰρ ἐκ Χαρράν, οὐδὲν ἑαυτοῦ λείψανον ἀφιεὶς ἐν αὐτῇ, πανγενῆ δὲ ὥσπερ καὶ πανοικὶ, προθυμότατα μετατρέχων εἰς γῆν Χαναάν, ἣν ἔδειξε Θεός. Εἶτα διέισι τὴν γῆν εἰς τὸ μῆκος αὐτῆς, καὶ εἰς γῆν ἔρχεται τὴν ὑψηλήν. Ὁ γάρ τοι βεβουλημένος τοῖς θείοις εὖ μάλα κατακολουθεῖν θεσπίσμασι, καὶ φροντίδος τῆς ἀρίστης ἀξιοῦν τὴν ἄνωθεν κλῆσιν, ἐξίτω ζωῆς τῆς ἐν ἡδοναῖς κοσμικαῖς ὅλος δι' ὅλου, καὶ οἱονεὶ πανγενεὶ, οὐδὲν τῆς ἑαυτοῦ διανοίας λείψανον ἀ- D φεὶς, ἐν οἷς ἦν ποτέ. ἀπαίρει γὰρ οὕτως ὀρθῶς, καὶ διοδεύσει τὴν γῆν, κέκληται γὰρ παρὰ Θεοῦ. ἵνα ὥσπερ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος, ἐξισχύσῃ καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ ὕψος, καὶ βάθος τοῦ μυστηρίου τοῦ Χριστοῦ. πρὸς γῆν γὰρ τότε τὴν ὑψηλὴν ἀναφοιτήσει καλῶς, τοῦτ' ἔστι, πρὸς ἕξιν τὴν ἀνῳκισμένην ἐν ἀρεταῖς, καὶ οὐδαμόθεν ἔχουσαν ἔτι τὸ κατερριμμένον εἰς φιλο- E σαρκίαν. ἀφιγμένῳ δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο, τί πάλιν ἔσται τῶν ἀγαθῶν, ἐξ αὐτῶν εἰσόμεθα τῶν ἱερῶν γραμμάτων· ὤφθη γάρ, φησί, Κύριος τῷ Ἀβραάμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. καὶ ᾠκοδόμησεν Ἀβραὰμ ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ, τῷ ὀφθέντι αὐτῷ. ἐμφιλοχωροῦντι μὲν γὰρ εἰς γῆν πατρίδος αὐτοῦ, καὶ οὔπω πρὸς τὴν ἁγίαν μεταχωρήσαντι γῆν, μόνος δίδοται χρησμὸς τοῦ μετα-

A ingenii alacritate præcurris ad noſtræ orationis finem acriter intelligendum. Vide igitur, iis, qui integrè atque perfectè Deum ſequuntur, & ſpei, quam in illo conſtituerunt, res carnales, ac mundanam voluptatem poſthabent, contingere omnino, vt cæleſtem benedictionem abundè conſequantur. Quid enim ait ad Abraham? [Et faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & ea, quæ ſequuntur.] Geneſ. 12. B Vides ergo quantis illum ſpiritualibus bonis cumularit? Iam verò quemadmodum excedat è natali ſolo Abraham, nónne operæpretium erit videre? [Accepit enim, inquit, Saram vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, & omnem ſubſtantiam ipſorum, quam poſſederant, & omnem animam, quam poſſederant in Charran, & exierunt vt venirent in terram Chanaan: & pertranſiuit terram Abraham per longitudinem eius, vſque ad locum Sichem ad quercum ſublimem.] Ibid. C Exceſſit quidem ex Charran, nec vllas ibi rerum ſuarum reliquias dimiſit, ſed cum genere vniuerſo quodammodo, vniuerſáque familia ſumma cum alacritate contendit in terrã Chanaan, quam Deus oſtenderat. Deinde pertranſit terram per longitudinem eius, & in terram peruenit ſublimem. Quiſquis enim decreuerit diuinis obſequi præceptis, ac ſupernam vocationem præcipua cura excipiendam putarit, exeat is è voluptuoſa vita, totus omni ex parte, ac ve- D luti cum genere vniuerſo; neque vllam mentis ſuæ partem ibi relinquat, vbi antea verſabatur. Sic enim ritè proficiſcetur, terrámque pertranſibit, ad quam eſt à Deo vocatus, vt quemadmodũ ſcribit beatus Paulus, [poſſit comprehendere cum omnibus ſanctis, quę ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum myſterii Chriſti.] Epheſ. 3. Tunc enim optimè ad terram ſublimem aſcẽdet, id eſt, ad animi habitum, qui in ſuperiore virtutũ lo- E co ſitus eſt, nulla ex parte ad carnis voluptates proiectus atque procliuis. Is autem, qui eò peruenerit, quid boni aſſequatur, ex ipſis ſacris literis intelligem⁹. [Apparuit enim, inquit, Dominus Abraham, & dixit ei, Semini tuo dabo terram hãc. Et ædificauit ibi Abraham, altare Domino, qui apparuerat ei:] Geneſ. 12. nam cum adhuc in patria commoraretur, needum ad ſanctam terram ſeſe contuliſſet, ſolum illud reſponſum accepit, quo in aliam regionem, omni cura patrii

ſolum illud reſponſum accepit, quo in aliam regionem, omni cura patrij ſoli poſthabita, migrare iubebatur: poſtea verò quam cum tota domo vniuerſaque ſupellectili venit in Chanaan, atque ad terram ſanctam aſcendit, tum verò illi diuinæ viſionis gratia conceſſa eſt, eiuſque ſpes firma promiſſione corroborata eſt, altariſq; extruēdi iam poteſtas facta. At nos item ſimili ratione, quamdiu in mundo manemus, & illius execrandis voluptatibus adhæreſcimus, nulla permanebit à Deo gratia. Sed, ſi vocati, diuinis legibus obtemperauerimus, & ad omnium bonorum expetitionem atque alacre ſtudium tanquam in excelſam terram conſcenderimus; tum verò nobis immittit Deus gloriæ ſuæ cognitionem, & ſpei confirmationem pollicetur, tantúmque robur mentibus noſtris immittit, vt iam poſſimus hoſtias offerre ſpirituales, & Chriſti bonus odor fieri Deo & patri, ſicut ſcriptum eſt; exhibere etiam ipſi quoque corpus hoſtiam viuentem, placentémque Deo; nempè rationalem illum & in ſpiritu cultum, qui Deo eſt in primis acceptus: libenter enim amplectitur ſpiritualis illius obſequii ritus, atque illud hoſtiam ſpiritualem putat. PALLAD. Decet igitur, vt à turpioribus factis digreſſi, ad meliorem vitam nos conferamus, ſupernámque vocationem libentiſſime amplectamur, in iiſque rebus maxime verſari cupiamus, quæ à lege probantur, & à Deo optima iudicantur. Nam retrorſum abire velle, & ad ea reuerti, à quibus lædimur, id verò culpa minime vacat. CYRILL. Minimè verò, Palladi; periculoſiſſimum eſt enim in eos morbos recidere velle, quos ſemel euaſeris: nam iis, qui ſemel Dei ope ex mundana conuerſatione ſint erepti, ad eam vel reſpicere ſolum, ac memoria repetere peccata, atque ad ea adamanda animum appellere, minime tutum eſt. Itaque diuinus ille pſalmiſta orabat dicens, [Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.] Vanitas enim reuera eſt huius vitæ diſtractio, atque rerum temporalium inanis oblectatio, à quibus diſiungi atque recedere oportere, earúmque rerum vel ſolam cogitationis cum voluptate coniunctam conſiderationem ei, qui recte ingredi velit, eſſe cauendam, hinc facile intelligi poteſt. PALLADIVS. Vndenam, quæſo?

1. Pet. 2.
2. Cor. 2.
Rom 12.

Pſal. 118.

χωρῆσαι δεῖν εἰς ἑτέραν, τῆς ἐν ᾗ γεγόνει ἠφεληκότα. ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν εἰς γῆν Χαναὰν πανοικί τε καὶ πανσκευί, καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν ἀνέδραμε γῆν, ἡ τῆς θεοπτίας δίδοται χάρις, καὶ τῆς ἐλπίδος τὸ ἀσφαλές, ἐν βεβαίῳ τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ ἐξεῖναι λοιπὸν ἐγείρειν θυσιαστήριον. καὶ ἡμῖν οὕτω ἄρα κατά γε τὸ ἶσον τοῦ λόγου σχῆμα, προσομένουσι μὲν τῷ κόσμῳ καὶ ταῖς κατ' αὐτὸν βδελυρωτάταις ἡδοναῖς, οὐδὲ μία μὲν ἔσται παρὰ Θεοῦ χάρις, κεκλημένοις δὲ καὶ τοῖς θείοις ὑπείκουσι νόμοις, ἀναθρώσκουσι τὴν καθάπερ εἰς γῆν ὑψηλὴν τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἔφεσίν τε καὶ προθυμίαν, ἐνίησι μὲν τῆς ἰδίας δόξης τὴν γνῶσιν ὁ Θεός, καὶ τὸ τῆς ἐλπίδος ἐρρηδωμένον ἐπαγγέλλεται, δυναμοῖ δὲ οὕτω τὸν ἐν ἡμῖν ἀπεργάζεται νοῦν, ὡς ἤδη πως ἰσχῦσαι θυσίας προσάγειν πνευματικάς, καὶ εὐωδίαν γενέσθαι Χριστοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρί, κατὰ τὸ γεγραμμένον· παραστῆσαι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα, θυσίαν ζῶσαν καὶ εὐάρεστον τῷ Θεῷ. τὴν λογικὴν καὶ ἐν πνεύματι λατρείαν τὴν ἀπόδεκτον παρὰ Θεῷ. προσίεται γὰρ ἀσμένως τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τοὺς τρόπους, καὶ θυσίαν ἡγεῖται τὸ χρῆμα πνευματικόν. ΠΑΛ. Μεθορμίζεσθαι δὴ οὕτω ἐπὶ τὰ ἀμείνω πρέπει, τῶν αἰσχιόνων ἀπαίροντας, καὶ προσίεσθαι μὲν ὡς ἥδιστα, τὴν ἄνωθεν κλῆσιν, ἐμφιλοχωρεῖν δὲ ὅτι μάλιστα φιλεῖν τοῖς ἐκ νόμου τετιμημένοις, καὶ τὴν ἀρίστην ψῆφον λαχοῦσι παρὰ Θεῷ. ὡς τό τοι ζητεῖν ἀπίσω ἰέναι καὶ ἐπινοστεῖν ἐπί τι τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων, αἰτίας οὐκ ἀπαλλάξομεν. ΚΥΡ. Οὐ μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε. παγχάλεπον μὲν γὰρ τὸ νοσεῖν ἑλέσθαι πάλιν τὰ ὧν ἂν ἐξοίχοιτό τις· ὡς τοῖς γε ἅπαξ ἐξῃρημένοις δυνάμει Θεοῦ πολιτείας κοσμικῆς, σφαλερὸν ἄγαν τὸ κἂν γοῦν εἰς αὐτὴν ἀποβλέψαι μόνον, καὶ οἱονεὶ πρὸς ἀνάμνησιν ἰέναι πλημμεληθέντων, εἰς τὸ ἐπ' αὖθις ἀγάπησιν ἱέντας τὸν νοῦν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς ἐλιπάρει λέγων· Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα. ματαιότης γὰρ ὡς ἀληθῶς, ὁ τοῦδε τοῦ βίου περισπασμός, καὶ ἡ τῶν προσκαίρων διάκενος τέρψις. ὧν ὅτι προσήκει διίστασθαι καὶ ἀποφοιτᾶν, παραιτεῖσθαι δὲ καὶ μόνην τὴν ὡς ἐν ἐννοίαις μὲν ἔτι, σὺν ἡδονῇ τε κατάσκεψιν, τόν γε ὡς ἀληθῶς ὀρθοποδεῖν ᾑρημένον, ἀναμάθοι τις ἂν κἀντεῦθεν εὐκόλως. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἐκ τοῦ, δὴ φής; ΚΥΡΙΛ-

ΛΟΣ. Οἱ τῶν Σοδόμων οἰκήτορες εἰς τὰς παρὰ φύσιν ἡδονὰς ἀγρίως ἐξοιστρούμενοι, καὶ ἀτιμάζοντες μὲν τὸν συνόδου νόμον, ὃν ἐπὶ παίδων γοναῖς ἡ φύσις ὡρίσατο, ὥρμαις δὲ ταῖς ἀῤῥένων ἐπιθηγόμενοι, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν λίαν ἐκτόπων τούτων διαπεραίνοντες, κατηρέθιζον εἰς ὀργὰς, καὶ οἱονείπως κατεβιάζοντο πρὸς τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἰέναι δίκην, καίτοι φιλάνθρωπον ὄντα τὸν δημιουργόν. ἐπειδὴ δὲ τοῦ χρῆναι παθεῖν ἐπὶ θύραις ἦν ὁ καιρὸς, διὰ τὸ ἀπομεμηκυνμένης ὥσπερ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀνεξικακίας, εἰσέβαλλον ἐν Σοδόμοις οἱ τοῦτο πληρώσοντες. γέγραπται δὲ οὕτως· ἦλθον δὲ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας. Λὼτ δὲ ἐκάθητο παρὰ τὴν πύλην Σοδόμων· ἰδὼν δὲ Λὼτ, ἐξανέστη εἰς συνάντησιν αὐτοῖς, καὶ προσεκύνησε τῷ προσώπῳ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ Κύριοι, ἐκκλίνατε εἰς τὸν οἶκον τοῦ παιδὸς ὑμῶν, καὶ καταλύσατε, καὶ νίψασθε τοὺς πόδας ὑμῶν, καὶ ὀρθρίσαντες ἀπελεύσεσθε εἰς τὴν ὁδὸν ὑμῶν. καὶ εἶπον, οὐχί. ἀλλ' ἐν τῇ πλατείᾳ καταλύσομεν. καὶ κατεβιάζετο αὐτοὺς, καὶ ἐξέκλιναν πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς πότον. καὶ ἀζύμους ἔπεψεν αὐτοῖς, καὶ ἔφαγον πρὸ τοῦ κοιμηθῆναι. Λὼτ μὲν γὰρ ἅτε δὴ καὶ ἐξ αἵματος ὑπάρχων Ἀβραὰμ, καὶ τοῖς τῆς ὀρθότητος νόμοις ἐντεθραμμένος, εὐσεβείας τε τῆς εἰς Θεὸν οὐκ ἐν βραχεῖ λόγῳ πεφροντικὼς, περιῴκει τὰ Σόδομα. ἦν δὲ ἐπ' αὐτοῖς ἔπηλυς καὶ ξένος καὶ γένει καὶ τρόπῳ. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; κατὰ τὸ γεγραμμένον. καταδυμαγεθήσας δὲ τῶν ἐπιχωρίων κακῶν, καὶ τὴν αὐτῷ συνήθη τοῦ βίου διαστείχων ὁδὸν, ἁγίων εἴχετο σπουδασμάτων, καὶ τῆς φιλοξενίας τὸν νόμον ὅτι μάλιστα τιμῶν, ταῖς τοῦ ἄστεως προσιζήσας εἰσβολαῖς, τοὺς εἰστρέχοντας ἐν αὐταῖς προσίεται φιλοφρόνως, θεοφιλὲς τὸ χρῆμα εἰδώς. ἐπειδὴ δὲ ἧκον οἱ τοῖς εἰς ἀσέλγειαν ἀχαλίνως ἐκλελυττηκόσι, τὴν δίκην ἐποίσοντες, δυὰς δή τις ἦν ἀγγέλων, ὑπαντιάζει γοργῶς, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ χρηστότητος μήνυσιν ἐναργῆ, προαναφαίνει τὴν πρόσρησιν. προσκεκύνηκε γὰρ τῷ προσώπῳ ἐπὶ τὴν γῆν, οἴκαδέ τε ἰέναι προτρέπει, καὶ τοῖς τῆς ἀγάπης ἐναπολαῦσαι νόμοις. οἱ δὲ φασὶν, οὐχὶ, ἀλλ' ἐν τῇ πλατείᾳ καταλύσομεν· τὸ μὲν εἶναι ξένοι καὶ ἀνέστιοι, διὰ τούτου κατασημαίνοντες, κατερεθίζοντες δὲ οἶμαί που πρὸς ἐντονωτέραν

A CYRIL. Sodomorum habitatores, cum ad eas voluptates, quæ præter naturam eſſent, immaniter velut œſtro quodam ſtimularentur, cúmque contempta congreſſus lege, quam liberis procreandis natura ipſa præſcripſit, maſculorum ſpecie illecti, ad libidines excitarentur, nullaque adeo flagitioſa res eſſet, à qua perpetranda abſtinerent, iram Dei prouocarunt, & creatorem alioqui benignum, ad pœnas ab eis repetendas deſcendere quodammodo coegerunt. Itaque, cùm tempus luendi B ſupplicii inſtaret, abſumpta iam quodammodo diuina in eis patiētia, ingreſſi ſunt Sodoma, vltionis diuinæ miniſtri. Sic namque ſcriptum eſt, [Venerunt autem duo angeli Sodomam veſperi. Lot autem ſedebat prope portam Sodomorum. Videns autem Lot, ſurrexit in occurſum eorum, & adorauit pronus in terram, & dixit, En domini, declinate in domum ſerui veſtri, & diuertite, & abluite pedes veſtros, & manè ſurgentes proficiſcemini in viam C veſtram. Et dixerunt, Non; ſed in platea manebimus. Et coegit illos, & declinauerunt ad eum, & ingreſſi ſunt domum eius: & fecit eis conuiuium, & coxit azyma, & comederunt antequam irent cubitum.] Lot namque cum ex ſemine eſſet Abraham, & in rectis legibus educatus, & pietatis in Deum vehementer ſtudioſus, habitabat in Sodomis. Erat autem apud eos aduena & hoſpes & genere & moribus. D [Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? vel quæ pars fideli cum infideli?] ſicut ſcriptum eſt. Itaque cùm contemneret vitia indigenarum, ac per illud iter vitæ ingrederetur, cui aſſuetus erat, ſanctis adhæreſcebat ſtudiis: atque cum hoſpitalitatis legem in primis coleret, in ipſo vrbis aditu ſedens, ingredientes benignè accipiebat: ſciebat enim id eſſe Deo pergratum. Cùm verò veniſſent ii, qui hominibus libidine effrenata furentibus ſupplicium illaturi erant, (par id erat angelorum) occurrit alacriter, & benignitatis ſuæ ſpeci- E men euidentiſſimum illis præbet in eo, quod illos ſalutauit. Adorauit enim pronus in terram; & vt domum eant, hortatur, caritatiſque legibus perfruantur. At illi, Minimè, inquiunt, ſed in platea manebimus. Quibus verbis hoſpites quidem ſe & ſine tecto eſſe ſignificabant; ſimul verò hominem hoſpitalitatis ſtudioſum ad maiorem, vt

Geneſ. 19.

2. Cor. 6.

vt arbitror, ſtudii contentionem incitabant, ac tantum non vrbanè inſinuantes, haud illi honeſtum fore, ſi ſe tectis excluſos & in triuiis abiectos dimitteret: quod cùm ille vir iuſtus intellexiſſet, vehementius vrgere cœpit; neque tanquam frigide parumque ex animo illos inuitaret, illorum excuſationem pro occaſione rapuit. Itaque domum eos ducit, panes azymos appoſuit, conuiuium inſtruxit. Atque hæc quidem ille vir iuſtus. Sodomitæ verò aperto ac turpi voluptatis morbo cùm laborarent, hominis pii domunculam nefarie cingunt, atque extremæ impudentiæ terminos egreſſi, ſolitæ libidinis vſum permitti ſibi contendebant: & in quos hoſpitalitatis officia conferre debebant, in eos libidinem præter naturam exercere volebant. Ipſi Lot præterea, cùm illos à tam immanibus fœdiſque cœptis auertere conaretur, vim afferre volebant, parumque abfuit, quin illi vim afferrent, niſi adfuiſſent illi ſeruatores:

Genes. 19.

[extendentes enim, inquit, viri illi manus ſuas, pertraxerunt Lot ad ſe domum: & fores domus clauſerunt: homines autem, qui ad fores erant domus, percuſſerunt cæcitate, à minimo vſque ad maximum, & defatigati ſunt quærentes ianuam.] Neque verò auxilium, quod illi præſtabant, intra hunc modum ſtetit, ſcriptum namque eſt iterum, [Cum verò mane factum eſſet, vrgebant angeli Lot, dicentes, Accipe vxorem tuam, & duas filias tuas, quas habes, & exi, ne & tu pereas cum iniquitatibus ciuitatis. Et turbati ſunt, & tenuerunt angeli manum eius, & manum vxoris eius, & manus duarum filiarum eius, eo quòd Dominus parceret illi.] Id porrò eſſe argumento euidentiſſimo poteſt, nos non verbis tantum & admonitionibus in animum immiſſis, incitari vt à peccatis recedamus: ſed etiam ad eam erga nos benignitatem deſcendere omnium ſaluatorem Deum, vt efficaci nos auxilio iuuet; iuxta illud,

Pſal. 72.

[Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me.] Nam quia hominis natura non eſt admodum firma, neque ſatis virium habet, vt emergere è

A σπουδὴν, τὸν φιλόξενον ἠρημένοι, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀστείως ὑποσημαίνοντες, ὡς οὐκ ἂν αὐτοὺς μεθείτο πρεπόντως ἐρήμους ἑστίας καὶ ἐν αὐταῖς τριόδοις ἐξερριμμένους· ὁ δὴ καὶ συνεὶς ὁ δίκαιος, μειζόνως κατεβιάζετο, καὶ οὐχ ἁρπαγμὸν τὴν παραίτησιν, ὡς ἐξ ἀθύμου καὶ ὑδαρεστέρας ἐποιεῖτο φρενός. οἴκοι εἰσοικίζεται μὲν αὐτοὺς, ἀζύμους τε ἄρτους παρετίθει, καὶ πότον εἰργάζετο. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ὁ δίκαιος. Σοδομῖται δὲ γυμνὴν καὶ ἀσχήμονα νοσοῦντες ἡδονὴν,

B τὸ τοῦ δικαίου δωμάτιον ἀνοσίως περιερχόμενοι, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἡκούσης ἀναισχυντίας πεσόντες ἐπέκεινα, δέξασθαι μὲν σφίσι τὰ συνήθη δρᾶν ἠξίουν, εἶτα δέον ἐλέσθαι φιλοξενίας, ἀσελγείᾳ τῇ παρὰ φύσιν ἐβούλοντο κακοῦν. ἀφιστάντα δὲ αὐτοὺς τὸν Λὼτ, τῶν οὕτως αἰσχίστων καὶ βδελυρωτάτων ἐγχειρημάτων παραλύειν ἤθελον, ἦλω δή ἂν τάχα καὶ εἰς αὐτὸ τὸ παθεῖν, εἰ μὴ προῆσαν

C οἱ σώζοντες· ἐκτείναντες γάρ, φησὶν, οἱ ἄνδρες τὰς χεῖρας, εἰσεσπάσαντο τὸν Λὼτ πρὸς ἑαυτοὺς εἰς τὸν οἶκον, καὶ τὴν θύραν τοῦ οἴκου ἀπέκλεισαν. τοὺς δὲ ἄνδρας τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς θύρας τοῦ οἴκου, ἐπάταξαν ἀορασίᾳ, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, καὶ παρελύθησαν ζητοῦντες τὴν θύραν. ἐμεμέτρητο δὲ οὐκ ἔτι τουτοισὶ μόνοις τὰ τῆς ἐπικουρίας αὐτῷ. γέγραπται γὰρ πάλιν· ἡνίκα δὲ ὄρθρος ἐγίνετο, ἐπεσπούδαζον οἱ ἄγγελοι τὸν

D Λὼτ, λέγοντες· ἀναστὰς λάβε τὴν γυναῖκά σου καὶ τὰς δύο θυγατέρας ἃς ἔχεις, καὶ ἔξελθε, ἵνα μὴ καὶ σὺ συναπόλῃ ταῖς ἀνομίαις τῆς πόλεως. καὶ ἐταράχθησαν, καὶ ἐκράτησαν οἱ ἄγγελοι τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς χειρὸς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν δύο θυγατέρων αὐτοῦ, ἐν τῷ φείσασθαι Κύριον αὐτῶν. ἔνδειγμα δὲ σοι ταυτὶ καὶ σφόδρα τρανὲς τοῦ μὴ μόνοις ἡμᾶς παραθήγεσθαι λόγοις, καὶ ταῖς ἐς νοῦν παρακλήσεσιν ἀπο-

E φοιτᾶν ἁμαρτίας, ἥκειν δὲ καὶ εἰς τοῦτο λοιπὸν ἡμερότητος τῆς εἰς ἡμᾶς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Θεὸν, ὡς ἐνεργὸν ποιεῖσθαι τὴν ἐπικουρίαν. κατά γε τὸ, ἐκράτησας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου· καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με. ἐπεὶ γάρ ἐστιν οὐ λίαν εὐσθενὴς ἡ ἀνθρώπου φύσις, οὔτε μὴν ἀποχρώντως ἔχουσα πρὸς τὸ διεκδῦσαι δυνάμ-

σθαι τοῦ κακοῦ, συναθλεῖ πως αὐτῷ πρὸς τοῦτο Θεός, καὶ διπλῆν ἀπονέμων ὁρᾶται τὴν χάριν, νουθεσίαις ἀναπείθων καὶ ἐπικουρείαν εὑρών, καὶ ἀμείνω τιθεὶς τοῦ παρὰ πόδας τε καὶ τυραννοῦντος κακοῦ. ἴδοις δ' ἂν ἀληθὲς κἀκεῖνο ὑπάρχον, ὡς ὀλίγοι μὲν κομιδῆ τῆς δικαιοσύνης οἱ ἐπιμεληταί, καὶ πολλὴ κατὰ βίον ἡ σπάνις ἀνδρῶν ἀγαθῶν· ἄνδρα γὰρ πιστὸν ἔργον εὑρεῖν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πλὴν ἀπόλεκτος ὁ τοιοῦτος, καὶ φροντίδος τῆς ἄνωθεν οὐ παρέργως ἠξιωμένος. Εἰ γάρ ἐστι κατὰ τὸν κόσμον ἀναμὶξ τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν ὑπομένει τὸ βλάβος, ὡς κρίνον ἐξ ἀκανθῶν ἁρπάζεται, καὶ οὐκ ἂν συναπόλοιτο δίκαιος μετὰ ἀσεβῶν, κατὰ τὰς τῶν ἁγίων φωνάς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἆρ' οὖν, ὅτι φειδοῖ τῇ παρὰ Θεοῦ, καὶ ἀγγέλων ἁγίων συνδρομῇ, καὶ τὴν ἐκ τῆς φαυλότητος πλεονεξίαν ἀπονιψόμεθα, καὶ τὸ μηδαμῇ μηδαμῶς ταῖς τῶν πονηρῶν ἁλῶναι δίκαις ἀναμφιλόγως εὑρήσομεν, Θεῷ πιστεύοντες σαφῶς ἀνακεκραγότι δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν· ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ κρατῶν τῆς δεξιᾶς σου, ὁ λέγων σοι, μὴ φοβοῦ, Ἰακώβ, ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ, ἐγὼ ἐβοήθησά σοι, λέγει Κύριος, ὁ λυτρούμενός σε, Ἰσραήλ. ΚΥΡ. Ἦ γὰρ οὐχὶ συλλήπτορα τοῖς ἁγίοις ἐνδείξειεν ἂν τὸν πάντα ἰσχύοντα Θεόν, τὸ ἀπαρτηθῆναι τὸν Λὼτ τῆς τῶν ἀγγέλων χειρός; Θεοῦ γὰρ τύπος ἂν εἶεν [ἂν] οὗτοι. πρὸς μὲν ἐν ἀρχῇ τῷ Ἀβραὰμ προσβάλλοντες ἐν τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, δύο δὲ τοῖς Σοδόμοις ἐπιφοιτήσαντες. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνήν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ, συνόντος αὐτῷ δηλονότι καὶ ἐνυπάρχοντος φυσικῶς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ΠΑΛ. Συνίης εὖ μάλα. τὰ δὲ ἐφεξῆς περιαθρῶμεν, εἰ δοκεῖ. ΚΥΡΙΛ. Ἀοκνότατά γε, καὶ δὴ ἐρῶ. Καὶ ἐγένετο, φησίν, ἡνίκα ἐξήγαγον αὐτὸν ἔξω, εἶπον, σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν, μὴ περιβλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω, μηδὲ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ, εἰς τὸ ὄρος σώζου, μήποτε συμπαραληφθῇς. ἐν μὲν οὖν τῷ, σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν, φημὶ δὴ λέγεσθαι σαφῶς τό, σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει· καὶ μὴ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις, καὶ ἀμείνων ἔσο τῶν ἐν κόσμῳ παραποδισμάτων, ψυχῆς γὰρ ἀντάλλαγμα τὸ σύμπαν οὐδέν. τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, ὅταν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ,

viciis poſſit, opem illi fert in ea re Deus. Itaque duplicem gratiam tribuere cognoſcitur; cùm enim monitis ſuadet, tum adiuuandi rationes inuenit, eáſque præſenti malo vimque nobis afferente valentiores efficit. Videri autem facilè poteſt, verum eſſe illud, paucos admodum eſſe quibus iuſtitia curæ ſit, multámque in hac vita penuriam proborum hominum: [virum enim fidelem, vt ſcriptum eſt, difficile eſt inuenire:] (Prou. 20.) tamen eiuſmodi homo electus eſt, & diuina cura atque prouidentia non mediocri dignatus. Quamuis enim in hac vita ſit inter ceteros mixtus, nihil tamen ex ea re damni paſſus, vt lilium è ſpinis decerpitur: neque iuſtum hominem fas eſt, vt ſancti viri teſtantur, cum impiis perire. PALLAD. Ergo Dei benignitate, ac ſanctorum angelorum ope, tum nequitiæ dominatum excutiemus, tum illud quoque proculdubio aſſequemur, vt nuſquam omnino in prauorum hominum pœnis ſimul implicemur, Deo freti, qui apertè proclamat prophetæ cuiuſdam voce, [Ego Dominus Deus tuus, qui teneo dexteram tuam, qui dico tibi, Noli timere, Iacob, exiguus Iſrael, ego auxiliatus ſum tibi; dicit Dominus, qui redemi te, Iſrael.] (Eſai. 41.) CYRILL. An verò parum oſtenditur Deum omnipotentem eſſe ſanctorum hominum adiutorem, in eo quòd Lot manu fuit angelorum apprehenſus? illi enim angeli, figuram Dei non abſurdè tenent, cùm tres prius ad Abraham acceſſerint ad quercũ Mambre, duo rurſus aduerſus Sodomam venerint; neque enim Pater iudicat quenquam, iuxta Saluatoris noſtri vocem, (Ioan. 5.) ſed omne iudicium dedit filio: cum quo proculdubio ſimul adeſt ſãctus Spiritus, & naturaliter ineſt. PALLAD. Rectè intelligis. Sed, ſi placet ea, quæ ſequuntur, conſideremus. CYRILL. Nihil moror, atque iam dicam. [Et factum eſt, inquit, poſtquam eduxerunt eum foras, (1. Tim. 5.) dixerunt, Salua animam tuam, ne reſpicias retro, neq; ſtes in omni circa regione: in monte ſaluum te fac, ne fortè ſimul comprehendaris.] In illis itaque verbis. [Salua animam tuam,] illud manifeſtè dici arbitror, [Te ipſum caſtum cuſtodi, & ne communices peccatis alienis.] ac vince ea, quæ mundus affert, impedimenta: neque enim vniuerſus mundus iuſtũ eſt pretium, pro quo anima commutetur. [Quid enim prodeſt (Matth. 16.) homini, ſi vniuerſum mũdũ lucretur,

" animæ verò ſuæ detrimentum patia-
" tur?] Quòd autem ait ita ſibi eſſe ambulandum, ne ſe retrorſum conuertat, id fortaſſe ſignificat, cauendum eſſe, ne dum nos ad nequitiam conuertimus, eadem cum iis denuo ſentire incipiamus, qui in ſupplicium ignis propter in-
Luc. 9. " temperantiam inciderunt. [Nemo e-
" nim, inquit, mittés manum ad aratrum,
" & conuerſus retro, aptus eſt regno cæ-
" lorum.] Tenenda eſt namque ſalutis via, non hac illac deflectendum, neque ad vanas imagines mundanarum cupiditatum leuis atque volubilis animus eſt impellendus; ſed integer atque vigilans, & qui ſemper directum iter aſpiciat, re curet, in nobis ipſis eſt conſeruandus. Quinetiam id, quod maius eſt, dicam; ait enim Angelus, non modo ita illi eſſe ambulandum, ne retrorſum ſe conuertat, ſed opportune adiecit,
" [Ne ſtes in omni circa regione;
" in montem ſaluum te fac, ne for-
" te & tu ſimul capiaris.] PALLA-
" DIVS. Quid verò illud eſt, [Ne
" ſtes in omni circa regione?] CYRILL. Illam, ni fallor, inertiam atque ſegnitiem ad reſiliendum à vitiis, lubricam eſſe, & periculoſam ſignificat. PALLAD. Quonam modo, dic obſecro. CYRILLVS. Propheticus
Hier. 48. " enim ſermo ſic ait, [Væ qui facitis opus
" Dei negligenter. Currite etiam vt com-
1. Cor. 9. " prehendatis,] ait beatus Paulus. Nam nolle fortiter ac ſeriò à turpiori vita refugere, quod animus ægre ſe à veteri conſuetudine diuelli patiatur, ac veluti cum quadam moleſtia à ſingulis quibuſque vitiis diſcedat, grauiſſiméque ſe ad id conferat, quod ſuapte natura prodeſt, nõ aliud eſt, quàm in vicina nequitiæ regione ſubſiſtere, vnde celeri curſu excedere oportet. Fieri namque poteſt, vt priuſquam vitii terminis exceſſerimus, dum ſemper cunctamur ac tergiuerſamur, diuina nos vltio præueniat, antequam maculas purgauerimus, antequam veteris ſocordiæ infuſam animo labem eluerimus, antequam criminum à nobis ſarcinam excuſſerimus, iugúmque ſubierimus illud ſalutare, ac requiem per Chriſtum inuenerimus. Optima eſt igitur ex-
" hortatio, [Ne ſtes in omni circa re-
" gione,] hoc eſt, caue ne in vllo nequitiæ genere moras trahere deprehendaris: ſed aſcende veluti in montem, in eximiam nempe ac ſpectabilem vitam, quæ humile & abiectum nihil habeat,

A τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; τὸ δὲ δὴ χρῆναι λέγειν ἀμετάστρεπτον ποιεῖσθαι τὴν βάδισιν, σημαίνοι που τάχα τὸ, μὴ ταῖς εἰς φαυλότητα μεταστροφαῖς τὰ ἴσα φρονεῖν ἐλέσθαι πάλιν τοῖς ὑπὸ δίκην τὴν πυρὸς ἐξ ἀκρασίας ἐμπεπτωκόσιν. οὐδεὶς γὰρ, φησὶ, τὴν χεῖρα βαλὼν ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἔχεσθαι δὲ δεῖ τῆς εἰς σωτηρίαν ὁδοῦ, μὴ τῇδε κἀκεῖσε παρατρεπομένους, καὶ φαντασίαις ἐαλωκότας
B κοσμικῶν ἐπιθυμιῶν ἐλαφρὸν καὶ εὐδιάρριπτον τὸν νοῦν, ἀλλ' ἀκέραιόν τι καὶ ἄυπνον, καὶ εἰς εὐθὺ βλέπειν ἀεὶ μεμελετηκότα, τηροῦντας ἐν ἑαυτοῖς. καὶ τὸ ἔτι μεῖζον ἐρῶ, φησὶ γὰρ ὁ ἄγγελος οὐχ ὅτι χρὴ ἤδη μόνον αὐτὸν ἀμετάστρεπτον ποιεῖσθαι τὴν βάδισιν· προσεθῆκε δὲ χρησίμως, τὸ, μὴ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ. εἰς τὸ ὄρος σώζου, μήποτε συμπαραληφθῇς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τί αὖ βούλεται δηλοῦν, τὸ, μὴ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώ-
C ρῳ; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὸ ἀμελὲς οἶμαι, καὶ νωθρόν τε καὶ ἀνδρανὲς, εἰς τὸ δεῖν ἐξίστασθαι τοῦ κακοῦ, σφαλερόν τε καὶ ἐπιζήμιον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φράσον ὅπως. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προφητικὸς ἔφη λόγος, ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὸ ἔργον Κυρίου ἀμελῶς. τρέχετε δὲ ἵνα καταλάβητε, καὶ αὐτός που φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. τὸ γάρ τοι μὴ δρᾷν ἐθέλειν εὐσθενῶς τι καὶ ἐν σπουδῇ τὴν ἐκ τῶν αἰσχιόνων ἀποδρομὴν, δυσαποσπάστως ἔχοντας πρὸς τὰ ἀρχαῖα τοῦ νοῦ, καὶ οἱονεὶ στενῶς ἀφ' ἑκάστου τῶν
D φαύλων ἀπαίροντας, δυσοκνότατα δὲ μεθορμιζομένους πρὸς τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν, οὐκ ἂν ἕτερον οὐδὲν ἢ τὸ στῆναι λοιπὸν ἐν περιχώρῳ κακίας. καί τοι δρομαίως ἐξιέναι δέον. ἢ γὰρ αὖ τὴν ἐνδεχομένην, πρὶν ὅρων ἔξω γενέσθαι κακοῦ, μελλόντας ἀεὶ καὶ ἀναδυομένους καταληφθῆναι τῇ δίκῃ, πρὶν ἀποκαθήρασθαι τὴν κηλῖδα, πρὶν ἀποπλύνασθαι τὸν ἐκ τῆς
E ἀρχαίας ῥαθυμίας ἐντετηκότα τῇ ψυχῇ μολυσμὸν, πρὶν ἀποφορτίσασθαι τὰ ἐγκλήματα, καὶ ζυγὸν ὑποδραμεῖν τὸν σωτήριον, ἀναπαύσασθαι διὰ Χριστοῦ. ἄριστον οὖν παρακελευσμάτων τὸ, μὴ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν μηδενὶ τύπῳ φαυλότητος διατριβήσας ἁλῷς, ἄνιθι δὲ μᾶλλον, ὥσπερ εἰς ὄρος, εἰς ἐξῃρημένην τινὰ καὶ περίοπτον ζωὴν, οὐδὲν ἔχουσαν τὸ χαμαιῤῥιφές,

ἀλλ' ἐν ὑψηλῇ τε καὶ ἐπηρμένῃ διαπρέπουσαν ἀρετῇ, καὶ ἀπηλλαγμένη φρονήματος τοῦ χθαμαλωτέρου, τουτέστι, τοῦ ἐπιγαίου καὶ σαρκικοῦ. γέγραπται γάρ, ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. ἀνωτέρω γὰρ τῶν ἐπιγαίων τὸ ἁγιοπρεπές ἐστι φρόνημα. καὶ νεοσσοὶ γυπὸς τὰ ὑψηλὰ πέτονται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εἴπερ ἔχουσι καθάπερ εἰς ὄρος ἐν οὐρανῷ τὸ πολίτευμα, καὶ μεταποιοῦνται πατρίδος τῆς ἄνω. γράφει δέ που καὶ Παῦλος· τὰ ἄνω ζητεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. ΠΑΛΛ. Ὄρος ἄνω ἄρα τὸ νοητόν, ἡ ἐν ἁγιασμῷ ζωή, καὶ τῆς ἐξαιρέτου πολιτείας τὸ ὑπερτενές, νοουμένης που κάτω τῆς ἐν ἀκαθαρσίαις καὶ φιλαμαρτήμονος, καὶ τοῖς ἐπιγαίοις ἐντετηκυίας. ΚΥΡΙΛ. Εὖ ἔφης, ταυτὶ γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος εὖ μάλα καταδηλοῖ, θαυμάσειας δ' ἂν ἔτι καὶ τόδε. ΠΑΛ. Τὸ τί; ΚΥΡΙΛ. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος ἄγγελος ἀμελλητί τε καὶ ἀμεταστρεπτὶ διαθέοντα τὸν δικαιότατον Λώτ, χρῆναι δεῖν ἔφασκεν εἰς τὸ ὄρος ἀναποδρᾶν. ὁ δὲ λιπαρεῖ λέγων. δέομαι Κύριε, ἐπειδὴ εὗρεν ὁ παῖς σου ἔλεος ἐναντίον σου, καὶ ἐμεγάλυνας τὴν δικαιοσύνην σου, ὃ ποιεῖς ἐπὶ τοῦ ζῆν τὴν ψυχήν μου. ἐγὼ δὲ οὐ δυνήσομαι διασωθῆναι εἰς τὸ ὄρος, μὴ καταλάβῃ με τὰ κακά, καὶ ἀποθάνω. ἰδοὺ ἡ πόλις αὕτη ἐγγὺς τοῦ καταφυγεῖν με ἐκεῖ, ἥ ἐστι μικρά, ἐκεῖ σωθήσομαι· οὐ μικρά ἐστι, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου; καὶ εἶπεν αὐτῷ φησίν. ἰδοὺ ἐγὼ ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον καὶ ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ, τοῦ μὴ καταστρέψαι τὴν πόλιν περὶ ἧς ἐλάλησας· σπεῦσον οὖν τοῦ σωθῆναι ἐκεῖ, οὐ γὰρ δυνήσομαι ποιῆσαι πρᾶγμα ἕως τοῦ σε εἰσελθεῖν ἐκεῖ. διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐκείνης, Σηγώρ. ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς τὴν Σηγώρ. ΠΑΛ. Καὶ τίς ἂν γένοιτο καὶ διὰ τούτων ἡμῖν ἡ ὄνησις ἐθέλοιμ' ἄν, ὡς εὖ ἴσθι τοι, καταμαθεῖν. ΚΥΡ. Ἢ οὐχὶ συνίης καί τοι πολὺ νενευκὼς εἰς τὸ λίαν εὐμαθές, ὅτι τοῖς ἀρτὶ φαυλότητος ἐκδεδραμηκόσι, χρῆναι δὲ δεῖν οἰομένοις ἐπὶ τὴν τῆς σωτηρίας ἰέναι τρίβον, οὐκ εὐθύς, οὔτε μὴν ἐκ πρώτων ἐγχειρημάτων, ἁλώσιμος ἡ ἀρετὴ καὶ βάσιμον τὸ δίκαιον. ἀλλ' οὐδ' ἂν εὐκόλως ἀνακομίζοιτό τις εἰς πολιτείαν ἐξῃρημένην, οὐδ' ἂν γένοιτο μακρὰν τῶν οἱονεί πως αὐτῷ συντεθραμμένων παθῶν, ἀλλ' ἔξω μὲν ἔσται τῶν τοιούτων ἠρέμα, τό γε ὅσον εἰς προθυμίας τὰς ἐπ' ἀμείνοσι, καὶ ἐγχειρημάτων ἀρχάς.

A ſed: excelſa ſublimique virtute præcellat, ab humili quoque ſenſu, terreno, inquam, atque carnali, ſit aliena. Scriptũ namque eſt, [Dei ſunt fortes, à terra vehementer eleuati ſunt.] (Pſal. 46.) Senſus enim ille, qui ſanctos decet, longe eſt terrenis rebus ſuperior. Et [pulli vulturis in ſublime volant,] vt ſcriptum eſt; (Iob. 38.) ſiquidem in cælo tanquam in monte quodam ius ciuitatis habent, & ſupernam illam patriam ſuam putant. Scribit etiã Paulus, [Quæ ſurſum ſunt, quærite, non quæ ſuper terram.] (Coloſſ. 3.) B PALLAD. Mons itaque ſpiritualis non alius eſt, quàm vita, quæ in ſanctitate ducitur, conuerſationiſque præſtantiſſimæ ſublimitas; cõtráque illa viuendi ratio, quæ in impuritatibus verſatur, & peccandi ſtudio tenetur, atque in rebus terrenis intabeſcit, infima intelligitur. CYRILL. Rectè ais: id enim verba ipſa optimè ſignificant. Puto autẽ etiam illud mirabere. PALLAD. Quid illud tandem? CYRIL. Nam ille beatus Angelus ſine vlla cunctatione ac reſpectatione currentem beatum Lot in C montem conſcendere oportere dicebat; is autem rogabat dicens, [Quæſo (Geneſ. 19.) Domine, quoniam inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti iuſtitiam tuam, quam facis in me, vt viuat anima mea; ego verò non potero ſaluari in montem, ne comprehendant me mala, & moriar: ecce ciuitas iuxta, vt confugiam illuc, quæ eſt parua, ibi ſaluabor: nónne parua eſt, & viuet anima mea? Et dixit illi, inquit, Ecce admiratus ſum faciem tuã etiam in verbo hoc, ne ſubuertam ciuitatem, de qua locu- D tus es. Feſtina igitur vt ſalueris illuc; neque enim potero facere quicquam, quouſque ingreſſus fueris illuc. Ideò vocauit nomen ciuitatis illius, Segor. Sol ortus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor.] PALLAD. Quænam verò ex his verbis ad nos permanare poſſit vtilitas, equidem vt ipſe noſti, aueo diſcere. CYRILL. An ignoras, quum alioqui ſis acri præditus ingenio, qui nuper è nequitia emerſerint, atque ſtatuerint viam ſalutis ingredi, E eos non ſtatim neque primo conatu percipere poſſe virtutem, & eò peruenire, quò conſtituerint? quinetiam haud facilè quis ad eximiam vitæ rationem adduci poteſt, aut ſemoueri ab iis morbis, qui cum illo adoleuerint; ſed ab eiuſmodi vitiis pedetentim exibit, quod ad melioris vitæ ſtudium, & conatuum initia pertinet;

non tamen ſublimi admodum erit loco, aut longiùs remoto, ſed demigrabit ille, prope dixerim, tanquam in alias terras, ad vitam, laudabilem quidem illam, ſed de cuius gloria non admodum ſublimis atque conſpicua ſit opinio, cuiuſmodi erat illa legis inſtitutio, quæ ad initia probæ ſpectatæque vitæ perducebat. Scriptum namque eſt, [Initium viæ bonæ eſt facere iuſta.] Vt enim qui cognitioni ſtudent, & contemplationem myſticam expetunt, iis aptus eſt ab initio & in primis conueniens catecheticus ſermo, ſed iis, qui iam in virum perfectum peruenerunt, & in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, conuenit ſolidior cibus, id eſt, rerum ſupremarum explicatio, via denique omnis ac ratio dogmaticæ indagationis eſt aperienda: ſic in hac quoque parte; id eſt, in moribus corrigendis haud fas eſt cuiquam, primo ſtatim impetu ad ſtatum culpæ omnis expertem, id eſt, ad admirabilē atque ſublimem viuendi rationem conſcendere; procedere tamē idem poteſt paulatim ad habitū numeris omnibus abſolutum, ſi ab exiguis & mediocribus inceperit, ac quodammodo progreſſus fuerit ad exiguam ciuitatem, & excelſo mōti proximam, ad eam nempe viuendi rationem, quæ vitæ pręſtanti atque ſublimi ſubiecta eſt & inferior. Hac ratione iuſtus Lot, qui non in montem ſtatim, ſed in ciuitatem Segor exiguam diuertere vt ſibi liceat, petit, eorum qui ſic affecti ſunt, non abſurdè figura fuerit. Annon enim in ipſa quoque Euangelii prædicatione, huiuſmodi ſępenumero moderationem erga fideles obſeruatam eſſe comperiemus? Beatus Paulus certè in epiſtola ſcribit, [Bonum eſt homini mulierem non tangere: propter fornicationes autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium: Volo enim omnes homines eſſe ſicut me ipſum. Sed vnuſquiſque proprium habet donum ex Deo, alius quidem ſic, alius verò ſic.] Vides vt ſupremum continentiæ gradum veluti montem nobis oſtenderit, dicens, [Bonum eſt homini mulierem non tangere?] permiſerit tamen in Segor diuertere, id eſt, in ſubiectam adhuc perfectæ virtuti vitæ rationem, vt liceat, inquam, cum ſola ſua cuique vxore copulari. Terrā quoque optimam fructus reddere dicebat Saluator,

Prou. 16. Ephes. 4. 1. Cor. 7. Matth. 4.

A ὕψος δὲ οὐ λίαν, ἢ μακράν. μονονουχὶ δὲ μεταφοιτήσειν εἰς γῆν μὲν ὥσπερ εἰς ἑτέραν, εἰς ζωὴν μὲν ἐπαινουμένην, ὑψηλὴν δὲ οὔπω καὶ περίοπτον λαχοῦσαν τὴν δόξαν, ὁποία τις ἦν ἡ κατὰ νόμον παιδαγωγία, πρὸς ἀρχὰς ἀναφέρουσα ζωῆς ἀρίστης τε καὶ ἀγαθῆς. γέγραπται γάρ· ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια. ὃν γὰρ τρόπον τοῖς περὶ γνῶσιν ἐσπουδακόσι, καὶ θεωρίας ἐφιεμένοις τῆς μυστικῆς, ἐπιτήδειος μὲν ἐν ἀρχαῖς καὶ ὅτι μάλιστα πρέπων

B εἴη ἂν ὁ τῆς κατηχήσεως λόγος, διαβεβηκόσι δὲ πρὸς ἄνδρα τέλειον ἤδη καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ἁρμόσειεν ἂν ἤδη πως ἡ στερεωτέρα τροφή, τουτέστιν, ὁ περὶ τῶν ἀνωτάτω λόγος, οἶμός τε ἅπασα λοιπὸν ἐρεύνης δογματικῆς· οὕτω κἀνθάδε φημί, τουτέστιν, ἐν ταῖς τῶν ἠθῶν καὶ τρόπων ἐπανορθώσεσιν, οὐκ ἂν εἴη τῶν ἐνδεχομένων εὐθὺς ἀναθρώσκειν δύνασθαί τινας ἐπὶ τὸ ἀμωμήτως ἔχον,

C ἤγουν εἰς ὑπερφυᾶ καὶ ὑπέρλοφον πολιτείαν. προσβαίη δ' ἂν οἶμαι κατὰ βραχὺ πρὸς τὴν ἀρτίως ἔχουσαν ἕξιν, ἐκ μικρῶν καὶ συμμέτρων ἀρξάμενος, καὶ μονονουχὶ προσδιατρέχων καθάπερ εἰς πόλιν μικράν, καὶ ὄρους ὑψηλοῦ γείτονα, τὴν τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀνῳκισμένης ζωῆς ὑποκαθημένην τε καὶ ἐν μείοσι πολιτείαν. ταύτῃ τοι καὶ ὁ δίκαιος Λώτ, τύπος ἂν εἴη τῶν τῇδε διακειμένων, οὐκ εἰς τὸ ὄρος εὐ-

D θύς, ἀλλ' ἐν πόλει Σηγὼρ τῇ μικρᾷ, καταλύσειν ἀξιοῖ. ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι, τοιαύτας πολλάκις τὰς οἰκονομίας εὑρήσομεν, ἐν τοῖς πιστεύουσι γεγενημένας; καὶ γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος ἐπιστέλλει λέγων· καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐκ ἐπιταγήν, θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώ-

E πους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν. ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον ἔχει χάρισμα ἐκ Θεοῦ· ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ οὕτως. Ὁρᾷς πῶς τῆς ἐγκρατείας τὸ εἰς ἄγαν ὑπερφερές, καθάπερ ὄρος ἡμῖν ὑπέδειξε λέγων· καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι; ἐφῆκε δὲ ἡμᾶς καταλῦσαι εἰς Σηγώρ, τουτέστιν, εἰς τὴν ὑποκαθημένην ἔτι τῆς τελείως ἐχούσης ἀγωγήν, τό τε ἐξεῖναι φημί, μόνῃ τῇ ἰδίᾳ συμπλέκεσθαι γυναικί. τὴν δὲ γῆν τὴν ἀρίστην, καρποὺς ἀποδώσειν ἔφασκεν ὁ Σωτὴρ τοῦ

A μὲν ἑκατὸν, τὴν δὲ ἑξήκοντα, τὴν δὲ τριάκοντα. Διεδίδου δὲ καὶ τὸ τάλαντον, οὐκ ἐν ἴσῳ μέτρῳ, ἀλλὰ τῷ μὲν πέντε, τῷ δὲ δύο, τῷ δὲ ἕν, τὸ οἶμαι τῶν ἕξεων ἀνισοσθενὲς διὰ τούτων δεικνὺς, ἑκάστῳ τι διανέμων ὡς ἂν ἐπιτηδειότητος ἔχοι καὶ γνώμης. ὡς γὰρ ἔφαμεν ἀρτίως, ἕκαστος ἴδιον ἔχει χάρισμα ἐκ Θεοῦ, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ οὕτως. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛ. Ἐφίησι μὲν ὁ μακάριος ἄγγελος καταλῦσαι εἰς Σηγὼρ, ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον καὶ ἐπὶ τῷ ῥήματι **B** τούτῳ τοῦ μὴ καταστρέψαι τὴν πόλιν, περὶ ἧς ἐλάλησας. σπεῦσον οὖν τοῦ σωθῆναι ἐκεῖ. Εἶτά φησιν, ὅτι ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ, θαυμάσαις δ' ἂν, ὦ ἑταῖρε, τίς ἂν γένοιτο μαθὼν καὶ τούτων ὁ νοῦς. ἐθαύμασα γάρ σου, φησὶ, τὸ πρόσωπον σου τοῦ μὴ καταστρέψαι τὴν πόλιν, περὶ ἧς ἐλάλησας. ἀθέλητος μὲν γὰρ τῷ Θεῷ κατὰ τὸ ἀληθὲς, ἡ τελείως οὐκ ἔχουσα πρὸς ἀρετὴν πολιτεία, καὶ τὸ κατά τι γοῦν ἡττᾶσθαι τῶν παθῶν ἀπόβλητόν **C** τε αὐτῷ καὶ κατακρίσεως οὐ μακράν. πλὴν ἐφίησιν ἐκ φιλανθρωπίας, καὶ συμμετρήσας τῇ φύσει τὸ ἐν ἀρχαῖς ἐφικτὸν, σώζεσθαι κελεύει, καὶ μελετῶντας ἔτι τὸ ἀγαθὸν, οὔπω τε τὴν ἀναίτιον κομιδῇ διαστείχοντας ἀγωγήν. ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰς τοῦτο ἥκουσι μέτρων, καὶ εἰς ταυτηνί τε εἰσελαύνουσι τὴν κατάστασιν, οὐ δίχα φωτὸς τοῦ θείου καὶ δᾳδουχίας τῆς ἄνωθεν, ἡ εἰσδρομὴ γένοιτ' ἄν. ἀνέτειλε γὰρ, φησὶν, ὁ ἥλιος καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ. ΠΑΛΛ. Ὡς **D** σφόδρα γε τὰ εἰκότα ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὁ μὲν οὖν θαυμάσιος Λὼτ, εἰς τὴν ἔτι μικρὰν εἰσῄει πόλιν, ἐφιέντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ. ἠλέγχετο δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ἀσθενὴς ἡ ἑπομένη τε αὐτῷ καὶ συνεκθέουσα γυνή. ἐπέβλεψε γὰρ, φησὶν, εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐγένετο στήλη ἁλός. θέα δὲ ὅτι νοῦς μὲν ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνημα τὸ νεανικὸν, κἂν εἰ μὴ τελείως ἀφίκοιτο τυχὸν εἰς τὸ ἀρέσκον Θεῷ, κατορθοῦν ἠργμένος τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' οὖν ἔξω παθῶν ποιεῖται κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ **E** ἀμεινότερον ἔργον. ὁ δὲ ἀσθενής τε καὶ ἄνανδρος, οὗ σημεῖον ἡ γυνὴ, ταῖς εἰς φαυλότητα μεταδρομαῖς, ἀχρειοῦται παντελῶς. τουτὶ γὰρ οἶμαι δηλοῦν τὸ γενέσθαι στήλην ἁλὸς, ὅπερ ἂν εἴη σύμβολον ἀπομαρανθείσης φρενὸς, καὶ νοῦ πρὸς ἠλιθιότητα μεταφοιτᾶν κειμένου, καὶ εἰς ἐσχάτην ἤδη πως ἀναισθησίαν ἐληλακότος.

A hanc quidem centeſimum, alteram ſexageſimum, aliam denique trigeſimum. Diſtribuit etiam talentum non æqua menſura, ſed vni quinque, alteri duo, alii vnum. Quibus exemplis non æquá eſſe virium facultatem oſtendit, ſeque ſingulis dona pro captu cuiuſque & habilitate tribuere. Vt enim modo diximus, vnuſquiſque propriũ habet donũ à Deo, vnús quidẽ ſic, alius verò ſic. PAL. Rectè ais. CYR. Permittit itaque beatus Angelus, vt in Segor diuertat, [Ecce enim, inquit, admiratus ſum faciem **B** tuam etiam in verbo hoc, ne euertam ciuitatem, de qua locutus es. Feſtina igitur, vt ſalueris ibi.] Deinde inquit, [Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor.] Nec minus mirabere, Palladi, vbi didiceris, quæ ſit horum verborum ſententia, [Admiratus enim, inquit, ſum faciem tuam, ne euertam ciuitatẽ, de qua locutus es.] Odioſa enim re vera Deo eſt illa vitæ ratio, quæ ſe non perfectè ad virtutem componit; **C** & hoc ipſum vel minima ex parte vitiis ſuccumbere, illi reſpuendum videtur, & non longe à condemnatione abeſt. Ceterùm indulget ſua benignitate, & initiorum facultatem, naturæ viribus dimetitus, ſaluari iubet eos quoque, qui meditantur virtutem adhuc, non tamen per eam viuendi viam ambulant, quę à culpa longe remota ſit. Sed iis quoque, qui ad hunc virtutis gradum tendunt, & ad huiuſmodi ſtatum prouehuntur, non ſine diuino lumine, ſupernæque lampadis præuio fulgore, eo ingredi con- **D** tingit. [Ortus eſt enim, inquit, Sol, & Lot ingreſſus eſt Segor.] PALLAD. Quam ea, quæ dixiſti, quadrant! CYR. Beatus igitur Lot in exiguam adhuc ciuitatẽ, Deo permittente, eſt ingreſſus: ſed quæ eum comitabatur, vnaque fugiebat vxor, adhoc quoque infirma eſſe deprehenſa eſt: [aſpexit enim, inquit, retrò, & in ſalis ſtatuam eſt conuerſa.] Animaduerte igitur animum virilẽ, ſtrenuumque ſenſum, cum virtutem exercere cœperit, etiam ſi ad id, quod Deo placet, minus peruenit, tamẽ excedere è **E** vitiis certe, & paulatim ad præſtantiora progredi: at illum infirmũ & parũ virilẽ, cuius figura eſt mulier, dum ad nequitiam conuertitur, fieri prorſus inutilem: id enim ſignificare arbitror fieri ſtatuam ſalis: quod nõ abſurdè ſymbolum fuerit infatuatæ mentis, & animi, qui ad ſtultitiam tranſire voluerit, atque ad extremum iam ſtuporem peruenerit.

Gene. 19.

Matth. 5. Sal enim infatuatum ad nihilum vltra valere, etiam ipſe Saluator ait; ſed penitus inutile fieri foras miſſum, & ſub pedibus hominum conculcatum. Cùm itaque mulier in lapidem durata eſſet, non multo poſt Lot, quod deerat, adiecit: ſcriptum eſt enim, [Aſcendit Lot ex Segor, & ſedit in monte, ipſe & duæ filiæ eius cum eo; timuerant enim habitare in Segor, & habitauerunt in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo.] Animus enim velut per gradus progreditur ad perfectionem virtutis, & ad eum ſtatum, ad quem ab initio ineptus & infirmus fuerat, paulatim aſcendit: proceditque & promouet in melius, prudentia & fortitudine ſpirituali tanquam ſuis quibuſdam filiabus nixus, ac voluptatium illum affectum & effœminatum, cuius figura eſt mulier, deorſum manere ſinens. Habitat deinde tanquam in monte ac ſpelunca. Ac mons quidem ſublimitatem atque eminentiam ſpiritualis roboris, ſpelunca verò fixam ac firmam in virtute perſeuerantiam optimè ſignificant. Sic enim eſt de probis viris ſcriptum. [Qui ambulat in iuſtitia, & loquitur rectam viam: qui odit iniuſtitiam & iniquitatem, & excutit manus à muneribus: qui obturat aures, ne audiat iudicium ſanguinis, & claudit oculos, ne videat iniuſtitiam; hic habitabit in ſublimi ſpelunca petræ firmæ.] Afferri autem & alia poſſit à nobis non abſurda huius loci expoſitio. Petra quidem Chriſtus eſt, propter firmam illam & inuictam ſupremæ omnium ſubſtantiæ naturam. Porrò ſpelunca, illa in Chriſto intelligi poteſt Eccleſia, nempè illud ſanctorum hominum diuerſorium, piorúmque tectum, in quo iuſti viri habitant, & quicunque ignis ſupplicium euadunt. PALLAD. Quàm præclare mihi habere videtur hæc expoſitio! Sed velim equidem aliis quampluribus probationibus preſentem locum à te verſari: nam id velle plene cognoſcere, quod vtile eſt, ego quidem plurimi fecerim. CYRILL. Atqui, Palladi, & congruentia dicis, (Eſt enim, vt opinor, ea res mentis longe ſtudioſiſſimæ fructus) & mea oratio ſegnitiem omnem vincet: quoniam ne mihi quidem ipſi æquum videtur in tam preclaris tamque iucundis ſermonibus ſilentium, ſi importune irrepſerit, tenere.

Genes. 19.

Eſaie 33.

1. Cor. 10.

A ἀπομωρανθὲν δὲ τὸ ἅλας, εἰς οὐδὲν ἰσχύειν ἔτι, καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· ἀχρειωθήσεσθαι δὲ παντελῶς ἔξω τε πεμπόμενον, καὶ ὑπὸ πόδας ἀνθρώπων διερριμμένον. ἀπελιθοῦτο μὲν οὖν ἡ γυνή, προσετίθει δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τὸ λεῖπον ὁ Λώτ, γέγραπται γὰρ ὅτι ἀνέβη Λὼτ ἐκ Σηγὼρ, καὶ ἐκάθητο ἐν τῷ ὄρει, αὐτὸς, καὶ αἱ δύο θυγατέρες αὐτοῦ μετ᾽ αὐτοῦ. ἐφοβήθησαν γὰρ κατοικῆσαι ἐν Σηγὼρ, καὶ ᾤκησεν ἐν τῷ σπηλαίῳ αὐτὸς καὶ αἱ δύο θυγατέρες αὐτοῦ μετ᾽ αὐτοῦ. B πρόεισι γὰρ ὥσπερ διὰ ἀναβαθμῶν ὁ νοῦς, ἐπὶ τὸ ἔχειν ἀρετῆς, καὶ ἀναθρώσκει κατὰ βραχὺ πρὸς ὅπερ ἦν ἐν ἀρχαῖς, οὐκ ἐπιτηδείως ἔχων οὔτε λίαν ἰσχυρῶς. πρόεισί τε καὶ ἀναφοιτᾷ πρὸς τὸ ἄμεινον, φρονήσει τε καὶ ἀνδρείᾳ τῇ πνευματικῇ, καθάπερ οὖσιν ἰδίαις θυγατράσιν ἐπισκηπτόμενος, καὶ κάτω που μένειν ἀφεὶς τὸ ἡδυπαθές τι καὶ ἄνανδρον, ὧν εἰς τύπον ἦν ἡ γυνή, κατοικεῖ δὲ λοιπὸν καθάπερ ἐν ὄρει τε καὶ ἐν σπηλαίῳ. τὸ μὲν C ὄρος ἡμῖν τὸ ὑψηλόν τε καὶ ἐπηρμένον εἰς εὐεξίαν τὴν πνευματικὴν, τὸ δὲ σπηλαίου, τὸ πεπηγὸς καὶ ἑδραῖον τῆς εἰς ἀρετὴν διαμονῆς ὑποδηλούντων εὖ μάλα. γέγραπται γὰρ οὕτω περὶ ἀνδρῶν ἀγαθῶν. πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ, λαλῶν εὐθεῖαν ὁδὸν, μισῶν ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἀποσειόμενος ἀπὸ δώρων, βαρύνων τὰ ὦτα, ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν αἵματος, καμμύων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵνα μὴ ἴδῃ ἀδικίαν, οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέ- D τρας ἰσχυρᾶς. εἴη δ᾽ ἂν καὶ ἑτέρως οὐκ ἀπίθανος ἡμῖν ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος. Πέτρα μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ εὐσθενές τι καὶ ἄτρωτον τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας. σπήλαιον δὲ τὸ ἐν Χριστῷ νοοῖτ᾽ ἂν ἡ ἐκκλησία, τὸ τῶν ἁγίων καταλυμα, τῶν εὐσεβούντων ἡ σκέπη, ἣν κατοικοῦσι δίκαιοι, καὶ μὴν ὅσοι τὴν διὰ πυρὸς διαδιδράσκουσι δίκην. ΠΑΛ. Ὡς εὖ γε ἡμῖν, ὦ τᾶν, ὁ λόγος ἔχει. βουλοίμην δ᾽ ἂν ἔγωγε καὶ δι᾽ ἑτέρων ὅσων ἡμῖν ἀποδεί- E ξεων ἰέναι τὸ γύμνασμα. τὸ γάρ τοι φιλεῖν ἐξεπίστασθαι πλουσίως τὸ πρὸς ὄνησιν, οἰησαίμην ἂν ἔγωγε τοῦ παντὸς ἄξιον. ΚΥΡΙΛ. Καὶ μὴν, ὦ Παλλάδιε, τά γε εἰκότα φής. εἴη γὰρ ἂν διανοίας ἡμῖν τῆς εἰς ὅτι μάλιστα φιλομαθεστάτης τὸ χρῆμα καρπός. ὄκνου δὲ ἀμείνων ὁ πρὸς ἡμῶν ἔσται λόγος, οὐ τὸ αὐτὸ μοι δοκοῦν, τοῖς οὕτω λαμπροῖς καὶ ἀξιεράστοις διηγήμασι, τὴν οὐκ ἐν καιρῷ παρεισφρέχουσαν ἐπασκῆσαι σιγήν.

ἐννοεῖν ὅτι τῆς πρὸς τὰ φαῦλα διαθέσεώς τε καὶ κοινωνίας εἰσάπαν τε καὶ ὁλοτρόπως ἀποχωρίζεσθαι χρὴ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, καὶ μὴν ὅτι τὸ ἀναδραμεῖν δύνασθαι πρὸς ἀρετὴν, παραγένοιτ' ἂν οὐχ ἑτέρως, ἢ κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν τρόπον, ἀπονητὶ θεωρήσομεν, τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν ἐνιέντες εὖ μάλα, καὶ τοῖς κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ, καὶ τοῖς ὑπὲρ λόγον κατορθωμένοις ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, οἳ πεποίηνται κατὰ καιροὺς τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας τὰ δεσμὰ διαῤῥήξαντες. ΠΑΛ. Φράζε δὴ οὖν ἀνὰ μέρος. ὡς εὖ ἴσθι τοι πλουσίως ἡμᾶς εὐφρανῶν, εἰ δρᾶν ἕλοιο ταυτί. ΚΥΡ. Ἐλέγομεν τοίνυν, ὡς ἀφορήτῳ ποτὲ λιμῷ, καὶ ταῖς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείαις ἐκπεπιεσμένος ὁ θεσπέσιος Ἀβραὰμ, οὐ θελητὴν ἐποιεῖτο τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον, καὶ ταῖς ἀνάγκαις ἐδίδου κρατεῖν, ξένον δὲ ὄντα καὶ ἔπηλυν, λύπαις καὶ πλεονεξίαις ὁ Φαραὼ κατῃκίζετο. τὴν γάρ τοι συνῳκισμένην αὐτῷ παραλύειν ἤθελεν ἡδοναῖς ἀκράτοις ἐκκεκαυμένος, εἰς αἰσχρουργίας ἔφεσιν. κατορθῶσαι δὲ τοῦτο, οὐκ ἠφίει Θεός. ἤτασε γὰρ, φησὶ, τὸν Φαραὼ ἐτασμοῖς μεγάλοις περὶ Σάῤῥας τῆς γυναικὸς Ἀβραάμ. εἰκὼν δὲ καὶ τύπος ὁ Φαραὼ διαβολικῆς ἀκρασίας. σκοπὸς γὰρ ἐκείνῳ καὶ τῶν ὅτι μάλιστα διεσπουδασμένων, τὸ καὶ ταῖς τῶν ἁγίων συνέσεσιν ἐνιέναι φιλεῖν τῆς ἐνούσης αὐτῷ ἀκαθαρσίας τὰ σπέρματα, ὡς ἂν ἕλοιντο καρποφορεῖν τὰ αὐτῷ φίλα τε καὶ καθ' ἡδονήν. εἶεν δ' ἂν εἶμαι ταυτὶ, τὰ εἰς πολύτροπον ἁμαρτίας ἐγκλήματα. καὶ ἁλοίη μὲν πᾶς τις οὕτω, καὶ οὐχ ἑκὼν ὑποκείσεται ταῖς ἐκείνου πλεονεξίαις, νοσεῖ γὰρ ἡ φύσις τὸ ἄναλκι. ἐφίησι γε μὴν, οὔτι που Θεὸς ἀνασοβάζων τρόπον τινὰ, τὰ κατὰ τῶν ἁγίων ἐπιχειρήματα, καὶ τοῦ πονηροῦ τὰς ἐπιβουλάς. Συμβέβηκε δὲ οὐχ ἑτέρως διαδρᾶναι τὰ βλάβη τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ, εἰ μὴ, τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἀφεὶς, πρὸς τὸν ἐν ἀρχῇ καὶ θεόσδοτον ἀναπεφοίτηκε χῶρον, οὗ καὶ ἀφιγμένος σπουδασμάτων ἀγαθῶν γεωργὸς ἦν ἐπιμελητής. γέγραπται δὲ οὕτως· ἀνέβη δὲ Ἀβραὰμ ἐξ Αἰγύπτου αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ Λὼτ μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἔρημον. Ἀβραὰμ δὲ ἦν πλούσιος σφόδρα, κτήνεσι καὶ ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ, καὶ ἐπορεύθη ὅποι ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον ἕως Βαιθὴλ, ἕως τοῦ τόπου, οὗ ἦν ἡ σκηνὴ αὐτοῦ πρότερον, ἀνὰ μέσον Βαιθὴλ, καὶ

A Igitur in vniuerſum omnibuſque modis ab affectione, ſocietateque vitioſarum rerum, quoad res patitur, ſeiunctos nos eſſe oportere: quinetiam non aliter nobis poſſe contingere, vt ad virtutem recurramus, quam hoc ipſo modo, quo diximus; ſine vllo negocio contemplabimur, ſi mentis oculos iniecerimus tum in ea, quæ beato Abrahæ contigerunt, tum quæ in exitu filiorum Iſraël admirabiliùs geſta ſunt, quàm vt oratione explicari poſſint, cùm ſuis temporibus, effractis Ægyptii dominatus vinculis, ſunt egreſſi.
B PALLADIVS. Exequere igitur ſingula: ſic enim habeto, maximam te nobis voluptatem allaturum, ſi id facere aggreſſus fueris. CYRILLVS. Dicebamus itaque, beatum Abraham cùm fame quondam intolerabili, & neceſſariarum rerum inopia premeretur, non ſponte ad Ægyptios deſcendiſſe; ſed neceſſitati ſuccubuiſſe. Hunc hoſpitem & aduenam moleſtis multis & iniuriis Pharao vexauit. Nam illius coniugem vio-
C lare voluit, intemperanti libidine ad turpiſſimi flagitii cupiditatem incenſus. Id porrò vt efficeret, non permiſit Deus: [flagellauit enim, inquit, Pharaonem flagellis maximis propter Saram vxorem Abraham.] Eſt autem Pharao figura atque imago diabolicæ intemperantiæ; id enim ille ſpectat, in eamque rem omni ſtudio incumbit, vt in ſanctorum virorum mentes ſemina ſuæ impuritatis infundat, vt illi exoptatos iucundoſque fructus pariant: ii au-
D tem ſunt, vt opinor, variorum diuerſorumque peccatorum crimina. Atque illius quidem vi & iniuria nemo non caperetur, & vel nolens ſuccumberet (natura namque noſtra infirmitate virium laborat) niſi id minimè permitteret Deus; & illos aduerſus ſanctos viros conatus, ac maligni illius inſidias cohiberet. Sed non alia ratione cōtigiſſet beato Abrahæ illa incommoda vitare, niſi Ægyptiorum regione relicta, ad veterem illum diuinoque munere cōceſſum Dei locum reuertiſſet: quo poſteaquam
E peruenit, omni cura vacuus, optimis ſtudiis operam dedit. Sic enim ſcriptum eſt, [Aſcēdit autem Abraham ex Ægypto, ipſe & vxor eius, & omnia eius, & Lot cum eo in deſertum. Abraham autem erat diues valde, iumentis & auro, & argento: & abiit itinere quo venerat in deſertum vſque Bethel, vſq; ad locum vbi fuerat tabernaculū eius prius,

Geneſ. 12.

Geneſ. 13.

" inter Bethel & Haggai, in locum altaris, quod fecerat ibi prius, & inuocauit ibi Abraham nomen Domini.] Intelligis igitur, qui ex intemperantia ſeculari ad alteram vitam recurrunt, iis omnia ſua ſimul eſſe abducenda. Nam cum vniuerſa familia, vniuerſoque genere, illud etiam addiderim, cum vniuerſa ſupellectili, Abraham Patriarcha ex Ægyptiorum regione migrauit. Oportet enim omnibus modis diſcedere, & cum vniuerſa quodammodo familia in deſertum demigrare, id eſt, ad imperturbatum & tranquillum animi ſtatum, vnde ab initio hominis natura diſceſſit, cum inopia ſupernorum bonorum ad peiora declinauit: id enim per ænigma ſignificat ille ad exteras nationes deſcenſus, ab illa veteri, & iucundiſſima terra, in qua altare quoque erat: nam hoc pacto recurrentes, quouſque ad locum ac regionem perueniamus altaris eius, quod ab initio fuerat, id eſt, illius veteris & nobis inſitæ ſanctitatis, nos ipſi quoque inuocamus rerum vniuerſarum Deum,

Eſai. 26. prophetica illa verba dicentes; [Domine extra te alium non nouimus, nomen tuum inuocamus.] PALLADIVS. Elegantiſſime dixiſti. CYRILLVS. Id autem non aliter ſe habere facile intelliges, ſi quæ filiis quoque Iſraël ſuis temporibus acciderunt, diligenter inſpexeris: quos cum cœpiſſent Ægyptii, fame compulſos ab initio, & homines ab ipſa maiorum ſuorum origine, è ſtirpe ſanctorum ortos, & liberos, ad inopinatam & inſuetam ſubiugaſſent ſeruitutem, immaniter violenterque tractabant, ſuæ aduerſus illos crudelitatis hac occaſione conficta.

Exod. 1. [Surrexit enim (inquit) Rex alter in Ægypto, qui non nouerat Ioſeph, qui dixit populo ſuo. Ecce genus filiorum Iſraël multum eſt, & multitudine valet ſuper nos. Venite fraudibus opprimamus illos, ne forte multiplicentur; &, cum acciderit nobis bellum, adiungantur etiam hi inimicis noſtris, &, expugnatis nobis, egrediantur de terra.] Angebat enim, opinor, Ægyptiorum terræ Principem, quòd vel reſpicerent aliquando tandem ad libertatem, ii qui neceſſario eoque præter opinionem vinculo, ſubiugati fuerant. [Et præpoſuit, inquit, eis magiſtros operum, vt affligerent eos operibus; & ædificauerũt vrbes munitas Pharaoni, Phitom & Rameſſes, & Hon, quæ eſt Heliopolis.

A ἀνὰ μέσον Αγγαὶ, εἰς τὸν τόπον τοῦ θυσιαστηρίου, οὗ ἐποίησεν ἐκεῖ τὴν ἀρχήν. Καὶ ἐπεκάλεσεν ἐκεῖ Ἀβραὰμ τὸ ὄνομα Κυρίου. συνίης δὴ ὅτι σύμπασαν ἀπαίρειν ἀνάγκη τοῖς ἐξ ἀκρασίας κοσμικῆς εἰς ἑτέραν διαβεβηκόσι ζωὴν ἱεράν, οἱονεὶ πάντα τὰ αὐτῶν; πανοικὶ γὰρ καὶ πανγενεὶ, προσθείην δ' ἂν ἔτι καὶ πανσκευεὶ, τῆς Αἰγυπτίων ἀποδεδράμηκε γῆς ὁ πρεσβύτωρ Ἀβραάμ. δεῖ γὰρ ὁλοτρόπως ἀποφοιτᾶν καὶ πανοικὶ τρόπον τινὰ μεθορμίζεσθαι φιλεῖν εἰς τὴν

B ἔρημον, τοῦτ' ἔστιν, εἰς ἀπερενόχλητόν τε καὶ καθαρὰν διανοίας κατάστασιν, ὅθεν καὶ ἐν ἀρχαῖς ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις ἐκβέβηκεν, ἐνδείᾳ τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν ἀποκλίνασα πρὸς τὰ χείρω. τοῦτο γὰρ αἰνιγματωδῶς κατασημαίνει ἂν ἡ εἰς ἀλλοτρίους κάθοδος, ἀπὸ γῆς οἱονεὶ καὶ σκηνῆς τῆς ἐν ἀρχαῖς τε καὶ φιλαιτάτης, ἐν ᾗ καὶ θυσιαστήριον. παλινδρομοῦντες γὰρ οὕτως, ἕως ἂν ἐν τόπῳ καὶ χώρᾳ γενώμεθα, τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ ἐν ἀρχαῖς, τοῦτ' ἔστι, τοῦ πάλαι προσπεφυκότος ἁγιασμοῦ, καὶ ἡμεῖς ἐπικαλούμεθα τὸν τῶν

C ὅλων Θεὸν, τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο προσέρημα λέγοντες· Κύριε ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. ΠΑΛ. Ἀστειότατα ἔφης. ΚΥΡΙΛ. Ἴδοις δ' ἂν τὸ χρῆμα ἡμῖν οὐχ ἑτέρως ἔχον, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ γεγονότα κατὰ καιροὺς εὖ μάλα διασκεπτόμενος, οὓς ἐπείπερ εἷλον οἱ Αἰγύπτιοι λιμοῦ καταθήσαντος ἐν ἀρχαῖς καὶ τοὺς ἄνωθέν τε καὶ ἐκ ῥίζης ἁγίων, καὶ ἐλευθέρους εἰς ἀδόκητόν τε καὶ ἀ-

D μελέτητον αὐτοὺς καταζευγνύντες θητείαν, ἀγρίως κατεβιάζοντο, τῆς ἐπ' αὐτοὺς ὠμότητος τοιάνδε τινὰ συνθέντες τὴν ἀφορμήν. ἀνέστη γὰρ, φησὶ, βασιλεὺς ἕτερος ἐπ' Αἴγυπτον, ὃς οὐκ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ. Εἶπε δὲ τῷ ἔθνει αὐτοῦ. ἰδοὺ τὸ γένος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, μέγα πλῆθος, καὶ ἰσχύει ὑπὲρ ἡμᾶς, δεῦτε κατασοφισώμεθα αὐτοὺς, μήποτε πληθυνθῇ, καὶ, ἡνίκα ἐὰν συμβῇ πόλεμος, προστεθήσονται καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους, καὶ ἐκπολεμήσαντες ἡμᾶς, ἐξε-

E λεύσονται ἐκ τῆς γῆς. ἐλύπει γὰρ οἶμαι τὸν τῆς Αἰγυπτίων ἐξάρχοντα γῆς, τὸ κἂν γοῦν ἐλθεῖν ποτε πρὸς ἐλευθερίαν ἰδεῖν τοὺς ἐξ ἀναγκαίου δεσμοῦ, οὐ κατὰ γνώμην ὑπεζευγμένους. Καὶ ἐπέστησεν αὐτοῖς, φησὶν, ἐπιστάτας τῶν ἔργων, ἵνα κακώσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ἔργοις, καὶ ᾠκοδόμησαν πόλεις ὀχυρὰς τῷ Φαραὼ τήν τε Πιθὼν, καὶ Ραμεσσῆ, καὶ Ων, ἥ ἐστιν Ἡλίου πόλις,

Καρποὶ γὰρ ἦσαν τῆς ἀφορήτου πλεονεξίας, ταλαιπωρίαι μὲν αἱ διηνεκεῖς ἐπί τε πηλῷ καὶ πλινθείᾳ, πόλεις δὲ περιβόλοις πυργούμεναι, καὶ τῶν ἐν ἀγροῖς χωμάτων ἔγερσις· ἀμισθὶ δὲ ταυτὶ καὶ σὺν ἱδρῶτι μακρῷ, τοῖς πονοῦσι διεπεραίνετο. ὑπὸ χεῖρα γὰρ ἑλόντες τὴν ἑαυτῶν, οἱ κοσμοκράτορες τοῦ αἰῶνος τούτου τὰς ἀθλίας τῶν ἀνθρώπων ψυχάς, πηλῷ καὶ πλινθείαις, καὶ τοῖς εἰς γῆν τε καὶ περὶ γῆν δρωμένοις ἐγκατατρύχουσι, καὶ περισπασμῷ πονηρῷ τε καὶ ἀκερδεῖ προσδήσαντες· τοιάδε γὰρ τὰ σαρκὸς καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἔργα φαίνεται· πικρὰν ἀναγκάζουσι καὶ παμμόχθηρον κομιδῇ καταδέχεσθαι ζωήν, ἣ κατ' οὐδένα τρόπον τοῖς ἐπιτηδεύειν ἠναγκασμένοις εἰσοίσει τὸ ὠφελοῦν. τί γὰρ ἂν τὰ σαρκὸς ἔργα τε καὶ πάθη τὴν ἀθλίαν ἡμῶν ὀνήσει ψυχήν; κέρδος δὲ ὥσπερ ἀνακείσεται παρ' ἡμῶν διαβόλῳ καὶ δαίμοσι, καὶ τοῖς τῶν ἀντικειμένων βασιλείας πλοῦτος ἔσται καὶ καύχημα, καθάπερ ἀμέλει καὶ τῷ Φαραὼ πρὸς εὐκλείας ὂν οὐ μικρᾶς ᾤετο, τὸ ἀναδείμασθαι πόλεις αὐτῷ τοὺς ἐξ Ἰσραήλ, ἀσιτί τε καὶ ἀμισθί, πρὸς τοῦτο ἥκειν ἠναγκασμένους. ΠΑΛΛ. Ὧδε ἔχει. καὶ γάρ τοι λίαν ἐστὶν ἐναργὴς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀνατύπωσιν δὲ οὕτω καὶ οἱονεί πως εἰκόνα σαφῆ τῶν εἰκαίων τε καὶ ἀνιαρῶν ἐπὶ γῆς ἡμῶν σπουδασμάτων, ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀναγράφει πόνος, ἐγκειμένου τε καὶ ἐπιθρώσκοντος αὐτοῖς τε τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δυνάμεων πονηρῶν, οὓς τοῖς τῶν ἐργοδιωκτῶν ὀνόμασιν, ἡ θεία σημαίνει γραφή· τὸν πονηρὸν δὲ περισπασμὸν φαίην ἂν ἔγωγε ταυτί, μεστὸν μὲν ἱδρῶτος καὶ πόνου, ἀναπεπλησμένον δὲ ὥσπερ πηλοῦ καὶ ἀκαθαρσίας, καὶ βορβορώδους ἡδονῆς· ἀλλ' ἠλέει καὶ τότε Θεὸς τοὺς ἀνοσιώτατά τε καὶ ἀγριώτατα, ταῖς τῶν Αἰγυπτίων πλεονεξίαις κατῃκισμένους, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ χρεὼν δουλεύοντας. ὑπουργὸν γὰρ τῆς εἰς αὐτοὺς ἡμερότητος, τὸν πανάριστον εὐθὺς ἐποιεῖτο Μωσέα. ἢ γάρ, οὐχὶ καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τοῦτο δρῶντα Θεὸν εὑρήσομεν; διωλισθηκόσι γὰρ ἡμῖν εἰς ἁμαρτίας, χαρίζεται μὲν τὸν ἔλεον, μεσίτην δὲ ὥσπερ πρὸς ἐλευθέραν ἀναφέροντα ζωήν, ἐν ταῖς ἁπάντων καρδίαις τὸν οἰκεῖον εὐθὺς ἐνίησι νόμον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι ὃ φῄς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Βούλει δὲ οὕτω

A Hi namque fructus erant illius non ferendi dominatus, vexationes nempe, atque ærumnæ aſſiduæ in luto atque opere lateritio, vrbes quoque mœnibus ac turribus cinctæ, & aggerum in agris extructiones. Hæc autem opera ſine vlla mercede, multiſque cum ſudoribus laborantes perficiebant. Principes enim ſeculi huius vbi ſub ditionem ſuam infelices animos hominum ceperint, in luto ac lateritiis operibus, iis, inquam, B quæ in terra & circa terram fiunt, eos conterunt, & ad laborioſas inutileſque occupationes diſtentos atque deuinctos (eiuſmodi namque videntur carnis opera, & quæ circa eam fiunt) acerbam ærumniſque omnibus plenam vitam degere cogunt, quæ nullam prorſus iis, qui huiuſmodi operibus incumbere coacti ſunt, afferat vtilitatem. Quid enim carnis opera ac vitia miſeræ noſtræ animæ proſint? & lucri quædam ſpecies ad Diabolum ac Dæ- C monas pertinebit, & aduerſariorum regno partæ opes erunt & gloria; quemadmodum etiam Pharaoni gloriæ non mediocri fuit, vt putabat, vrbes ſibi eſſe à filiis Iſraël extructas, neque cibo vllo præbito, neque mercede, eum laborem ſuſcipere coactis. PALLADIVS. Sic ſe res habet; eſt namque tua admodum euidens oratio. CYRILL. Noſtrorum igitur in terris inanium & moleſtorum ſtudiorum, formam quodammodo & imaginem nobis Iſraëlitarum labor de- D pingit, cum inſtet atque immineat Satanas, eiuſque comites nequiſſimæ poteſtates, quos exactorum operum nomine, ſcriptura diuina ſignificat. Hæc verò ſtudia ærumnoſam diſtentionem atque occupationem equidem dixerim, ſudoris ac laboris plenam, ac velut luto quodam impuritatis cœnoſæque voluptatis oppletam. Sed miſeratus eſt tum quoque Deus eos, qui per ſummam impietatem atque immanitatem ini- E quo Ægyptiorum dominatu vexabantur, iiſque præter omne ius faſque ſeruiebant. Ilico namque ſuæ erga illos benignitatis adminiſtrũ Moyſen optimum virum elegit. Quid? nõ hoc ipſum comperiemus Deum erga nos facere? Nobis enim in peccata lapſis miſericordiam impertit, atque in omnium cordibus ilico ſuam legem inſerit, quæ velut mediator quidam ad liberam nos reuocet vitam. PALLAD. Intelligo quod dicis. CYRILL. Viſne igitur,

vt, hiſtoria breuiter comprehenſa, A quoad fieri poterit, congruentia dicamus? PALLADIVS. Maximè verò. CYRILL. Sic igitur ſcriptum eſt,

Exod. 5. [Poſt hæc ingreſſus eſt Moyſes & Aaron ad Pharaonem; & dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Dimitte populum meum, vt mihi feſtum celebrent in deſerto. Et dixit Pharao, Quis eſt vt audiam vocem eius, vt dimittam filios Iſraël? Non noui Dominum, & Iſraël non dimittam.] Moyſes enim & Aaron ex Ægy- B ptiorum regione ac terra dimitti debere populum Iſraël confirmabant, Deo ad feſtum agendum euocante: feſtum enim reuera eſt coactæ ſeruitutis à ſe iugum excutere, & in Dei eſſe præterea poteſtate, quæque illi grata ſunt, exequi, nemine obſiſtente, id eſt, nemine cogente ad id ſuſcipiendum & amplectendum, quod ſibi videatur. Ceterùm Pharao nimia linguæ licentia vtitur, & aduerſus Dei gloriam audaci temeritate fertur, ac Dominum, quinam ille ſit, C ſe noſſe negat, nec commiſſurum ſe, vt Iſrael dimittat. Sed beatus Moyſes minime deſiſtit, Deique voluntatem perfici oportere audacter confirmat. Nam Satana eos, qui in ſua poteſtate ſint, impediente, ne ad libertatem recuperandam tendant, curandum illis eſt, vt viriliter agant, & omnia impedimenta vincant, minimeque timidi videantur,

Ibid. quin potius inſtent dicentes, [Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus igi- D tur viam trium dierum in deſertum, vt ſacrificemus Deo noſtro, ne forte occurrat nobis mors aut cædes.] Hæc enim verba nobis quoque tunc ſapiens vir Moyſes non ſine vocis contentione dicebat: neque enim, inquit, perinde ac vos, ô Ægyptii, vitulum nos Hebræi veneramur, neque ſuem aut capram, aut hominis effigiem, volucriumque animãtium adumbratam formam, aut reptantium imagines, quæ in veſtris E collocata ſunt templis: ſed vocauit nos Deus ac Dominus, qui hoc vniuerſum eſt fabricatus. Magnus autem eſt, & cum Ægyptiis diis minimè recenſendus, ſupra creaturam quoque omnem, Hebræorum Deus, qui nos in deſertum vocat, vt ibi gratam ipſi hoſtiam offeramus. Atque Ægyptus quidem obtenebratio dicitur. At quum autem eſſe arbitror, vt nos, qui ſpirituales ſumus, ſpiritualiter ea, quæ in vmbra & figuris tradita ſunt, intelligamus.

illu

A τὸ πλάτος τῆς ἱστορίας ἐπιτεμόντες, ὡς ἔνι τὰ εἰκότα λέγωμεν. ΠΑΛΛ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛ. Γέγραπται τοίνυν ὧδε· Καὶ μετὰ ταῦτα εἰσῆλθε Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν πρὸς Φαραὼ, καὶ εἶπον αὐτῷ· τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου, ἵνα μοι ἑορτάσωσιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ εἶπε Φαραὼ, τίς ἐστιν, οὗ εἰσακούσομαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, ὥστε ἐξαποστεῖλαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ; οὐκ οἶδα τὸν Κύριον, καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἐξαποστελῶ. οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ B Μωσέα τε καὶ Ἀαρὼν, τῆς Αἰγυπτίων χώρας τε καὶ γῆς ἀφεῖσθαι δεῖν διεβεβαιοῦντο τὸν Ἰσραὴλ, Θεοῦ καλοῦντος εἰς ἑορτήν· ἑορτὴ γὰρ ὄντως ἀληθὴς τὸν τῆς ἀνεθελήτου δουλείας ἀπολύσασθαι ζυγὸν, καὶ ὑπὸ Θεῷ γενέσθαι λοιπὸν, καὶ τὰ αὐτῷ θυμήρη πληροῦν, ἀντεξάγοντος οὐδενὸς, ἤγουν, τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἐθελέσθαι τε καὶ ἀγαπᾶν, ἀναγκάζοντος. ἀθυρόγλωττος δὲ λίαν ὁ Φαραὼ, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ C δόξης καταθρασύνεται, μήτε τὸν Κύριον ὅστις ποτέ ἐστιν εἰδέναι λέγων, μήτε μὴν ἀφήσειν τὸν Ἰσραήλ. καταλήγει δὲ οὐδαμῶς ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, ἀποπερατοῦσθαι δεῖν τὸ τοῦ Θεοῦ δοκοῦν εὖ μάλα διϊσχυρίζεται. ἐμποδίζοντος γὰρ εἰς ἐλευθερίαν ἰέναι τοῦ Σατανᾶ, τοὺς οἵπερ ἂν εἶεν ὑπ' αὐτῷ γεγονότες, κατανδρίζεσθαι χρὴ, καὶ ἀμείνους γίνεσθαι παντὸς μὲν οἶμαι δίχα κωλύματος, ἥκιστά γε μὴν ὁρᾶσθαι δειλοὺς, ἀλλ' ἐγκεῖσθαι λέγον- D τας, ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων προσκέκληται ἡμᾶς, πορευσόμεθα οὖν ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπως θύσωμεν τῷ Θεῷ ἡμῶν, μή ποτε συναντήσῃ ἡμῖν θάνατος ἢ φόνος. Ταυτὶ γὰρ ἡμῖν καὶ ὁ σοφὸς τότε διεκεκράγει Μωσῆς. οὐ γὰρ δὴ καθ' ὁμοιότητα, φησὶ, τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὦ Αἰγύπτιοι, μόσχος ἡμῖν τοῖς Ἑβραίοις τὸ σέβας, ἀλλ' οὐδὲ σῦς, ἢ αἴξ, ἢ βρέτας ἀνδρὸς, καὶ πτηνῶν ἀποσκίασμα, καὶ ἑρ- E πετῶν εἰκόνες, τὰ ἐν σηκοῖς ἱδρυμένα. ἐπικέκληται δὲ ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ δεσπότης, ὃς τόδε σύμπαν διετεκτήνατο· μέγας οὖν ἄρα καὶ τοῖς Αἰγυπτίων ἀσύντακτος, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὁ τῶν Ἑβραίων Θεὸς, ὃς εἰς τὴν ἔρημον ἡμᾶς καλεῖ, τὴν εὐάρεστον αὐτῷ θυσίαν προσκομιοῦντας ἐκεῖ. Σκοτασμὸς μὲν οὖν Αἴγυπτος ὀνομάζεται, χρῆναι δὲ οἶμαι τοὺς οἵπερ ἐσμὲν πνευματικῶς προσβάλλειν τοῖς ἐν σκιᾷ καὶ τύποις. δεῖ

γάρ ἡμᾶς ἀποφοιτῶντας εὖ μάλα πάντος εἰ- A μή που πράγματος τοῦ κατασκοτεῖν εἰωθότος, καὶ ὥσπερ τινα χώραν ἐκβεβηκότας τὴν ὑπὸ τὴν τυράννῳ κειμένην, φημὶ δὴ τὴν Σατανᾶ, τὸ ἐν ἁμαρτίαις εὔκολον, μεταχωρεῖν ἐπείγεσθαι νεανικῶς, εἰς ἀνειμένην τε καὶ καθαρωτέραν ζωὴν, καὶ πολιτείας ἐννόμου διαστείχειν ὁδὸν, οὐχ ὑποκειμένην δαίμοσι. δυνησόμεθα γὰρ εὖ πως τότε τοὺς τῆς δικαιοσύνης καρποὺς καταθύειν τῷ Θεῷ. στέλλεσθαι δὲ δεῖν τοὺς B ἐξ Ἰσραὴλ ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν, διεβεβαιοῦτο κατὰ τὴν ἔρημον, τὸ μὴ ἐγγὺς εἶναι τῶν τῆς φαυλότητος ὅρων, καὶ ζωῆς τῆς τυραννουμένης, διὰ τούτου δηλῶν. σκήπτεται δέ τι καὶ σοφὸν ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, καὶ εὐαφόρμως δὴ λίαν ἀπονοσφίζεσθαι δεῖν τῆς Αἰγύπτου φησὶν, τοὺς ὑπὸ Θεοῦ κεκλημένους· μή πως γὰρ συναντήσῃ ἡμῖν θάνατος, φησὶν, ἢ φόνος. ΠΑΛ. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ἕτοιμον γὰρ οὐχὶ τοῖς θέλουσι νοεῖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐγὼ φράσω. Αἰ- C γυπτίοις ἦν ἔθος, τετήρηται δὲ καὶ εἰς δεῦρο παρὰ τοῖς τῶν εἰδώλων προσκυνηταῖς, τὸ δεῖν εἰσφοιτῶντας ἐν ἱεροῖς, νεκρῷ περιτυχεῖν παραιτεῖσθαι σώματι. μολυσμὸν γὰρ εἶναι τὸν αἰνώτατόν φασι τὸ, οὐχ ὅπως δὴ μόνον, εἴ τις ἕλοιτο θιγεῖν, ἀλλὰ γὰρ κἂν εἰ ἐν ψιλαῖς ταυτὶ περιπέσοι θέαις. οὐκοῦν ἐκ τῶν παρὰ σφίσιν ἐθῶν ἀναπείθει φρονεῖν, ὡς οὐκ ἂν γένοιτο καθαρῶς τὸ θύειν αὐτοῖς, εἰ ἐξ ἀπροόπτου ποθὲν τοῦτο δρᾷν ἠργμένοις περιτύχοι νεκρὸς ἢ D φόνος, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἢ νόμῳ φύσεως τετελευτηκὼς, ἢ ὑπὸ τῶν φονευόντων ἐκβεβιασμένος. ὑμῖν γὰρ ἔφασκεν, ἱερά τέ ἐστι καὶ τεμένη, κλεῖθρά τε καὶ πύλαι, ὧν εἴσω τυχὸν εἰσδεδραμηκόσιν ἐξέσται θύειν ἁγνῶς, ὥσπερ ἂν οἴεσθε κατὰ σφᾶς αὐτούς· ἡμᾶς δὲ ἀνάγκη κατὰ μέσην θύοντας πόλιν, ἐν τριόδοις τε καὶ ἐν ἀγροῖς, ταῖς τῶν τεθνεώτων καταμολύνεσθαι θέαις. τὸ γὰρ ἀπεῖργον ὄψεις, παντελῶς οὐδέν. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἱστορίας λόγος, ἔχοι ἂν ἡμῖν ὡς ἐν αἰσθήσει τῶν E Αἰγυπτίων τὸ πιθανὸν, εἴη δ᾽ ἂν ὀρθῶς εἰρημένον τὸ ὑπὸ τοῦ πανσόφου Μωσέως, κἂν εἰ νοοῖτο πνευματικῶς. χρὴ γὰρ ἡμᾶς, ὡς ἐν ἐρήμῳ θύειν, καὶ ἑορτὴν ἁγίαν ἀποπεραίνειν Θεῷ, τῆς Αἰγυπτίων ἀπαίροντας, παραιτεῖσθαι δὲ καὶ θανάτου θέαν. σχολαίῳ γὰρ νῷ καὶ βεβηκότι μακρὰν τοῦ κατασκοτίζεσθαι κοσμικῶς, καὶ τῶν εἰς νεκρότητα καὶ φθορὰν κατακομιζόντων τὸν

A Oportet enim nos ab omni re, quæ tenebras offundere ſoleat, longiſſimè abſcedere; & vbi ex illa facilitate peccandi velut regione quadam quæ in tyranni, Satanæ videlicet, poteſtate ſit, exceſſerimus, tum ad liberam illam puriorem que vitam ſtrenue properare, ac per viam legitimæ conuerſationis ambulare, Dæmoniis minime ſubiectam: tum denique poterimus Deo iuſtitiæ fructus B offerre. Iter porrò trium dierum Iſraëlitis faciendum eſſe, Moyſes affirmabat: quibus verbis ſignificabat, longiſſimè à nequitiæ terminis, & ab ea vita, quæ iniquo dominatu prematur, abeſſe oportere. Sapienti autem quodam prætextu beatus Moyſes vtitur, & rationabili admodum cauſſa iis, qui à Deo vocati eſſent, ſecedendum eſſe dixit ex Ægypto; [ne forte, inquit, occur- * Ephes. 5. rat nobis mors aut cædes.] PAL- * LAD. Quid verò hoc eſt? neque C enim ſcire cupientibus expeditum eſt id intelligere. CYRILLVS. Ego verò exponam. Mos apud Ægyptios inoleuerat, qui adhuc apud idolorum cultores ſeruatur, vt templa adeuntes vitent ne cadaueri occurrant. Summam enim impuritatem eſſe aiunt non modò ſponte illud attingere, ſed vel in eius duntaxat aſpectum incurrere. Igitur ex receptis apud eos moribus ſuadet, ſe purè ſacrificare non poſſe, ſi aliunde ex improuiſo, D vbi hoc agere cœpiſſent, cadauer aut cædes occurſaret, id eſt, vel naturæ lege mortuus, vel ab homicidis per vim occiſus. Vobis enim, inquit, ſacræ ſunt ædes ac delubra clauſtris ac portis munita, intra quæ cum ingreſſi fueritis, caſtè ſacrificare, vt ipſi exiſtimatis, licebit: nos verò in media vrbe ſacrificantes, & in triuiis & in agris, neceſſe eſt cadauerum aſpectu pollui: nihil enim eſt omnino, quod aſpectum coercere poſſit. Ac ſimplicis quidem hiſtoriæ ratio ex E Ægyptiorum ſenſu probabilitatem habet. Neque tamen minus rectè dicta ſapientiſſimi viri verba comperiemus, ſi ſpiritualiter intelligantur. Oportet enim nos tanquam in deſerto ſacrificare, ſanctúmque feſtum Deo celebrare, ab Ægyptiorum terris excedentes: vitandus prætèrea mortis aſpectus; vacuo enim animo, & longe à tenebris remoto, quas mundus offundit, oculis

oculis quoque auerſis ab iis rebus, A quæ ad interitum corruptionemque perducunt, ita demum caſtè omnium principi Deo ſacrificabimus. Opera namque mortua, carnis opera ſunt: obtenebratio autem mundana, illa ex laborioſis inutilibuſque curis atque diſtentionibus perturbatio atque confuſio, quæ purum illum atque pellucidum mentis ætherem polluit; à quibus eſſe recedendum iis, qui ſincerè Deum colere velint, etiam hiſtoriæ verba ſuadent. PALLAD. B Id quidem minimè eſt obſcurum: ideóque velim illa, quæ deinceps ſequuntur, exequaris. CYRILLVS. Iſraëlitas igitur ardentiſſimum, vt opinor, & acerrimum antiquæ libertatis inuaſerat deſiderium: cúmque vehementer ad eam adſpirarent, eius iras, qui illis iugum ſeruitutis impoſuerat, commouerunt; qui cùm diceret huiuſmodi rerum deſiderium ex otio deſcendere, augeri illis operum ſudorem, laborémque iuſſit. Itaque vt ſine vlla dilatione ab eis ex- C poſceretur conſueti operis ſumma, palearum verò tributio præter conſuetudinem denegaretur, iniunxit; dicebat enim, [Vacatis, ocioſi eſtis, ideo dicitis, Eamus & ſacrificemus Deo noſtro. Nunc igitur euntes operamini: paleæ enim non dabuntur, & ſummam lateritii operis dabitis. Videbántque ſe Scribæ filiorum Iſraël in malis, dicentes, Non minuetis à ſtatuta ſumma laterum per ſingulos dies: occurrerunt autem Moyſi & Aaron venientibus in occurſum eorum, cùm e- D grederentur à Pharaone, & dixerunt illis, Aſpiciat Dominus ſuper vos & iudicet, quoniam execrabilem feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & coram ſeruis eius, vt daretis gladium in manus eius ad interficiendos nos.] Quid tu, amice, nónne veriſſimum eſſe dices, vbi cœperit quis diabolici dominatus iugum excutere, contraque diuini cultus gloriam præclaram illam E & liberam ſuſcipere, vacaréque & cognoſcere eum, qui eſt vere Dominus, vt in pſalmis canitur, [Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus,] tum fore vt ille in huiuſmodi negocio ocium ac ſtudium tanquam impietatem quandam nobis vitio vertat, vnaque cum aliis nequam impuriſque ſpiritibus ille omnium hoſtis inſurgat, immaniterque cogat, vt carnali terrenæque impuritati,

Exod. 5.

Pſalm. 45.

A ὀφθαλμὸν ἀπαλλάττοντες, θύσομεν καθαρῶς τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ. ἔργα δὲ νεκρὰ, τὰ σαρκὸς ἂν εἴη. σκοτισμὸς δὲ κοσμικὸς, ἡ ἐκ πονηρῶν καὶ εἰκαίων περισπασμῶν ἐπιθόλωσις, τὸν καθαρόν τε καὶ διαυγῆ τῆς διανοίας αἰθέρα καταμολύνουσα. ὧν ὅτι προσῆκεν ἀπονοσφίζεσθαι, τοὺς εἰλικρινῶς λατρεύειν ἐθέλοντας, καὶ ὁ τῆς ἱστορίας ἡμᾶς ἀναπείθει λόγος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μὴν τοῦτό γε ἐστὶν οὐκ ἀσυμφανές. τὰ δὴ οὖν ἐφεξῆς διαπέραινέ B μοι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τοῖς μὲν οὖν ἐξ Ἰσραὴλ δύσοιστος οἶμαί τις καὶ δριμὺς τῆς ἀρχαίας ἐλευθερίας εἰσέδυ πόθος, ἀπονενευκότες δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο δεινῶς κατηρέθιζον εἰς ὀργὰς, τὸν τοῖς τῆς δουλείας ἐγκαταδέοντα ζυγοῖς. ἔργον δὲ εἶναι σχολῆς τὰς ἐπὶ τοιοῖσδε λέγων ἐπιθυμίας, ἐγκατατείνεσθαι σφίσι τὸν ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἱδρῶτα κελεύει, τῆς μὲν ἐν ἔθει συντάξεως ἀνυπερθέτως ἐξαιτουμένης, περιτεμνομένης δὲ ἀσυνήθως αὐτοῖς C τῆς τῶν ἀχύρων διανομῆς. ἔφασκε γάρ, ὅτι σχολάζετε. σχολασταί ἐστε, διὰ τοῦτο λέγετε, πορευθῶμεν καὶ θύσωμεν τῷ Θεῷ ἡμῶν, νῦν οὖν πορευθέντες ἐργάζεσθε· τὸ γὰρ ἄχυρον οὐ δοθήσεται, καὶ τὴν σύνταξιν τῆς πλινθείας αὐτοὶ δώσετε. ἑώρων δὲ οἱ Γραμματεῖς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἑαυτοὺς ἐν κακοῖς, λέγοντες. οὐκ ἀπολείψετε ἀπὸ τῆς πλινθείας τὸ καθῆκον τῇ ἡμέρᾳ. συνήντησαν δὲ Μωσῇ καὶ Ἀαρὼν ἐρχομένοις εἰς συνάντησιν αὐτοῖς, ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ Φαραὼ, καὶ εἶ- D πον αὐτοῖς. ἐπίδοι ὁ Θεὸς ὑμᾶς, καὶ κρίναι, ὅτι ἐβδελύξατε τὴν ὀσμὴν ἡμῶν ἐναντίον Φαραὼ, καὶ ἐναντίον τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, δοῦναι ῥομφαίαν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἀποκτεῖναι ἡμᾶς. ἦ γάρ, ὦ φιλότης, οὐκ ἀτεχνῶς ἐστὶ φής, ὡς ἐπειδὰν ἕλοιτό τις τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ἀπολύσασθαι τὸν ζυγὸν, καὶ τὸ λαμπρὸν καὶ ἐλεύθερον τῆς εἰς Θεὸν E λατρείας αὐτομελέσθαι καύχημα, σχολάσαι τε καὶ γνῶναι τὸν ἀληθῶς δεσπότην κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμνούμενον. σχολάσατε καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς, ἐγκαλέσει μὲν ἡμῖν ὡς ἀνόσιόν τι χρῆμα, τὴν ἐπὶ τῷδε σχολὴν καὶ θέλησιν, κατεξανίσταται δὲ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ πονηροῖς τε καὶ ἀκαθάρτοις πνεύμασιν, ὁ πάντων ἐχθρὸς, σαρκικῆς μὲν καὶ γεώδους ἀκαθαρσίας

B tum exhibere? PALLAD. Ita eſt. CYRILLVS. Quomodo etiam ſub ſua nos ditione cum ſatanas conſtrinxiſſet, & vſurpato dominatu concluſos detinere vellet, diuina lex ad libertatis dignitatem vocarit; idque effecerit, monita quibus ad actiones optimas hortaretur, illius impuritatibus opponendo, atque ad meliorem nos vitæ rationem inſtituendo, plurimis eſt exemplis perſpicuum factum? PALLAD. Prorſus. CYRILLVS.
C Eſt igitur Deus ſalutis tributor, & omnis nobis felicitatis auctor, qui viam oſtendat, qua Chriſto mediatore interpoſito ad illius familiaritatem perueniri poſſit. An non enim figura eſt, eaque ſatis expreſſa Chriſti interuentionis, illa Moyſi mediatoris interpoſitio? PAL. Quonam modo? CYR. Moyſes enim ille vir ſanè admirandus, à carnali ſeruitute eripuit Iſraëliticum populum, & à laboribus coquendorum laterum, ab operibus etiam in terra extruendis exemit; ac veluti medius
D quidam limes inter Deum & homines interiectus, ad illos cælitus exauditas voces perferebat: Dominus verò noſter Ieſus Chriſtus ea, quæ in figura & vmbris tradita fuerant, ad veritatem transferens, à ſpirituali ſeruitute nos extrahit, in eo quod peccatū, quod diu nobis dominatum fuerat, expellit, Diabolique imperium euertit; & ſectatores ſuos à terreno ſenſu, rerúmque carnalium ſtu-
E dio refugere ſuadet; eoſque quodammodo reformat ad ſtudiū virtutis, apertiſſiméque nobis Dei ac Patris voluntatem annuntiat; ideóque dixit, [Verba, quæ ego loquor vobis, non ſunt mea; ſed eius, qui miſit me, Patris;] itemque, [A me ipſo non loquor; ſed qui miſit me, Pater, ipſe mihi mandatū dedit, quid dicam, & quid loquar.] Ac Moyſes certè in ſuis rebus imaginem atque formam quandā ſe gerere illius Chriſti interuentionis intellexit, cùm dixit filiis Iſraël,

Ioan. 14.

Ioan. 12.

A [Prophetam ex fratribus tuis excitabit, ſicut me, dominus Deus tuus: illum audietis iuxta omnia, quæcunque expetiſti à domino Deo tuo in Horeb, in die concionis.] Igitur quęcunque per Moyſen agebantur, illáque vis interuentionis eius, figura quædam erat & imago; at Chriſti interuentionis forma magis ineffabilis eſt. Ille enim legis & vmbræ miniſter fuit, & acceptæ diuinitus inſtitutionis interpres: Chriſtus autem, vt legis ac Prophetarum dominus, quæ ſibi videntur decernit; & mediator fuit, cũ B in eo concurreret, atque in vnum quodammodo conueniret tum diuina, tum humana natura: has enim ambas ſimul iunctas intelligimus Chriſtũ. [Ac Moyſes quidem vt ſeruus in totam eius domum fidelis; Chriſtus autem vt filius in domo ſua, cuius domus nos ſumus:] qui per fidem, quam in illum habemus, ad veram ſumus libertatem adducti. Conſtat igitur mediatorem carnalis libertatis, literæque & vmbræ, fuiſſe Moyſen illum ſacrarum rerum interpretem: dominum verò noſtrum Ieſum Chriſtum C earum rerum auctorem, quæ ſunt ſupra legem: ac ſpiritus libertatem, illa libertate carnali multis partibus præſtantiorem eſſe largitũ. Itaque Iſraëlitis quamuis carnaliter liberatis dicebat, [Si vos manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis veritatem; & veritas liberabit vos;] & iterum, [Omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſeruus autem non manet in domo in æternum; filius autem manet in æternum. Si igitur filius vos liberauerit, verè D liberi eritis.] PALLAD. Rectiſſimè dicis. CYRILLVS. Non igitur de carnalium rerum ſplendore gloriandum nobis eſt, ſed de ſpiritus & iuſtitiæ claritate, eius duntaxat, quæ ex Chriſto eſt, non quæ ex lege. Nam, ſi ſeruus habetur quiſquis ſub peccato eſt, nec iuſtificat vllo modo lex; quinimmo condemnat potius, reóſque facit tranſgreſſores; cui non perſpicuum ſit, omnem iuſtificationem in Chriſto conſtare; itémque omnem ſpiritualem perfectionem, quæ per E ſanctificationem habeatur, per ipſum & in ipſo acquiri? Paulus vir certè ſapiẽs in primis ſcribit, [Nõ enim erubeſco Euãgeliũ; Dei enim virtus eſt in ſalutẽ omni credẽti, Iudæo primũ & Græco: Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ, ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus autem ex fide viuet.] Veteris quoque legis inutilem vim atque infirmam iis verbis notat,

Hebr. 3.

Ioan. 8.

Rom. 1.

προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ἀναστήσει σοι ὡς ἐμὲ, Κύριος ὁ Θεός σου. αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ᾐτήσω παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐν Χωρὴβ, τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας. ἐν τύπῳ μὲν οὖν καὶ εἰκόνι τὰ διὰ Μωσέως, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν μεσιτείας ἦν δύναμις· ἀπορρητότερος δὲ τῆς ἐν Χριστῷ μεσιτείας ὁ τρόπος. ὁ μὲν γὰρ νόμου καὶ σκιᾶς διάκονος ἦν, καὶ παιδαγωγίας τῆς ἄνωθεν διερμηνευτής. Χριστὸς δὲ ὡς νόμου καὶ προφητῶν δεσπότης, τὰ αὐτῷ δοκοῦντα θεσμοθετεῖ, καὶ μεσίτης ἦν, συνθεούσης ἐν αὐτῷ καὶ εἰς ἓν ὥσπερ ἰούσης, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. ἄμφω γὰρ ἅμα νοεῖται Χριστός. καὶ Μωσῆς μὲν ὡς θεράπων εἰς ὅλον τὸν οἶκον αὐτοῦ πιστὸς, Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς, ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, οἱ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως πρὸς ἐλευθερίαν ἠγμένοι τὴν ἀληθῆ. ἔφαμεν οὖν, ὅτι μεσίτης μὲν σαρκικῆς ἐλευθερίας, γράμματός τε καὶ σκιᾶς ὁ ἱεροφάντης Μωσῆς. ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τῶν ὑπὲρ νόμον εἰσηγητὴς, καὶ τῆς σαρκικῆς ἐλευθερίας τὴν ἀσυγκρίτως ἀμείνω δωρούμενος, τουτέστι, τὴν κατὰ πνεῦμα. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε καὶ τοῖς σαρκικῶς ἠλευθερωμένοις τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστὲ, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. καὶ πάλιν. πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας· ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἐστέ. ΠΑΛ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡΙΛ. Καυχησόμεθα δὲ οὖν οὐ τοῖς κατὰ σάρκα λαμπροῖς, ἀλλὰ τοῖς ἐν πνεύματι καὶ δικαιοσύνῃ τῇ κατὰ Χριστὸν, οὐ τῇ κατὰ νόμον. εἰ γὰρ δοῦλοι ἔτι τὸ ὑφ' ἁμαρτίαν, δικαιοῖ δὲ ἥκιστα μὲν ὁ νόμος, κατακρίνει δὲ μᾶλλον καὶ γράφεται παραβαίνοντας, πῶς οὐκ ἂν γένοιτο παντί τῳ σαφὲς, ὅτι πᾶσα δικαίωσις ἐν Χριστῷ, καὶ τελείωσις ἡ ἐν πνεύματι δι' ἁγιασμοῦ, δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ; καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος· οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον, δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. νόμου τε τοῦ πάλαι τὸ ἀόνητόν τε καὶ ἀδρανὲς ἔν γε τούτοις καταγράφει, λέγων.

A ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ Θεῷ, δῆλον. ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ἐν Χριστῷ τοιγαροῦν δικαιούμεθα διὰ πίστεως, ἐκλελυτρώμεθα δὲ δουλείας τῆς νοητῆς. ΠΑΛΛ. Ἀνόνητος οὖν ὁ νόμος; ΚΥΡΙΛ. Οὐ τοῦτό φημι· κεχρημάτισται γὰρ οὐ μάτην. δέδοται δὲ μᾶλλον εἰς βοήθειαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς παιδαγωγίαν, καὶ τὸ εἰδέναι τὸ πλημμελὲς, καὶ εἰς τὸ χρῆναι λαβεῖν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, B πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο χρήσιμος; ἀργότερος δὲ πρὸς ἀπόνιψιν ἁμαρτίας, καὶ εἰς τὸ δύνασθαι τελειοῦν εἰς ἁγιασμόν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος ἡμῖν ἔφη Παῦλος· οἴδαμεν δὲ ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ Θεῷ. διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. διὰ γὰρ νόμου, ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. C Δεικτικὸς οὖν ἄρα τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, οὐκ αὐχημάτων πρόξενος τῶν εἰς ἀρετήν. τὸ γάρ τοι φάναι τυχὸν, οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐκ ἐπιορκήσεις, καὶ εἴ τι τοιούτοις συνήρμοσται, τὰ τῆς φαυλότητος εἴδη κατασημαίνοντός ἐστι, καὶ ἐξιστάντος ἀκαθαρσίας, οὐκ ἀρετῆς εἴδησιν εἰσκομίζοντος, οὐδὲ τῆς ἀκιβδήλου ζωῆς καταφανεστάτην τοῖς ἀκροωμένοις ποιοῦντος τὴν γνῶσιν. ὡς τό τοι μὴ χρῆναι τὰ αἴσχιω δρᾶν, τοῖς τῆς ἐξαιρέτου πολιτείας D ἐγγράφειν τρόποις, ἀμαθὲς οἶμαί που. δεῖν δὲ οἶμαι καὶ σφόδρα εἰκότως, τότε δὴ μόλις τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἐπαινουμένοις ἡμᾶς δέχεσθαι ψῆφον, εἰ δὲ μισήσαντες καὶ διωσάμενοι τὸ κακὸν καὶ κάτω που μεθέντες, τὸ ἐν ὑπολήψει φαυλότητος καὶ βεβήλου βδελυρίας οὐκ ἀπηλλαγμένον, ἐπ' αὐτὰ τῆς ἀρετῆς ἀναθρώσκομεν τὰ αὐχήματα. καὶ γοῦν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν ἐὰν μὴ περισσεύσῃ, φησὶν, ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν, E πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. συνίης οὖν ὅτι, τὴν ἐπέκεινα τοῦ κατὰ νόμον ἐλέγχει δικαιοσύνην προστέταχεν ὁ Σωτήρ, καὶ ἄριστόν γε τὸ χρῆμα εἰδὼς ὁ σοφὸς γράφει Παῦλος. εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον. περιτομὴ ὀκταήμερος ἐκ γένους Ἰσραὴλ, φυλῆς Βενιαμίν. Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος, κατὰ ζῆλον διώκων τὴν ἐκκλησίαν, κατὰ δικαιοσύνην

[Quòd autem, inquit, in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt: quia iuſtus ex fide viuit: lex autem non eſt ex fide; ſed qui fecerit ea, viuet in ipſis.] In Chriſto igitur iuſtificamur per fidem, ac redimimur à ſeruitute ſpirituali. PALLADIVS. Eſt igitur lex inutilis? CYRILLVS. Non hoc dico, neque enim fruſtra diuinis reſponſis ſancita eſt; imò verò [in adiutorium data] ſicut ſcriptũ eſt; nam qua parte ad inſtitutionem puerilem pertinebat, & ad iniquitatẽ cognoſcendam, qua etiam ad initia percipienda elementáque ſermonum Dei, cur nõ ex ea parte intelligatur vtilis? Segnior eſt autem ad abluenda peccata, ſanctitatemque perficiendam. Beatus itaque Paulus inquit, [Scimus autem, quòd quæcunque lex loquitur, iis, qui in lege ſunt loquitur, vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo; quoniam ex operibus legis non iuſtificabitur in conſpectu eius omnis caro; per legem enim cognitio peccati.] Habet ergo lex vim, qua peccatum demonſtret, non gloriam de virtute comparet: nam in eo quod ait, verbi gratia; Non fornicaberis, non adulterabis, non furtum facies, non peierabis, & ſiquid horum ſimile eſt, nequitię genera oſtendit, & impuritates expulit, non virtutis notionem inuexit, aut probatæ vitæ cognitionem perſpicuã auditoribus fecit. Nam iſtuc quidem, non oportere turpia facere, inter præſtantioris vitæ mores annumerare, ſtultum ſit, opinor. Puto autem, idque haud abſurde, ita denique ęquum eſſe, vt in omni rerum laudandarum genere nobis honeſtum iudicium atque comprobatio deferatur, ſi, vitiis dimiſſis ac repulſis, & improbitate ſuperata, impuriſque ſceleribus abiectis, ad ſummum poſtremo virtutis apicem conſcenderimus. Itaque Dominus Ieſus Chriſtus, [Amen, amen, inquit, dico vobis, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.] Intelligis igitur iuſtitiam illa legali excellentiorem præceptam eſſe à Domino noſtro, eamque cùm eſſe præſtãtiſſimam ſciret, Paulus ille ſapiens ſcribit, [Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis; circunciſus octauo die; ex genere Iſraël, ex tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus, ſecundum æmulationẽ perſequens Eccleſiam, ſecũdum iuſtitiam,

Rom. 1. 17.
Hebr. 9.
Rom. 3.
Matth. 5.
Philip. 3.

quæ in lege eſt, ſine querela: ſed quæ mihi fuerunt lucra, hęc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta: Verumetiã exiſtimo omnia detrimentum eſſe, propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini noſtri; propter quem omniũ detrimẽtum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quę ex lege eſt; ſed quæ eſt per fidem Chriſti] PAL. Intelligo planè: apertâ enim es oratione vſus. Illud tamen explices velim, Si ad hominem perficiẽdum nõ ſatis erat antiqua lex, cur non à principio potius iuſtitia per fidem, & quæ ex ea exiſtit, ſanctificatio ſancita ſit? CYR. Quia certè, Palladi, id conuenientiſſimè abluitur, quòd ſordidatũ eſt; id abſtergitur, quod eſt inquinatum; id illuſtratur, cui tenebræ ſunt offuſæ. Æquum eſt autem, opinor, iuxta Saluatoris noſtri vocẽ curari, quod infirmũ ſit; vocari verò ad pœnitẽtiam non eos, qui ſanctificati ſunt, ſed qui propter peccata ſint inuiſi. (Matth. 9) An verò negari poteſt, quin fuerit opus, qui ad remiſſionis gratiam vocarentur, eos ante condemnari; vt cùm prius propter infirmitatem, quę in illis eſſet, in ſalutis periculum veniſsẽt, tum denique redempti viderentur? Quocirca neceſſe fuit velut redargutricem quandam, & diligẽtiſſimam infirmitatis omnium accuſatricẽ promulgari legem eam, cui vis oſtẽdendi peccatum ineſſet, vt ne diuinæ benignitatis, quæ per Chriſtum exhibita eſt, magnitudinem ignoraremus. Vbi enim aut quomodo fuerit locus remittẽti gratiæ, niſi prius criminibus demonſtratis, atque conſtitutis? Atque, vt breui vtar oratione, & ad veterum exẽpla recurrã, dicam denuo; Abrahæ ſpopondit quidẽ Deus gratiã per fidem, in eoque homine tanquam in primitiis eorum, qui miſericordiam conſecuti ſunt, remiſſionẽ, quę Dei benignitate præſtatur, ipſa lege nobiliorem fecit; ſcriptum eſt enim, (Geneſ. 15) [Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam;] (Rom. 4) Proteſtatur autem Paulus, atque ait, [Quomodo igitur reputatum eſt? in circunciſione an in præputio? non in circunciſione, inquit, ſed in præputio & ſignum accepit circunciſionẽ, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ fuit in præputio:] Deumque apertè ſibi dicentem audiuit, (Geneſ. 12) [benedicẽtur in te omnes gentes.] Huius autem verbi [in te] ea vis fortaſſe ſit, vt ad ſimilitudinem tuam ſignificet: eóq; ſenſu cũ Paulus intellexiſſet, inquit, (Galat. 3) [Præuidens autem ſcriptura,

A τὴν ἐν νόμῳ, γενόμενος ἄμεμπτος. ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἀλλὰ μὲν οὖν γε ἡγοῦμαι τὰ πάντα ζημίαν εἶναι, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην· καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην, τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι μέν, σαφὴς γὰρ ὁ λόγος. πλὴν B ἐκεῖνο φράσον. τί μὴ μᾶλλον ἐν ἀρχαῖς ἡ διὰ πίστεως ἡμῖν δικαιοσύνη, καὶ ὁ κατ' αὐτὴν ἁγιασμὸς ἐθεσπίζετο, εἴπερ οὐκ ἀπόχρη εἰς τελείωσιν ὁ πάλαι νόμος; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι, ὦ ἑταῖρε, φαίην ἄν· ἀπονίζεται μὲν εἰκότως τὸ ῥυπῶν, ἀποσμήχεται δὲ τὸ μεμολυσμένον, καὶ καταφαιδρύνεται τὸ ἐσκοτισμένον. πρέποι δ' ἄν, οἶμαι, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, θεραπεύεσθαι μὲν τὸ ἠρρωστηκός, καλεῖσθαι δὲ C πρὸς μετάνοιαν, οὐχὶ τοὺς ἡγιασμένους, ἀλλὰ τοὺς ταῖς ἁμαρτίαις ἐπηχθισμένους. ἢ γὰρ οὐχὶ προκαταγινώσκεσθαι χρὴ τοὺς καλουμένους εἰς ἄφεσιν, καὶ ἐκ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀσθενείας κεκινδυνευκότας, ὁρᾶσθαι λελυτρωμένους; ἔδει τοιγαροῦν ἔλεγχον ὥσπερ τινὰ καὶ κατήγορον ἀκριβῆ τῆς ἁπάντων ἀσθενείας, τὸν τῆς ἁμαρτίας δεικτικὸν παραφαίνεσθαι νόμον, ἵνα καὶ τῆς θείας ἡμῶν ἡμερότητος τῆς διὰ Χριστοῦ, μὴ ἀγνοῆται τὸ D μέγεθος. ποῦ γὰρ ἢ πῶς ἡ τῆς ἀφέσεως χάρις, εἰ μὴ ὑποκέοιτο τὰ ἐγκλήματα; καὶ εἰ χρὴ βραχυλογοῦντας καὶ ἐπί τινων ἀρχαίων διηγημάτων ἀναπηδᾶν, ἐρῶ πάλιν, ὅτι τῷ μὲν Ἀβραὰμ ἐπηγγέλλετο ὁ Θεὸς τὴν διὰ πίστεως χάριν· καὶ καθάπερ ἐν ἀπαρχῇ τῶν ἠλεημένων, ἐν αὐτῷ πρεσβυτέραν ἐποιεῖτο τοῦ νόμου, τὴν ἐξ ἡμερότητος ἄφεσιν. γέγραπται γάρ, ὅτι ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. προσδιαμαρτύρεται δὲ λέγων ὁ Παῦ- E λος, πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, φησίν, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ. καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομήν, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ. ἤκουσέ τε Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς, ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. τὸ δέ, ἐν σοί, σημαίνοι ἂν τό, καθ' ὁμοιότητα τὴν σήν. οὕτω τε συνεὶς ὁ Παῦλος, φησί. προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ

ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ Θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραάμ, ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ. σημεῖον οὖν ἄρα τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως, ἡ περιτομὴ, δεδικαίωται δὲ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, καὶ τῆς ἐν σαρκὶ περιτομῆς πρεσβύτερα φαίνεται τὰ διὰ πίστιν αὐχήματα. φίλος γὰρ ἐκλήθη Θεοῦ. ΠΑΛ. Τίς οὖν ἡ μέλλησις τοῦ κατὰ πίστιν ἁγιασμοῦ, ἐπαπορήσαιμι δ᾽ ἂν εἰκότως, εἶθ᾽ ὅπου δὴ λέγων ὡς ἐν πρεσβυτέρᾳ τάξει τὸ σημεῖον καὶ ὡς ἐν δευτέροις τὸ ὑπέρτερον. ΚΥΡΙΛ. Οὐ γὰρ ἔφαμεν ἀρτίως ὡς ἀξιαγάστου καὶ ἀπορρήτου τινὸς εὐτεχνίας ἔργον ἦν τὸ προαναθεῖναι ἐν χρόνῳ, τῆς δικαιούσης πίστεως τὸν κατακρίνοντα νόμον; ἢ οὐχὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει; καὶ ἡ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, κατὰ τὸ γεγραμμένον; ΠΑΛ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛ. Οὐκοῦν νόμος παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. οὗ γὰρ οὐκ ἔστιν νόμος, οὐδὲ παράβασις. παραβάσεως δὲ καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ ῥᾳστώνης πῶς ἂν τις ἴδοι τὴν ἄφεσιν, μὴ προκατακρίναντος ἡμᾶς τοῦ νόμου; ὅτι δὲ ἀληθὲς ὃ φημι, καὶ οὐκ ἐξίτηλός τις ἢ ἀκαλλὴς ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος, συλλήψεται λέγων ὁ Παῦλος· ὥστε ὁ νόμος τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι᾽ ἀγγέλων. Σοφὸς δὲ ἄγαν ὢν τὰς ἐσομένας ἐσαῦθ᾽ ὅτι παρά τισιν εὑρεσιλογίας καὶ ἐπαπορήσεις προαναιρεῖν ἐπιχειρεῖ. ἦν γὰρ δή τινας εἰκὸς τῆς ἐν πίστει δικαιοσύνης ἐπαιτιᾶσθαι τὴν μέλλησιν, καὶ τὴν μεταξὺ τοῦ νόμου παραδρομὴν, εἰς ἀθέτησιν τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἐπαγγελίας γενέσθαι λέγειν. τοιγάρτοι φησίν. ὁ οὖν νόμος κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ; μὴ γένοιτο. εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, ὄντως ἐν νόμῳ ἂν ἦν ἡ δικαιοσύνη. ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι. πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν. ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν. πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. καταλευκαίνει δὲ ἀσαφῆ τὴν ἐπαπόρησιν εὖ μάλα προσθεὶς, τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυ-

A quòd ex fide iuſtificat gentes Deus, prænuntiauit Abraham, [benedicentur inquiens, in te omnes gentes. igitur qui ex fide ſunt, benedicuntur cum fideli Abraham.] Signum eſt igitur circuncisio fidei illius, quæ eſt in præputio; iuſtificatuſque eſt ille non ex operibus legis; & gloriam fidei nobiliorem eſſe quam illa in carne circumcisio, perſpicuum eſt, amicus quippe Dei appellatus PALLADIVS. Quid igitur cauſſę B fuit, cur tamdiu illa ex fide ſanctificatio moraretur, non abſurdè addubitauerim; quæro enim qua de cauſſa signum ipſum antiquiori ſit ordine collocatum, poſteriori verò id quod præſtantius eſt? CYRILLVS. Quid enim, nónne diximus modò admirabilioris cuiuſdam atque ſublimioris artificii opus fuiſſe, vt lex quæ condemnaret, anteuerteret temporis ordine, fidem quæ iuſtificaret? nónne verò lux in tenebris lucet? virtus quoque in infirmitate perficitur, vt ſcriptum eſt? PALLAD. Recte dicis. C CYRILLVS. Igitur lex ſubintrauit vt abundaret peccatum; vbi enim non eſt lex, neque præuaricatio: prȩuaricationis autem & eius, quæ ad hanc perducit, ignauiæ quænam poſſit intelligi condonatio, niſi lex antea nos condemnaſſet? quòd autem verum ſit quod dicimus neq; de hac re vana & inepta ſit oratio, patrocinio Pauli confirmabo, dicentis, [Itaque lex, propter præuaricationes poſita eſt, quouſque veniret ſemen, cui repromiſſum eſt, ordinata per angelos.] D Ceterùm quia ſapientiſſimus erat, futuras quandóque quorumdam hominum verborum argutias atque dubitationes præcidere molitur, etenim veriſimile erat, quoſdam de iuſtitiæ fidei dilatione ac mora conqueri, ac dicere, ideo interim ſubintraſſe legem, vt antiquæ illius promiſſionis firmitas tolleretur. Itaque, inquit [lex igitur aduerſus promiſſa Dei? abſit; ſi enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed E cōcluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus: prius autem quàm veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat in nos; itaq; lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur: at vbi venit fides, iam nō ſumus ſub pȩdagogo, omnes enim filii Dei eſtis, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.] Eiuſdē vero dubitationis obſcuritatem perſpicuā facit adiungēs, [Hoc autē dico, inquit, teſtamentū con-

Rom. 5.

Galat. 3.

Ibid.

firmatum à Deo, quæ poſt quadringētos & triginta annos facta eſt lex, non irritū facit ad euacuandā promiſſionem: nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione; Abrahæ autem per repromiſſionē donauit Deus.] Cùm igitur lex in peccatum nos cōcluſiſſet, vt pædagogus ad Chriſtum adduxit; finis enim legis, ac prophetarū Chriſtus. Itáque is dicebat Iudęorum populis, qui ſibi non crediderāt, [Si crederetis Moyſi, crederetis vtique & mihi; de me enim ille ſcripſit.] Iuſtificamur enim nō ex operibus legis, ſed fide potius in Chriſtū [Quicūque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſūt: ſcriptum eſt enim, Maledictus omnis, qui non permāſerit in omnibus, quæ ſcripta ſūt in libro legis, vt faciat ea. Sed ex maledicto legis Chriſtus redemit omnes, factus pro nobis maledictum: quia ſcriptum eſt, Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gētibus benedictio Abrahę fieret in Chriſto Ieſu; vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.] PALLAD. Sed de his quidem hactenus, Cyrille: tranſeamus iam, ſi placet, ad aliquam potius de Chriſto diſputationem: de lege enim eiuſque diſpenſatione ſatis. CYRILL. Eloquere igitur, quicquid tibi collibitum fuerit; dum tamen illud non nimium ingenii mei captum excedat. PALLAD. Atqui non admodum ardua dubitatio eſt, aut eiuſmodi, vt ad eam ſoluendam adiri nullo modo poſſit; atq; adeo facillime, quod quæro, deprehendi poteſt, Chriſto diuinā illam nobis lucē immittēte. Nūquid igitur, qui fide iuſtificationem accepimus, & illum Dei in vmbris ac figuris cultū abiecimus, nō incruentis oblationibus Deum colere debemus? CYR. Rectè dicis. Scriptum eſt enim, [Honora Deum de tuis iuſtis laboribus; & primitias illi affer de tuis fructibus iuſtitiæ.] [talibus enim hoſtiis promeretur Deus,] iuxta ſanctorum hominū voces. PALLAD. Ergo ſtultum eſt, vacare bobus immolandis, & quæ veteri mandato ſunt nobis iniuncta, cōplere. Ouium namque victimæ & tura, lagana quoque, ac ſimila oleo perfuſa, turtures etiam atque columbę, pro temporis illius conditione, Deum adorantium oblationes fuere. Sed mihi exponas velim, qua de cauſſa non hæc à principio Deus improbauerit; eas vero, quibus gaudet, oblationes, nunc demum ſanciendas duxerit, quibuſque modis ſpirituales hoſtiæ offerendæ ſint, aperuerit. CYRIL. Quid tu igitur cenſes,

Ioan. 5. Galat. 3. Prou. 3. Hebr. 13.

A ρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. Εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία, οὐκέτι ἐξ ἐπαγγελίας. τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός. κατακλείσας οὖν ἡμᾶς εἰς ἁμαρτίαν ὁ νόμος, πεπαιδαγώγηκεν εἰς Χριστόν, τέλος γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. ταύτῃ τοι καὶ ἔφασκεν ἠπειθηκόσιν αὐτῷ τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς. Εἰ B ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. δικαιούμεθα δὴ οὖν οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, πίστει δὲ μᾶλλον τῇ εἰς Χριστόν. ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσίν, ὑπὸ κατάραν εἰσί. γέγραπται γὰρ, ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά. ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ νόμου κατάρας ἐξηγοράσατο πάντας ὁ Χριστός, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. γέγραπται γὰρ, ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύ- C λου, ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένοιτο ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως. ΠΑΛ. Ἀλλ', ὦ γενναῖε, βούλει, εἰ δοκεῖ, ἴωμεν δὲ μᾶλλον ἐφ' ἕτερόν τι χριστομαθές· νόμου γὰρ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας ἀπόχρη ταυτί. ΚΥΡ. Φράζε δὴ οὖν, ὅ, τι καὶ αὐτῷ σοι φίλον, κἀμοὶ δὲ εἰπεῖν οὐ τῶν ἀνεφίκτων ἄγαν. ΠΑΛ. Καὶ μὴν οὐκ ἀνάντης λίαν, ἤγουν ἀσθενὴς ἡ ἐπαπόρησις. ἀχθείη δ' ἂν οἶμαι καὶ λίαν ἀμογητὶ τὸ ζητούμε- D νον, Χριστοῦ τὸ θεῖον ἡμῖν ἐνιέντος φῶς. ἆρ' οὖν οὐχὶ τὸν ἀναιμάκτοις δωροφορίαις Θεὸν τιμήσομεν, οἱ τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν παραδεδεγμένοι, καὶ τὴν ἐν σκιαῖς καὶ τύποις λατρείαν ἐξωθούμενοι. ΚΥΡ. Εὖ λέγεις. γέγραπται γὰρ ὅτι, τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός, κατὰ τὰς τῶν ἁγίων φωνάς. ΠΑΛ. Εἰκαῖον οὖν ἄρα τὸ ἐπείγεσθαι βουθυτεῖν καὶ τὰ διὰ τῆς ἀρχαίας ἡμῖν ἐντολῆς E εἰσκεκομισμένα πληροῦν. μηλοσφαγίαι τε γὰρ καὶ λιβανωτὶ, λάγανά τε πρὸς τούτοις, καὶ σεμίδαλις ἐλαιόδευτος, τρυγόνες τε καὶ περιστεραὶ, τὰ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, τῶν προσκυνούντων ἀναθήματα. ἀλλά μοι φράσον αὐτό. ὅτου μὲν ἐν ἀρχαῖς ἀποπεμπτέα μὲν ἐποιεῖτο ταυτί, τὰ δὲ οἷς ἐφήδεται νυνὶ θεσμοθετῶν ὁρᾶται Θεός, καὶ τὰς θυσίας ἡμῖν τῆς πνευματικῆς ἐκκαλύπτει τρόπους. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἆρ' οὖν, οἴει,

καὶ φάναι τολμᾷς. Βεβουλεῦσθαι μὲν οὐκ ὀρθῶς ἐν ἀρχαῖς τὸ θεῖον, ἀφημαρτηκὸς δὲ ὥσπερ τοῦ τελείως ἀγαθοῦ, τὸ μεῖζον εὑρεῖν δεδυνῆσθαι μόλις; ἢ γοῦν ἑλέσθαι μὲν τότε τὰ ὡς ἐν σκιαῖς, ὡς διαφόρως ἔχοντα τὸ δοκεῖν αὐτοῦ, φιλόκαινον δέ τι καθ' ἡμᾶς ὑπομεῖναι πάθος, ἑτέροις νέμοντα τὴν ῥοπὴν, καὶ λατρείαν ἡμῖν τὴν οὐ πάλαι διεγνωσμένην κεκαινουργηκότα; ΠΑΛΛ. Οὐμενοῦν. λῆρος γὰρ, οἶμαι, ταυτί. οὐδ' ἂν οἰηθείην ὅτι τὸ ἀφαμαρτεῖν δύνασθαι κατά τι γοῦν ὅλως ἕποιτο αὐτῷ. B μάθοιμι δ' ἂν ὡς ἥδιστά γε τί τὸ ἀναπεῖθον νομοθετεῖν, τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκεῖνα μὲν τότε, νυνὶ δὲ ταυτί. ΚΥΡ. Ἀνόπιν ὥσπερ ἰέναι πάλιν ὁ πρὸς ἡμᾶς ἀναγκάζει λόγος. ἢ οὐκ ἔφην ὅτι παιδαγωγὸς ἦν ὁ νόμος, τουτέστι, τῶν ἔτι νηπίων ὁ παιδευτής; καὶ τοῖς οὔπω συνιέναι δυναμένοις τί τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν; καὶ ποῖον ἂν εἴη τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, τὸ τέλειον καὶ εὐάρεστον, δι' αἰνίγματος ὑποδηλῶν; καὶ ὡς ἐν παχέσιν ἔτι κατασημαινομένων τύποις; C εἴσω γὰρ εἴσω, καὶ οὐ σμικρῷ ἵδρυται μακρῷ τῆς πνευματικῆς λατρείας ὁ τρόπος, ὡς ἦν μὲν, ἀεί τε καὶ ἐν ἀρχαῖς περιπόθητος Θεῷ, δυσέμβατος δὲ καὶ ἀναφὴς ἔτι ταῖς τῶν Ἰουδαίων ψυχαῖς. διά τοι τοῦτο δεῖσθαι λόγου νηπιοπρεποῦς, καὶ μαθημάτων ἁπλῶν, καὶ παιδαγωγίας οἰκονομικῆς οὐδὲν ἐχούσης τὸ ἄναντες ἢ τραχὺ, ἐνομοθέτει μὲν γὰρ καὶ πάλαι τὰ ἐν τύποις Θεός. προϋπεδείκνυ δὲ πάλιν, ὡς ἥξοντά τε καὶ παρεσόμενα κατὰ καιροὺς τὰ ἐκ τῆς ἀληθοῦς λατρείας. D καὶ ἀπόβλητον μὲν ἐποιεῖτο τὴν δι' αἱμάτων πρόσοδον, καὶ τὴν σκιάν. ἀπεσείετο δὲ διὰ τοῦ προφήτου λέγων Ἀμώς· Μεμίσηκα, ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ ὀσφρανθῶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν. διότι ἐὰν ἐνέγκητέ μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας ὑμῶν, οὐκ ἐπιβλέψομαι. μετάστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. εἰσκεκόμικε δὲ διὰ Μιχαίου πρόσωπον ἀνδρὸς, τίνα δὴ τρόπον κατορθώσειεν ἂν ἀμωμήτως τὸ ἀγαθὸν, ὀρεχθέντος E ἀναμαθεῖν. ἐν τίνι γὰρ καταλάβω τὸν Κύριον, ἀντιλήψομαι Θεοῦ ὑψίστου; εἰ καταλήψομαι αὐτὸν ἐν ὁλοκαυτώμασιν, ἐν μόσχοις ἐνιαυσίοις; εἰ προσδέξεται Κύριος ἐν χιλιάσι κριῶν, ἢ ἐν μυριάσι χιμάρων πιόνων. εἰ δῶ πρωτότοκά μου, ἀσεβείας καρπὸν κοιλίας μου, ὑπὲρ ἁμαρτίας ψυχῆς μου; εἶτα συνημ-

A ac dicere audes, Deum quidem ipſum à principio non rectè conſultaſſe, ſed poſtea, cùm ſe ab eo, quod optimum eſſet aberraſſe ſentiret, tandem quod melius erat, inuenire potuiſſe? An tum quidem certè cultu, qui in vmbris erat, eũ contẽtum fuiſſe putas, deinde humano more vana quadam cupiditate captum, illud alterum offerendi genus probaſſe, cultúmq; nobis nouũ atque antehac incognitum inſtituiſſe? PALLAD. Minimè verò: nam id quidem fabuloſum ac ridiculũ puto, neque vnquã exiſtimauerim B cadere hoc in Deum, vt vel minima quidem in re aberrare poſſit. Aueo tamen audire qua re permotus, nobis qui in terris verſamur, tum quidẽ illa, nunc verò hæc alia ſanxerit. CYRILL. Rurſus ea, quæ ſuperius dicta ſunt, repetere tua cogit oratio. Nonne dixi pædagogũ quẽdam fuiſſe legem, id eſt, magiſtrũ eorũ, qui infantes adhuc eſſent, & qui nondũ intelligere poſſent, iis quid verè bonum ſit, quæ etiam voluntas Dei perfecta, & C beneplacens per ęnigma ſuboſtendiſſe, ac veluti rudioribus adhuc figuris ſignificaſſe? Intelligere enim, neq; id magno negotio potes, ſpiritualis cultus rationẽ fuiſſe quidem ſemper etiam inde ab initio Deo gratiſſimam; nondum tamen eiuſmodi, vt ad eam penetrare atque pertingere Iudæorum animi poſſent. Itaq; verbis ad infantiam aptis, ſimplicique diſciplina, atque educatione moderata opus fuit, quę nihil arduum, nihil aſperũ haberet. Nam & antea inſtituit quidem Deus ea, quæ in figuris gerebantur; præ-D monſtrauit tamen, ea tandem ventura, atque affutura ſuo tempore, quę ad verũ Dei cultũ pertinerent. Itaque acceſſum illum, quo per hoſtiarum cruorem ad eũ adibatur, abiecit ac repulit, per Amos prophetam dicens: [Odi, repuli feſtiuitates veſtras, nec odorabor in conuentibus veſtris: nam ſi obtuleritis mihi holocauſta, & hoſtias veſtras nõ aſpiciã. Aufer à me ſonũ carminũ tuorum: & organorũ tuorum pſalmũ non exaudiã.] Induxit etiã per Michęã perſonã viri, quaE nam ratione bonũ efficere poſſit, quod vſquequaq; culpa vacet, perdiſcere cupientis, [In quo apprehẽdam Dominũ, ſuſcipiam Deum meum altiſſimum? Si apprehendam eum in holocauſtis, in vitulis anniculis? Si placabitur Dominus in millibus arietum, aut in decem millibus hircorum pinguium? Si dedero primogenita mea, fructum ventris mei, pro peccato animæ meæ?] Deinde

Amos 5.

Mich. 6.

A continuo ſubiungit, [Si annunciatum eſt tibi, inquit, homo, quid ſit bonum, vel quid Dominus exquirat à te, niſi facere iudicium & diligere miſericordiam, & paratum eſſe ambulare cum Domino Deo tuo?] Nonne igitur perſpicue hoc illud eſt quod inquit
Matth. 16. Chriſtus, [Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.] Et iterum,
Ioan. 12. [Qui me diligit, me ſequatur, & vbi ego ſum, illic & miniſter meus ſit.] Non in legali cultu Chriſtiana
B religio, ſed in ſancto atque ſpirituali ſita eſt. PALLAD. Rectiſſimè dixiſti. CYRILL. Quinetiam per Eſaiam ve-
Eſaie 1. hementius obiurgans Iſraëlitas, [Audite, inquit, verba Domini, principes Sodomorum; attendite legem Dei, populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudo victimarum veſtrarum, dicit Dominus? plenus ſum holocauſtis arietum; & adipem agnorum, & ſanguinem taurorum, & hircorum nolo: neque veneritis apparere mihi; quis enim quæſiuit hæc de manibus veſtris?
C calcare in atrium meum non apponetis. Si obtuleritis ſiliginem, vanum; incenſum abominatio eſt mihi; neomenias veſtras, & ſabbata, & diem magnum non feram; ieiunium & otium, & feſtiuitates veſtras odit anima mea; facti eſtis mihi in ſatietatem.] Per Malachiam præterea prophetam odioſiſſimis hominibus eadem dicit, atque etiam temporum meminit, quibus per omnes terras ſibi incruentæ, ac ſpiritualis hoſtiæ odorem incomparabilem eſſent oblaturi. Sic enim iterum inquit,
D Malach. 1. [Non eſt voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens; & ſacrificium non ſuſcipiam de manibus veſtris; quia ab ortu ſolis vſque ad occaſum nomen meum glorificatum eſt in gentibus; & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum: quia magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.] Intelligis igitur, quòd incenſum ac ſacrificium ſi-
E bi mundum ab omni gente eſſe offerendum ait. Vt autem in eo quod recens illud in Chriſto teſtamentum, nouum appellauit, illud prius ac vetus antiquauit: ſic enim beatus Paulus ſcribit: item in hoc loco in eo quod dixit, mundum ab omni gente ſacrificium ſuis temporibus futurum, de illo veteri, quod non eiuſmodi ſit, ſententiam tulit. Quomodo enim illud

μένως καὶ ἐφεξῆς· Εἰ ἀνηγγέλη σοι, φησίν, ἄνθρωπε, τί τὸ καλόν· ἢ τί Κύριος ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ᾽ ἢ τοῦ ποιεῖν κρίμα καὶ ἀγαπᾶν ἔλεος; καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῦ πορεύεσθαι μετὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου; Ἆρ᾽ οὖν οὐχὶ τοῦτό ἐστιν ἐναργῶς, ὅπερ ἔφη Χριστός, εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. καὶ πάλιν, ὁ ἐμὲ ἀγαπῶν, ἐμοὶ ἀκολουθείτω, καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγώ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται. Οὐκ ἐν νομικῇ μὲν λατρείᾳ τῇ κατὰ Χριστόν, ἀλλὰ ἁγίᾳ τε καὶ πνευματικῇ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθότατα ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ διὰ μὲν τῆς Ἠσαΐου φωνῆς, θερμότερον ἐπιπλήττει τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ λέγων· Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον Θεοῦ λαὸς Γομόῤῥων. τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ τράγων, οὐ βούλομαι. οὐδ᾽ ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι, τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον. θυμίαμα βδέλυγμά μοι ἐστί, τὰς νουμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. νηστείαν καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου. ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν. Διά τε τοῦ προφήτου Μαλαχίου, ταυτὸ λέγει ἔτι πρὸς λίαν ἀπηχθημένους. Διαμέμνηται δὲ καιρῶν, καθ᾽ οὓς ἂν αὐτῷ προσοίσειαν οἱ διὰ πᾶσαν τὴν γῆν τῆς ἀναιμάκτου καὶ νοητῆς θυσίας τὴν ἀσύγκριτον εὐωδίαν. ἔφη γὰρ ὧδε πάλιν· Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά, διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. συνίης ὅτι θυμίαμά τε καὶ θυσίαν αὐτῷ καθαρὰν ἀπὸ παντὸς ἔθνους ἀνακομισθήσεσθαι φησίν. ὥσπερ δὲ τὴν νέαν ἡμῖν καὶ ἐν Χριστῷ διαθήκην, καινὴν ὀνομάσας, πεπαλαίωκε τὴν προτέραν. γράφει γὰρ ἡμῖν οὕτως καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὡς κἀνταῦθα, καθαρὰν εἰπὼν τὴν ἀπὸ παντὸς ἔθνους, θυσίαν ἐσομένην κατὰ καιρούς, τὴν μὴ οὕτως ἔχειν τῆς ἀρχαίας καταψηφίζεται. καθαρὰ γάρ τινα

τύπον, ἡ μήτε καθαίρουσα, μήτε μὴν ἔχουσα τὸ τελειοῦν δύνασθαι πρὸς ἀρετήν; Ταύτῃ τοί φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, ὡς ἡ μὲν οὐκ ἄμεμπτος, εἰσκεκωμίασθαι δὲ ἀναγκαίως τὰ διὰ Χριστοῦ, καὶ τὸν τῆς δευτέρας ἐκζητεῖσθαι τόπον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀβούλητος ἄρα παντελῶς ἡ ἐν σκιαῖς λατρεία παντοκράτορι Θεῷ; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Παντάπασι μὲν οὖν. πάρεστι δέ γε σαφῶς ἐπαΐειν λέγοντος τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς. Τάδε λέγει Κύριος· τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν συναγάγετε μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε κρέα. ὅτι οὐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν. ἀλλ' ἢ τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς λέγων, ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου. ὅσον μὲν γὰρ ἧκον εἴς γε τὸ ἀκριβὲς τοῦ νομοθέτου δοκοῦν, οὐδ' ἂν ὅλως ἐν ἀρχαῖς ὁ ἐν σκιαῖς ἔτι κατεχρησμῳδήθη νόμος, τῆς ἐν πνεύματι λατρείας σεσιγημένης. ἐπειδὴ δὲ ἦν τὸ χρῆμα φορτικόν, καὶ τὸ δύνασθαι πληροῦν τὸ τελείως ἀγαθόν, τοῖς τότε βάσιμον μὲν οὐχί, φαίην δ' ἂν ὅτι σκληρὸν καὶ οὐκ ἄτραχυ, νηπιοπρεπής εἶτά τις μελέτησις, τὴν τῆς ἀληθείας ἔχουσα μόρφωσιν, ὁ ἐν γράμμασι νόμος, οἰκονομικῶς ἐθεσπίζετο. πλὴν ἐδήλου σαφῶς ὁ τῶν νόμων ἡμῖν ὁριστής, ὅτι μὴ ἐκεῖνα μᾶλλον αὐτῷ θυμήρεστα, περιπόθητα δὲ τὰ διὰ Χριστοῦ. καὶ γοῦν ἔφη πάλιν, διὰ τοῦτο ἀπεθέρισα τοὺς προφήτας ὑμῶν, ἀπέκτεινα αὐτοὺς ἐν ῥήμασι στόματός μου, καὶ τὸ κρίμα μου ὡς φῶς ἐξελεύσεται. διότι ἔλεος θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ, ἢ ὁλοκαυτώματα. πολὺ γὰρ ἄμεινον παρὰ Θεῷ καὶ μόσχου πίπτοντος, καὶ προβάτου σφαγῆς, ἡ εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπη, εἰς τὸ τοῦ νόμου πλήρωμα, καὶ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ, δι' οὗπερ ἂν γένοιτο καὶ αὐτὸς ἡμῖν γνωστὸς ὁ πατήρ. προξενεῖν δὲ ὅτι τῆς αἰωνίου ζωῆς τὸ χρῆμά ἐστιν, οὐκ ἐνδοιάσει τις ἄν, Χριστοῦ λέγοντος πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα. αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. ἀψευδὴς δὲ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἡ ἀλήθεια, πῶς ἐστιν ἀμφιβαλεῖν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἥκιστά γε. ΚΥΡ. Ἀπολισθήσαντα δὲ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος τὸν Ἰσραήλ, ἐπείτοι τὴν πίστιν οὐ προσηκά-

A mundum ſit, quod neque mundat, neque ad perfectam virtutem nos ducere poteſt? Quocirca beatus Paulus inquit, vetus illud non vacaſſe culpa; itaque neceſſario illud ſucceſſiſſe, quod per Chriſtum ſancitum eſt; & ſecundi locum inquiſitum fuiſſe. PALLADIVS. Ergone prorſus præter omnipotentis Dei voluntatem cultus ille vmbratilis fuit? CYRILLVS. Omnino. Eſt autem in promptu, Deum audire apertiſſimè dicētem filiis Iſraël, per Hieremiæ vocem, [Hæc dicit Dominus, Holocauſta veſtra congregate cum ſacrificiis veſtris, & comedite carnes: quia non ſum locutus ad patres veſtros, neque mandaui eis in die, qua aſcendere eos feci de terra Ægypti, de holocauſtis, & ſacrificiis: ſed verbum hoc mandaui eis dicens, Audite vocem meam.] Quod enim ad præcipuam inſtitutoris voluntatem pertinet, ne à principio quidem vllo modo diuinis oraculis tradita fuiſſet illa adhuc in vmbris poſita lex, ſi de cultu ſpirituali ſilendum fuiſſet. Sed quia grauis erat ea res, & ad perfectæ virtutis abſolutionem illius temporis hominibus haud facilis patebat acceſſus; imò verò, mea quidem ſententia, durum id erat & aſperum; lex ſcripta velut puerilis quædam exercitatio, quæ formam veritatis haberet, ſapienti moderatione conſtituta eſt. Ceterum haud obſcure ſignificauit nobis ille legiſlator non eſſe illa ſibi gratiſſima, quin potius exoptatiſſima ſe habere, quæ poſtea per Chriſtum præcipiēda eſſent. Itaque dixit iterum, [Propter hoc demeſſui prophetas veſtros, occidi eos in verbis oris mei, & iudiciū meum quaſi lux egredietur; quia miſericordiam volo, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei magis, quàm holocauſtum:] Deo quippe & cadente vitulo, & oue cæſa gratior eſt illa in fratres dilectio, qua lex impletur, & illa eminens ſcientia Chriſti, per quam ipſe quoque Pater à nobis cognoſcitur. Conciliari verò nobis hac re vitam æternam, nemo dubitauerit, Chriſto ad Patrem, qui in cælis eſt, dicente, [Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.] Mētiri autem vſquam aliquo pacto Veritatem, quomodo ambigi poteſt? PALLAD. Minimè verò. CYRILL. Sed poſteaquam Iſraël ab eius eſt coniunctione dilapſus; quippe quidem reſpuens, non

Hier. 7.

Oſee 6.

Ioan. 17.

cognouit Deum, apertiſſime teſtatur, non alia ratione fore, vt ad antiquam illam dignitatem redeat, niſi per Chriſtum ſolum, abiectis illis legalibus inſtitutis. Itaque ſcriptum eſt, [Quia diebus multis ſedebunt filii Iſraël ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine ſacerdotio, ſine manifeſtationibus: & poſt hæc reuertentur filii Iſraël, & quærent dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & ſtupebunt in Domino, & in bonis eius in nouiſſimo die.] Cùm enim plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſraël ſaluabitur; ſed in Chriſto tamen, qui appellatus eſt Dauid, quod ex ſemine ſit & tribu Dauid. Eſſe item ipſa quoque ex lege ſacrificia tollenda, confirmat per Ioelem dicens, [Accingimini & plangite ſacerdotes, lamentamini qui miniſtratis altari Domini, ingredimini, dormite in ſaccis miniſtrantes Deo; quia defecit de domo Dei veſtri ſacrificium & libatio.] Et iterum per eundem Prophetam, [Sublatum eſt ſacrificium & libatio de domo Domini; lugete ſacerdotes, miniſtri Domini.] Ad hæc ipſum quoque tabernaculum fore vt è medio tolleretur, pollicitus eſt his verbis, [Et erit, ſi multiplicati fueritis, & creueritis ſuper terram, dicit Dominus, in diebus illis, non dicent vltra, Arca teſtamenti ſancti Iſraël non aſcendet in cor, neque nominabitur, neque viſitabitur, neque fiet vltra.] Sublato namque penitus typico cruentoque ſacrificio, neceſſarium, prope dixerim, fuit, etiam ipſum tolli de medio tabernaculum; quippe cùm verius illud ex aduerſo excitatum eſſet, id eſt, Eccleſia, de qua ipſe idem Chriſtus ait. [Hic habitabo, quoniam elegi eam.] Iam verò cultum illum immutandum fuiſſe, & in meliorem formam transferendum, in eum inquam cultum, qui in Chriſto exhibetur, ac nouus eſt, perſpicuum fiet iis verbis, quæ de Deo ſcripſit Malachias, [Et purgabit filios Leui, & fundet eos velut aurum & velut argentum: & erunt Domino offerentes ſacrificium in iuſtitia, & placebit Deo ſacrificium Iuda, & Hieruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni priores.] Intelligis igitur, quemadmodum veluti nouam propemodum recuſionem ac reformationem ſacerdotii ſimul atque ſacrificiorum futuram dicit? PALLAD. Intelligo. CYRILL.

Oſee 3. — Ioel. 1. — Hier. 3. — Pſal. 131. — Malach. 3.

A μένος, οὐκ ἔγνω Θεόν, οὐχ ἑτέρως ἐπανήξειν εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς εὖ μάλα φησίν, πλὴν ὅτι διὰ μόνου Χριστοῦ, καταλήξαντα τὴν ἐθῶν τῶν κατὰ νόμον. γέγραπται δὲ αὖ. Διότι ἡμέρας πολλὰς καθίσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, οὐκ ὄντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δήλων. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ καὶ ἐπιζητήσουσι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν, καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, B καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτων τούτων τῶν ἡμερῶν. ὅταν γὰρ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται· πλὴν ἐν Χριστῷ. κατωνόμασται δὲ Δαβὶδ διὰ τὸ ἐκ σπέρματος εἶναι καὶ ἐκ φυλῆς τοῦ Δαβίδ. ἀναιρεθήσεσθαι δὲ καὶ αὐτὰς τὰς κατὰ νόμον θυσίας διεβεβαιοῦτο σαφῶς διὰ Ἰωήλ, λέγων· περιζώσασθε καὶ κόπτεσθε οἱ ἱερεῖς, θρηνεῖτε οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ, εἰσέλθετε, ὑπνώσατε ἐν σάκκοις λειτουργοῦντες Θεῷ. ὅτι ἀπέσχεν C ἐξ οἴκου Θεοῦ ὑμῶν θυσία καὶ σπονδή. καὶ πάλιν δι' αὐτοῦ τοῦ προφήτου. ἐξῆρται θυσία καὶ σπονδὴ ἐξ οἴκου Κυρίου· πενθεῖτε οἱ ἱερεῖς λειτουργοῦντες τῷ θυσιαστηρίῳ. καὶ πρός γε δὴ τούτοις, καὶ αὐτὴν ἐκ μέσου γενήσεσθαι τὴν σκηνὴν ὑπισχνεῖτο, λέγων· καὶ ἔσται, ἐὰν πληθυνθῆτε, καὶ αὐξηθῆτε ἐπὶ τῆς γῆς, λέγει Κύριος, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἐροῦσιν ἔτι, κιβωτὸς διαθήκης Κυρίου ἁγίου Ἰσραήλ, οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ καρδίαν. οὐδὲ ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἐπισκεφθή- D σεται, καὶ οὐ ποιηθήσεται ἔτι. ἀνατετραμμένης γὰρ εἰς τὸ παντελὲς τῆς ἐν τύποις ἔτι καὶ δι' αἱμάτων θυσίας, ἀναγκαῖον πως ἦν, καὶ αὐτὴν ἐκ μέσου ποιεῖσθαι τὴν σκηνήν, ἅτε δὴ τῆς ἀληθεστέρας ἀντεγηγερμένης, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ ἧς καὶ αὐτὸς ἔφη Χριστός. ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν. καὶ ὅτι μεταχωρήσει καὶ μεταστήσεται πρὸς τὸ ἄμεινον τῆς λατρείας ὁ τρόπος, πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ καὶ νέαν, σαφὲς ἂν γένοιτο, γράφοντος ἡμῖν περὶ Θεοῦ τοῦ Μαλαχίου. καὶ καθαριεῖ E τοὺς υἱοὺς Λευΐ, καὶ χεεῖ ἐπ' αὐτοὺς ὥσπερ τὸ χρυσίον, καὶ ὡς τὸ ἀργύριον· καὶ ἔσονται τῷ Κυρίῳ προσάγοντες θυσίαν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἀρέσει τῷ Θεῷ ἡ θυσία Ἰούδα, καὶ Ἱερουσαλήμ, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος, καὶ καθὼς τὰ ἔτη τὰ ἔμπροσθεν. Συνίης δὴ οὖν, ὅτι μονονουχὶ μεταχάλκευσίν τινα καὶ ἀναπλασμὸν ἱερωσύνης τε ἅμα καὶ θυσιῶν ἔσεσθαι φησί. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

A Τὸ γάρ τοι, χεεῖ καὶ καθαριεῖ, καθάπερ ἐπὶ χρυσοῦ τε καὶ χρυσουργοῦ λελεγμένον, ἆρ' οὐχὶ πρὸς τοῦτο ἔννοιαν ἡμᾶς ἰέναι βούλεται; ΠΑΛΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛ. Ὅτι γὰρ ἔμελλε νοητῶς τοιοῦτόν τι κατορθοῦν, ἐνανθρωπήσας ὁ λόγος, πεπληροφόρηκεν εἰπὼν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. ὅτι ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε, ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν B εἰσόδου αὐτοῦ; ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων. καὶ καθιεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον, καὶ ὡς τὸ χρυσίον; Καινουργίας οὖν ἄρα καὶ ἀναπλασμὸν τῆς ἱερωσύνης ἔσεσθαι φησίν· καὶ τόν γε τῆς λειτουργίας τρόπον, οὐχ ἕτερόν τι παραδηλοῖ, πλὴν ὅτι, τὸ ἐν Χριστῷ μυστήριον. ἔφη πάλιν διὰ φωνῆς Ἰεζεκιὴλ περὶ τῶν ἱερᾶσθαι κεκληρωμένων. οὗτοι προσάξουσι πρός με τοῦ λειτουργεῖν μοι, καὶ στήσονται πρὸ προσώπου μου τοῦ προσφέρειν μοι C θυσίαν, στέαρ καὶ αἷμα, λέγει Κύριος ὁ Θεός. οὗτοι εἰσελεύσονται εἰς τὰ ἅγιά μου, καὶ οὗτοι προσελεύσονταί μοι πρὸς τὴν τράπεζάν μου, τοῦ λειτουργεῖν μοι· καὶ στέαρ καὶ αἷμα καὶ τὰς ἐπὶ τῇ τραπέζῃ λειτουργίας, ἆρ' οὐχὶ φαῖεν ἂν εἰκότως, τὸ Χριστοῦ μυστήριον; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀριδηλότατον δὲ καὶ αὐτὸν ἡμῖν τὸν καιρόν, καθ' ὃν ἡ πάντων ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἔσται μεταδρομὴ τῆς καινουργίας ὁ τρόπος, ἐποίει λέγων ὁ Θεός. Καὶ D ἔσται ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ὀγδόης καὶ ἐπέκεινα ποιήσουσιν οἱ ἱερεῖς ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν, καὶ τὰ τοῦ σωτηρίου ὑμῶν, καὶ προσδέξομαι ὑμᾶς, λέγει Κύριος. ἡμέραν δὲ τὴν ὀγδόην τὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως ὀνομάζει καιρόν. καθ' ὃν τὰ ὁλοκαυτώματα, τοῦτ' ἔστιν, ἡ τελεία καὶ ὁλοσχερὴς εἰς Θεὸν ἀφιέρωσις τῶν πεπιστευκότων, δεκτὴ τῷ Θεῷ, καὶ δωροφορία πνευματική. καὶ τοῦτο διδάσκει γράφων ὁ θεσπέσιος Παῦλος. δι' αὐτοῦ E οὖν ἀναφέρομεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ Θεῷ. τοῦτ' ἔστι, καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. καὶ πάλιν. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. καρποὶ γὰρ οἱ πρὸς ἡμῶν τῷ Θεῷ τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων, τίνες ἂν εἶεν ἕτεροι, πλὴν ὅτι

Hoc enim verbum, [fundet, & purgabit,] quaſi de auro atque aurifice dictum, nónne ad hanc nos intelligentiam ducit? PALLADIVS. Maximè verò. CYRILLVS. Atqui incarnatum verbum eiuſmodi quippiam effecturum eſſe, confirmauit Deus Pater, cùm dixit, [Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis, & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens, Et quis ſuſtinebit diem ingreſſus eius? aut quis ſubſiſtet in viſione eius? quia ipſe ingreditur quaſi ignis conflatorii, & quaſi herba lauantium, & ſedebit conflans & emundans ſicut argentum & aurum.] Innouationem ergo reformationemque ſacerdotii futuram dicit, atque ipſam certe colendi formam, non aliud quidpiam fore indicat, quàm præſens Chriſti myſterium. Rurſus per Ezechielem dixit de iis, qui electi erant, vt ſacerdotio fungerentur, [Iſti accedent ad me, vt miniſtrent mihi; & ſtabunt ante faciem meam, vt offerant mihi hoſtiam, adipem, & ſanguinem, dicit Dominus Deus; iſti ingredientur in ſancta mea, & iſti accedent ad menſam meam, vt miniſtrent.] Adipem porro & ſanguinem, & illa menſæ miniſteria non iure optimo dicemus eſſe illud Chriſti myſterium? PALLADIVS. Rectè dicis. CYRILLVS. Quin ipſum quoque tempus, quo rerum omnium in meliorem ſtatum recurſus, & ille innouationis modus eſſet futurus, perſpicuum nobis admodum fecit, cùm dixit Deus, [Et erit à die octaua, & vltra facient ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra, & quæ ſalutis veſtræ cauſſa offeruntur: & ſuſcipiam vos, dicit Dominus.] Diem octauum, Saluatoris noſtri reſurrectionis tempus appellat, quo holocauſta, id eſt perfecta integraque credentium conſecratio, Deo gratiſſima, ac ſpiritualia munera offeruntur, idque docet beatus Paulus, cùm ſcribit, [Per ipſum igitur offerimus hoſtiam laudis ſemper, Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius] Et iterum, [Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci; talibus enim hoſtiis promeretur Deus.] Fructus enim à nobis, qui in fide iuſtificati ſumus, quinam Deo offerri poſſunt alii, quàm

Malach. 3.
Ezech. 44.
Ezech. 43.
Hebr. 13.
Hebr. 13.

quàm eius glorificatio iugis atque perpetua? Hoſtia item puriſſima eſt, laudabilis vitæ odor eximius. PALLAD. Præclarè ſe habet oratio, veriſſimumque eſt, minimè per legem iuſtificari quempiam, ſed potius per fidem in Chriſtum, & euangelicam diſciplinam. Ceterùm velim expoſitionem hanc tuam exemplis item perſpicuis confirmari, atque ex ſacris literis mihi idem planum fieri. CYRILL. Venio igitur ipſe ad hanc partem, Palladi, libenter, quia ſic tibi videtur. Tu verò mihi viciſſim ſubtilem, & expolitum in vnaquaque contemplatione ſenſum exquiras velim: ac, ſi tibi minus rectè aut ſentire videbor, aut eloqui, prudenter corrigas & emendes apertè, fabrorum præſtantiſſimorum exemplo, qui, ſicubi opus, quod in manibus habent, à rationis artiſque præſcripto deflexerit, id artificioſè reconcinnãt, atque ad formam reuocant, quæ illis optima videatur. Initium verò in hac diſputatione ſumemus à ſacrorum interprete Moyſe, cuius hiſtoriam vbi curſim attigero, tum ſanè confirmare nitar atque oſtendere perſpicuè, nihil ad perfectum adduxiſſe legem, eamque non eſſe ad ſalutem ſatis, omniumque hominum tum redemptorem, tùm ſaluatorem eſſe Chriſtum. PALLAD. Atqui ſic habeto, non mediocrem te vtilitatem allaturum, ſi in hac quoque parte cũctationem viceris; quãuis enim difficillima ſint ea quæ aggrederis, difficilliméque ſpectari poſſit earum rerum, quas inquirimus, veritas; diues tamen eſt qui reuelat Deus. CYR. Rectè dicis; & me iam æque, ac ſagaciſſimi canes aſſolent, peruestigare abditos in profundo, obſcurioreſque ſenſus, tua ſuadet oratio. Igitur in deſerto Madianiticæ prouinciæ beato Moyſi greges ouium paſcenti, cùm ſub ipſis radicibus eſſet montis Horeb, noua quædam res, & miraculi plena, Deo facientem, onſtrata eſt [Apparuit enim illi, inquit, Angelus in flamma ignis de rubo, & vidit quod rubus arderet igni, & non combureretur. Dixit autem Moyſes, Vadam ac videbo viſionem hanc magnam, cur non comburatur rubus.] Eſt autem rubus non exculta arbor, ſed ſilueſtris ſpinæ ac ſtirpis montanæ genus, in qua miraculum illud horroris plenum edebatur, quod myſterii figuram aptiſſimè gerebat. Angelus quippe is erat, qui ignis ſpecie, totum vndique depaſcebatur,

Exod. 3.

δοξολογία μακρὰ καὶ διηνεκής; καὶ θῦμα τὸ καθαρώτατον τῆς ἀμωμήτου ζωῆς, ἡ ἀπαράβλητος εὐωδία. ΠΑΛ. Παγκάλως ἡμῖν ὁ λόγος ἔχει, καὶ ἀληθές. ὅτι δικαιοῦταί τις ἥκιστα μὲν ἐν νόμῳ, διὰ πίστεως δὲ μᾶλλον τῆς ἐν Χριστῷ, καὶ μυσταγωγίας εὐαγγελικῆς. ἐθέλοιμι δ' ἂν καὶ δι' ἐναργῶν ἡμῖν ἰέναι παραδειγμάτων τὴν ἀφήγησιν, καὶ ἐξ αὐτῶν τούτων μαθεῖν τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν, ὦ φιλότης, εἶμι μὲν ἐγὼ πρὸς τοῦτο ἑτοίμως, ἐπεί τοι δοκεῖ. σὺ δὲ δή μοι πάλιν τὸν ἀκριβῆ τε καὶ ἀπεξεσμένον ἐφ' ἑκάστῳ τῶν θεωρημάτων ἐξέταζε νοῦν. καὶ εἴ σοί τι δόξαιμι μὴ λίαν ὀρθῶς νοεῖν, ἢ λέγειν ἀσφαλῶς, ἐπανόρθου, καὶ μεθόρμιζε σοφῶς, τοὺς τῶν τεκτόνων ἀρίστους ἀπομιμούμενος, οἳ ἐπειδὰν ἐξήκοι τοῦ καθήκοντος λόγου τὸ ἐν χερσί, μεταρρυθμίζουσιν ἐντέχνως ἐπὶ τὸ ὡς ἄριστα ἔχειν δοκοῦν. ἀπαρχὴν δὲ ὥσπερ τινὰ τὴν εἴς γε ταυτὶ ποιησόμεθα λόγον, τὸν ἱεροφάντην Μωσέα, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας ἐπιδρομάδην ἁψάμενος, πληροφορεῖν εὖ μάλα πειράσομαι, καὶ καταδεῖξαι σοφῶς, τετελειωκότα μὲν τὸν νόμον οὐδέν, οὔτε μὴν ἀποχρῶντα πρὸς σωτηρίαν· λυτρωτὴν δὲ τῶν ὅλων καὶ σωτῆρα Χριστόν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐ μετρίαν ἴσθι τοι δώσεις τὴν ὄνησιν, ὄκνου κρείττονα σαυτόν, κἂν τούτῳ δείξεις. δυσέφικτα μὲν γὰρ τὰ ἐν χερσὶ λίαν, καὶ δυσκάτοπτος κομιδῇ τῶν ζητουμένων ἡ γνῶσις, πλούσιός γε μὴν ὁ ἐκκαλύπτων Θεός. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εὖ λέγεις, καὶ δή με κυσὶ ταῖς ἰχνευτικωτάταις ἐν ἴσῳ, κατ' ἴχνος ἰέναι λοιπὸν τῶν ἐν βάθει τε καὶ ἀφανεστέρων ἐννοιῶν, ὁ σὸς παραθήγει λόγος. Οὐκοῦν ἐν ἐρήμῳ ποτὲ τῇ χώρᾳ τῇ καλουμένῃ Μαδιὰμ, οἰῶν ἀγέλας διαποιμαίνοντι τῷ μακαρίῳ Μωσῇ πρὸς αὐταῖς ταῖς ὑπωρείαις ὄντι τοῦ ὄρους Χωρὴβ, χρῆμά τι ξένον καὶ οὐκ ἀθαύμαστον Θεοῦ πληρουντος ἐδείκνυτο. ὤφθη γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ἄγγελος ἐν πυρὸς φλογὶ ἐκ βάτου· καὶ ὁρᾷ ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρί, ὁ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο. Εἶπε δὲ Μωσῆς, παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα τοῦτο, ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος. Ξύλον δὲ οὐχὶ τῶν ἡμέρων ὁ βάτος, ἀγρίας δὲ μᾶλλον ἀκανθώδης εἶδος, καὶ ὀρεσιτρόφου ῥίζης, ἐφ' ᾗ τὸ φρικτὸν ἐπετελεῖτο θαῦμα, μυστηρίου τύπον εὖ μάλα πληροῦν. ἄγγελος γὰρ ἦν ὡς ἐν εἴδει πυρὸς ὅλον δι' ὅλου καταβοσκόμενος,

A αἴσθησιν δὲ τῷ ξύλῳ μηδεμίαν ἐνιθεὶς, τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας, ἐν ἴσῳ δὲ ὥσπερ εἰ καὶ μὴ παρῆν, μηδ' ὅσον εἰπεῖν θερμασίας που τάχα τῆς ὡς ἐκ πυρὸς τοῦ ξύλου μετεσχηκότος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τί οὖν τοῦτό γε; ΚΥΡΙΛ. Ξύλῳ γὰρ ὥσπερ ἀγρίῳ γεγονότι τῷ Ἰσραὴλ, καὶ καρποὺς ἡμέρους δικαιοσύνης οὐκ ἔχοντι· τοῖς γὰρ Αἰγυπτίων ἐνετρέφοντο νόμοις· ὁ δι' ἀγγέλων ἔμελλε δοθήσεσθαι νόμος, φωτίζειν μὲν ἱκανὸς, εἰ γοῦν νοοῖτο πνευματικῶς, καὶ τὸν εἰς νοῦν ἀποπέμψαι σκότον, ἐνέργεια γὰρ καὶ ἥδε πυρὸς, πλὴν τοῖς λαβοῦσιν ἀνόνητος, B καὶ οὔτι που πάντως δι' ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐπείτοι τὸ φῶς μὴ εἰς νοῦν ἐδέχοντο καὶ καρδίαν, οἱ πρὸς οὓς ὁ λόγος, ἔξωθεν δὲ ὥσπερ φωτισμοῦ δόκησιν τὸ γράμμα πλουτήσαντες, ὅπερ ἔχειν ἐνόμιζον, οὐκ εἶχον ἀληθῶς. τοιγάρτοι περὶ τὸν βάτον μὲν ὁρᾶσθαι τὸ πῦρ, μὴ μὴν ἔτι καὶ θερμασίας αἴσθησιν ἐνιέναι τῷ ξύλῳ, παραδηλοῖ τι τοιοῦτον ὥς γέ μοι δοκεῖ. ὅτι δὲ ἀνόνητον Ἰουδαίοις, τὸ ἐκ τοῦ νόμου γέγονε φῶς, σαφηνιεῖ λέγων αὐτὸς ὁ Σωτήρ. C ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν. καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα ζωὴν αἰώνιον ἔχητε, καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν, πρὸς τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, καὶ πρὸς πάντα δὲ τὸν λαόν· μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, ἐφ' ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. D εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου ῥήμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε; οἱ γὰρ ὅλως τὴν διὰ νόμου στοιχείωσιν ἀμαθέστατα διωθούμενοι, πῶς ἂν εἰσδέξαιντο διὰ Χριστοῦ, τοῦ τελείως ἀγαθοῦ, τὴν γνῶσιν εἰσφέροντα. καιόμενον μὲν βλέπων, καταφλεγόμενον δὲ οὐχὶ τὸν βάτον, ἀλλ' οὐδὲ εἴκοντα τῷ πυρὶ, κατατεθήπει λοιπὸν ὁ μακάριος Μωσῆς, τί ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος. καταπλαγείη γὰρ ἄν τις τῆς εἰσάπαν ἀναισθησίας τὸν Ἰσραὴλ, οἳ συλλήπτορά τε καὶ ἀρωγὸν τὸν παρὰ Θεοῦ δεξάμενοι E νόμον, καὶ τὸν δι' αὐτοῦ φωτισμὸν πλουτήσαντες. εἶτα λόγου μηδενὸς ἀξιοῦντες τὸ χρῆμα, μήτε μὴν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσοικισάμενοι τὸ δοθὲν, ἀνωφέλητοι μεμενήκασι. νεκρὸς γὰρ ὥσπερ, αὐτοῖς εἰκότως, καὶ ἀπεψυγμένος ὁ νοῦς. εἴποι δ' ἂν τις καὶ ἐπ' αὐτοῖς εἰκότως, τί ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος; ἢ γὰρ

A neque in ea tamē ſtirpe veſtigium ignis vllum imprimebat: ac non ſecus quàm ſi minimè is adeſſet, ne minimam quidē caloris partem ab igne arbor illa ſuſcipiebat. PALLAD. Quid igitur illud erat? CYRILL. Iſraëli nimirum tāquam ſilueſtri arbori, ac dulcis iuſtitiæ fructus nullos habenti, quòd in Ægyptiorum legibus aleretur, Angelorū adminiſtratione danda lex erat, quæ illuminandi vim quidē haberet, ſi ſpiritualiter intelligeretur, & mentis tenebras repellere B poſſet, (habet enim ignis natura, vt efficiat id quoque) ſed ea tamen accipientibus inutilis fuit, nulla ipſius culpa; verùm, quod ii, quibuſcum agebatur, minimè lumen illud in animum, atque in cor admitterent: nam extrinſecus cum literæ opibus veluti ſpecie quadam luminis abundarent, quod habere ſe putabant, reuera minimè habebant. Quod igitur circa rubum ignis videbatur quidem, neque tamen arbori illi ſenſum caloris inferebat, eiuſmodi mihi quippiam ſignificare videtur. Fuiſſe autem inutile C Iudæis illud ex lege lumen, declarat his verbis ipſe Saluator, [Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere; & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me, vt vitam æternam habeatis.] Et poſt pauca, rurſus Iudęorum magiſtros perſtringens, ac populum vniuerſum, [Nolite putare, inquit, quia ego accuſaturus ſum vos apud Patrem; eſt qui accuſat vos, Moyſes, in quo ſperaſtis: ſi enim crederetis Moyſi, crederetis for- D ſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit: ſi autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?] Qui enim penitus legis rudimenta ſtultiſſimè reiecerant, ii quanam ratione perfectæ virtutis cognitionem, Chriſto tradēte, perciperent? Cùm igitur ardere quidem rubum videret, minimè tamen comburi, atque adeo ne cedere quidem flammis, obſtupuit beatus Moyſes, quidnā eſſet, quòd non combureretur rubus. Nam ſummum Iſraëlis ſtuporem admirari li- E cet, qui, cùm fautricem adiutricemque à Deo legem accepiſſent, eiuſque legis illuſtratione ditati eſſent, rem tantā nullo loco habuerunt, neque donum hoc in mentis cordiſque domicilio collocauerunt; itaque nullam vtilitatem ex ea perceperunt: mortuus enim eſt apud illos, nimirum, atque exanimis ſcripturæ ſenſus: neque abſurdè de illis dici poteſt, quod minimè comburatur rubus;

a Ioan. 5.

alioqui nobiſcum eſſent ſpiritu feruentes. PAL. Optimè dictum. CYR. Videtur autem aliorum quoque ſenſuum, non ineptam intelligentiam hoc factum latenter oſtendere: Iſraëlitis enim, cum iam ex Ægyptiorum terra profecturi eſſent, ac paulo poſt abiecturi coactæ ſeruitutis iugum, cúmque ob eam cauſſam futurum eſſet, vt iras principis commouerent, in cuius adhuc ditione erant, prodigii loco oſtendit Deus illud, quod agebatur in rubo, quo portenderetur illos vel igne ipſo longè ſuperiores futuros, neque ab iis expugnandos, qui inferre poſſent iniuriam, iuxta illud, opinor, quod diuinitus dictum eſt,

Eſai. 43. [Ne timeas, quoniam tecum ſum: flamma non exuret te, flumina non cooperient te. PAL. Ingenioſa expoſitio. CYR. Itaque Moyſes hoc ſpectaculo attonitus, videndi ſtudio propius accurrit:

Exod. 3. [vt autem vidit Dominus, inquit, quod propinquaret ad videndum, vocauit eum de rubo dicens, Moyſes, Moyſes: ille autem reſpondit, Quid eſt? at ille dixit, Ne appropies huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis; locus enim, in quo tu ſtas, terra ſancta eſt] Legis porro figuram beatus Moyſes tenebat;

Luc. 16. [Moyſen quippe habent, ac Prophetas,] ait in Euangelicis oraculis ille beatus Abraham. An tibi hoc dictum improbabile videtur? PALLAD. Minimè verò: legis enim perſonam ſuſtinet Moyſes. CYR. Vocatus eſt igitur Iſraël, & ille grex qui ſecundum legem viuebat, & ſub lege erat.

Exod. 5. [Dominus enim, inquit, Deus Hebræorem vocauit nos:] atque vocati Deo audiens fuit quidē, ſicut & Moyſes:

Exod. 24. [omnia enim, inquiunt, quęcunque dixerit Deus, faciemus. & audiemus.] Sed, quia legalis obedientiæ non ea vis erat, vt ad purgandum ſatis eſſet;

Hebr. 10. [impoſſibile eſt enim ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata:] ideo cohibetur Moyſes, ne accedat ad Deū: [ne appropies, inquit, huc:] legis enim viribus egregia virtus adiri non poteſt: neque illa ex Moyſi lege viuendi ratio eam facultatem habebat quæ ſatis admodū eſſet, vt homines ad Deum perducere poſſet. Chriſtꝰ enim nos illi exhibet per ſanctificationem: ſāctos quippe eſſe decet eos, qui Deo ſancto iungendi ſunt;

Leuit. [illegible] [ſancti enim eritis, inquit, quoniam ego ſanctus ſum.] Quòd autem illa ſecundū legem viuēdi forma, non omnino aliena eſſet à culpa, mox edocuit, cùm dixit, [Solue calceamentum de pedibus tuis:

A ἂν ἐζηλοῦντο μεθ' ἡμῶν τῷ πνεύματι ζέοντες. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔοικε δὲ καὶ ἑτέρων ἡμῖν ἐννοιῶν οὐκ ἀμαθῆ θεωρίαν ὑποφαίνειν τὸ χρῆμα. μέλλουσι γὰρ ἤδη τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ γῆς τῆς Αἰγυπτίων ἀπαίρειν, καὶ εἰς οὐδέπω τὸν τῆς ἀνεθελήτου θητείας ἀποσείεσθαι ζυγόν, διά τοι τοῦτο ταῖς τοῦ κρατοῦντος ἔτι προσκρούειν ὀργαῖς, σημεῖον ἐδίδου Θεὸς, τὸ ἐπὶ

B τῆς βάτου δρώμενον. ὅτι καὶ αὐτοῦ πυρὸς ἀμείνους ἔσονται πολὺ, καὶ τοῖς ἀδικεῖν ἰσχύουσιν, οὐχ ἁλώσιμοι, κατά γε τὸ εἰμαι θεοπρεπῶς εἰρημένον· μὴ φοβοῦ, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμί. φλὸξ οὐ κατακαύσει σε, ποταμοὶ οὐ συγκλείσουσί σε. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὐφυὴς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἐπιθήπτει μὲν ὧδε τὸ ὅραμα Μωσῆς. καὶ δὴ καὶ προσίεται τὸ ἀγχοῦ γενέσθαι ποθῶν. ὡς δὲ εἶδε, φησὶ, Κύριος ὅτι προσάγει ἰδεῖν,

C ἐκάλεσεν αὐτὸν ἐκ τῆς βάτου, λέγων, Μωσῆ, Μωσῆ. ὁ δὲ εἶπε, τί ἐστι; μὴ ἐγγίσῃς ὧδε, λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου, ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. νόμου δὲ τύπος ἡμῖν ὁ μακάριος ἔσται Μωσῆς. Μωσέα γὰρ ἔχουσι καὶ τοὺς προφήτας, ἐν Εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασί φησιν ὁ μακάριος Ἀβραάμ. μή πως ἀπίθανόν σοι τὸ ῥῆμα δοκεῖ; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐ μὲν οὖν· νόμου γὰρ πρόσωπον ὁ Μωσῆς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Κέκληται τοίνυν

D ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ἡ κατὰ νόμον καὶ ὑπὸ νόμον ἀγέλη. Κύριος γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων προσκέκληται ἡμᾶς. καὶ ὑπήκουσε μὲν τῷ καλέσαντι Θεῷ, καθὰ καὶ ὁ Μωσῆς. πάντα γὰρ ὅσα εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς, ποιήσομεν, καὶ ἀκουσόμεθα. ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς κατὰ νόμον ὑποταγῆς ἡ δύναμις οὐχ ἱκανὴ πρὸς κάθαρσιν, ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ὑφαιρεῖν ἁμαρτίας, εἴργεται Μωσῆς πλησιάζειν Θεῷ. μὴ ἐγγίσῃς γὰρ ὧδε, φησίν. ἀπρόσιτον γὰρ διὰ νόμου

E τὸ ἀγαθὸν, καὶ τῆς κατὰ Μωσέα πολιτείας ἡ δύναμις οὐχ ἱκανὴ λίαν εἴς γε τὸ ἀποκομίζειν δύνασθαι τῷ Θεῷ. παρίστησι δὲ αὐτῷ δι' ἁγιασμοῦ Χριστός. ἁγίους γὰρ εἶναι πρέπει τοὺς τῷ ἁγίῳ Θεῷ κολλᾶσθαι σπουδάζοντας. ἅγιοι γὰρ ἔσεσθε, φησὶν, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. ὅτι δὲ τῆς κατὰ νόμον πολιτείας ὁ τρόπος οὐκ ἀμώμητος παντελῶς, εὐθὺς ἐδίδαξεν, εἰπών. λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου

A ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστίν. ἀπολύειν γὰρ τὸ ὑπόδημα προστέταχε τοῦ ποδὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα, οὔπω καθαρὸν, οὐδὲ τῆς ἀπὸ φθορᾶς καὶ νεκρότητος ἐργασίας ἀπηλλαγμένην, τῆς κατὰ νόμον ζωῆς τὴν πορείαν ἀποδεικνύς, ἀπὸ δὲ τῆς παρ' Ἕλλησι συνηθείας ὁ θεῖος ἡμῖν ἐπαιδεύετο Μωσῆς, ὅτι μὴ θέμις ἐγγίζειν Θεῷ, τὸν ἐν λειψάνοις ὄντα νεκρότητος καὶ φθορᾶς. οὐ γὰρ ἐφοίτων ἐν ἱεροῖς τὰ ἐκ τεθνεώτων ζώων ὑποδήματα τοῖς ποσὶν ἐνδεδυμένοι. B μολυσμοῦ δὲ τρόπος τοῖς ἐκείνων νόμοις τὸ χρῆμα ἐγράφετο. νεκρότητος δὲ καὶ φθορᾶς καὶ τῆς εἰς τοῦτο ἡκόντων ἀκαθαρσίας ἀπέλυσεν ἡμᾶς οὐχ ὁ νόμος, ὦ τᾶν, οὐδὲ πορεία ζωῆς τῆς κατὰ τὸ γράμμα τὸ Μωσαϊκὸν, πίστις δὲ μᾶλλον ἡ ἐν Χριστῷ, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἡ τελεωτάτη κάθαρσις. ἢ οὐκ ἀληθὲς, ὅ φημι; ΠΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ. ΚΥΡΙΛ. Ἀπολυσαμένῳ δὲ τὸ ὑπόδημα τοῦ ποδὸς, προσθέοντί γέ τοι λοιπὸν, καὶ ἄγχου γεγονότι, προσεφώνει Θεός. ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τοῦ πατρός σου, Θεὸς Ἀβραὰμ, C καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ, ἀπέστρεψε δὲ Μωσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, φησίν, ηὐλαβεῖτο γὰρ κατεμβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. ἀποθέμενοι γὰρ φρόνημα τὸ νεκρὸν, καὶ οἱονεὶ καθαρῷ τινι καὶ ἐλευθέρῳ ποδὶ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας διαστείχοντες τὴν ὁδὸν, ἐσόμεθα μὲν ἄγχου τοῦ Θεοῦ, κατὰ σχέσιν δὲ δηλονότι τὴν πνευματικὴν, καὶ οὐχὶ κατά γε τὴν ἐν τόπῳ διάστασιν. τύποι γὰρ ἐκεῖνα καὶ σκιὰ τὰ Μωσέως, οὕτω τοι λοιπὸν τοὺς περὶ τῆς ἄνω μυσταγωγίας καταπλουτήσομεν λόγους, καὶ D τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἐν ἑαυτοῖς συλλέξομεν, ἑαυτὸν ἡμῖν ἐμφανίζοντος ἐν υἱῷ τοῦ πατρός. ὀψόμεθα γὰρ αὐτὸν, καὶ ἀσυγκρίτως ἄμεινον, ἢ ὁ πάλαι λαὸς, ὡς ἐν προσώπῳ Μωσέως. ὁ μὲν γὰρ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. ηὐλαβεῖτο γὰρ κατεμβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. δι' οὗ σημαίνεται τῶν ἐν νόμῳ παιδαγωγουμένων τὸ τῆς διανοίας ἀσθενὲς, οὐκ ἀναμενούσης τρόπον τινὰ πρὸς Θεὸν, οὔτε μὴν οἵας τε ἰδεῖν τὴν δόξαν αὐτοῦ, κατά γε τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμνούμενον· σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, ἢ γοῦν ἐκεῖνο, τὸ ἰδοὺ λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος· ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσι. E ἡμεῖς δὲ τοῖς περὶ τῆς ἀρρήτου φύσεως προσιέντες λόγοις, καθαροῖς καὶ πεφωτισμένοις ὄμμασιν, ἐν υἱῷ διαπρέπον τὸ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καταθεώμεθα κάλλος. καὶ οἰομένοις μὲν Ἰουδαίοις ὅτι τεθέανται τὸν πατέρα σοφῶς ἐλέγετο παρὰ Χριστοῦ.

locus enim, in quo tu ſtas, terra ſancta eſt.] Soluere namque calceamentum de pede iuſſit Moyſen illum ſacrorum inſtitutorum interpretem, oſtendéns nondum putum eſſe, neque omnino à corruptione, ac mortuorum operum qualitate liberum, vitæ illius, quæ ex lege ducebatur, inceſſum: in quo autem reliquiæ corruptionis, ac mortalitatis inſint, eum nefas eſſe ad Deum accedere, id à gentilium conſuetudine diuinus ille Moyſes didicerat; neque enim ii templa adibant, pedes induti calceis exanimatorum animantium pelle confectis; id enim eorum legibus inter immunditiæ genera recenſebatur. Atqui nos à mortalitate, atque corruptione, & ceteris, quæ ad hanc impuritatem pertinent, non lex, Palladi non vitæ cum legis Moſaicæ litera cõgruentis veſtigia liberauerunt; ſed fides in Chriſto, & euangelicæ vitæ perfectiſſima purgatio. Anne cenſes verum eſſe, quod dico? PALLAD. Quidni? CYRILL. Igitur calceis poſitis, accurrentem iam, ac propius accedentem allocutus eſt Deus, [Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Auertit autem Moyſes vultum, inquit, verebatur enim contra illum aſpicere.] Exanimi namque ſenſu depoſito, ac veluti mundo, liberóque pede per Chriſtianæ conuerſationis viam ambulantes appropinquabimus Deo, non locorum ſpatio, ſed affectione ſpirituali; etenim res Moyſi geſtæ figuræ erant & vmbræ. Ita demum ſummæ illius doctrinæ verba lucrabimur, & Dei ſcientiam in nobis ipſis colligemus, Patre nimirum oſtendente ſe nobis in Filio: videbimus enim illum, longe præſtantius quam antiquus ille populus, vt in Moyſi perſona vidit: is enim vultum auertit ſuum; verebatur enim aſpicere contra Dominũ. Quo facto ſignificatur mẽtis eorũ infirmitas, qui ſub diſciplina legis inſtituebantur, quæ quodammodo reſpicere Deum non poſſet, neque illius intueri gloriam, iuxta illud, quod in pſalmis canitur, [Obſcurentur oculi eorum, ne videant:] & illud, quod eſt apud Prophetã [Ecce populus ſtultus & excors: oculi ſunt eis, & non vident.] Nos verò, qui ad ineffabilis illius naturæ rationes puros, illuminatóſque mentis oculos adiicimus, conſpicuam illam in filio, Dei & Patris formam contemplamur: ac Iudæis quidem qui patrem ſe vidiſſe exiſtimarent, ſapienter eſt à Chriſto dictũ,

Exod. 3.

Pſal. 68.

Hiere. 5.

Ioan. 5. [Neque ſpeciem ipſius vidiſtis; neque vocem eius audiſtis;] ſed ſciſcitanti Philippo, ac rudius quidem, quàm par erat, ſed tamen diſcendi
Ioan. 14. ſtudio roganti ac dicenti; [Domine, oſtende nobis Patrem; & ſufficit nobis,] reſpondit Chriſtus, [Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſti me, Philippe. Qui vidit me, vidit & Patrem. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt?] Non eſſe autem admodum firmam ne aptam quidem ſatis ad Deum accuratè perſpiciendum, illam mandati legalis contemplationem atque diſciplinam, vt quæ in vmbra ſit & ænigmate, in illis quoque duabus Laban filiabus videre licet. Scriptum
Geneſ. 29. eſt enim, huic Laban duas fuiſſe filias; natu maiori Liæ, minori Racheli fuiſſe nomen. Sed Liam oculos infirmiores habuiſſe, Rachelem præſtanti forma, ac ſpecie ſane venuſta fuiſſe: itaque Iacob patriarcham, quamuis deditum amori Rachelis, duxiſſe tamen Liam, antequam venuſtiori iungeretur. Igitur, ſi figura ad veritatem transferatur, Chriſti myſterium perſpicies. Duæ ſunt enim vocatæ ad coniugium ſpirituale, illique iunctæ mulieres; ac prior illa natu maior per Moyſen, quæ perſonam Synagogæ Iudæorum ferebat, cui dictum eſt à Deo per voces Pro-
Hier. 22. phetarum, [Ecce non ſunt oculi tui, neque cor tuum pulchrum, niſi ad auaritiam, & ad iniquitates tuas, & ad cædem faciendam.] Secundo loco ducta eſt adoleſcens, ac venuſtior illa ex gentibus eccleſia, cui Da-
Pſalm. 44. uid dicebat, [Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, quia concupiuit Rex ſpeciem tuam.] Dictum eſt ei quodam loco, etiam illud, [Oculi tui ſicut columbæ.] Eſt autem ſpiritualis proculdubio, atque cæleſtis reuera illa Eccleſiæ pulchritu-
Ibid. do: ſcriptum eſt enim, [Omnis gloria filiæ regis Eſebon:] Hoc autē verbum, Eſebon, Hebræorum lingua, intrinſecus ſignificat; neque enim illa ſpecies, corporis oculis percipitur, ſed puræ mētis acie conſpicitur. Annon ita eſt? Pal. Maximè verò. Cyrill. Non ergo quiſquam per legis inſtitutionem, diuinam illam incorruptamque pulchritudinem perſpicit, ſed per Chriſtum potius, & eius diſciplinam. Pallad.

A οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε, οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε. φιλοπευστοῦντι δὲ τῷ Φιλίππῳ λίαν, καὶ παχύτερον μὲν ἢ ἐχρῆν, ἐκ φιλομαθίας δ' οὖν ὅμως ἐρομένῳ καὶ λέγοντι· Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· ἀπεκρίνατο Χριστός· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; ὅτι δὲ ἐστιν οὐκ ἀσθενὴς ἄγαν, οὔτε μὴν ἱκανὴ πρὸς Θεοῦ B κατάδειξιν ἀκριβῆ καὶ ἀμώμητον, ἡ διὰ τῆς κατὰ νόμον ἐντολῆς θεωρία τε καὶ παίδευσις, ὡς ἐν σκιᾷ καὶ αἰνίγματι, καὶ διὰ τῶν δυοῖν τοῦ Λάβαν ὀψόμεθα θυγατέρων. γέγραπται γὰρ ὅτι, τῷ δὲ Λάβαν ἦσαν δύο θυγατέρες, ὄνομα τῇ μείζονι, Λεία, καὶ ὄνομα τῇ ἑτέρᾳ Ῥαχήλ. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ Λείας ἀσθενεῖς, Ῥαχὴλ δὲ ἦν καλὴ τῷ εἴδει καὶ ὡραία τῇ ὄψει σφόδρα. καὶ προσέκειτο μὲν τῇ Ῥαχὴλ ὁ πατριάρχης Ἰακώβ, ἠγάγετο δὲ πρὸ αὐτῆς τὴν Λείαν. μεταχωροῦσι δὴ οὖν C εἰς τὸ ἀληθὲς τοῦ τύπου, τὸ Χριστοῦ κατόψει μυστήριον· δύο γάρ εἰσιν αἱ πρὸς οἰκειότητα κεκλημέναι τὴν πνευματικὴν, ἡρμοσμέναι τε αὐτῷ γυναῖκες. πρεσβυτέρα μὲν, ἡ πρώτη, καὶ διὰ Μωσέως ὡς ἐν προσώπῳ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, πρὸς ἣν εἴρηται παρὰ Θεοῦ διὰ φωνῆς προφητῶν. ἰδοὺ οὐκ εἰσὶν οἱ ὀφθαλμοί σου, οὐδὲ ἡ καρδία σου καλὴ, ἀλλ' ἢ εἰς τὴν πλεονεξίαν σου καὶ εἰς τὰ ἀδικήματά σου, καὶ εἰς φόνον τοῦ ποιεῖν. Δευτέρα δὲ ἦν ἡ νεᾶ- D νις καὶ εὐπρεπεστέρα, τοῦτ' ἔστιν, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, πρὸς ἣν ὁ θεῖος ἔφη Δαβίδ· ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· ὅτι ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. εἴρηται δέ που πρὸς αὐτὴν καὶ τὸ, οἱ ὀφθαλμοί σου περιστεραί· νοητὸν δὲ δή που καὶ ὑπερκόσμιον ἀληθῶς τῆς ἐκκλησίας τὸ κάλλος. γέγραπται γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως, Ἐσεβών· τὸ δὲ Ἐσεβὼν, ἔσω- E θέν ἐστιν Ἑβραίων φωνῇ. σώματος μὲν γὰρ ὀφθαλμοῖς οὐχ ἁλώσιμον, καθαροῦ δὲ νοῦ προσβολαῖς, εὐκατάληπτον. ἢ οὐχ ὧδε ἔχει; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν οὐ διὰ τῆς κατὰ νόμον παιδαγωγίας κατίδοι τις ἂν τὸ θεῖόν τε καὶ ἀκήρατον κάλλος, ἐν Χριστῷ δὲ μᾶλλον καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ παιδεύμασιν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ.

A Ἀληθές. ΚΥΡ. Ἱκανὸς δὲ πρὸς λύτρωσιν, ὦ Παλλάδιε, καὶ πρός γε τὸ δυνάσθαι χειρός τε καὶ τυραννίδος ἐξελέσθαι διαβολικῆς, οὐχὶ Μωσῆς, ἢ νόμος, ἀλλ᾽ ὁ Μωσέως δεσπότης, τουτέστι Χριστός, καὶ μυστηρίου τοῦ κατ᾽ αὐτὸν ἡ δύναμις. Καὶ γοῦν Θεοῦ λέγοντος, ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τῆς κραυγῆς αὐτῶν ἀκήκοα ἀπὸ τῶν ἐργοδιωκτῶν. οἶδα γὰρ ὀδύνην αὐτῶν, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐκ χειρὸς τῶν Αἰγυπτίων, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης εἰς γῆν ἀγαθὴν καὶ πολλήν, εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα B καὶ μέλι. Καὶ προστιθέντος εὐθύς, καὶ νῦν ἰδοὺ ἡ κραυγὴ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, ἥκει πρός με. κἀγὼ ἑώρακα τὸν θλιμμόν, ὃν οἱ Αἰγύπτιοι θλίβουσιν αὐτούς. καὶ νῦν, δεῦρο ἀποστελῶ σε πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου, καὶ ἐξάξεις τὸν λαόν μου, τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Σαφῶς δὲ καὶ διαῤῥήδην ἀνεκέκραγε Μωσῆς· τίς εἰμι ἐγώ, ὅτι πορεύσομαι πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου, καὶ ὅτι ἐξάξω τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου; ἆρ᾽ οὖν οὐκ ἐναργὴς ὁ τύπος, καὶ ὁ τῆς C παραιτήσεως τρόπος οὐχὶ τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τὸν ἀσυγκρίτως ὑπέρτερον καὶ ὑπερκείμενον ἔχει, τουτέστι, Χριστόν; ὡς τό, τίς εἰμι ἐγὼ λέγειν ἀνάρμοστον, εὐπετὲς δὲ λίαν τὸ ἐξελέσθαι λαούς, καὶ σώζειν ἔθνη, καὶ ἀποκομίζειν εἰς ἐλευθερίαν; συντετριμμένου καὶ ἀτονήσαντος, τοῦ πρὸς δουλείαν συνέχοντος, τουτέστι, τοῦ Σατανᾶ; ΠΑΛ. Εὐπετέστατον· ἔφης γὰρ ὀρθῶς. ΚΥΡ. Τί δέ; οὐχὶ κἀντεῦθεν ἰδεῖν ἀπαλαίπωρον παντελῶς, ὅτι τῆς ἁπάντων σωτηρίας πρύτανις γέγονεν ὁ μονογε- D νής; δι᾽ αὐτοῦ γὰρ ἐκλελυτρώμεθα, καὶ φησὶν ὁ προφήτης· οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. ΠΑΛ. Πόθεν ἔφης; ΚΥΡ. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς Μωσῇ κεκέλευκεν ἐναργῶς, ἀοκνότατα μὲν ἰέναι πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, εἰπεῖν δὲ ἀναφανδὸν ὡς ἀρωγὸν καὶ συλλήπτορα τὸν πάντα ἰσχύοντα λαβόντες Θεόν, ἀποφορτιοῦνται μὲν εὐκόλως τὸ ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας τὸ δυσαχθές, οἴκαδε δέ γε μὴν ἀπαίρουσι πάλιν, καὶ εἰς τὴν τῶν πατέρων ἐλευθερίαν ἀναφοιτήσαντες, τὴν ἁγίαν E οἰκήσουσι γῆν. ἐκεῖ τε πλουσίως τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ δοθησομένοις ἐναπαλαίσουσιν ἀγαθοῖς· ἀπεκρίθη, φησίν, ὁ Μωσῆς καὶ εἶπεν· ἐὰν μὴ πιστεύσωσί μοι μηδὲ ἀκούσωσί μου τῆς φωνῆς, ἐροῦσι γὰρ ὅτι οὐκ ὦπταί σοι ὁ Θεός, τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς; εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος. τί τοῦτό ἐστι τὸ ἐν τῇ χειρί σου; ὁ δὲ εἶπε, ῥάβδος. Καὶ εἶπε, ῥίψον αὐτὴν

A Pal. Verum eſt. Cyr. Potens autem ad nos redimendos, eximendóſque de manu dominatuque Diaboli fuit, nō Moyſes, aut lex, ſed dominus Moyſi, Chriſtus inquam, eiúſque vis ſacramenti. Certè cùm Deus diceret [Vidēs vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto, & clamorē eorū audiui propter exactores operum: ſcio enim dolorem eorum, & deſcendi vt liberem eos ex manu Ægyptiorū. & educam eos ex terra illa, & inducam illos in terram bonā & multā, in terram manantē mel & lac:] cumque iis verbis cōtinuo addidiſſet, [Et nūc ecce clamor filiorū Iſraël venit ad me; & ego vidi afflictionē, qua Ægyptii opprimunt eos: & nunc veni, mittam te ad Pharaonem regem Ægypti, & educes populum meum, filios Iſraël ex terra Ægypti:] apertè ac palam reclamauit Moyſes, [Quis ſum ego, vt vadam ad Pharaonē regē Ægypti, & vt educam filios Iſraël ex terra Ægypti?] Num igitur parum eſt euidēs hæc figura? & hic recuſandi modus nonne ad eum refertur, qui infinitis partibus ſuperior eſt atque præſtantior, id eſt, ad Chriſtū? alioqui hoc ipſum dicere, Quis ſum? ineptū ſanè eſſet. Atqui facile admodū fuiſſet, populos eripere, ac ſalutē gētibus parere, ad libertatemque reuocare, ſi eius vires, qui illos in ſeruitute conſtrictos tenebat, Satanæ, inquam, attritæ atque eneruatæ fuiſſent. Pal. Profectò facillimum: rectè enim dicis. Cyr. Quid? nónne hinc quoque prorſus facile eſt videre, omniū hominū ſalutis auctorem fuiſſe vnigenitum Dei filium? ipſius enim ope redempti ſumus, atque, vt ait Propheta, [Non legatus, non Angelus, ſed ipſe Dominus ſaluauit nos.] Palladius. Vndenā quæſo? Cyrillus. Deus enim vniuerſorum præcepit Moyſi diſertis verbis, vt ſine cunctatione pergeret ad filios Iſraël, iiſque palam diceret, quòd adiutorem atque patronum haberent Deū, qui omnia poteſt, eum facillimè ſeruitutis Ægyptiæ moleſtiam leuaturum; illos item domum denuo redituros; &, vbi ad patrum ſuorū libertatem redierint, fore vt terram ſanctam incolerēt; ibique copiis ac bonis, quæ ipſe ſuppeditaturus eſſet, largiſſimè fruerentur. Reſpondit autem, inquit, Moyſes, ac dixit, [Si non crediderint mihi, neque audierint vocem meam; dicent enim, quòd non apparuit tibi Deus, quid dicam ad eos? Dixit autem ei Dominus, Quid illud eſt quod habes in manu? ille autem dixit,

Exod. 3.

Eſai. 63.

Exod. 4.

Virga: & dixit, Proiice eam in terrã: Et proiecit eã in terrã, & facta eſt coluber; & fugit Moyſes ab eo. Et dixit Dominus ad Moyſen, Extende manum tuam, & apprehende caudam: extendens igitur manũ apprehendit caudam, & facta eſt virga in manu eius. PAL. Inſuetum ſanè, nouumque miraculum, Cyrille: quid autem ſignificare velit, diſſere, ſi placet à capite. CYRILLVS. Equidem diſſeram. Cùm per multa tempora inter Ægyptios verſati eſſent Iſraëlitæ, & nullum eſſet peccati genus, in quod lapſi non eſſent, cúmque voluptatibus illi regioni propriis oblectarentur, non ignorabat Moyſes, ſegniores ea de cauſſa factos eſſe, atque eiuſmodi, vt ægrè ad componẽdos mores traduci poſſent: fore autem ſapienter putabat, vt operum labor compelleret ad obſequendum vel inuitos. ſi ipſum admirabilia quædam opera efficere viderent; eſt enim voluptas infixum penitus malum, & vitiorum noſtrorum feritas difficilè mãſueſcit: at, ſi ſudor deprimat, ac labores impoſiti ſint, tùm vero is, qui ſe liberaturum ab iis incommodis pollicetur, facile perſuaſerit, ipſas quoque ſummas voluptates cõtemnere. Quinetiam puto Deum, qui bonorum omnium ſcientiam tenet, ſapientiſſimo conſilio Iſraëlitis eo potiſſimùm tempore moleſtam, ac non ferendam Ægyptiorum hominum ſæuitiam immiſiſſe vt faciles eſſent ad fugam; neque conſuetudine voluptatum illecti, pertinaces ac difficiles admodum fierent, atque illius, qui ad libertatem vocaret, gratiã parui pendentes, Ægypti ſeruitutem ſponte ac libenter amplexarentur, cùm illam præſentis temporis oblectationem exiguis nonnumquam laboribus anteferrent, imò vero etiam ipſis Dei beneficiis exoptatiorem exiſtimarent. Itaque licet iam libentiſſime ex illa iniquitate veterum dominorum emerſiſſent, & in eremo fixis tentoriis morarẽtur, & ſuperno cœliſuſque dato cibo veſcerentur, manna inquam illo, quod copioſe præbebatur, illam tamen in Ægypto voluptatem non ſine lacrymis commemorant, ſcilicet querentes multò ſibi melius fuiſſe, ſi tum eſſent mortui, cùm in Ægypti menſis luxuriarentur. Itaque ſumma contentione more puerorum vociferabantur, [Vtinam mortui eſſemus percuſſi à Domino in Ægypto, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate.] PALLAD.

Exod. 16.

A ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ ἔρριψεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐγένετο ὄφις· καὶ ἔφυγε Μωσῆς ἀπ᾽ αὐτοῦ. καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωσῆν, ἔκτεινε τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς κέρκου. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο τῆς κέρκου, καὶ ἐγένετο ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὡς ἐξαίσιον μὲν τὸ θαῦμα, ὦ τᾶν. τὸ δὲ τί ἂν βούλοιτο καταδηλοῦν, φράζε δὴ πάλιν αὖθις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐγὼ φράσω· μακροῖς Αἰγυπτίοις συνδιαι- B τώμενοι χρόνοις οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς πᾶν εἶδος ἁμαρτίας ὠλισθηκότες, καὶ τρυφαῖς ἡδόμενοι ταῖς ἐπιχωρίοις, βραδεῖς μὲν ὅτι καὶ δυσμετακόμιστοι λίαν ἔσονται πρὸς εὐκοσμίαν, οὐκ ἠγνόησεν ὁ Μωσῆς· συνωθήσει δὲ ὅτι πρὸς εὐπείθειαν τῶν ἔργων ὁ πόνος, οὐχ ἑκόντας αὐτοὺς, εἰ θαυματουργοῦντα θεάσαιντο, σοφῶς ὑπελάμβανε. χρῆμα μὲν γάρ ἀληθῶς δυσεξίτητον ἡδονὴ, καὶ παθῶν ἀγριότης τῶν ἐν ἡμῖν οὐκ εὐχερῶς τιθασσεύεται. ἱδρῶτος δὲ C καταθλίβοντος καὶ πόνων ἐπηρτημένων, ἀναπείσειεν ἂν εὐκόλως καὶ τῶν ἡδίστων ὑπερφρονεῖν, ὁ ἀπαλλάττειν ὑπισχνούμενος· οἶμαι δὲ ὅτι καὶ ὁ παντὸς ἀγαθοῦ τὴν εἴδησιν ἔχων Θεὸς, δύσοιστόν τε καὶ δυσαλγῆ, τότε δὴ μάλιστα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἐπηφίει πλεονεξίαν οἰκονομικώτατά τε λίαν, ὡς ἂν εἶεν εὔκολοι πρὸς ἀποδρομὴν, καὶ μὴ ταῖς συντρόφοις ἡδοναῖς ἐνδιδόμενοι, σκληροί τε γένοιντο καὶ δυσάγωγοι κομιδῆ, καὶ D τὴν τοῦ καλοῦντος εἰς ἐλευθερίαν ἀτιμάζοντες χάριν, ἐθελούσιοι ποιοῖντο τὴν ἐν Αἰγύπτῳ θητείαν, ὃ παραυτίκα τερπνὸν, ὀλίγων ἔσθ᾽ ὅτε προτάττοντες πόνων. μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐν ἀμείνοσι καταλογιζόμενοι τῶν παρὰ Θεοῦ. καὶ γοῦν ἀσμενέστατα τῆς τῶν πάλαι τετυραννηκότων πλεονεξίας ἐκδεδυκότες, αὐλιζόμενοί τε κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ τὰ ἄνωθέν τε καὶ ἐξ οὐρανοῦ σιτούμενοι, τὴν τοῦ μάννα χορηγίαν φημὶ, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τρυφῆς, οὐκ E ἀδακρυτὶ μνημονεύουσιν. ἐκτεθνειάναι μᾶλλον, ὡς ἦν δή που παρὰ πολὺ κρεῖττόν τε καὶ ἄμεινον αὐτοῖς, ταῖς ἐν Αἰγύπτῳ τραπέζαις ἐνσπαταλῶντας, ἔτι διατεινόμενοι, καὶ μειρακιωδῶς ἀνακεκραγότες· ὄφελον ἀπεθάνομεν πληγέντες ὑπὸ Κυρίου ἐν Αἰγύπτῳ, ὅταν ἐκαθίσαμεν ἐπὶ τῶν λεβήτων τῶν κρεῶν καὶ ἠσθίομεν ἄρτους εἰς πλησμονήν. ΠΑΛΛ.

A

Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ὡς ἀναγκαία τις ἔσοιτο πρὸς ἀπείθειαν αὐτοῖς, ἡ θαυματουργία, Μωσῆς ἠπίστατο. Λέγει γοῦν φησίν. ἐὰν μὴ εἰσακούσωσί μου, ἐροῦσι γάρ, ὅτι οὐκ ὦπταί σοι ὁ Θεός, τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς; ὁ δέ γε τῶν ὅλων Θεός, μελέτην ὥσπερ τινὰ ποιεῖσθαι τὸ θαῦμα παραχρῆμα διεκελεύετο. προαναπείθων, οἶμαι, τῇ πείρᾳ τὸν λειτουργόν, ὅτι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι καθάπερ αὐτῷ πρὸς ἔνδειξιν ἀκριβῆ τοῦ κεκλῆσθαι παρὰ Θεοῦ, διαρκὲς ἔσται τὸ δρώμενον, καὶ ἁρμόσαι γὰρ αὖ οὐχ ἑτέρῳ τὸ μεθιστᾶν δύνασθαι τῶν ὄντων τὰς φύσεις πρὸς ὅπερ ἂν ἕλοιτο τυχόν, πλὴν ὅτι καὶ μόνῳ τῷ πάντων δημιουργῷ, μηνύσοι δὲ ὥσπερ τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας αἰνιγματωδῶς τὸ παράδοξον αὖ μάλα σαφῶς. ὀψόμεθα γὰρ τῆς ἐν αὐτῷ ἀνθρωπείας φύσεως τὸν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀναπλασμόν, καὶ τὴν οἱονεὶ μεταμόρφωσιν, τὴν εἰς ὅπερ ἦμεν ἐν Ἀδάμ, ἀρτίως εἰς τὸ εἶναι παρενηνεγμένοι, δόξης τε οὔπω τῆς ἄνωθεν καὶ ἁγιασμοῦ ἡττώμενοι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πῶς ἔφης; ἀσυμφανὴς γὰρ ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἡ ῥάβδος ἤτοι τὸ σκῆπτρον ἡμῖν, οὐχὶ βασιλείας σύμβολον εἴη ἄν, ὦ Παλλάδιε; ΠΑΛΛ. Ναὶ μὲν οὖν, ἐπεί τοι καὶ ὅρκιον αὐτὸ πεποιῆσθαί φασι τῶν ἀρχαιοτέρων τινάς, οἱ τὰ Ἑλλήνων ὑμνεῖν εἰωθότες. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τί δαί; οὐχὶ παραδείσου φυτὸν εἶναι φής· καὶ πρεσβύτερον τῆς τομῆς, τὸ κήποις ἐκτεθηλέναι λαχεῖν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φημί. ΚΥΡ. Ἴθι δὴ οὖν ταῖς ἐννοίαις ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον ἐκεῖνον Ἀδάμ· καὶ ἐν αὐτῷ ὡς ἐν ἀρχῇ καὶ ῥίζῃ τοῦ γένους, ὅλην ὥσπερ ἐν ἑαυτῷ καταλογίζου τὴν ἀνθρωπότητα. καὶ πρός γε τούτῳ διανοοῦ, ὅτι πεποίητο μὲν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ἐτέτακτο δὲ ἄρχειν τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ ἦν ὥσπερ ἐν χειρὶ Θεοῦ, διὰ τῆς ἐν ἁγιασμῷ ζωῆς, καὶ μονονουχὶ παραδείσου φυτόν, εὐανθές τε καὶ εὐγενέστατον. ἐπειδὴ δὲ ταῖς τοῦ ὄφεως πικρίαις πεφενακισμένος, παρεκομίσθη τῶν ἐν ἀρχαῖς, καὶ τῆς θείας ἀλογήσας ἐντολῆς κατεφωρᾶτο λοιπόν, τότε δὴ τότε, θέσεώς τε καὶ ῥίζης τῆς πρώτης ἀποσπώμενος, τῆς τοῦ συνέχοντος εἰς ἁγιασμὸν ἀπώλισθε χειρός, καὶ καταπέπτωκεν εἰς γῆν, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ τῶν τῆς ἀρετῆς ὑψωμάτων, καὶ καταπεφοίτηκεν ἀσθενῶς εἰς τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ σαρκικά, ἄχεστον ἤδη που νοσήσας τὴν πονη-

Rectè dicis. CYRILL. Non erat igitur Moyſes ignarus, illam miraculorum perpetrationem neceſſariam fore, qua illorum animi ad faciliùs obtemperandum adducerentur: itaque ait, [Si non audierint me; dicẽt enim, Non apparuit tibi Deus; quid dicam ad eos?] Sed vniuerſorum Deus miraculum illud velut exercitationis cuiuſdam loco facere cõtinuo iuſſit, ea de cauſſa, niſi fallor, vt prius experimento ipſo probaret, ſuo cultori vt apud ſe, ſic apud omnes alios, Exod. 4.

B rem illam geſtam ſatis argumenti habituram, quo ſe à Deo vocatum fuiſſe certiſſime oſtenderetur; neque enim ad alterum quempiam, præterquam ad vnũ cunctarum rerum opificem pertinere, poſſe rerum naturam, in quam velit aliã, immutare. Simul etiam figurare rem illã admirabilem pro indicio eſſe voluit ſalutis illius, quæ per Chriſtum tribuenda nobis erat: in eo enim perſpiciemus quemadmodum humanæ naturæ quædam ſit in antiquum ſtatum facta refor-

C matio, ac veluti transfiguratio in eam conditionẽ, qua eramus in Adam, cum primum à Deo conditi fuimus; gloria ſuperna & ſanctitate nondum amiſſa. PALLAD. Quonam modo? obſcuriori enim es oratione vſus. CYR. Virga illa, Palladi, ſeu ſceptrum, nonne regni inſigne fuerit? PALLAD. Maximè; nam per illud iurare ſolitos eſſe veteres nonnullos, aiunt ii quibus Græcorum res geſtas laudibus tollere ſtudium fuit. CYRILL. Homer. Iliad. A.

D Quid deinde? nónne paradiſi ſtirpem eſſe fateris, quę, antequam cęderetur, in hortis pullulauerit? PALLAD. Fateor. CYRILLVS. Perge nunc, atque animum refer ad veterem illum Adam, in eoque tanquam initio ac radice generis noſtri, vniuerſam hominum conſidera naturam: adhæc illud quoque cogita, illum factum fuiſſe ad imaginem conditoris, atque perfectum, vt terrenis rebus imperaret, fuiſſeque in Dei manibus eo ipſo, quòd in ſanctitate vi-

E uebat, & quodammodo paradiſi germen florentiſſimum, ſimul & generoſiſſimum. Vbi verò ſerpentis felle deceptus ab antiquo ſtatu abductus eſt, & diuini mandati contemptor deprehenſus, tum verò à ſitu ac radice priore diuulſus, ex eius manu, à quo in ſanctitate continebatur lapſus eſt, & in terram, hoc eſt, ab illa virtutis ſublimitate decidit, & eo vſque reptauit imbecillus & languens, vt carnalia ſapere vellet, & iam ſumma nequitia laboraret, nec

meo iudicio aliquid à ſerpente diſtaret. A Ita regno & ea gloria, quam à principio tenuerat, ſpoliatus eſt, etiam è Paradiſo ac deliciis eiectus. An verò non id nobis beatus Moyſes dixit? PALLAD. Dixit ille quidem. CYRIL. Iam verò legiſlator, cùm ad eam nequitiam eum perductum videret, refugit quodammodo, & vitium, quòd in eo inerat, deteſtabatur; fugit namque ſerpẽte Moyſes abiecto: Sapient. 1. ſcriptum autẽ legimus, [Sanctus ſpiritus ſapientiæ fugiet dolum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ sũt ſine intellectu.] B neque enim conuenire vnquam inter ſe poſſunt ſanctificatio & immunditia, lux & tenebræ, iuſtitia & iniuſtitia. PAL. Ita eſt. CYR. Quòd igitur de manu Moyſi virga cecidit, fortaſſe illud ſignificet, hominem illum factum ad imaginem Dei, fuiſſe ab initio Paradiſi plãtam, & in illa regni gloria ac Dei manu poſitum; eundémq; lapſum in terram, quia maluerit carnalia ſapere: & propter ſummã acerbitatem, diuinitatis ipſius oculis inſtar ſerpentis fuiſſe. Sed præceptũ eſt Moyſi, C vt manum extẽderet, caudámque illius apprehenderet; quo facto, immutatus continuo eſt in priſtinam formam, ita vt nõ amplius ſerpẽs, ſed virga rurſus eſſet, & paradiſi germen. Vbi igitur placuit Deo ac patri omnia inſtaurare in Chriſto, atque id quod factum erat, in priorẽ ſtatum reformare, miſit è cælo nobis vnigenitum, manum, inquam, illã ſuam dextram, illam vniuerſorum opificẽ ac Pſalm. 117. vere ſalutarẽ, iuxta illud, [Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me.] Tunc itaque, tunc, inquam, iacentem humi naturam hominis appre- D hẽdit; cúmque nos ferali nequitia, peccatorumque veneno exuiſſet, per ſanctificationem ad honorem illum regium, & ad virtutis manſuetudinem reduxit; illúdque vetus domicilium credentibus in eo latrone, qui eorũ tanquam primitiæ quędam ac princeps fuit, & ſimul ſe- Luc. 23. cum eſt crucifixus, reſtituit. [Amen, Amen, inquiens, dico tibi, Hodie mecum eris in Paradiſo.] PAL. Optimè ſanè no- E bis ac rectiſſimè hæc diſputatio confecta eſt. Illud mihi tamen explices velim, quæ cauſſa fuerit, cur caudam potius apprehendi iuſſerit, quam caput, aut mediam corporis partem. CYRILL. Sic enim, Palladi, fieri æquum erat; nam hoc ipſum, caudam apprehendere, non media aut caput, myſterio conſentaneum erat. PALLAD. Quomodo tandem? CYRILL. Quia caput velut initium

A εἶναι, καὶ ὄφεως οἶμαι διενεγκὼν οὐδέν. ἀπογυμνοῦται δὲ οὕτω βασιλείας καὶ δόξης τῆς ἐν ἀρχαῖς, ἐξεπέμπετό τε παραδείσου καὶ τρυφῆς. ἢ γὰρ οὐχὶ ταυτὶ πρὸς ὑμᾶς ὁ θεῖος ἔφη Μωσῆς; ΠΑΛ. Ἔφη γὰρ οὖν. ΚΥΡ. Κατηγμένον δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο φαυλότητος ὁ νομοθέτης ὁρῶν, ἀπέδρα τρόπον τινά, καὶ τὴν ἔφοδον αὐτοῦ πονηρίας κατεμυσάττετο. πέφευγε γὰρ ὁ Μωσῆς, τὸν ὄφιν ἀφείς· γέγραπται δὲ ὅτι ἅγιον πνεῦμα σοφίας, φεύξεται δόλον, καὶ ἀναστήσεται ἀπὸ λο- B γισμῶν ἀσυνέτων. ἀσύμβατα γὰρ ἀλλήλοις ἁγιασμὸς καὶ ἀκαθαρσία, φῶς τε καὶ σκότος, δικαιοσύνη καὶ ἀδικία. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὸ δέ γε ἀποπεσεῖν χειρὸς τῆς Μωσέως τὴν ῥάβδον, κατασημαίνει ἄν, ὡς ἦν ἐν ἀρχαῖς ὁ κατ' εἰκόνα τὴν θείαν πεποιημένος παραδείσου φυτόν, καὶ ἐν δόξῃ βασιλείας, καὶ ἐν χειρὶ τοῦ δημιουργοῦ. κατώλισθε δὲ εἰς γῆν, διὰ τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ σαρκικά, καὶ διὰ τῆς εἰς ἄκρον ἡκούσης πι- C κρίας, ὄφις ἦν ὥσπερ τισὶ τοῖς τῆς θειότητος ὀφθαλμοῖς. ἀλλ' ἐκελεύετο Μωσῆς ἐκτεῖναι τὴν χεῖρα, καὶ ἐπιλαβέσθαι τῆς κέρκου· ἀνεπλάττετο δὲ πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς εὐθύς. καὶ ὄφις μὲν ἦν οὐκέτι, ῥάβδος δὲ πάλιν, καὶ παραδείσου φυτόν. ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, ἐν τῷ Χριστῷ· καὶ ἀνακτίσαι τὸ πεσὸν εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ἀπέστελλεν ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ τὸν μονογενῆ, τὴν χεῖρα τὴν δεξιάν, τὴν τῶν ὅλων ἐργάτιν καὶ σώτειραν ἀληθῶς, κατά γε τό· δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν, δε- D ξιὰ Κυρίου ὕψωσέ με. τότε δὴ τότε τῆς ἐν γῇ κειμένης ἀνθρωπότητος ἐπελάβετο, καὶ πικρίας ἡμᾶς ἀπαλλάξας θηριοτρεποῦς, τῆς ἐν φαυλότητί τε καὶ ἁμαρτίαις, ἀνεκόμισέ τε δι' ἁγιασμοῦ πρὸς βασιλίδα τιμήν, καὶ ἡμερότητα τὴν εἰς ἀρετήν. ἐνδιαίτημα δὲ τὸ ἀρχαῖον τοῖς πιστεύουσι δίδωσιν, ἐν ἀπαρχῇ καὶ πρώτῳ τῷ συνεσταυρωμένῳ ληστῇ· ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, E φησί, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. ΠΑΛ. Πεπέρανται μὲν ὡς ἄριστά γε ἡμῖν καὶ ὀρθῶς ὁ λόγος. πλὴν ἐκεῖνο φράσον, διὰ τί ὅτου τῆς κέρκου λαβέσθαι κελεύει, καὶ οὐχὶ τῆς κεφαλῆς, ἢ μέσου; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὧδε γάρ, ὦ φιλότης, ἐκπεραίνεσθαι ἐχρῆν. ἐπείτοι τὸ κέρκου λαβέσθαι, καὶ οὐχὶ μέσου ἢ κεφαλῆς, τῷ μυστηρίῳ χρήσιμον. ΠΑΛ. Τίνα τρόπον; ΚΥΡΙΛ. Ἀρχὴ μὲν γὰρ ὥσπερ πως τῆς ζωοῦ

κεφαλή, κέρκος δὲ πέρας. Φέρε δὴ οὖν ὡς ἕν τι ζῶον, τὸ σύμπαν ἡμῖν τῶν ἀνθρώπων γένος καταλογιζέσθω πρὸς τὸ παρόν. ἐπελάβετο τοίνυν τῆς κέρκου Χριστὸς, τοῦτ' ἔστι, τῶν ἐν ἐσχάτοις καὶ τελευταίων, καταπεφοίτηκε γὰρ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. ἀλλ' ὥσπερ εἰ καὶ τῆς κέρκου Μωσῆς ἐπελάβετο, καὶ μέχρις αὐτῆς ἀνέβη τῆς κεφαλῆς ὁ μεταπλασμός, μετεστοιχειοῦτο γὰρ ὁλοκλήρως εἰς ῥάβδον ὁ ὄφις· κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, κἂν εἰ τῶν ἐσχάτων ἀντελάβετο Χριστὸς, ἀλλ' εἰς πᾶν διήκει τὸ γένος, καὶ μέχρις αὐτῆς ἀφικνεῖται τῆς κεφαλῆς, τοῦτ' ἔστι, τοῦ Ἀδὰμ, ἡ διὰ χάριτος ἀναμόρφωσις. γέγραπται γὰρ, ὅτι εἰς τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. οὐκοῦν τοῖς ἐσχάτοις καὶ ἡ τῶν ἐν ἀρχαῖς συγκατορθοῦται λύτρωσις. ΠΑΛΛ. Πιθανὸς ὁ λόγος ἐστί τε ἡμῖν, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὸ διήγημα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἑδραιότατην οὖν πρὸς τὴν ἐπὶ τῷδε πίστιν, καὶ δυσὶ δυνάμεσιν αὐτὸν ἑτέραις ἐπιστοῦτο θεοσημείαις. γέγραπται γὰρ εὐθὺς· εἶπε γὰρ αὐτῷ Κύριος πάλιν. εἰσένεγκε τὴν χεῖρά σου εἰς τὸν κόλπον σου. καὶ εἰσήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ. καὶ ἐγενήθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ λεπρῶσα ὡς χιών. καὶ εἶπε πάλιν· εἰσένεγκε τὴν χεῖρά σου εἰς τὸν κόλπον σου, καὶ εἰσήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκ τοῦ κόλπου αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἀποκατεστάθη εἰς τὴν χρόαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. ἄθρει δὴ οὖν ὡς ἔστι θεοπρεπὲς, καὶ τῶν ἄγαν ἡκόντων εἰς τὸ θαυμάζεσθαι πρέπειν τὸ κατορθούμενον, συνῳδὸν δὲ ὥσπερ τῷ προτέρῳ τὸ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν δήλωσιν. ΠΑΛ. Οὐκοῦν διασάφει, συνίημι γὰρ οὔπω. ΚΥΡΙΛ. Σαρκὸς μὲν ἡ λέπρα πάθος, ἄμεινον δὲ ἢ κατὰ ἰατρούς, καὶ ταῖς παρ' ἐκείνων ἐμπειρίαις οὐχ ἁλώσιμον. ἀνίερος δὲ καὶ ἀκάθαρτος ὁ λεπρός, κατά γε τὴν πάλαι διὰ Μωσέως ἐντολὴν, ἀπηχθημένος δὲ λίαν, καὶ παρὰ τοῖς τὰ Ἑλλήνων τιμῶσιν ἔθη. ἡμιθνὴς γὰρ ἤδη πως ὁ τοῦτο παθών, βδελυρὸς δὲ καὶ ἀκάθαρτος ὁ νεκρός. ἀνῆπται δὴ οὖν ὡς ὑπερφυὲς, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπέκεινα μέτρων, τὸ θεραπεύσαι δύνασθαι λεπρόν, ἢ μόνῃ τῇ θείᾳ καὶ ἀφράστῳ φύσει τε καὶ ἐνεργείᾳ. τοιγάρτοι καὶ ἐθαυμάζετο Χριστὸς τῷ λελεπρωμένῳ μετ' ἐξουσίας ἐπιφωνῶν, θέλω, καθαρίσθητι. φωνὴ γὰρ ἦν παντουργός, ἡ καὶ αὐτοὺς ἐκ μνημείων διανιστᾶσα τοὺς νεκρούς, καὶ θανάτου

A quoddám eſt totius animantis, vt cauda finis. Age igitur vniuerſum genus hominum, vt vnum animal hactenus cogitemus: apprehendit igitur caudam Chriſtus, id eſt, extremas partes atque vltimas; extremis quippe ſæculorũ temporibus aduenit. Verùm, vt Moyſes quamuis caudam apprehendiſſet, tamẽ vſque ad ipſum quoque caput illa reformatio recurrit; (eſt enim totus ille ſerpens in virgam immutatus) ad eundẽ modum, B vltima licet apprehenderit Chriſtus, attamen in vniuerſum genus pertinet, & ad caput ipſum vſque, id eſt, Adam, illa per gratiam reformatio pertingit. Scriptum eſt enim, ideo Chriſtum eſſe mortuum & reuixiſſe, vt viuis ac mortuis dominetur: igitur in extremis ipſa quoque principiorum ſimul eſt perfecta redemptio. PALLAD. Probabilis ſanè oratio, nec ab eo, quod propoſuimus, aliena narratio. CYRILL. Ad id verò credendum etiam duobus aliis diuinæ virtutis ſignis illum maximè cõfirmauit. Scri- C ptum eſt enim deinceps, [Et dixit illi Dominus rurſum, Mitte manum tuam in ſinum tuum: & miſit manum ſuam in ſinum ſuum. Et dixit, Educ manum tuã ex ſinu tuo: & eduxit illam ex ſinu ſuo, & facta eſt manus eius leproſa ſicut nix. Et dixit rurſus, Mitte manum tuam in ſinum tuum: & miſit manũ ſuam in ſinum ſuum: & eduxit manũ ſuam de ſinu ſuo, & rurſus reſtituta eſt in colorem carnis ſuæ] Vide igitur quàm id factum Deo cõueniat, quãq; ſit admiratione dignũ, D atque vnà cum eo miraculo quod proximè narrauimus, Chriſti myſterii ſignificationem quodammodo cõtineat. PAL. Ergo illud explica; nihil enim dum intelligo. CYR. Carnis eſt morbus lepra iſque grauior quã vt à medicis ei ſuccurri poſſit, aut illorum vſu atque peritia expugnari: ac leproſus ipſe prophanus & impurus eſt, ex antiqua illa Moyſi lege, necnõ iis quoque odioſiſſimus, qui gentilium mores magnipendunt: qui enim E eo laborat morbo, ſemimortuus quodammodo eſt; at verò auerſandum impurumque eſt mortui cadauer. Itaque curare poſſe leproſum, tanquam eximiũ quiddam, & quod noſtratum virium modum longe ſuperet, ſoli diuinæ naturæ, atque efficaciæ tributum eſt. Ideoque in admiratione habebatur Chriſt⁹, qui cum poteſtate leproſo inclamauit, [Volo; mundare.] Illa namque vox, cunctarum opifex rerum, quæ ipſos etiam è ſepulchris excitat mortuos,

Rom. 14.

Exod. 4.

Matth. 8.

& morte eſt, & corruptione præſtãtior, hoc in eo homine miraculum perfecit. Iuſſit igitur, vt manũ in ſinum abderet, deinde extractam è latebra ſinus, iam totam lepra infectam oſtẽderet; denuo autem cùm in ſinum abdidiſſet, ilico ab vi morbi inde liberam protulit; vt ex ea re intelligerent Iſraëlitæ, illum ineffabili quadam & inenarrabili vi propemodum armatum, eorum propugnatorem futurum eſſe, qui violati eſſent iniuria, & cõtra fas, Ægyptiorum iniquo dominatui ſubiecti. Atque hæc quidẽ ratio, quamuis in promptu ſit, eſt tamen hiſtoriȩ opportuna. Illud autem non ab re fore puto, ſi ſubtilius propoſiti loci ſenſum ſcrutati fuerimus atque inquiſierimus, ecquid illud ſit, quòd in ſinu manum abdidit, quid etiã, quòd educta cùm fuiſſet, grauiter lepra reſperſa eſt: adhæc purgationis modum inueſtigare oportet; nam vbi manum in ſinum miſit, ab eo morbo liberam reddidit. PAL. Rectè ais; neque enim parum nos iuuerit hæc ſingula exquirere. CYR. Igitur mea quidem ſentẽtia res tam admirãda huiuſmodi quiddam tanquam in vmbra ſignificare videtur. Quamdiu namq; homo ad imaginẽ Dei conditus propemodum in ſinu Dei nutriebatur, necdum præceptum ſibi à Deo traditum cõculcauerat, prouidentia & amore erga ſe Dei tectus, purus atque ſanctus, & mortis ignarus permanebat: vbi autem Dei præſidio atque amicitia exceſſit, quòd in vitia procliuior eſſe cœpiſſet, tum verò prophanus atque execrãdus, & mortis impuritate laborãs manifeſtè deprehẽſus eſt. Sed cùm rurſus nos ipſe Deus ac Pater ſuſcepiſſet in Chriſto, & diuinæ gratiæ præſidio circumtexiſſet, ac tanquam in ſinu per adoptionis donum contineret, ilico vnà cum impuritatibus mortalitate quoque veteris illius maledictionis abiecta, ad antiquam illam conditionem, in qua à principio fuimus, reuerſi ſumus. Scriptũ eſt quippe de manu Moyſi, [Reſtituta eſt ad colorem carnis ſuæ.] PAL. Elegãtiſſimè dictum. CYR. Iam verò tertium illud in ea re ſignum manifeſtiſſimè atq; apertiſſimè Chriſti myſterium voce pene declarat: ſic enim Deus rurſus eſt Moyſen allocutus, [Si verò non crediderint tibi, neque audierint vocem ſigni prioris, credent tibi per vocem ſigni ſequentis:] id autem quidnam ſit, declarat, dicens, [Eritque, ſi non crediderint ſignis duobus his, neque audierint vocem tuam, capies aquam fluminis,

Exod. 4.

A χεῖρον καὶ φθορᾶς, τὸ ἐπ' ἐκείνῳ θαῦμα πεπλήρωκε. προστέταχε τοιγαροῦν ἐγκρύψαι τῷ κόλπῳ τὴν χεῖρα, εἶτα γυμνώσαντα τῆς τοῦ κόλπου περιβολῆς, ὅλην δι' ὅλου λεπρωθεῖσαν αὐτὴν ἐπιδεῖξαι, πάλιν δὲ ἐγκρύψαντα τῷ κόλπῳ τὸ δεύτερον, τοῦ συμβεβηκότος ἀπηλλαγμένην καταδείκνυσιν αὖθις. ὡς ἂν συνεῖεν ἐντεῦθεν οἱ ἐξ Ἰσραήλ, ὡς ἀρρήτῳ τινὶ καὶ ἀφράστῳ δυνάμει μονονουχὶ τεθωρακισμένος, προστήσεται τῶν ἠδικημένων, καὶ ταῖς Αἰγυπτίων πλεονεξίαις ἀνοσίως ὑπεζευγμένων. B ὁ λόγος μὲν οὖν οὐ βαθύς. τῇ δὲ ἱστορίᾳ χρήσιμος. χρῆναι δὲ οἶμαι τὴν τοῦ προκειμένου διάνοιαν ἐκβασανίζοντας ἀκριβῶς, ἐκεῖνο ζητεῖν, τί μὲν ἂν εἴη τὸ ἐν τῷ κόλπῳ συγκρύψαι τὴν χεῖρα. τί δὲ τὸ ἔξω γεγυμνωμένην, καταλεπροῦσθαι δεινῶς. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸν τῆς καθάρσεως τρόπον. ἐνιεὶς γὰρ δὴ τῷ κόλπῳ τὴν χεῖρα, τοῦ πάθους ἀπήλλαττεν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ὀνήσει γὰρ δὴ οὐ μετρίως ἡμᾶς ἡ ἐφ' C ἑκάστῳ βάσανος. ΚΥΡ. Οὐκοῦν ἔμοιγε δοκεῖ τοιοῦτόν τι παραδηλοῦν ὡς ἐν σκιᾷ τὸ παράδοξον. ἕως μὲν γὰρ ἦν ὁ κατ' εἰκόνα τὴν θείαν πεποιημένος ἄνθρωπος μονονουχὶ ἐντεθειμένος ἐν κόλπῳ Θεοῦ, καὶ τὴν δοθεῖσαν οὔπω πατήσας ἐντολήν, φειδοῖ καὶ ἀγάπῃ τῇ παρ' αὐτοῦ κατημφιεσμένος, καθαρὸς καὶ ἡγιασμένος, καὶ τὴν διὰ θανάτου νέκρωσιν οὐκ εἰδὼς διετέλει· ἐπειδὴ δὲ τῆς ὑπὸ Θεῷ σκέπης τε καὶ φιλίας ἐκβέβηκε διὰ τὴν εἰς τὸ φαῦλον ἀπονενευμένος, βέβηλός τε καὶ D βδελυρός, καὶ τῇ τοῦ θανάτου νοσήσας ἀκαθαρσίᾳ, ἐναργῶς ἠλέγχετο. ἐπειδὴ δέ γε πάλιν ἡμᾶς ἐν Χριστῷ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τῇ θείᾳ χάριτι περιβεβληκότος, καὶ οἱονείπου ἐν κόλποις ἔχοντος διὰ τῆς υἱοθεσίας, ὁμοῦ ταῖς ἀκαθαρσίαις καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς ἀποβαλόντες νέκρωσιν, εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἀναδεδραμήκαμεν. γέγραπται γὰρ περὶ τῆς Μωσέως χειρός, ὅτι ἀποκατεστάθη εἰς τὴν χρόαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. ΠΑΛ. Ἀστειότατα ἔφης. ΚΥΡ. Τὸ δὲ τρίτον ἡμῖν ἐπὶ τούτῳ σημεῖον, ἀριδηλό-E τατα καὶ διαφανῶς τὸ Χριστοῦ βοᾷ μυστήριον. ἔφη γὰρ ὧδε πάλιν πρὸς Μωσέα Θεός. ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσωσί σοι μηδὲ εἰσακούσωσι τῆς φωνῆς τοῦ σημείου τοῦ πρώτου, πιστεύσουσί σοι τῆς φωνῆς τοῦ σημείου τοῦ δευτέρου. καὶ δὴ τί τοῦτό ἐστι, διεσάφει, λέγων· καὶ ἔσται ἐὰν μὴ πιστεύσωσι τοῖς δυσὶ σημείοις τούτοις, μηδὲ εἰσακούσωσι τῆς φωνῆς σου, λήψῃ ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ,

καὶ ἐκχεεῖς ἐπὶ τὸ ξηρὸν, καὶ ἔσται τὸ ὕδωρ, ὃ ἐὰν λάβῃς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, αἷμα ἐπὶ τοῦ ξηροῦ. τελευταῖον γὰρ τῷ κόσμῳ σημεῖον, ὁ Χριστοῦ γέγονε θάνατος, καὶ ἡ διὰ τοῦ ὕδατός τε καὶ αἵματος κάθαρσις, προσυπακουομένου δηλονότι καὶ τοῦ ἁγίου σώματος, ὃ διὰ τῆς ξηρᾶς σημαίνεται. ὅτι δὲ ὕδωρ καὶ αἷμα τῆς ἁγίας ἡμῖν ἐξεδόθη πλευρᾶς, διανυγείσης τῇ λόγχῃ, περιττὸν λέγειν, διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι γνωριμώτατον. πλὴν ὅτι σημεῖον ὁ τοῦ Σωτῆρος ὠνόμασται θάνατος, ἀναμάθοι τις ἂν καὶ τοῦτο σαφῶς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων. Φαρισαῖοι μὲν γὰρ οἱ πολύτολμοι, καί τοι πολλῶν ἤδη προκατορθωθέντων θαυμάτων, ὡς οὐδενὸς γεγονότος, προσῄεσαν λέγοντες τῷ Χριστῷ, Διδάσκαλε, φασὶν, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. ὁ δὲ πρὸς αὐτούς, γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. οὐκοῦν πρώτη μὲν ἀντίληψις ἡμῖν ἐν Χριστῷ, διὰ νόμου τοῦ κατὰ Μωσέα. νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν δέδωκε, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. ἐπελάβετο δὲ τῆς κέρκου Μωσῆς. δευτέρα δὲ κάθαρσις ἐν Χριστῷ δὴ πάλιν διὰ προφητῶν ἁγίων, καὶ διὰ τῆς Ἰωάννου φωνῆς καὶ ἀποστολῆς. οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον, λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· ὁ δὲ εἰς βάπτισμα μετανοίας ἐκάλει. τρίτον δὲ σημεῖον ὃ καὶ ἔσχατον εἶναί φασιν, ὁ Χριστοῦ θάνατος, ἐφ' ᾧ καὶ πίστις. ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσωσί σοι, φησὶ, μηδὲ εἰσακούσωσι τῆς φωνῆς τοῦ σημείου τοῦ πρώτου, πιστεύσουσι τῇ φωνῇ τοῦ σημείου τοῦ δευτέρου. ὁρᾷς ὅτι τὴν πίστιν ἀκολουθήσειν εὖ μάλα φησὶν, οὐχὶ τῷ πρώτῳ σημείῳ, τοῦτ' ἔστιν, οὐ τῇ ἀντιλήψει τῇ κατὰ νόμον, οὔτε μὴν τῇ διὰ μέσου καθάρσει, τοῦτ' ἔστι, τῇ διὰ προφητῶν ἁγίων, καὶ Ἰωάννου τυχὸν, μόνῃ δὲ τῇ φωνῇ τοῦ σημείου τοῦ ἐσχάτου. οὐ γὰρ ἄφωνον τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καλεῖ δὲ σύμπαντας τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, ὑψηλῷ καὶ διαπρυσίῳ κηρύγματι πρὸς τὴν δι' ὕδατός τε καὶ αἵματος κάθαρσιν, καὶ μὴν καὶ εἰς ζωοποίησιν, τὴν κατὰ μετάληψιν τῆς ἁγίας σαρκός. ὑπηρέτις τοιγαροῦν ὁ νόμος, τοῖς περὶ Χριστοῦ προαγγέλμασιν, αὐτὸς δὲ ἐστὶν οὐ λίαν ἰσχυρὸς

A eamque fundes in aridam & erit aqua, quam acceperis à flumine, ſanguis ſuper aridam.] Vltimum namque mundo ſignum Chriſti mors fuit, & illa per aquam, & ſanguinem ablutio, adiuncto nimirum etiam ſancto corpore, quod per aridam ſignificatur: effluxiſſe autem nobis aquam & ſanguinem ex illo ſanctiſſimo latere, lancea perfoſſo, nil attinet dicere, cùm omnibus ſit notiſſimum. Illam porrò Saluatoris noſtri mortem ſignum appellatam fuiſſe, id B quoque ex ſacris literis quiuis apertè intelligere poteſt; audaciſſimi enim illi Phariſæi, quamuis multa prius edita eſſent miracula, tamen quaſi nullum adhuc effectum fuiſſet, his verbis Chriſtum aggreſſi ſunt, [Magiſter, inquiunt, volumus à te ſignum videre.] *Matth. 12.* Ille verò contra, [Generatio praua atque adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ: ſicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus, ſic erit filius homi- C nis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.] Igitur primum auxilium in Chriſto nobis præbitum eſt per legem Moyſi; [Legem namque in adiutorium dedit,] *Ibid.* iuxta Prophetæ vocem. Sed caudam apprehendit Moyſes. Secunda porrò ablutio rurſus in Chriſto per prophetas ſanctos, ac per Ioannis vocem, atque miſſionem tributa eſt: illi enim dicebant, [Lauamini, mundi eſtote;] *Eſai. 1.* hic autem ad baptiſmum pœnitentiæ voca- D bat. Tertium denique ſignum, quod idem nouiſſimum eſſe ait, Chriſti mors fuit; quo dato, fides eſt ſubſecuta: [ſi enim non crediderint tibi, inquit, *Exod. 4.* neque audierint vocem ſigni prioris, credent voci ſigni ſequentis.] Vides vt fidem apertè ait conſecuturam, non primo ſigno edito, id eſt, non continuo poſt legis auxilium, neque poſt mediam ablutionem, id eſt eam, qua prophetæ ſancti, & Ioannes abluerunt; ſed ſolum poſt vocem ſigni poſtremi: neque enim voce caret E ipſum Chriſti ſacramentum; imò vero vniuerſos vocat per totum orbem, *Prou. 9.* excelſa quadam vehementique prædicatione, ad aquæ ſanguiniſque lauacrum, & quidem etiam ad viuificationem, quam ſanctæ carnis illius participatio præſtat. Lex ergo Chriſtum prænuntiando, miniſterium exhibuit: in ea tamen non ſatis præſidii eſt

eſt ad ſalutem aliquibus tribuendam; idque apertè Moyſen confiteri, facile quiuis oſtendat etiam ex propoſitæ ſcripturæ loco: quãuis enim dixiſſet Deus, ſe cum eo futurum, idque prius editis miraculis ei ſuaderet, ille tamẽ rogabat
Exod. 4. cum dicens, [Domine non ſum aptus ante heri, neque ante tertiam diem, neque ex quo cœpiſti loqui ſeruo tuo: gracili voce, & tarda lingua ego ſum. Dixit autem Dominus, inquit, ad eum, Quis dedit os homini, & quis fecit mutum, & ſurdum, vidẽtem & cæcum; nonne ego dominus Deus? Et nunc vade, & ego aperiam os tuum, & inſtruam te, quæ debes loqui: & ait Moyſes, Obſecro Domine, elige alium potentem quem mittes:] neque enim lex admodum potens eſt, neque ſatis valet ad vniuerſum orbem conſeruãdum, atque hominem ex diaboli dominatu liberandum. Nec verò ignorabat Moyſes, ſe tardiloquẽtem eſſe, & gracili voce, ex eo maximè tempore, quo cum eo loqui cœpiſſet Deus, eique præcipere, vt de ſe ſermonem ha-
Exod. 3. beret; ait namque, [Sic dices filiis Iſraël, Ego ſum qui ſum: hoc mihi nomen:] tardiore etenim lingua lex loquitur, quàm vt ſatis expreſſè de eo, qui eſt, verba faciat; neque eſt eiuſmodi, vt venerandæ illius ineffabiliſque naturæ myſteria, quæ in ſancta Trinitate adoratur & colitur, explicare ac tradere queat. Ad hæc gracili eſt infirmaque voce, vix vt cum ſolis Iſraëlitis colloqui poſſit ac per Iudææ fines tantum exauditur, cùm aliæ gentes omnes ne fando quidem ſonum eius prædicationis auribus acceperint. Cùm itaque præuideret beatus Moyſes eum, qui optimè poſſet expreſſum, atque expolitum de Deo ſermonem auditorum auribus fundere, & vniuerſo orbi
illud, vt opinor, figuratè ſignificans, non ſatis paratum fuiſſe Iſraël ad fidem accipiendam, ac non ſine cunctatione, vixque ad Chriſti opprobrium ſuſcipiendum deſcendiſſe; ob eamque cauſſam rectè beatus Paulus crucem ſcandalum Iudæorum appellat. [Et accipientes, inquit, lapidem ſuppoſuerunt ſub ipſo, & ſedit ſuper eum: Aaron & Hur ſuſtentabant manus eius, vnus hinc, & alter hinc.] Lapis autem pretioſus, electus, angularis, probatus, Chriſtus eſt, ſuper quo requieſcentes (ſeſſio namque requietem ſignificat,) qui ex Iſraël obſequentiores ac dociliores ſunt, illæ, inquam, reliquiæ gratiæ, quæ ſecundum electionem eſt, expādunt manus, id eſt, crucem ſuſcipiunt, Chriſto illos confirmante, atque continente, qui per Hur atque Aaron ſignificatur, & iudex ſimul & ſummus ſacerdos intelligitur: Hur ſiquidem iudex integerrimus erat; Aaron autem ſummus ſacerdos. Vnus igitur tanquam in vtroque Chriſtus eſt, iudex & ſummus ſacerdos, qui reliquias filiorum Iſraël factas per electionem gratiæ, ad eam, quæ eſt ex fide, ſalutem continebat. Hoc enim ſignificari puto verbis illis, quæ per Eſaiæ vocem propheticè dicta ſunt, [Et niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, vt Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles facti eſſemus.] Cùm igitur is, qui obſiſtebat, Amalech inquam, cecidiſſet [ſcribe, inquit, hoc ad memoriam in libro, & dabis in aures Ioſue:] erant enim preclara illa Chriſti geſta diuturnæ ſempiternæque memoriæ ſanctorum euangeliſtarum ſcriptis commendanda. Dari quoque iuſſit ſcripta illa in aures Ioſue: illorum namque ſanctorum virorum monumēta, velut ſelecta dona quædam, ac tanquam laudes & preconia Chriſto dicata ſunt. Profligato igitur ac victo Amalech, erigit Moyſes altare Deo, illique hoc nomen imponit, [Dominus refugium meum:] quod ipſum etiam Chriſti figuram præfert: is enim Dominus noſter eſt factus, ac refugium, cùm debellarit mundi huius principem, calcaueritque mortis imperium, ac ſeipſum obtulerit pro nobis vt immaculatam hoſtiam in odorem ſuauitatis Deo ac Patri. Fuit igitur altare illud Chriſti figura, cui decens ac verum nomen eſt, [Dominus meus, refugium meum.] PALLAD. Aſſentior: optimè namque ſentire videris. CYRILLVS. Bello itaque geſto aduerſus

Exod. 17.

1. Pet. 2. Eſai. 28.

Eſai. 1.

Exod. 17.

Ephes. 5.

A ſpiritualem Amalech in manu oc-
Matth. 12. culta, eoque victo, Chriſtus obti-
nuit gentes, ligatóque forti, vt ipſe
inquit, eius vaſa diripuit: gregem
enim, qui olim ſub illius ditione
fuerat, gentiles, inquam, cùm ve-
teribus gregibus coniunxit, ideoque
Ioan. 10. » dicebat, [Et alias oues habeo, quæ
» non ſunt ex hoc ouili: & illas opor-
» tet me adducere, & vocem meam
» audient, & fiet vnum ouile, vnus
Ephef. 2. » paſtor.] Chriſtus autem [pax no-
» ſtra eſt, iuxta Scripturas, qui fecit
» vtraque vnum, & medium parietem
» maceriæ ſoluit, & inimicitias in car-
» ne ſua, legem mandatorum in de-
» cretis euacuauit,] atque in vnum
nouum hominem tum eos, qui ex cir-
cumciſione, tùm qui extra legem
erant, conciliauit. Iam verò conſi-
deres iterum velim, magnum hoc
myſterium, quaſi in vmbra & æni-
gmate, quod iis, quæ modò à nobis
Exod. 18. » dicta ſunt, ilico adiunctum eſt. [Au-
» diuit enim, inquit, Iethro ſacerdos
» Madian ſocer Moyſi omnia quæcun-
» que fecit Dominus Iſraëli ſuo popu-
» lo; eduxit enim Dominus Iſraël ex
» Ægypto. Accepit autem Iethro ſo-
» cer Moyſi Sepphoram vxorem Moyſi
» poſt dimiſſionem eius, & duos filios
» eius; nomen vni Gerſam, dicens,
» Aduena fui in terra aliena; & nomen
» ſecundi Eliezer, dicens, Deus enim
» patris mei adiutor meus, & liberauit
» me de manu Pharaonis: & venit Ie-
» thro ſocer Moyſi & filii & vxor ad
» Moyſen in deſertum, vbi caſtrame-
» tatus erat in montem Dei. Nuncia-
» tum eſt autem Moyſi à dicentibus,
» Ecce ſocer tuus Iethro venit ad te.
» Egreſſus eſt autem Moyſes in occur-
» ſum ſocero ſuo, & adorauit eum, &
» oſculatus eſt eum, & amplexi ſunt in-
» uicem, & introduxit eum in taberna-
» culum, & narrauit Moyſes ſocero ſuo
» omnia, quæcunque fecit Dominus
» Pharaoni & Ægyptiis propter Iſraël,
» & omnem laborem, qui accidit eis in
» via, & quod eruit eos Dominus de
» manu Pharaonis, & de manu Ægyptio-
» rum. Obſtupuit autem Iethro ſuper
» omnibus bonis, quæ fecit eis Dominus,
» quòd eruit eos Dominus de manu Æ-
» gyptiorum, & de manu Pharaonis: & di-
» xit Iethro, Benedictus Dominus, quo-
» niam eruit populum ſuum de manu Æ-
» gyptiorum, & de manu Pharaonis: nunc
» cognoui, quod magnus Dominus

A νοητὸν Ἀμαλὴκ καὶ νενικηκὼς ὁ Χριστὸς, κατεκράτησε τῶν ἐθνῶν, καὶ διήρπασεν αὐτοῦ τὰ σκεύη, καθά φησιν αὐτὸς, καταδήσας τὸν ἰσχυρόν. τὴν γὰρ ὑπ' ἐκείνῳ παρέπλουσαν ἀγέλην ποτέ, φημὶ δὴ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, τοῖς ἀρχαιοτέροις συνῆψε ποιμνίοις. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε· καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι καὶ γενήσεται μία ποίμνη, B εἷς ποιμήν. Χριστὸς δὲ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὰς γραφὰς, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, καὶ τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν, ἐν δόγμασι καταργήσας· καὶ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, τούς τε ἐκ περιτομῆς καὶ τοὺς ἔξω νόμου συνενεγκών. ἄθρει δὲ οὕτω πάλιν τοῦτο μέγα μυστήριον, τοῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένοις παρεζευγμένον, ὡς ἐν σκιᾷ καὶ αἰνίγμασιν. ἤκουσε γὰρ, φησὶν, Ἰοθὸρ, ὁ ἱερεὺς Μαδιάμ, ὁ γαμ- C βρὸς Μωσῆ, πάντα ὅσα ἐποίησε Κύριος Ἰσραὴλ τῷ ἑαυτοῦ λαῷ. ἐξήγαγε γὰρ Κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου. ἔλαβε δὲ καὶ Ἰοθὸρ ὁ γαμβρὸς Μωσέως Σεπφώραν τὴν γυναῖκα Μωσῆ μετὰ τὴν ἄφεσιν αὐτῆς, καὶ τοὺς δύο υἱοὺς αὐτῆς, ὄνομα τῷ ἑνὶ Γερσάμ, λέγων, πάροικος ἤμην ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ δευτέρου Ἐλιεζὲρ, λέγων, ὁ γὰρ Θεὸς τοῦ πατρός μου βοηθός μου, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Φαραώ. καὶ ἦλθεν Ἰοθὸρ ὁ γαμβρὸς Μωσῆ, καὶ D οἱ υἱοὶ καὶ ἡ γυνὴ πρὸς Μωσῆν εἰς τὴν ἔρημον, οὗ παρενέβαλεν ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦ Θεοῦ. ἀνηγγέλη δὲ Μωσῆ λέγοντες, ἰδοὺ ὁ γαμβρός σου Ἰοθὸρ παραγίνεται πρὸς σὲ, καὶ ἡ γυνὴ καὶ οἱ δύο υἱοί σου μετ' αὐτοῦ. ἐξῆλθε δὲ Μωσῆς εἰς συνάντησιν τῷ γαμβρῷ αὐτοῦ Ἰοθὸρ, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ, καὶ κατεφίλησεν αὐτὸν, καὶ ἠσπάσαντο ἀλλήλους, καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν σκηνήν· καὶ διηγήσατο Μωσῆς τῷ γαμβρῷ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος τῷ Φαραὼ καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ἕνεκα τοῦ E Ἰσραὴλ, καὶ πάντα τὸν μόχθον τὸν γενόμενον αὐτοῖς ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὅτι ἐξείλετο αὐτοὺς Κύριος ἐκ χειρὸς Φαραὼ, καὶ ἐκ χειρὸς τῶν Αἰγυπτίων. ἐξέστη δὲ ὁ Ἰοθὸρ ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς οἷς ἐποίησεν αὐτοῖς Κύριος, ὅτι ἐξείλετο αὐτοὺς Κύριος ἐκ χειρὸς Αἰγυπτίων καὶ ἐκ χειρὸς Φαραώ. καὶ εἶπεν Ἰοθόρ· εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι ἐξείλετο τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐκ χειρὸς τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἐκ χειρὸς Φαραώ. νῦν ἔγνων ὅτι μέγας Κύριος

A παρὰ πάντας τοὺς θεοὺς ἕνεκεν τούτου ὅτι ἐπέθεντο αὐτοῖς. καὶ ἔλαβεν Ἰοθὸρ γαμβρὸς Μωσῆ ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας τῷ Θεῷ. παρεγένετο δὲ Ἀαρὼν καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι Ἰσραὴλ συμφαγεῖν ἄρτον μετὰ τοῦ γαμβροῦ Μωσέως ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν ἐπαύριον συνεκάθισε Μωσῆς κρίνειν τὸν λαόν· παρειστήκει δὲ ὁ λαὸς πᾶς Μωσῆ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας. ἰδὼν δὲ Ἰοθὸρ πάντα ὅσα ἐποίησε τῷ λαῷ, λέγει· τί τοῦτο ὃ σὺ ποιεῖς τῷ λαῷ; διὰ τί σὺ κάθησαι μόνος, πᾶς B δὲ ὁ λαὸς παρέστηκέ σοι ἀπὸ πρωῒ ἕως δείλης; καὶ λέγει Μωσῆς τῷ γαμβρῷ, ὅτι παραγίνεται ὁ λαὸς πρὸς μὲ ἐκζητῆσαι κρίσιν παρὰ Θεοῦ. ὅταν γὰρ γένηται αὐτοῖς ἀντιλογία καὶ ἔλθωσι πρὸς μὲ, διακρίνω ἕκαστον, καὶ συμβιβάζω αὐτοὺς τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ. εἶπε δὲ ὁ γαμβρὸς Μωσῆ πρὸς αὐτὸν, οὐκ ὀρθῶς σὺ ποιεῖς τὸ ῥῆμα τοῦτο, οὐ δυνήσῃ σὺ ποιεῖν μόνος. νῦν δὲ ἄκουσόν μου, καὶ συμβουλεύσω σοι, καὶ ἔσται ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ. γίνου σὺ τῷ λαῷ τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἀνοίσεις τοὺς λόγους αὐτῶν πρὸς τὸν C Θεὸν, καὶ διαμαρτύρῃ αὐτοῖς τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ, καὶ σημανεῖς αὐτοῖς τὰς ὁδοὺς ἐν αἷς πορεύσονται ἐν αὐταῖς, καὶ τὰ ἔργα ἃ ποιήσουσι, καὶ σὺ σεαυτῷ σκέψαι ἀπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ ἄνδρας, φησὶ, δυνατοὺς, καὶ ἔκρινον τὸν λαόν, καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· ἤκουσε δὲ, φησὶ, Μωσῆς τῆς φωνῆς τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν ὅσα αὐτῷ εἶπεν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἴθι δή μοι πάλιν, καὶ ἀνὰ μέρος ἕκαστα διαλαβὼν, διασάφει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἦ οὐκ εἶναι D φῂς ἀλλότριόν τε καὶ ἐξ ἐθνῶν τὸν Μαδιανίτην; οὐ γάρ που ῥίζης τῆς Ἀβραὰμ ἐξέφυ. ἦν δὲ καὶ ἑτέρως ἱερουργός τε καὶ λάτρις τῆς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νενομισμένης ἐπὶ τῆς γῆς ἐθελοθρησκείας. προσεκύνουν μὲν γὰρ ὡς πολὺς ἔχει λόγος, ᾤοντό τε αὐτοὶ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς, ὑψίστῳ Θεῷ καθάπερ ἀμέλει καὶ Μελχισεδὲκ, προσεδέχοντο δὲ καὶ ἑτέρους τάχα που Θεοὺς, ἐναριθμοῦντες αὐτῷ τὰ ἐξαίρετα τῶν κτισμάτων, γῆν τε καὶ οὐρανὸν, Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ τὰ E τῶν ἄστρων ἐπισημότερα. καὶ πλημμέλημα μὲν ἀρχαῖον ἡ ἐπὶ τῷδε καταφθορὰ καὶ πλάνησις, ἥκει δὲ καὶ εἰς δεῦρο καὶ παρατείνεται. φρονοῦσι γὰρ ὧδε παραληροῦντες ἔτι τῶν ἐν τῇ Φοινίκῃ καὶ Παλαιστίνῃ τινὲς, οἳ σφᾶς μὲν αὐτοὺς θεοσεβεῖς ὀνομάζουσιν, εἶναι δέ τινα θρησκείας διαστείχουσι μέσην, οὔτε τοῖς Ἰουδαίων ἔθεσι

A ſuper omnes Deos; propter hoc, quod ſuperbè egerunt eis. Et accepit Iethro ſocer Moyſi holocauſta & victimas Deo: venit autem & Aaron, & omnes ſeniores Iſraël ad comedendum panem cum ſocero Moyſi coram Deo. Et factum eſt poſt craſtinum conſedit Moyſes ad iudicandum populum; aſſiſtebat autem omnis populus Moyſi à mane vſque ad veſperum. Videns autem Iethro omnia, quæcunque faciebat populo, inquit, Quid hoc tu facis populo? cur tu ſedes B ſolus, & omnis populus aſtat tibi à mane vſque ad veſperam? Et dicit Moyſes ſocero ſuo, Quia venit ad me populus quærere iudicium à Deo: quando enim fuerit eis controuerſia, & venerint ad me, iudico inter ſingulos, & doceo illos mandata Dei, & legem eius. Dixit autem ſocer Moyſi ad eum, Non rectè facis verbum hoc; corruptione conſumeris intolerabili & tu & omnis populus hic, qui eſt tecum: graue tibi verbum hoc, non poteris tu facere ſolus. Nunc igitur audi me, & conſilium tibi dabo. C Eſto tu populo in iis, quæ ad Deum, & referes ſermones eorum ad Deum, & teſtificare eis præcepta Dei, & legem eius, & oſtendes eis vias, in quibus ambulent in ipſis, & opera, quæ facient. Et tu tibi prouide ab omni populo viros, inquit, potentes, & iudicabant populum.] Et quibuſdam interiectis, iterùm, [Audiuit autem, inquit, Moyſes vocem ſoceri ſui, & fecit quæcunque dixerat ipſi.] Pallad. Perge igitur mihi rurſus, & ſingulis ſeorſim diſtributis per partes D explica. Cyrill. Nónne exterum eſſe fateris, & ex gentibus hominem Madianitam? neque enim eſt ex Abraham ſtirpe progenitus: erat etiam alioqui religionis eius, quæ per orbem terrarum erat eo tempore peruulgata, ſacerdos, & cultor. Venerabantur enim, vt eſt multorũ ſermone celebratum, & ipſi per ſe putabant, Deum altiſſimum, vt etiam profectò Melchiſedech; alios quoque Deos recipiebant, & in Deorum numerum vnà cum illo referebant eximias creaturas, terram dico & cæ- E lum, ſolem & lunam, & aſtra inſigniora; atque eiuſmodi hac in re labes & error vetus quidem vitium fuit, ſed quod vſque ad noſtra tempora peruenerit, atq; peruaſerit: ſic enim adhuc quidam in Phœnice & Palæſtina deſipientes ſentiunt, qui, cum ſe ipſi religioſos appellent viam tamen mediam religionis ingrediuntur, neque Iudæorum moribus

omnino, neque gentilium addicti, inter vtroſque autem quodammodo iactati atque diſſecti. Iſraëlitas autem olim, cùm ad eundem modum ſentire cœpiſſent, Helias propheta obiurgauit his verbis: [Quouſque claudicatis ambobus poplitibus? aut Baal, Baal, aut Deo, Deo.] Veriſimile igitur eſt, Iethro quoque eiuſmodi aliquam ſequutũ eſſe religionis formam: qui poſteaquam cognouit, quæ à Deo profecta fuiſſent ad ſalutem Iſraëlitis præſtandam, magnificis atque admirabilibus narrationibus illectus, cùm domo tota, ac genere toto ad Moyſen venit. Is, cùm libenter eum aſpexiſſet, excepit, inque ſuum tabernaculum induxit, expoſuitque accuratiùs illa diuinæ virtutis præclara geſta, admirandaque facta, quæ vim ſermonis omnem ſuperarent. Vocatur igitur à falſa ſententia ad eam, quæ ad Deum ducit, errantium turba, gentiles, inquam: ac primum quidem ex eo quod nonnihil de Deo inaudierunt, deinde ipſi per ſe ſponte quodammodo ad Dei legem, id eſt, ad inſtitutionem ſacrarum literarum accurrunt. Itaque & ad primum tabernaculum properant; introducẽdi namque vim lex habet: deinde vetuſtioribus illis narrationibus perſuaſi, in eam denique ſententiam veniunt, vt credant vnum eſſe ac ſolum Deum, illique oblationes dicari oportere. Moyſi namque narratione audita, Madianites ille, [Nunc, inquit, cognoui quod magnus Dominus ſuper omnes Deos; propterea quod ſuperbè egerunt contra eos. Et accepit Iethro ſocer Moyſi holocauſta, & victimas Deo.] Eſt ergo quidam elementarius magiſter, & ad primos aditus veræ de Deo cognitionis nos adducit Moyſes, id eſt, illa vetuſtiorum literarum ſacrarum catecheſis & introductio. PALLADIVS. Certum eſt. CYRILLVS. Perfectos autem reddit Chriſtus eos, qui per Legem leuiùs imbuti ſunt; cùm autem legem dico, rurſus teſtamentum vetus intellige. Itaque erga Iethro ſolis de Deo narrationibus eſt vſus Moyſes, in eamque iam illum ſententiam traduxit, vt diſertis verbis fateretur nõ eſſe alterum Deum, ſed ſolum eum, qui vnus & natura, & verè Deus ſit. Hæc autem prima eſt catechumenorum fides à multorum Deorum opinione diſcedere, & vnum illum, verè & natura Deum amplexari. Aaron vero ipſum Iethro menſa dignatur, &

3 Reg. 18.

Exod. 18.

A καθαρῶς, οὔτε τοῖς Ἑλλήνων προσκείμενοι· εἰς ἄμφω δὲ ὥσπερ διαῤῥιπτούμενοι καὶ μεμερισμένοι. ἐλοιδόρει δέ ποτε τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ τὸ ὧδε φρονεῖν, ὁ προφήτης Ἠλίας ἐπιτιμᾷ λέγων. ἕως πότε χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις; ὁ Βάαλ, Βάαλ, ἢ τῷ Θεῷ, Θεῷ. ἦν οὖν ἄρα καὶ Ἰοθὸρ τοιουτονί τινα κατὰ τὸ εἰκὸς θρησκείας διέπων τρόπον. ὃς ἐπειδήπερ ἔγνω τὰ παρὰ Θεοῦ γεγονότα πρὸς σωτηρίαν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, σεπτοῖς καὶ ἀξιαγάστοις διηγήμασι καταχηλούμενος,

B πανοικί τε καὶ πανγενεὶ πρὸς τὸν ἱερὸν ἀφικνεῖται Μωσέα, ὃς ἐπείπερ εἶδεν, ἀσμένως εἰσεδέξατό τε καὶ εἰσκεκόμικεν εἰς ἰδίαν σκηνήν. ἀφηγεῖται δὲ ἀκριβέστερον τὰ διὰ τῆς θείας ἰσχύος εὖ μάλα κατορθώματα. καὶ τὰ πάντως ἐπέκεινα λόγου τερατουργήματα. καλεῖται γὰρ εἰς μετάγνωσιν τὴν ὡς πρὸς Θεὸν, ἡ τῶν πλανωμένων πληθὺς, φημὶ δὴ τὰ ἔθνη, ἐν πρώτοις μὲν ἐκ παρακουσμάτων ὧν ἄν τις ποιοῖτο περὶ Θεοῦ, εἶθ' οὕτως, αὐτὰ δι' ἑαυ-

C τῶν, πρὸς τὸν θεῖον ὥσπερ αὐτομολοῦντα νόμον, τουτέστι, τὴν διὰ γράμματος ἱεροῦ κατήχησιν. ὥστε καὶ εἰς τὴν πρώτην εἰστρέχει σκηνήν. Εἰσαγωγικὸς γὰρ ὁ νόμος. εἶτα τοῖς ἀρχαιοτέροις διηγήμασιν ἀναπεπεισμένα, μεταχωρεῖ καὶ εἰς τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι λοιπὸν, ὅτι δὴ Θεὸς εἷς τε ἐστὶ καὶ μόνος, καὶ μὴν καὶ εἰς τὸ χρῆναι καρποφορεῖν αὐτῷ. τὴν γάρ τοι Μωσέως διήγησιν ἀκηκοὼς ὁ Μαδιηναῖος, νῦν ἔγνων, φησὶν, ὅτι μέγας Κύριος παρὰ πάντας τοὺς Θεούς. ἕνεκεν

D τούτου ὅτι ἐπέθεντο αὐτοῖς. καὶ ἔλαβεν Ἰοθὸρ ὁ γαμβρὸς Μωσῆ, ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας τῷ Κυρίῳ. στοιχειωτὴς οὖν ἄρα, καὶ εἰς πρώτας εἰσβολὰς ἡμᾶς τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἀποφέρει Μωσῆς, τουτέστιν, ἡ διὰ τῶν ἀρχαιοτέρων γραμμάτων κατήχησις εἰσαγωγική. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἄραρεν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τελειοῖ δὲ Χριστὸς τοὺς διὰ νόμου κατηχουμένους. νόμον δὲ εἰ λέγοιμι πάλιν, διαθήκην ἐννόει τὴν παλαιάν. καὶ γοῦν πρὸς μὲν τὸν Ἰο-

E θὸρ, μόνοις ἐχρῆτο τοῖς περὶ Θεοῦ διηγήμασιν ὁ Μωσῆς. γνώμης τε εἰς τοῦτο μεθίστη λοιπὸν, ὡς διαῤῥήδην ὁμολογεῖν οὐκ εἶναι Θεὸν ἕτερον, πλὴν ὅτι μόνος ὁ εἷς, ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς. πίστις δὲ αὕτη κατηχουμένων ἡ πρώτη, τὸ τῆς πολυθέου δόξης ἀπαλλάττεσθαί φημι, καὶ τὸν ἀληθῶς ἕνα τε καὶ φύσει παραδέχεσθαι Θεόν. Ἀαρὼν δὲ τὸν Ἰοθὸρ καὶ τραπέζης ἠξίου, καὶ

A εἰς ἄρτου βρῶσιν ἐκάλει. παραγέγονε γὰρ, φησὶν, Ἀαρὼν καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι Ἰσραὴλ, συμφαγεῖν ἄρτον μετὰ τοῦ γαμβροῦ Μωσῆ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. τελειοῖ γὰρ ἡμᾶς ἄρτῳ τῷ ζῶντι Χριστὸς, ὁ ἀληθέστερος Ἀαρών· τελειοῖ δὲ οὐ μόνον τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ἀναμὶξ δὲ μᾶλλον τοὺς ἐξειλεγμένους ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὧν ἂν εἶεν τύπος οἱ πρεσβύτεροι. ἔμφασιν δὲ πρὸς ἁγιασμὸν οὐ μετρίαν ἔχει, τὸ ὡς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τὸν ἄρτον χρῆναι φαγεῖν. τί γὰρ B οὕτως ἐν ὄψει Θεοῦ, ὡς μυστικὴ τράπεζα, καὶ θυσία, καὶ οἱ ταύτης μέτοχοι; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι διὰ Χριστοῦ τελειούμενοι, καὶ τῆς ἐν νόμῳ παιδαγωγίας πρὸς ἀμείνω σύνεσιν ἀναθρώσκομεν, ἀπονητὶ δὲ ὀψόμεθα σαφῆ τοῦ πράγματος εἰκόνα δεχόμενοι, Μωσέα τε καὶ Ἰοθόρ. Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος ἐκάθητο κρίνων, φησὶ, παρειστήκει δὲ αὐτῷ πᾶς ὁ λαὸς ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας. εἰσηγεῖται δὲ γνώμην Ἰοθόρ. ἣν τετίμηκε Μωσῆς, ἄριστά τε ἔχειν ἐννενοηκὼς C προσεδέξατο. ἤκουσε γὰρ, φησὶ, Μωσῆς τῆς φωνῆς τοῦ γαμβροῦ, καὶ ἐποίησεν ὅσα αὐτῷ εἶπεν. ἢ γὰρ οὐχὶ πάντῃ τε καὶ πάντως ὁ τὴν ἀμείνω βουλὴν καὶ γνώμην οἷός τε λέγειν, νοοῖτ' ἂν ὑπάρχειν καὶ ἐν συνέσει προφερέστερος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φημί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι δὲ ἀμείνων καὶ ἐπέκεινα πολὺ τῆς ἐν νόμῳ κατηχήσεως, ἡ διὰ Χριστοῦ τελείωσις, εἰς γνῶσιν ἡμᾶς ὑπερφέρουσα τὴν ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένην, ἐνδείξειεν ἂν εὐκόλως D ὁ ἱερώτατος Παῦλος, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, καθά φησιν αὐτὸς, τὰ ἐν νόμῳ κέρδη προθυμότατα ζημιούμενος, σκύβαλά τε εἶναι νομίζων, ἵνα Χριστὸν κερδήσῃ. καὶ πρὸς μὲν τοὺς μόνα τεθηπότας ἔτι τὰ διὰ Μωσέως, οὐ προσιεμένους δὲ τὴν διὰ Χριστοῦ τελείωσιν, ὁ προφήτης ἔφασκεν Ἱερεμίας. πῶς ἐρεῖτε ὅτι σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ νόμος Κυρίου ἐστὶ μεθ' ἡμῶν. εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν. ᾐσχύνθησαν σοφοὶ, E ἐπτοήθησαν καὶ ἑάλωσαν. σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν· ἡμῖν δὲ τοῖς τὸν σωτήριον οὐκ ἀποδοκιμάζουσι λόγον, προσιέμεθα γὰρ ἀσμένως τὰ διὰ Χριστοῦ κηρύγματα, γέγονεν αὐτὸς σοφία παρὰ Θεοῦ· πεπλεονεκτήκαμεν οὖν ἄρα καὶ κατὰ σύνεσιν τοὺς ἐν νόμῳ, καὶ εἰ τοῖς κατὰ νόμον διηγήμασιν

ad panem edendum inuitat. [Venit enim, inquit, Aaron, & omnes ſeniores Iſraël ad comedendum panem cum ſocero Moyſi coram Deo:] perfectos enim efficit nos pane viuenti Chriſtus, verior Aaron, & perfectos reddit non gentiles tātùm, ſed eos potius promiſcuè, qui de genere Iſraël electi ſunt, quorum figurā tenent illi ſeniores. Nec verò paruam ſignificationē ſanctificationis præ ſe fert illud, quod tanquam in conſpectu Dei panem manducare oporteat: quid enim adeo ſub Dei oculis, atque conſpectu, quàm myſtica menſa, & hoſtia, quique eius participes ſiūt? PALLAD. Rectè ais. CYR. Iam verò nos, qui perficimur in Chriſto, ad ampliorem ſapiētiam, quam quæ per Legis inſtitutionem acquirebatur, peruenire, id certè nullo labore videbimus, ſi eius rei perſpicuam imaginem acceperimus Moyſen & Iethro: [Moyſes namque ſedebat, inquit, iudicans, aſtabat autem illi vniuerſus populus à mane vſque ad veſperam.] Auctor autem eſt Iethro illius ſententiæ, quam ſequutus eſt Moyſes: & cùm optimam eſſe intelligeret, amplexus eſt. [Audiuit enim, inquit, Moyſes vocem ſoceri ſui, & fecit quæcunque ſibi dixit.] Quid enim? qui melius conſilium dare, melioremque ſententiam dicere potuerit, is non vſquequaque prudentia præſtare putandus eſt? PAL. Aſſentior. CYRILL. Hanc verò per Chriſtum perfectionem illa Legis inſtitutione præſtantiorem eſſe, longéque excellentiorem, vt quæ ad eam nos cognitionem attollat, quæ ſit longe ſuperior; id verò facilè beatiſſimus Paulus oſtendit, qui propter eminētem ſcientiam Chriſti, vt ipſe ait, eorum, quæ in lege lucra erant, libentiſſimè iacturam facit, & ſtercora arbitratur, vt Chriſtum lucrifaciat. Atque aduerſus eos quidem, qui ſola, quæ per Moyſen tradita ſunt, adhuc magna putarent; perfectionémque eam, quæ acquiritur per Chriſti doctrinam, repudiarēt; dicebat propheta Hieremias. [Quomodo dicetis, quod ſapiētes ſumus nos, & Dei lex nobiſcum? fruſtra factus eſt iuncus mendax Scribis: confuſi ſunt ſapientes, præterriti ſunt, & capti ſunt; ſapientia quæ eſt in ipſis, quia verbum Domini reprobauerunt.] Nobis verò, qui ſalutare verbum non reprobamus (libenter enim amplectimur Chriſti prædicationem, factus eſt ipſe ſapientia à Deo. Iis igitur, qui ſunt in lege, etiam prudentiæ nomine ſuperiores

Exod. 18

Philip. 3

Hier. 8

ſumus : & qui Legis ſermonibus imbuimur, poſteaquam comedimus panem in conſpectu Dei, meliora tum ſentire, tum loqui didicimus. Eſt enim auctor ſententiæ Iethro, Moyſes obtemperat. Nec verò abſurde Iethro quidem gentilium perſonam ſuſtinet, Moyſes autem eorum, qui ſunt ex lege. PALLADIVS. Rectè ais. CYRILLVS. Ergo illa, quæ per Chriſtum tribuitur, perfectio, & eius ſacramentorum virtus, tum ſapientes nos efficit, tum vero morte fortiores oſtendit, occultum illum ac ſpiritualem Amalech, Satanam, inquam, expugnans. Et rectè

Pſal. 59. » admodum ille Pſaltes aiebat, [Quo- » niam in Deo faciemus virtutem ; & » ipſe ad nihilum deducet tribulantes » nos :] de nobis item, qui fidei ſplendore ſumus ornati, dicebat ad Deum

Pſal. 88. » voce conuerſa, [Quoniam gloria vir- » tutis eorum tu es, & in nomine tuo » exultabunt tota die.] Exultamus enim in Chriſto, cum ſaluamur, & ipſum habemus, vt eſt apud Scriptu-

Pſalm 5. » ras, [Scutum bonæ voluntatis :] cuius rei nobis figura eſſe rurſus poteſt, atque imago perſpicua, quod in extremo ſecundi Regnorum libri

2. Reg. 24. » ſcriptum eſt : ea verba ſic habent, [Et » ſurrexit Dauid mane, & ſermo Do- » mini factus eſt ad Gad prophetam, » videntem Dauid, dicens, Hæc dicit » Dominus, Tria ego dicam contra te, » Dauid ; elige vnum ex ipſis, & fa- » ciam tibi. Et venit Gad ad Dauid, & » nunciauit & dixit ei, dicẽs, Elige tibi vt » fiant, vel vt veniant tibi tres anni famis » ſuper terram tuam ; vel tres menſes fu- » gias tu de facie inimicorum tuorum, » & ipſi perſequantur te : vel vt fiat » tribus diebus mors in terra tua. Nunc » igitur delibera & vide, quod verbum » reſpondeam ei, qui miſit me. Et dixit » Dauid ad Gad, Arcta ſunt mihi vn- » dique valde hæc tria : incidam igitur » in manus Domini, quia multæ miſe- » rationes eius nimis ; in manus autem » hominum non incidam. Et elegit ſibi » Dauid mortem : erant autem dies » meſſis tritici, & dedit Dominus mor- » tem in Iſraël à mane vſque ad horam » prandii : & cœpit ruina in populo, » & mortui ſunt de populo à Dan vſ- » que Berſabee ſeptuaginta millia viro- » rum : & extendit Angelus Dei manum » ſuam in Hieruſalem, vt diſperderet » eam : & miſertus eſt Dominus ſuper

A κατηχούμενοι, φαγόντες τὸν ἄρτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τὰ ἀμείνω καὶ λαλεῖν καὶ φρονεῖν πεπαιδεύμεθα. γνωμοδοτεῖ γὰρ Ἰοθὸρ, καὶ ἐπακούει Μωσῆς. εἴη δ' ἂν εἰκότως πρόσωπον μὲν ὡς ἀπὸ τῶν ἐξ ἐθνῶν Ἰοθὸρ, Μωσῆς δὲ τῶν κατὰ νόμον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἡ διὰ Χριστοῦ τελείωσις, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν μυστηρίων ἡ δύναμις, καὶ σοφοὺς ἡμᾶς ἀποτελεῖ, καὶ θανάτου κρείττονας ὁρᾶσθαι ποιεῖ, τὸν κεκρυμμένον

B τε καὶ νοητὸν Ἀμαλὴκ καταστρέφουσα, τουτέστι, τὸν Σατανᾶν. καὶ ὀρθῶς γε λίαν ὁ ψάλλων ἔφασκεν· ὅτι ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς. ἡμῶν δὲ δὴ πέρι τῶν ἐν πίστει λελαμπρυσμένων, διεφώνει πάλιν ὡς πρὸς αὐτόν· ὅτι καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν. καυχώμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ σωζόμενοι, καὶ αὐτὸν ἔχοντες ὅπλον εὐδοκίας, κατὰ τὰς γραφάς. Τούτου δὲ

C αὖ τύπος ἡμῖν καὶ εἰκὼν ἐναργὴς ἂν γένοιτο πάλιν, ὃ ἐν τῷ τέλει τῆς δευτέρας τῶν βασιλειῶν γεγραμμένον. ἔχει δὲ οὕτως. καὶ ἀνέστη Δαβὶδ πρωΐ, καὶ λόγος Κυρίου ἐγένετο πρὸς Γὰδ τὸν προφήτην τὸν ὁρῶντα πρὸς Δαβὶδ· λέγων, πορεύθητι καὶ λάλησον πρὸς Δαβὶδ, λέγων· τάδε λέγει Κύριος. τρία ἐγὼ ἐρῶ ἐπὶ σὲ, ἔκλεξαι σεαυτῷ ἓν ἐξ αὐτῶν, καὶ ποιήσω σοι. καὶ εἰσῆλθε Γὰδ πρὸς Δαβὶδ, καὶ ἀπήγγειλε, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἔκλεξαι σεαυτῷ γενέσθαι, ἢ ἔλθῃ σοι τρία ἔτη λιμὸς ἐν τῇ

D γῇ σου, ἢ τρεῖς μῆνας φεύγειν σε ἔμπροσθεν τῶν ἐχθρῶν σου, καὶ ἔσονται καταδιώκειν σε. ἢ τρεῖς ἡμέρας γενέσθαι θάνατον ἐν τῇ γῇ σου. νῦν οὖν γνῶθι καὶ ἴδε τί ἀποκριθῶ τῷ ἀποστείλαντί με ῥῆμα. καὶ εἶπε Δαβὶδ πρὸς Γάδ. στενά μοι πάντοθεν σφόδρα ἐστὶ καὶ τὰ τρία, ἐμπεσοῦμαι δὴ εἰς χεῖρας Κυρίου, ὅτι πολλοὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ σφόδρα. εἰς δὲ χεῖρας ἀνθρώπων οὐ

E μὴ ἐμπέσω. καὶ ἐξελέξατο ἑαυτῷ Δαβὶδ τὸν θάνατον· ἦσαν δὲ αἱ ἡμέραι θερισμοῦ πυρῶν, καὶ ἔδωκε Κύριος θάνατον ἐν Ἰσραὴλ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ὥρας ἀρίστου, καὶ ἤρξατο ἡ θραῦσις ἐν τῷ λαῷ. καὶ ἀπέθανεν ἐκ τοῦ λαοῦ Κυρίου ἀπὸ Δὰν καὶ ἕως Βερσαβεὲ, ἑβδομήκοντα χιλιάδες ἀνδρῶν, καὶ ἐξέτεινεν ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ τοῦ διαφθεῖραι αὐτὴν, καὶ παρεκλήθη Κύριος ἐπὶ τῇ

κακίᾳ, καὶ εἶπε τῷ ἀγγέλῳ τῷ διαφθείροντι A ἐν τῷ λαῷ. ἱκανόν, ἄνες τὴν χεῖρά σου, καὶ ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ ἦν ἑστὼς παρὰ τῇ ἅλῳ Ορνᾶ τοῦ Ιεβουσαίου. καὶ εἶπε Δαβὶδ πρὸς Κύριον, ἐν τῷ ἰδεῖν αὐτὸν τὸν ἄγγελον τὸν τύπτοντα ἐν τῷ λαῷ, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἐγώ εἰμι ὁ ποιμήν, ἐγὼ ἡμάρτηκα, καὶ ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα· καὶ οὗτοι τὰ πρόβατα τί ἐποίησαν; γενέσθω δὴ ἡ χείρ σου ἐν ἐμοί, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου· καὶ ἦλθε Γὰδ πρὸς Δαβὶδ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ εἶπεν αὐτῷ ἀνάβηθι, καὶ στῆσον τῷ B Κυρίῳ θυσιαστήριον ἐν τῇ ἅλῳ Ορνᾶ τοῦ Ιεβουσαίου. καὶ ἀνέβη Δαβὶδ κατὰ τὸ ῥῆμα Γὰδ τοῦ προφήτου, ὃν τρόπον ἐνετείλατο αὐτῷ Κύριος. καὶ διέκυψεν Ορνᾶ, καὶ εἶδε τὸν βασιλέα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, παραπορευομένους ἐπάνω αὐτοῦ. καὶ ἐξῆλθεν Ορνᾶ, καὶ προσεκύνησε τῷ βασιλεῖ ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ εἶπεν Ορνᾶ, τί ὅτι ἦλθεν ὁ Κύριός μου ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ. καὶ εἶπε Δαβὶδ, κτήσασθαι παρὰ σοῦ τὸν ἅλω τοῦ οἰκοδομῆσαι θυσιαστήριον τῷ C Κυρίῳ, καὶ συσχεθῇ ἡ θραῦσις ἐπάνωθεν τοῦ λαοῦ. καὶ εἶπεν Ορνᾶ πρὸς Δαβὶδ, λαβέτω καὶ ἀνενεγκάτω ὁ Κύριός μου ὁ βασιλεὺς τῷ Κυρίῳ, τὸ ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. ἰδοὺ οἱ βόες εἰς ὁλοκαύτωμα, καὶ οἱ τροχοὶ καὶ τὰ σκεύη τῶν βοῶν εἰς ξύλα. τὰ πάντα ἔδωκεν Ορνᾶ τῷ βασιλεῖ. καὶ εἶπεν Ορνᾶ πρὸς τὸν βασιλέα, Κύριος ὁ Θεός σου εὐλογήσαι σε. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Ορνᾶν. οὐχί· ἀλλὰ κτώμενος κτήσομαι παρὰ σοῦ ἐν ἀλλάγματι. καὶ οὐκ ἀνοίσω Κυρίῳ τῷ Θεῷ D μου ὁλοκαύτωμα δωρεάν. καὶ ἐκτήσατο Δαβὶδ ἅλω, καὶ τοὺς βόας ἐν ἀργυρίῳ σίκλων πεντήκοντα, καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ Δαβὶδ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ. καὶ ἀνήνεγκεν ὁλοκαυτώσεις, καὶ εἰρηνικάς. καὶ προσέθηκε Σαλομὼν εἰς τὸ θυσιαστήριον ἐπ' ἐσχάτων, ὅτι μικρὸν ἦν ἐν πρώτοις. καὶ ἐπήκουσε Κύριος τῇ γῇ, καὶ συνεσχέθη ἡ θραῦσις, ἐπάνωθεν Ισραήλ. ΠΑΛ. Καὶ τίς ἂν εἴη πάλιν ἔν γε δὴ τούτοις ὁ νοῦς, ὡς δυσέφικτον κομιδῇ τὸ θεώρημα; ΚΥΡ. Δυσέφικτον μὲν ὁμο- E λογουμένως, καὶ δυσάλωτον ἀληθῶς. πλὴν ἐκθετέον φημὶ τὴν τοῦ προκειμένου διάνοιαν, ὡς ἐν ὀλίγοις ὅτι μάλα συνενεγκών, καὶ περιστρέψας εἰς νοῦν ἀθρεῖ δὴ οὖν, ὦ Παλλάδιε, καθάπερ ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν ἰσχναῖς φαντασίαις τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ τῆς ἐφ' ἡμῖν οἰκονομίας τὸν τρόπον. ΠΑΛ. Οὐκοῦν δρῴης ἂν αὐτὸς ἄριστα τουτί,

malo : & dixit Angelo corrumpenti in populo, Sufficit nunc; remitte manum tuam : & Angelus Domini erat ſtans iuxta aream Orna Iebuſæi : & dixit Dauid ad Dominum, cùm vidiſſet ipſe Angelum cædentem in populo, & dixit, Ecce ego ſum paſtor; ego peccaui : & ego paſtor malè feci; & iſti oues quid fecerunt? fiat manus tua contra me, & contra domum patris mei. Et venit Gad ad Dauid in die illa, & dixit illi, Aſcende, & conſtitue altare in area Orna Iebuſæi. Et aſcendit Dauid iuxta verbum Gad prophetæ, quemadmodum præceperat ei Dominus : & inclinauit ſe Orna, & vidit regem & ſeruos eius pertranſeuntes ſupra ipſum : & egreſſus eſt Orna, & adorauit regem in faciem ſuam ſuper terram. & dixit Orna, cur venit Dominus meus rex ad ſeruum ſuum? & dixit Dauid, Vt emam à te aream, vt ædificem altare Domino; & ceſſet ruina à populo. Et dixit Orna ad Dauid, Accipiat, & offerat Dominus meus rex Domine, quod bonum eſt in oculis ſuis : ecce vituli in holocauſtum, & rotæ & inſtrumenta boum in ligna. Omnia dedit Orna regi. Et dixit Orna ad regem, Dominus Deus tuus benedicat tibi. Et dixit rex ad Ornam, Nequaquam; ſed emens emam à te pretio, & non offeram domino Deo meo holocauſtum gratis : & emit Dauid aream & boues argento, quinquaginta ſiclis; & ædificauit ibi Dauid altare Domino; & obtulit holocauſta & pacifica. Et auxit Salomon altare poſtea, quia exigùum erat prius; & exaudiuit Dominus terram, & cohibita eſt ruina ſuper Iſraël] PALLADIVS. Quiſnam in his verbis ſenſus ineſſe putandus eſt? nam difficilis eſt ſanè huius loci contemplatio. CYRILLVS. Difficilis planè, ac reuera eiuſmodi, vt ægre percipi poſſit : tamen illud dicam, propoſitæ ſcripturæ exteriorem quaſi ſenſum in pauca conferens, & ad interiorem intelligentiam transferens. Conſidera igitur, Palladi, tanquam in ſpeculo, ac tenuibus imaginibus Chriſti myſterium, ac noſtræ gubernationis rationem. PALLADIVS. Optime id ipſe præſtabis, Deo

Deo facultatem intelligendi ſuggerente. CYRILL. Audi itaque: iam enim ingrediar ad dicẽdum. Diuina factum eſt ira, vt mors Dei populum depaſceretur, atque ad horam vſque prandii, nemine prohibente inualeſceret exterminator: cùm verò iamiam immiſſurus eſſet manum in Hieroſolyma, prohibet illum Deus; conſpecto autem Angelo ſupplicauit Dauid ſe peccaſſe dicens: rectius porro eſſe ac iuſtius paſtorem ac ducem potius mortem obire quàm oues, quę nihil peccaſſent: ita Deo iubente, erigit altare in area Orna, quam ſimul cum bobus triturantibus emerat ſiclis quinquaginta: poſtea verò quam extruxit altare, hoſtias ſuper eo immolauit, holocauſtomata, inquam, & pacifica; ceſſauit cõſequenti tempore ruina, & illa prius grauis mors inhibita eſt. Adnotauit autem ſcriptura ſacra altare illud paruum ab initio fuiſſe, auctum verò poſtea à Salomone. Verumne igitur in his verbis quàm breuiſſimè propoſiti loci exteriorem ſenſum contineri fateris? PAL. Fateor, ſed quomodo clarior fieri poſſit eius loci intellectus, iam explana. CYRILL. An ignoras hominis naturam, quod inter omnes conuenit, in mortem atque interitum, quòd ſuum opificem ad iram concitauiſſet, in ipſo tanquam noſtri generis initio, id eſt, in Adam, præcipitem ruiſſe? qui cum diuinum ab initio mandatum contempſiſſet, audiuit,

Genes. 3. „ [Terra es, & in terram reuerteris.] PAL. Vera dicis. CYRILL. A mane igitur, hoc eſt, à primis huius ſæculi temporibus mors depaſta eſt eos, qui in terra erant; vſque ad horam prandii, hoc eſt, vſque ad menſæ tempus: vbi enim aduenit nobis ſanctæ menſæ tempus, nimirum illius in Christo, ac myſticæ, in qua pane veſcimur illo cælitus dato, atque vitali, quæ prius terribilis erat, cuique difficile obſiſti poterat, mors ceſſauit, Deo ad miſericordiam reuocato; cùm vix inhibitus eſſet exterminator: qui cùm vellet in eos quoque, qui in ſancta ciuitate habitarent, in ſpirituali nempe Hieruſalem, peſtiferam immittere manum, Deo ad miſericordiam flexo,

„ vix tandem cohibetur, [Remitte nunc,
„ inquit, ſat eſt.] Sancta porrò ciuitas Eccleſia eſt, cuius habitatores eos eſſe puto, qui pane illo viuenti perficiuntur ad ſanctificationem. Huius adeo auguſtæ & admirabilis ciuitatis etiam diui-

Psal. 86. „ nus ille Dauid meminit, dicens, [Glo-
„ rioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei:]

A τὸ συνιέναι δύναμιν χορηγοῦντος Θεοῦ. ΚΥΡ. Ἄκουε δή. βαδιοῦμαι γὰρ ἤδη ἐπὶ τὸ χρῆναι λέγειν. ἐκ θείας ὀργῆς κατενεμήθη θάνατος τὸν λαὸν Κυρίου, καὶ μέχρις ὥρας ἀρίστου, διακωλύοντος οὐδενὸς, ἴσχυσεν ὁ ὀλοθρευτής. μέλλοντα δὲ τὸν αὐτὸν ἐπαφεῖναι τὴν χεῖρα τοῖς ἱεροσολύμοις, ἀπείργει Θεός. τεθεαμένος δὲ τὸν ἄγγελον, ἐλιπάρει Κύριον Δαβὶδ λέγων πεπλημμεληκέναι ἑαυτόν. ἄμεινον δὲ εἶναι καὶ δικαιότερον

B τὸν ποιμένα καὶ ἡγούμενον ἐναποθανεῖν μᾶλλον, ἤπερ τὰ πρόβατα, διά τοι τὸ εἰδέναι μηδέν. εἶτα Θεοῦ σημαίνοντος, ἐγείρει θυσιαστήριον ἐν τῇ ἅλῳ Ὀρνᾶ, ἣν ἅμα τοῖς ἀλοῶσι βουσὶν ἐξωνήσατο σίκλων πεντήκοντα. ἐπειδὴ δὲ τὸ θεῖον αὐτῷ μάλα θυσιαστήριον διεδείματο, τὰς ἐπ' αὐτοῦ θυσίας ἐτέλει, ὁλοκαυτώματα καὶ εἰρηνικάς. ἔστη δὲ οὕτω λοιπὸν ἡ θραῦσις, καὶ ὁ πάλαι δεινὸς ἐνεκόπη θάνατος. ἐπισημαίνεται δὲ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ὅτι βραχὺ μὲν ἦν ἐν ἀρχαῖς τὸ

C θυσιαστήριον, προσέθηκέ γε μὴν ἐν ἐσχάτοις Σαλομὼν αὐτῷ. ἢ οὐκ εἶναι φὴς, ὡς ἔν γε βραχεῖ τὴν τοῦ προκειμένου προσβολὴν ἐν τούτοις; ΠΑΛ. Φημί. πῶς δ' ἂν γένοιτο σαφὴς ὁ νοῦς, ἤδη διατράνου. ΚΥΡ. Ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι κατώλισθεν ὁμολογουμένως εἰς θάνατον καὶ φθορὰν ἡ ἀνθρώπου φύσις; καταθήξασα πρὸς ὀργὰς τὸν δημιουργὸν, ὡς ἐν τῇ γένους ἡμῶν ἀπαρχῇ, τοῦτ' ἔστιν, Ἀδάμ; ὃς τὴν θείαν ἐν ἀρχαῖς ἠθέτησεν ἐντολὴν, ἀκήκοε δ' οὕτω, γῆ εἶ,

D καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ; ΠΑΛΛ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛ. Ἀπὸ πρωΐ τοιγαροῦν, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ πρώτων τοῦ παρόντος αἰῶνος καιρῶν, κατενεμήθη θάνατος τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, μέχρις ὥρας ἀρίστου, τοῦτ' ἔστιν, ἕως καιροῦ τραπέζης. ὅτι γὰρ ἡμῖν ἐνέστη καιρὸς τῆς ἁγίας τραπέζης, δῆλον δὲ ὅτι τῆς ἐν Χριστῷ καὶ μυστικῆς, ἐφ' ᾗ τὸν ἄρτον ἐσθίομεν τὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ζωοποιὸν, ὁ πάλαι δεινὸς καὶ δυσέμητος κατηργήθη θάνατος, παρακεκλημένου Θεοῦ. καὶ δεδυσώπηται μόλις ὁ ὀ-

E λοθρευτής, ὃς ἐπειδὴ ἤθελε καὶ τοῖς τὴν ἁγίαν οἰκοῦσι πόλιν, τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, τὴν διαφθείρουσαν ἐπαφεῖναι χεῖρα, Θεοῦ παρακεκλημένου, τότε δὴ μόλις εἴργεται. ἄνες γὰρ νῦν, φησὶν, ἱκανὸν ἐστίν. ἁγία δὲ πόλις, ἡ ἐκκλησία, ἧς εἶεν ἂν οἰκήτορες οἱ διὰ ζῶντος ἄρτου, τελειούμενοι πρὸς ἁγιασμόν. τῆς οὕτω σεπτῆς καὶ ἀξιαγάστου πόλεως καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ διαμέμνηται λέγων. δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ

A Θεοδ. κατῴκησε γὰρ ἐν ἡμῖν Χριστὸς, ὅς ἐστι ζωὴ, καὶ ζωοποιός. τοιγάρτοι καὶ ἀποσοβεῖ Θεὸς τῶν ἡγιασμένων τὸν ὀλοθρευτὴν, ὡς οὐκέτι νικᾷν ὀφείλοντα μετὰ τὴν ἀνάδειξιν τοῦ καιροῦ τῆς ἁγίας τραπέζης, ἣν ὁ τοῦ ἀρίστου καιρὸς ὑπαινίττεται. ἐξείλετο τοίνυν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, ὡς ἐν προσώπῳ νοούμενος τοῦ Δαβίδ. ἐπειδὴ γὰρ ἐθεᾶτο δαπανῶντα τὸν θάνατον τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, παράκλητος γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς τὸν πατέρα. προσεκόμιζε γὰρ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ὑπετέθηκεν ἑκὼν τῷ θανάτῳ, δεδυσώπηκέ τε τὸν ὀλοθρευτὴν, ἑαυτοῦ λέγων εἶναι τὴν ἁμαρτίαν. οὐχ ὅτι πεποίηκε τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ὅτι κατὰ τὰς γραφὰς, αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καί τοι μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν. καὶ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. χρῆναι δέ φησι, τὸν ποιμένα μᾶλλον ἢ τὰ πρόβατα παθεῖν. ὡς γὰρ ποιμὴν ἀγαθὸς, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τέθεικεν ὑπὲρ τῶν προβάτων. εἶτα κατὰ θείαν ὑπόμνησιν, ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ἔνθα τὸν ἄγγελον τὸν ὀλοθρευτὴν ἀπεργακτοῦντα ἤδη καὶ ἑστηκότα τεθέαται· εἶδε γὰρ αὐτὸν παρὰ τὴν ἅλω, φησὶν, ἐκεῖ διαπήξας θυσιαστήριον, ὁλοκαυτώματα καὶ εἰρηνικὰς, θυσίαι δὲ τὴν κατὰ τὸν νόμον εἴδη τε καὶ τρόποι ζωτι, προσενήνοχε τῷ Θεῷ. καὶ διὰ μὲν τῆς ἅλω νοήσεις τὴν ἐκκλησίαν, εἰς ἣν ἀφιγμένος, ἔστη τε λοιπὸν, καὶ κατηργήθη θάνατος, καὶ τὴν πάλαι δεινήν τε καὶ διαφθείρουσαν χεῖρα, συνέστελλεν ὁ ὀλοθρευτής. οἶκος γάρ ἐστι τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, τουτέστι Χριστοῦ. ἅλω δὲ εἶναί φαμεν, ὡς ἐξ ὁμοιώσεως καὶ εἰκόνος τὴν ἐκκλησίαν, ἐφ' ἣ δραγμάτων ἤγουν ἀσταχύων συλλέγονται δίκην, οἱ τῆς ἀπὸ κόσμου ζωῆς διὰ τοῦ λόγου τῶν ἁγίων καιρόμενοι θεριστῶν, τουτέστιν, ἀποστόλων τε καὶ εὐαγγελιστῶν, ἵνα καὶ εἰς τὰς ἄνω συγκομισθεῖεν αὐλὰς, καὶ καθάπερ εἰς ἀποθήκην δεσποτικὴν, εἰς τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, οἷά τις σῖτος εἰσφέροιντο καθαρὸς, κατὰ τὴν τῶν ἀχρειοτέρων καὶ περιττῶν ἀπόθεσιν πραγμάτων τε ἅμα καὶ φρονημάτων, ἅπερ ὡς ἐν εἴδει τῶν ἀχύρων νοεῖται. εἴρηται δή που παρὰ Χριστοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· οὐχὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἰδοὺ λέγω ὑμῖν· ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει. καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ πάλιν. ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι.

habitauit enim in nobis Chriſtus, qui vita eſt, & vitam præſtat: quamobrem à ſanctificatis depellit Deus exterminatorem: neque enim vincere illi amplius licet, poſtquam ſanctæ illius menſæ tempus aduenit, quam prandii tempus latenter ſignificat. Eripuit ergo nos Chriſtus, qui in perſona Dauid intelligitur: nam poſteaquam vidit eos, qui in terra erant à morte conſumi, paracletus atque aduocatus eſt pro nobis ad patrem; obtulit namque ſeipſum pro nobis, & morti ſponte ſubiecit, cohibuitque exterminatorem, ſuum eſſe peccatum dicens; non quòd peccatum ipſe commiſerit, ſed quod iuxta Scripturas, [ipſe peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, & inter ſceleratos reputatus eſt,] quamuis peccatum non noſſet [& factus eſt pro nobis maledictum,] æquius autem eſſe ait paſtorem, quàm oues pœnas luere: nam vt bonus paſtor animam ſuam poſuit pro ouibus. Deinde diuino admonitu beatus Dauid, vbi Angelum exterminatorē ceſſantem iam, & ſtātem conſpexit (vidit enim eum prope aream, inquit) ibi fixo altari, holocauſta & pacifica, (genera autem ea ſunt ex Legis præſcripto, ac modi hoſtiarum) obtulit Deo. Ac per aream intelliges Eccleſiam, ad quam cùm perueniſſet, ſtetit tandē, & deſtructa mors eſt; & illam prius violentam & deuaſtantem omnia manum contraxit exterminator; eſt enim illius vitæ, quæ ſuapte natura vita eſt, hoc eſt, Chriſti domus: aream verò dicimus Eccleſiam ex imagine quadam atque ſimilitudine, quòd in ea manipulorum ſpicarumque more colliguntur, qui à ſeculari vita ſanctorum meſſorum, hoc eſt, Apoſtolorum, Euangeliſtarumque prædicatione demetūtur, vt in illas ſuperas aulas comportentur, & tanquam in Dominicum horreum, in cæleſtem illam Hieruſalem veluti purgatum iam triticum inferantur, depoſitis inutilibus & ſuperuacuis non modò actionibus, ſed etiam animi ſenſibus, qui velut in imagine quadam palearum intelliguntur. Dictum eſt autem à Chriſto ſanctis Apoſtolis, [Nónne vos dicitis, quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? ecce dico vobis, Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quoniam albæ ſunt iam ad meſſem: & qui metit, mercedē accipit, & congregat fructum in vitam æternam:] & iterum, [Meſſis quidem multa, operarii autem pauci;

Eſai. 53. — Galat. 3. — Ioan. 4. — Matth. 9.

» rogate ergo dominum meſſis, vt mittat
» operarios in meſſem ſuam:] meſſem opinor, ſpiritualem, eorum qui crediturí erant, multitudinem appellauit: ſanctos verò meſſores eos dixit, qui diuinum
Hebr. 4. » verbũ in mente ac lingua habent, [quod
» viuum eſt, & efficax, & penetrabilius
» omni gladio ancipiti, & pertingit vſque
» ad diuiſionem animę ac ſpiritus, compa-
» gum quoque ac medullarum.] Areæ porro nomine, beatus quoque Baptiſta ſignificauit Eccleſiam, cùm de Chriſto
Luc. 3. » ſic dixit, Ego quidem aqua baptizo vos;
» venit autem fortior me, cuius non ſum
» dignus ſoluere corrigiam calceamento-
» rum: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſan-
» cto & igni: cuius ventilabrum in manu
» ſua, & mundabit aream ſuam, & cõgre-
» gabit triticum ſuum in horreum, paleas
» autem comburet igni inextinguibili.] Hanc igitur ſpiritualem aream, Eccleſiam, inquã, emit Chriſtus quinquaginta ſiclis, hoc eſt, nõ exiguo pretio; ſe ipſum
Heb. 6. namque dedit pro ea; in eaque fixit altare: cumque idem eſſet ſacerdos, (factus namque eſt pontifex ſummus) idem victima, ſe ipſum obtulit, tanquam in ſpecie ac figura vituli triturantis, & factus eſt holocauſtum & hoſtia pacifica: ſolutus eſt enim ille medius paries per Chriſtum, & qui olim diſiuncti, ac ſegregati eramus peccati culpa, per ipſum, & in ipſo cum Deo & Patre coniungimur,
Ephes. 2. » antiquis illis inimicitiis extinctis: [ipſe
» eſt enim pax noſtra,] vt Scripturæ teſtãtur. PAL. Vitulum igitur triturantem intellecturi ſumus Chriſtum? quonam id modo tandem? CYR. An verò, Palladi, non vitulorum triturãtium nomine lex Moyſi diſcipulos ſanctos appellauit?
Deut. 25. » ſic enim per ænigma dixit, [Non alliga-
» bis os boui trituranti:] quòd ipſum cùm euidentiſſimè intellexiſſet beatus Pau-
1. Cor. 9. » lus, ait, [Nunquid de bobus cura eſt
» Deo? an propter nos vtique dicit? pro-
» pter nos enim ſcriptum eſt, Quoniam
» debet in ſpe arans arare, & triturans in
» ſpe participandi.] Vituli itaque ad imaginem illius primi, id eſt, Chriſti, ſancti quoque diſcipuli ſunt. Alia etiam ratione vitulus triturans eſt Chriſtus: per ipſum namque purgatio fit, & ſuperuacaneorum operum, diſtractionum, inquam, & mundanorum carnaliumque ſenſuum depoſitio, quæ ſunt vt paleæ quoque flammarum alimenta. Excitato autem altari, ſuper quod & pacifica victima, & holocauſtum imponeretur, ſublatum eſt præſens illud malum:

A δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ἵνα ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς θερισμὸν αὐτοῦ· θερισμὸν, οἶμαι, τὸν νοητὸν, τὸ τῶν μελλόντων πιστεύειν ὀνομάζων πλῆθος, ἁγίους δὲ θεριστὰς εἶναι λέγων, τοὺς εἰς νοῦν καὶ γλῶτταν τὸν θεῖον ἔχοντας λόγον· ὅς ἐστι ζῶν τε καὶ ἐναργὴς, καὶ τομώτατος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν. ὀνόματι δὲ τῆς ἅλω, καὶ ὁ μακάριος Βαπτιστὴς κατε-
B δήλου τὴν ἐκκλησίαν, ὧδέ που λέγων περὶ Χριστοῦ· ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. Ταύτην οὖν ἄρα τὴν ἅλω τὴν νοητὴν, φημὶ δὴ τὴν ἐκκλησίαν, ἐξεπρίατο Χριστὸς πεντήκοντα σίκλων,
C τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἐλαφρῶν τιμημάτων. ἑαυτὸν γὰρ δέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ ἔπηξεν ἐν αὐτῇ τὸ θυσιαστήριον. καὶ ἐπείπερ αὐτὸς ἐστὶν ὁ ἱερουργὸς, γέγονε γὰρ ἀρχιερεὺς, καὶ αὐτὸς τὸ θῦμα προσκεκόμικεν ἑαυτὸν, ὡς ἐν εἴδει καὶ τύπῳ τοῦ ἀλοῶντος μόσχου, καὶ γέγονεν ὁλοκαύτωμα καὶ εἰρηνικὴ θυσία. λέλυται γὰρ τὸ μεσολαβοῦν ἐν Χριστῷ, καὶ οἱ πάλαι διεστηκότες τε καὶ ἀφωρισμένοι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, συνδεδυόμεθα δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην
D καταλύσαντες ἔχθραν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς. ΠΑΛ. Μόσχον οὖν ἄρα νοήσομεν τὸν ἀλοῶντα Χριστόν; τίνα τρόπον φής; ΚΥΡ. Οὐ γὰρ, ὦ φιλότης, μόσχους ἡμῖν τοὺς ἀλοῶντας, ὁ διὰ Μωσέως νόμος τοὺς ἁγίους ὀνόμασε μαθητάς; ἔφη γὰρ αἰνιγματωδῶς· οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. ὃ δὴ καὶ μάλα σαφῶς ἐννενοηκὼς ὁ μακάριος Παῦλος, μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ· ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει, δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ὀφείλει ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν ἀ-
E ροτριᾶν, καὶ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν. μόσχοι τοιγαροῦν, κατ' εἰκόνα τοῦ πρώτου, τοῦτ' ἔστι, Χριστοῦ, καὶ οἱ μακάριοι μαθηταί. μόσχος δὲ καὶ ἑτέρως ἀλοητὴς ὁ Χριστός. δι' αὐτοῦ γὰρ ἡ κάθαρσις, καὶ ἡ τῶν περιττῶν πραγμάτων ἀπόθεσις, περισπασμῶν τε, φημὶ, καὶ τῶν κατὰ τὸν κόσμον φροντισμάτων σαρκικῶν, ἃ καὶ φλογός εἰσι τροφὴ, καθάπερ καὶ τὸ ἄχυρον. ἐγηγερμένου δὲ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐφ' ᾧ καὶ εἰρηνικὴ καὶ τὸ ὁλοκαύτωμα, λέλυται τὸ λυποῦν·

ἐπήκουσε γὰρ Κύριος τῇ γῇ, καὶ συνεσχέθη ἡ θραῦσις. ἑαυτὸν γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἱερατευσαμένου τοῦ Χριστοῦ, κατηργήθη θάνατος, καὶ ἀνετράπη φθορά, ἕτοιμον ἤδη πως ταῖς ἁπάντων εὐχαῖς, ὑποσχόντος τὸ οὖς τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ. ἔτι γὰρ λαλοῦντός σου, φησίν, ἐρῶ, τί ἐστιν; τὸ δέ γε μικρὸν εἶναι τὸ ἐν ἀρχαῖς θυσιαστήριον, προσεπηῦξθαι δὲ λέγειν ὕστερον αὐτό, τὴν κατὰ καιροὺς ἐσομένην τοῦ Εὐαγγελίου προκοπὴν δηλοῖ, καὶ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τὸ συνεσταλμένον ἐν ἀρχαῖς· πλάτος δὲ ὥσπερ, καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς. εὐρύνεται γὰρ οἱονεὶ ἀεὶ τὰ θυσιαστήρια, προστιθεμένων ἐκκλησιῶν ἀεί πως ταῖς προτέραις ἑτέρων, καὶ εἰς πληθὺν ἀμέτρητον ἐκτεινομένων τῶν λαῶν, οἳ διὰ τῆς ἐν Χριστῷ θυσίας λελύτρωνται, αὐτὸν ἔχοντες ἱερουργὸν καὶ θῦμα τὸ ἅγιον, καὶ εὔοσμον διακαθαῖρον, καὶ ὡς ἁγιάζασον θυσιαστήριον, καὶ ὡς ἐν εἴδει τῆς ἅλω τῆς ἐκκλησίας δεσπότην. ΠΑΛΛ. Ὡς σαφὴς ἐστὶ καὶ ἐναργὴς ὁ λόγος; πεποίηται γὰρ εὐτέχνως. ΚΥΡ. Ἢ γὰρ οὐχὶ κἂν αὐτὸς ἐνδοιάσας οὐδὲν, ἔφης ὡς ἔστι Χριστὸς ἡ πάντων ζωὴ καὶ λύτρωσις; ΠΑΛ. Φαίην ἄν, ἴσθι τοι. φρονῶ γὰρ ὧδε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἷς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ὁ πάντων ἀντάξιος· καὶ τὴν ἰδίαν ψυχὴν, ἀντάλλαγμα τῆς ἡμῶν ἐποιήσατο, τὴν τοῦ διαβόλου δυστροπίαν ἐκδυσωπῶν, καὶ οἱονεί πως ἱστὰς τῆς καθ' ἡμῶν τυραννούσης ἁμαρτίας τὴν κατάρρησιν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἁπάντων ἐγκλήμασιν ἀθυρογλωττίαν. ΠΑΛ. Τίνα φὴς τρόπον; ΚΥΡ. Ἐπειδὴ γὰρ βεβασίλευκε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἡ ἁμαρτία, πολὺ διανενευκότων ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, καθὰ γέγραπται, καὶ ἐπιμελῶς ἐγκειμένης τῆς ἁπάντων καρδίας ἐπὶ τὸ χρῆναι καὶ βούλεσθαι κατορθοῦν αὐτά, πεπτώκαμεν ἀναγκαίως καὶ ὑπὸ θανάτου δίκην. νόμου γὰρ θείου παράβασις, καὶ θελήματος ἀθέτησις τοῦ δεσποτικοῦ, θάνατον εἶχε τὴν δίκην· κατεφθαρμένην δὲ οὕτω τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ἐπῴκτειρε μὲν ὁ δημιουργός, γέγονε δὲ ἄνθρωπος ὁ μονογενής, καὶ τῷ θανάτῳ φυσικῶς ἐνεχόμενον πεφόρηκε σῶμα, καὶ κεχρημάτικε σάρξ, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ἀνατλὰς τὸν ἐξ ἁμαρτίας ἡμῖν ἐπαρτηθέντα θάνατον, καταργήσῃ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ παύσῃ λοιπὸν ἐγκαλοῦντα τὸν σατανᾶν, ὡς ἐκτετικότων ἡμῶν ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῶν εἰς ἁμαρτίας αἰτιαμάτων τὰς δίκας· αἴρει γὰρ ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν.

A exaudiuit namque Dominus terram, & cohibita eſt ruina. Nam poſteaquam ſeipſum pro nobis ſacrificauit Chriſtus, abolita mors eſt, ſublatus interitus, cùm Deus omnipotens paratas iam quodammodo omnium hominum precibus aures præbeat: [adhuc te loquente, inquit, dicam, Quid eſt?] Quòd autem dictum eſt, altare paruum quidem ab initio fuiſſe, ſed auctum eſſe poſtea, futuram ſuis temporibus progreſſionem Euangelii, & ſanctarum Eccleſiarum ab initio an- Esai. 65.
B guſtias, earumdem conſequenti tempore amplitudinem ſignificat: dilatantur enim quodammodo in dies altaria, cùm ſemper aliæ Eccleſię prioribus adiiciuntur, atque in immenſam multitudinem exreſcunt populi, qui per Chriſti ſacrificium redempti ſunt, quibuſque ille idē ſacerdos eſt & hoſtia ſancta, & odorifera purgans, & vt altare ſanctificans, & vt in areæ ſpecie Eccleſiæ dominus. PALLAD. Manifeſta ſanè & euidens
C expoſitio: nam artificioſe compoſita eſt. CYRILL. Quid enim, nonne tu ipſe quoque nihil cunctatus confitebere Chriſtum eſſe omnium vitam atque redemptionem? PALLAD. Fateor equidem; ſic enim ſentio. CYRILL. Vnus enim pro omnibus mortuus eſt, qui pro vniuerſis iuſtum pretium erat; & animam ſuam permutationem pro noſtra dedit: quo facto, Diaboli peruerſitatem compeſcuit, ac modo quodam peccati, quod nobis dominabatur, criminationem, & illam in omnium ho-
D minum culpis accuſandis effrenem linguam cohibuit. PALLAD. Quomodo? Genes. 6.
CYRILL. Nam, ex quo regnauit peccatum ſuper omnes, qui in terris verſantur, cùm maxime proni ſint ad mala ab adoleſcentia, vt ſcriptum eſt, & omnium corda diligenter incumbant ad perficiendi voluntatem, neceſſario mortis pœnam incurrimus: legis namque diuinæ violationi, Dominicæque voluntatis contemptui pœna conſtituta
E eſt mors. Sed corruptam hominis naturam auctor ipſe miſertus eſt; itaque ille vnigenitus factus eſt homo, corpuſque natura morti obnoxium geſtauit, & caro factus eſt, vt morte tolerata, quæ peccati culpa nobis iam imminebat, deſtrueret peccatum, ac demum Satanæ criminationibus finem imponeret: quippe cum in ipſo Chriſto, peccatorum, de quibus accuſabimur, pœnas exoluerimus; [tollit enim peccata noſtra, & pro nobis dolet,] iuxta prophetæ vocem.

An non enim nos liuore eius ſanati ſumus? PALLADIVS. Verùm dicis: [Esai. 53.] [vulneratus eſt enim propter peccata noſtra, & fuit in afflictione & in plaga.] CYRILL. Sublatum igitur eſt de medio peccatum, poſteaquam pro nobis paſſus eſt Chriſtus, neque poſthac, opinor, violenter aduerſus eos, qui per Chriſtum ſanctificati ſunt, vociferabitur: idque perſpicuum nobis faciet propheta Zacharias [Zachar. 5.] velut per viſionem dicens, [Et exiuit Angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me, Reſpice oculis tuis, & vide hoc, quod procedit: & dixi, Quid illud eſt? & dixit, Hæc eſt menſura quæ procedit: & dixit, Hæc eſt iniquitas eorum in vniuerſa terra. Et ecce talentum plumbi eleuatum, & ecce vna mulier ſedebat in medio menſuræ, & proiecit lapidem plumbi in os eius: & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres procedentes, & ſpiritus in alis earũ, & hæ habebant alas vt alas vpupæ, & ſuſtulerunt mẽſuram inter terram & cælum: & dixi ad Angelum, qui loquebatur in me, Quo hæ ferunt menſuram? & dixit ad me, Vt ædificent ei domum in terra Babylonis, & præparent, & collocent illam ibi in præparatione eius.] Viſne vt rurſus de ſingulis diſſeramus; &, quantum nobis licet, conſideremus? PAL. Maximè verò. CYR. Menſuram quandam, quæ ab Hieruſalem exibat, vidit Propheta, rogantique quid illud eſſet, reſpondit Angelus, [Hæc eſt iniquitas ipſorum in vniuerſa terra:] quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, Hac menſura omnia appenduntur peccata, quæcunque per vniuerſam terram ſingulis quibuſque temporibus perpetrantur: vbi enim noſtra peccata vſque ad manifeſtam peruenerint magnitudinem, tum verò offenſus pœnas à nobis repetit ipſe legum conditor: frequenter autem inſita quadam benignitate tolerat, peccantéſque ſuſtinet; neque, antequam ſit modus completus, vniuerſam effundit iram. Itaque dixit Abrahæ, [Genes. 15.] [Nondum enim impleta ſunt peccata Amorrhæorum vſque adhuc.] Phariſæis autem, qui effrenatè illum offendiſſent, [Matth. 23.] dixit Chriſtus, [Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.] Procedente igitur menſura, talentum plumbi attollitur, iniiciturque in medium mulier, quæ menſuram impleret, quæ etiam ore, plumbi lapidem excepit: deinde inquit diuinus ille Angelus, [Hæc eſt iniquitas]

A ἢ οὐχὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν; ΠΑΛ. Ἀληθές. ἐτραυματίσθη γὰρ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ γέγονεν ἐν κακώσει καὶ ἐν πληγῇ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Λέλυται τοίνυν ἡ ἁμαρτία, Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ οὐκ ἂν οἶμαι καταβοήσειεν διατεταμένως ἐπὶ τῶν ἡγιασμένων διὰ Χριστοῦ, καὶ τοῦτο ἡμῖν διαδείξει σαφῶς ὁ προφήτης Ζαχαρίας ὡς ἐν ὁράσει λέγων· καὶ ἐξῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί, καὶ εἶπε πρός με· ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ B ἴδε τὸ ἐκπορευόμενον τοῦτο. καὶ εἶπα τί ἐστι· καὶ εἶπε. τοῦτο τὸ μέτρον τὸ ἐκπορευόμενον· καὶ εἶπεν. αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. καὶ ἰδοὺ τάλαντον μολίβδου ἐξαιρόμενον· καὶ ἰδοὺ μία γυνὴ ἐκάθητο ἐν μέσῳ τοῦ μέτρου· καὶ ἔρριψε τὸν λίθον τοῦ μολίβδου εἰς τὸ στόμα αὐτῆς. καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ δύο γυναῖκες ἐκπορευόμεναι, καὶ πνεῦμα ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν· καὶ αὗται εἶχον πτέρυγας ὡς πτέρυγας ἔποπος· καὶ ἀνέλαβον τὸ μέτρον ἀνὰ μέσον τῆς γῆς· καὶ ἀνὰ C μέσον τοῦ οὐρανοῦ. καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί, ποῦ αὗται ἀποφέρουσι τὸ μέτρον; καὶ εἶπε πρός με, οἰκοδομῆσαι αὐτῷ οἰκίαν ἐν γῇ Βαβυλῶνος, καὶ ἑτοιμάσαι, καὶ θήσουσιν αὐτὸ ἐκεῖ ἐπὶ τὴν ἑτοιμασίαν αὐτοῦ. Βούλει λέγωμεν τὰ ἐφ' ἑκάστῳ πάλιν, καὶ σκοπώμεθα ὡς ἔνι; ΠΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡ. Μέτρον ἡ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκτρέχον, τεθέαται μὲν ὁ προφήτης, ἐρομένῳ δὲ ὅ, τί ποτ' ἐστιν, ὁ ἄγγελος ἔφη. αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. ὅμοιον δέ, ὡς εἰ λέγοι τυχόν, ἐν τῷ δὲ D τῷ μέτρῳ μετρεῖται τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν τὰ κατὰ καιροὺς πλημμελήματα. μέχρι γὰρ δὴ ποσότητος φανερᾶς ἡκούσης ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας, ἐπάγει δὴ τότε τὰς δίκας, λελυπημένος ὁ νομοθέτης. διακαρτερεῖ δὲ πολλάκις ἐξ ἐμφύτου φιλανθρωπίας, καὶ πλημμελούντων ἀνέχεται, πρὸ τῆς συμπληρώσεως οὐκ εἰσάπαν ἀγανακτῶν. καὶ γοῦν ἔφη πρὸς Ἀβραὰμ τὸν ἱερόν. E οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων, ἕως τοῦ νῦν. πρὸς δὲ τοὺς Φαρισαίους ἀκαθέκτως ἐκλελυπηκότας ἔφη Χριστός· καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. ἐκπορευομένου τοιγαροῦν τοῦ μέτρου, ἐξαίρεται μὲν τοῦ μολίβδου τὸ τάλαντον, ἔρριπται δὲ εἰς μέσον ἡ γυνὴ πληροῦσα τὸ μέτρον, ἣ καὶ ἐν στόματι τῷ ἰδίῳ τὸν τοῦ μολίβδου λίθον ἐδέχετο. εἶτά φησιν ὁ θεσπέσιος ἄγγελος· αὕτη ἐστὶν ἡ ἀνομία.

ἢ διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, δι᾽ ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην, τὴν διὰ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἐν Χριστῷ γὰρ γεγόνασι πατέρες πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἀναριθμήτου σπέρματος, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἀβραὰμ ἐν Ἰσαάκ· ἀναθήσομεν δὲ τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον, οὐχὶ δὴ μόνοις τοῖς πάλαι τε καὶ ἁγίοις ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετ᾽ ἐκείνους τὸ ἱερᾶσθαι λαχοῦσι, καὶ ἐκκλησιῶν ἡγουμένοις, ἢ καὶ παντί τῳ λοιπῷ ὁσίῳ καὶ ἀγαθῷ.

FINIS LIBRI QVARTI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER QVINTVS.

Περὶ ἀνδρείας τῆς ἐν Χριστῷ.

ΣΚΟΠΟΣ τοῖς ἁγίοις, κἂν εἰ τῆς τῶν ἄλλων ὑπεραθλοῖεν ζωῆς, ὦ Παλλάδιε, μηδὲν τῶν ἐν κόσμῳ προσοικειοῦσθαι φιλεῖν· εἶεν γὰρ ἂν οὕτω σοφοί τε καὶ δυνατοὶ, καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος ἔμπλεῳ, καὶ ταῖς εὐμενείαις ταῖς ἄνωθεν εὖ μάλα τετειχισμένοι, καὶ ὡς εὖ ἴσθι γε, μὴ ἑτέρως ἔχειν τὸ χρῆμα, ὦ τᾶν. ἀνωτέρω μὲν γὰρ τῶν ἐν κόσμῳ περισπασμῶν καὶ προσκαίρων ἐπιθυμιῶν τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀκαταγωνίστοις κομιδῆ περιτεύξονται τοῖς ἐχθροῖς, περιέσονταί τε καὶ μάλα ῥᾳδίως τῶν ἀνθεστηκότων, προκατασείοντος τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκείνων δύναμιν, ἑαλόντες δὲ καὶ αὐτοὶ πάθεσι κοσμικοῖς, καὶ γεωδεστέραις ἐπιθυμίαις ἐνειλημμένοι, εὐκατάσχοι μὲν ὥσπερ καὶ εὐαλωτότατοι λίαν πα-

A *De fortitudine, quæ in Chriſto eſt.*

SANCTI viri igitur, tametſi pro aliorum hominum vita certant, id ſibi propoſitum habent, Palladi, vt ad nullam rem, quæ quidem in hoc mundo ſit, animum adiicere velint: ita enim ſapientes, ac potentes, & optimæ ſpei pleni, & supernâ benignitate muniti erunt. Atque vt tu quidem noſti, res non aliter habere ſe poteſt. Nam, ſi mundanis diſtractionibus, ac temporalibus cupiditatibus animum excelſiorem habuerint, imbelles planè hoſtes offendent, minimóque negotio aduerſarios ſuperabunt, Deo illorum vires profligante: ſin ipſi quoque mundanis affectibus capti erunt, & terrenis cupiditatibus inuoluti, fa-

facilè perſequentium incurſionibus patebunt, & nullo negotio expugnabuntur, ac manifeſtè diuino præſidio ſpoliati, velut paratiſſima præda erunt hoſtibus propoſiti. PALLAD. Sed vndenam, hæc, quæ dixiſti, probari poſſint, planè ſcire cupio. CYRILL. E ſacris litteris, quæ priſcis hominibus contigerunt, vtiliter prædicantibus; nunquid enim non ad noſtram admonitionem illa ſcripta fuiſſe, beatus quoque Paulus ait? PALLAD. Fateor: narrationes enim, quæ ex illis ſcripturis proferuntur, non mediocrem nobis vtilitatem afferunt: illæ enim vmbræ & figuræ veritatis erant. CYRILL. Iam igitur dicere aggrediamur. Cum Iſraëlitæ Iordanem traieciſſent, inuaſerunt vrbem Hiericho, diuiniſque iuſſis obſequentes, ad eam obſidendam intenti erant, tamquam celerrime illam expugnaturi, atque capturi. Aderant igitur milites ad pugnandum aptiſſimi, iuxta bellorum leges inſtructi. Scriptum eſt enim, [Ingreſſus eſt Ieſus Naue ad ſacerdotes, & locutus eſt ad eos, dicens, Præcipite populo, vt circumeat, & circundet ciuitatem, & viri pugnatores pertranſeant armati ante Dominum.] Chriſto námque per principum vocem iubente, aduerſus hoſtes contendimus, bellumque non aduerſus carnem & ſanguinem ſuſcipimus, ſed aduerſus principes, & poteſtates, & aduerſus eam legem, quæ in membris carnis dominatur: erimus etiam tunc in conſpectu Domini, tum armatura quadam inſtructi diuina, atque ſpirituali; [arma namque noſtra non carnalia ſunt,] vt Paulus ait, tum vero iuſtitiæ gloria inſignes. aſpicit itaque viros ad pugnandum paratiſſimos Deus ille vniuerſarum rerum Dominus, ſplendentibus iuſtitiæ armis indutos: idque eſt, in conſpectu Chriſti pertranſire pugnatores armatos. Honeſtum verò in primis & optandum ſane, in conſpectu Dei eſſe; ſiquidem non abſurde intelligitur, Deum iis, qui ſe offenderint, hanc veluti pœnam imponere, vt ſe ab illis auertat, cum dicat. [Vbi manus extenderitis ad me, auertam oculos meos à vobis.] Cum autem obſidio vſque ad diem ſeptimum perducta eſſet, dixit iterum Ieſus Naue filiis Iſrael, [Vociferamini ad Dominum: tradidit enim nobis Dominus ciuitatem; & erit ciuitas anathema, ipſa, & omnia, quæ ſunt in

1. Cor. 10. Ioſue 5. Ephes. 6. 2. Cor. 10. Eſa. 1. Ioſue 6.

A παρακείσονται τότε τοῖς διώκειν αὐτοὺς ᾑρημένοις, γυμνοὶ δὲ τῆς ἄνωθεν ἀσφαλείας ἐκδεδειγμένοι, θήρα τις ὥσπερ ἑτοιματάτη παρακείσονται τοῖς ἐχθροῖς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τίς ἂν γένοιτο τῶν εἰρημένων ἡ πίστις, ἐθέλοιμ' ἂν εἰδέναι σαφῶς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὸ γράμμα τὸ ἱερόν, τὰ τοῖς ἀρχαίοις συμβεβηκότα χρησίμως παραφωνοῦν. ἢ γάρ, οὐχὶ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν ἐκεῖνα γεγράφθαι καὶ ὁ θεσπέσιος ἔφη Παῦλος. B ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φημί. ἐμποιήσει γὰρ οὐ μετρίαν ἡμῖν τὴν ὄνησιν τὰ ἐξ αὐτῶν δηλούμενα. τύποι γάρ ἦσαν τῆς ἀληθείας αἱ σκιαί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἤδη λέγωμεν. διαπεραιωσάμενοι γὰρ τὸν Ἰορδάνην οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, προσέβαλον τῇ Ἱεριχῷ· καὶ δὴ τοῖς θείοις ἑπόμενοι νεύμασιν ἐκπολιορκεῖν ἐσπούδαζον, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα περιεσόμενοι, καὶ αἱρήσοντες· καὶ τὸν πολέμου νόμον ἐξηρτημένοι παρῆσαν οἱ μαχιμώτατοι. γέγραπται γάρ· ὅτι καὶ εἰσῆλθεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ πρὸς τοὺς ἱερεῖς. C καὶ εἶπεν αὐτοῖς λέγων· παραγγείλατε τῷ λαῷ περιελθεῖν καὶ κυκλῶσαι τὴν πόλιν, καὶ οἱ μάχιμοι παραπορευέσθωσαν ἐνωπλισμένοι ἐναντίον Κυρίου. προστάττοντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς τῶν ἡγουμένων φωνῆς, καταστρατευόμεθα τῶν ἐχθρῶν, οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα τὴν μάχην αἱρούμενοι, πρὸς ἀρχὰς δὲ μᾶλλον καὶ ἐξουσίας, καὶ τὸν ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς τυραννήσαντα νόμον. ἐσόμεθα δὲ τότε καὶ ἐν ὄψει Θεοῦ, πανττευχίᾳ μὲν ὥσπερ ἐνηρμοσμένοι τῇ θείᾳ τε D καὶ νοητῇ· τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικὰ κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν· τοῖς δὲ τῆς δικαιοσύνης αὐχήμασιν ἐκπρεπεῖς. ἐφορᾷ δὴ οὖν τοὺς μαχιμωτάτους ὁ πάντων δεσπότης Θεός, τὰ λαμπρὰ τῆς δικαιοσύνης ὅπλα περικειμένους. τοῦτ' ἔστι, τὸ ὡς ἐνώπιον Χριστοῦ παραπορεύεσθαι τοὺς μαχίμους ἐνωπλισμένους. τίμιον δὲ σφόδρα, καὶ πολύευκτον ἀληθῶς, τὸ ἐν ἐπισκέψει γενέσθαι Θεοῦ, εἴπερ ἐστὶν οὐκ ἀπί- E θανον ἐννοεῖν, ὅτι τοῖς λελυπηκόσι, κόλασιν ὥσπερ τινὰ τὴν ἀποστροφὴν ἐπιτίθησι Θεός, λέγων· ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. παρατεινούσης δὲ τῆς πολιορκίας, καὶ εἰς ἡμέραν ἑβδόμην, ἔφη πάλιν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, κεκράξατε πρὸς Κύριον. παραδέδωκε γὰρ ἡμῖν Κύριος τὴν πόλιν, καὶ ἔσται ἡ πόλις ἀνάθεμα, αὐτὴ καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν

αὐτῇ τῷ Κυρίῳ τῶν δυνάμεων Σαβαώθ, πλὴν Ῥαὰβ τὴν πόρνην περιποιήσασθε αὐτὴν, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς. ἀλλ᾽ ὑμεῖς φυλάξασθε ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, μή ποτε ἐνθυμηθέντες ὑμεῖς αὐτοὶ λάβητε ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, καὶ ποιήσητε τὴν παρεμβολὴν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἀνάθεμα. καὶ ἐκτρίψητε ἡμᾶς. καὶ πᾶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, καὶ χαλκὸς καὶ σίδηρος ἅγιον ἔσται τῷ Κυρίῳ, εἰς θησαυρὸν Κυρίου εἰσενεχθήσεται. ἐφίει μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις λαφυραγωγίαις ἐντρυφᾶν τοὺς ἀνδριζομένους, εἰσκομίζεσθαι δὲ δεῖν εἰς θησαυρὸν Κυρίου, φησὶ, πᾶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, χαλκόν τε καὶ σίδηρον. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ ἐπίκλην ἀνάθεμα, τουτέστι, τὸ ἀπονεμηθὲν ἑκάστῳ, καὶ ἀφορισθὲν τῷ Θεῷ. ἀλλ᾽ οὐδενὸς ἀξιώσας λόγου τὴν ἐντολήν· ἔλαβε, φησὶν, Ἀχὰρ ὁ υἱὸς Χαρμὶ, υἱοῦ Ζαμβρῆ, υἱοῦ Ζαρᾶ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος. καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. χρῆναι γὰρ οἶμαι τοὺς ταῖς κοσμικαῖς ἡδοναῖς καὶ τοῖς ἐν τῷδε τῷ βίῳ περισπασμοῖς, τὸ ἀσθενὲς ἐν Χριστῷ προεξάγοντας φρόνημα, καὶ διὰ τῶν τῆς δικαιοσύνης ὅπλων εὐδοκιμεῖν ᾑρημένους ἐν ἐπισκέψει τε ἤδη γεγονότας Χριστοῦ, μηδενὸς ἐφίεσθαι τῶν ἐν κόσμῳ τεθαυμασμένων, μὴ πλούτου, μὴ δόξης, μὴ δυναστείας, ἢ ὑπεροχῆς, μὴ τῶν ἐκ τῆς σοφίας Ἑλληνικῆς ἀνοσίων δογμάτων. εἴη δ᾽ ἂν, εἰς τύπον λαμπρότητος μὲν, τῆς ἐν ἀξιώμασι καὶ ὑπεροχαῖς, τὸ ἀργύριον. λαμπρὰ γὰρ ἡ ὕλη. πλούτου δὲ, ὁ χρυσός. τὸ δὲ τῆς γλώττης εὔηχες, τῆς ἐν κόσμῳ σοφῶν, κατασημαίνοιτο ὁ χαλκός, ἰσχὺν δὲ καὶ δυναστείαν, σκληρὸς ὢν ἄγαν ὁ σίδηρος, καὶ τῇ ὕλῃ πάσῃ μαχόμενος. ὧν εἴπερ τις ἕλοιτο μεταλαχεῖν, καίτοι τὴν ἀρίστην τάξιν ἔχων παρὰ Θεῷ, καὶ ἀναμεμιγμένος ἐν πολεμισταῖς, καὶ μὴν καὶ πνευματικαῖς εὐψυχίαις γεγονὼς ἐκπρεπὴς, προσκρούσει Θεῷ, καὶ κιβδήλοις παρεκτροπαῖς καταλυπεῖν ᾑρημένος τὸν συνόπλον τε καὶ ἀρωγὸν, ταῖς ἐνθένδε ὀργαῖς ὑποκείσεται. ΠΑΛ. Εὖ ἔφης. συναινέσαιμι γὰρ ἄν. πλὴν ἐκεῖνό μοι φράσον, βραχὺ τοῦ γράμματος καὶ τῆς ἱστορίας ἀποκομίσας τὸν λόγον. διατί Κυρίῳ τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον, καὶ ὁ χαλκὸς καὶ σίδηρος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον, ἢ ὡς ἄχρηστα τυχὸν, ἢ ὡς καταμολύνειν εἰδότα, τῆς παρεμβολῆς ἐξεπέμπετο. μυσαρὰ γὰρ δέδειχεν αὐτὰ τῆς πνευματικῆς θεωρίας ἡ δύναμις.

ea, domino Deo exercituum Sabaoth. " Verumtamē Raab meretricem ſeruate " ipſam, & omnia, quæ ſunt in domo eius. " Sed vos cauete ab anathemate, ne for- " tè vos ipſi cogitantes accipiatis ab ana- " themate, & faciatis caſtra filiorum Iſraël " anathema, & conteratis nos: & omne ar- " gentum & aurum, & æs & ferrum ſan- " ctum erit Domino, in theſauros Dei in- " feretur.] Permiſit enim fortibus viris, vt " reliqua præda fruerentur; ſed inferri oportere dixit in theſauros Domini argentum omne, & aurum, æs quoque ac ferrum: hoc enim erat illud, quod appellatur anathema, id eſt, quod ab omnibus tribuebatur, & Deo ſegregabatur. Ceterùm, nulla præcepti ratione habita, [ac- " cepit, inquit, Achar filius Charmi, filii " Zambri, filii Zara, ex tribu Iuda, ex ana- " themate: & iratus eſt furore Dominus " aduerſus filios Iſraël.] Oportet enim, vt " puto, qui contra ſæculi voluptates, & huius vitæ diſtractiones firmum in Chriſto animum oppoſuerint, ac laudem per arma iuſtitiæ adipiſci decreuerint, quique iam in conſpectū Chriſti venerint, eos nihil ex iis expetere, quæ in hoc mundo admirabilia videntur, non opes, non gloriam, non potentiam, aut præſtantem gradum, non impia ex gentili ſapientia dogmata. Et illius quidem ſplendoris, qui in dignitatū gradibus & amplitudine ſpectatur, figura nō inepta fuerit argentum; ſplendidum eſt enim hoc metalli genus; opum verò, aurum; illum porro linguæ ſonum, quo mundi ſapientes vtuntur, ſignificare poterit æs; vires denique, atque potentiam, ferrum, quòd & durum admodum ſit, & cum omnium corporum materia pugnans: quæ ſi quis adipiſci voluerit, quamvis ille præcipuo ſit apud Deū loco, & inter bellatores numeretur, ſpirituali quoque animi magnitudine ſit inſignis, is proculdubio Deum offendit; cúmque eum furtiua ſubtractione offendere in animum induxerit, qui & in armis comes ac ſocius erat, & auxiliator, conſequenti vindictæ ſubiacebit. PAL. Rectè ais: aſſentior enim tibi. Ceterùm illud mihi explices velim, parumper à re geſta & hiſtoria deflectens orationem, cur Deo argentum, & aurum, æs item ac ferrum ſit conſecratum, ac non potius ea vel tanquam inutilia forſaſſe, vel tanquam eiuſmodi, quæ polluere poſſent, è caſtris abiecta ſint: nam ſpiritualis contemplationis facultas abominanda fuiſſe demonſtrauit.

Ioſue 7.

CYRILL.

CYRILLVS. Quia ſplendor omnis, Palladi; ſapientiáque, & opes, atque etiam vires conuenienter, ac iuſte Deo tribuuntur; illius enim eſt gloria, & ſplendor omnis, & opes, & ſapientia, & potentia. Ceterùm quiſquis ab illo acceperit, & ex illius theſauro ditatus diuitijs videlicet intellectualibus fuerit, gloriámque & ſapientiam ac potentiam habuerit ſpiritualem, ille verò conſpicuus erit ac felix; ſin hæc eadem à mundo accipere maluerit, execrandus erit, & inuiſus Deo virtutis amatori, ac iudicio pœnæque obnoxius. Omnino enim diuitias, conſequitur voluptas; ſplendori autem, atque amplitudini vicina eſt continuò ſuperbia: potentiæ vero adiuncta iniquitas; ſapientiæ mundanæ denique peruerſitas dogmatum; quamvis eorum, qui illa ſcripſerunt, lingua ſuauiter ſonet. Huiuſmodi quiddam Paulus ait, [Si quis eſt in vobis ſapiens, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens: ſapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum.] Achar igitur, cùm hæc non è Chriſti theſauro, ſed velut è mundo, ex ipſa vrbe Hiericho accepiſſet, offendit Deum. Sed, quæ inde ex ira Dei conſecuta ſunt, non ad eum ſolum pertinuerunt, qui eo crimine damnatus erat; ſed totam Synagogam afflixerunt: ille enim quondam inuictus populus Iſraël expers præſidii ſuperni factus, infirmus, & imbellis fuit. PALLAD. Quomodo, aut vndenam edoceri poſſumus, verum eſſe, quod eſt à te hac de re dictum? CYRILL. Ex iis, quæ conſequenter ſcripta ſunt. Poſt illa enim, quæ circa vrbem Hiericho, & aduerſus eam ſunt præclarè, ac fortiter geſta, ex vniuerſo Iſraelis populo lectos viros miſit Ieſus ab Hiericho in oppidum Gai, dicens, [Aſcendentes conſiderate Gai. Et aſcenderunt viri illi, & conſiderauerunt Gai, & reuerſi ſunt ad Ieſum, & dixerunt ei, ne aſcendat ad eam omnis populus, ſed circiter duo, aut tria millia virorum aſcendant, & obſideant vrbem: ne ducas eò vniuerſum populum; pauci namque ſunt. Et aſcenderunt eò viri circiter tria millia, & fugerunt à facie virorum Gai, & interfecerunt ex ipſis viri Gai viros circiter triginta ſex; & perſecuti ſunt eós à porta, & contriuerunt illos à decliui loco: & pauefactum eſt cor populi, & factum eſt velut aqua;] Qui vrbes ceperant, ac regiones po-

1.Cor 3.

Ioſue 7.

A ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι, ὦ Παλλάδιε, λαμπρότης μὲν ἅπασα, σοφία τε καὶ πλοῦτος, καὶ μὴν καὶ ἰσχὺς, πρεπόντως τε καὶ ὁσίως ἀνακείσεται τῷ Θεῷ. αὐτοῦ γὰρ ἡ δόξα, καὶ ἡ πᾶσα λαμπρότης, πλοῦτός τε καὶ σοφία, καὶ δύναμις. ἀλλ' εἰ μὲν τις ἕλοιτο παρ' αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ θησαυροῦ Κυρίου πλουτίζοιτο, πλοῦτον δηλονότι τὸν νοητὸν, δόξαν τε καὶ σύνεσιν, καὶ ἰσχὺν ἔχει πνευματικὴν, περίοπτος ἔσται καὶ ζηλωτός. εἰ δὲ δὴ βούλοιτο ταυτὶ παρὰ τοῦ κόσμου λαβεῖν, βδελυρὸς ἔσται, καὶ ἀπηχθημένος παρά γε B τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ, καὶ ὑπὸ κρίσιν ἔσται καὶ δίκην. ἕπεται γὰρ πάντως τῷ μὲν πλούτῳ τὸ φιλήδονον, λαμπρότητι δὲ καὶ ὑπεροχαῖς γείτων εὐθὺς ἡ ὑπεροψία. δυναστείαις γε μὴν παραπέπηγεν ἡ πλεονεξία. σοφίᾳ δὲ τῇ ἐν κόσμῳ, τὸ ἐν δόγμασιν ἀγκυλὲς, κἂν εἰ τὸ εὔηχες ἔχοι τῶν ἐκεῖνα γεγραφότων ἡ γλῶττα. τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Παῦλος φησίν. εἴ τις ἐστὶν ἐν ὑμῖν σοφὸς, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ Θεῷ C ἐστίν. Ἄχαρ δὴ οὖν, οὐκ ἐκ θησαυροῦ Χριστοῦ λαβὼν, ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ κόσμου τῆς Ἱεριχοῦς, προσκρούει Θεῷ. τὰ δὲ ἐντεῦθεν βλάβη, καὶ τὰ ἐκ θείας ὀργῆς συμβαίνοντα, οὐκ ἐπὶ μόνον ἐχώρει τὸν ἐπὶ τοῖσδε κατεγνωσμένον, ἀλλ' ὅλην ἐκάκου τὴν συναγωγήν. ἀμέτοχος γὰρ γεγονὼς ἐπικουρίας τῆς ἄνωθεν, ἀδρανής τε καὶ ἄναλκις ἦν ὁ πάλαι δυσαλωτότατος Ἰσραήλ. ΠΑΛ. Καὶ πῶς ἢ πόθεν ἂν μάθοιμεν ὡς ἔστιν ἀληθὴς ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος; ΚΥΡ. Ἀπό γε τῶν D ἐφεξῆς γεγραμμένων. μετὰ γὰρ τὰ κατὰ τὴν Ἱεριχὼ, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῇ λαμπρῶς καὶ νεανικῶς εἰργασμένα, παρὰ παντὸς Ἰσραὴλ, ἀπέστελεν Ἰησοῦς ἄνδρας ἀπὸ Ἱεριχὼ εἰς Γαΐ, καὶ ἀνέβησαν οἱ ἄνδρες καὶ κατεσκέψαντο τὴν Γαΐ, καὶ ἀνέστρεψαν πρὸς Ἰησοῦν, καὶ εἶπαν πρὸς αὐτόν. μὴ ἀναβαινέτω πᾶς ὁ λαὸς, ἀλλ' ὡσεὶ δισχίλιοι ἢ τρισχίλιοι ἄνδρες ἀναβαινέτωσαν, καὶ ἐκπολιορκησάτωσαν τὴν πόλιν. μὴ ἀναγάγῃς ἐκεῖ τὸν E λαὸν ἅπαντα, ὀλίγοι γάρ εἰσι. καὶ ἀνέβησαν ἐκεῖ ὡσεὶ τρισχίλιοι ἄνδρες, καὶ ἔφυγον ἀπὸ προσώπου ἀνδρῶν Γαΐ, καὶ ἀπέκτειναν ἀπ' αὐτῶν ἄνδρες Γαΐ εἰς τριακονταὲξ ἄνδρας, καὶ κατεδίωξαν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πύλης, καὶ συνέτριψαν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ καταφεροῦς. καὶ ἐπτοήθη ἡ καρδία τοῦ λαοῦ, καὶ ἐγένετο ὥσπερ ὕδωρ. οἱ πόλεις ἑλόντες καὶ χώρας καταδῃώσαντες, καὶ

τὰ ὠμότατα τῶν ἐθνῶν ἀμογητὶ νικήσαντες, ἀνικάτοις μαχηταῖς περιτυγχάνουσι τοῖς ἀπὸ τῆς Γαΐ, καὶ μόλις ἐσώζοντο, καὶ ἀπεχώρουν οὐκ ἀζήμιοι, μηδὲ ὅλην ἐν ἀρχαῖς τὴν τῶν μαχίμων πληθὺν ἐν ὅπλοις εἶναι θελήσαντες, εὐκαταγώνιστον δὲ κομιδῆ καὶ ὀλίγοις ἔσεσθαι τὴν πόλιν διαῤῥήδην ὁμολογήσαντες· μὴ ἀναβαινέτω γὰρ, ἔφασκον, πᾶς ὁ λαὸς, ἀλλ' ὡσεὶ δισχίλιοι ἄνδρες. πρὸς δὲ τὸ ἀδόκητον πάθος, καὶ τὴν τῆς ἐλπίδος ἐπέκεινα συμφορὰν, βαρυθυμήσαντος λίαν τοῦ Ἰησοῦ, καὶ περιῤῥηγνύντος μὲν τὴν ἐσθῆτα, τῷ δὲ Θεῷ προσπίπτοντος, καὶ τί ποτέ ἐστι τὸ χρῆμα καταπεθηπότος, ἔφη Θεός. ἀνάστηθι. ἵνα τί σὺ οὕτω συμπέπτωκας ἐπὶ πρόσωπόν σου. ἡμάρτηκεν ὁ λαὸς καὶ παρέβη τὴν διαθήκην μου, ἣν διεθέμην πρὸς αὐτοὺς, καὶ κλέψαντες ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος ἐνέβαλον εἰς τὰ σκεύη αὐτῶν. οὐ μὴ δυνώνται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. αὐχένα ἐπιστρέψουσιν ἔναντι τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, ὅτι ἐγενήθησαν ἀνάθεμα, οὐ προσθήσω ἔτι εἶναι μεθ' ὑμῶν, ἐὰν μὴ ἐξάρητε τὸ ἀνάθεμα ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. παραδειχθέντα δὴ τὸν Ἀχὰρ ἤρετο μὲν Ἰησοῦς, λέγων· δὸς δόξαν σήμερον Κυρίῳ τῷ Θεῷ Ἰσραὴλ, καὶ δὸς τὴν ἐξομολόγησιν καὶ ἀνάγγειλόν μοι τί ἐποίησας, καὶ μὴ κρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ. ἀπεκρίθη δὲ Ἀχὰρ τῷ Ἰησοῦ, καὶ εἶπεν. ἀληθῶς ἡμάρτον ἐναντίον Κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ, οὕτως καὶ οὕτως ἐποίησα. εἶδον ἐν τῇ προνομῇ ψιλὴν ποικίλην καὶ διακόσια δίδραχμα ἀργυρίου. καὶ γλῶσσαν μίαν χρυσῆν πεντήκοντα διδράχμων, καὶ ἐνθυμηθεὶς αὐτῶν ἔλαβον, καὶ ἰδοὺ κέκρυπται ταῦτα ἐν τῇ γῇ, ἐν τῇ σκηνῇ μου, καὶ τὸ ἀργύριον κέκρυπται ὑποκάτω αὐτῶν. συνίης ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ κεκλοφὼς ἑωρακέναι φησὶν ἐν τῇ προνομῇ ψιλὴν ποικίλην, καὶ διακόσια δίδραχμα ἀργυρίου, καὶ γλῶσσαν χρυσῆν πεντήκοντα διδράχμων, ἐνθυμηθῆναί τε αὐτῶν, τουτέστιν, εἰς ἄκοσμον αὐτῶν ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν. τὴν μὲν οὖν ψιλὴν, στρατιωτικὴν οἴονται στολὴν, χλαμύδα τε εἶναί φασι ποικίλως ἐξυφασμένην· στρατιωτικὸν δὲ τὸ ἔσθημα, καὶ πλεονεξίας σύμβολον. παραπέφυκε γὰρ ἀεί πως τῷ στρατευσίμῳ γένει, τὸ ὡς ἥδιστα πλεονεκτεῖν. τύπος δὲ αὖ λαμπρότητος κοσμικῆς, τὸ ἀργύριον, καὶ σοφίας τῆς Ἑλληνικῆς τῆς ἡδυεποῦς, ἡ γλῶσσα. τοιαύτη τίς ἐστι καὶ ἡ τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν γλῶσσά τε καὶ παίδευσις, οἱονεὶ χρυσῆ τε καὶ ἐντιμοτάτη, διά γε τὸ ἐν λέξει περιφα-

A pulati fuerant, & ſæuiſſimas gentes nullo negotio vicerant, in homines Gai tanquam inuictos incidunt, vixque ſalutem tuentur, nec ſine iactura diſcedunt, qui prius ne vniuerſum quidem pugnatorum numerum in armis eſſe voluerant, quique facillimè vel à paucis expugnari poſſe vrbem, apertè profeſſi fuerant. Ne ſimul aſcendat, inquiunt, vniuerſus populus; ſed circiter duo millia virorum. Hunc in-
B opinatum caſum, inſperatamque calamitatem, cùm grauiſſimè ferret Ieſus; & veſtem diſcinderet, & ante Deum procideret, ac quid tandem ea res eſſet, admiraretur, dixit Deus, [Surge; cur tu ſic concidiſti in faciem tuam? peccauit populus, & tranſgreſſus eſt pactum meum, quod cum illis pepigi, & furati ex anathemate miſerunt in vaſa ſua. Non poterunt filii Iſrael ſub ſiſtere ante faciem hoſtium ſuorum; ceruicem, ac tergum vertent in con-
C ſpectu hoſtium ſuorum; quia facti ſunt anathema: non adiiciam vltra, vt ſim vobiſcum, niſi abſtuleritis anathema à vobis ipſis.] Igitur, cùm indicatus eſſet Achar, interrogauit eum Ieſus, dicens, [Da gloriam hodie domino Deo Iſrael, & da confeſſionem, & nuncia mihi, quid feciſti, & ne abſcondas à me. Reſpondit autem Achar Ieſu, & dixit, Verè peccaui coram domino Deo Iſrael; ſic & ſic feci. Vidi inter ſpolia pſilen variam, & ducentos ſiclos argenti, & linguam vnam auream quanquaginta ſiclorum, & co-
D gitans de ipſis accepi; & ecce abſconſa ſunt hæc in terra in tabernaculo meo, & argentum abſconſum eſt ſub illis.] Intelligis eum, qui furtum fecerat, dicere vidiſſe ſe inter ſpolia pſilen variam, & ducentos ſiclos argenti, & linguam auream quinquaginta didrachmorum, [& cogitaſſe de ipſis,] id eſt, ad eorum nefariam cupiditatem veniſſe. Pſilen igitur quidam militarem eſſe ſtolam putant, & chlamydem eſſe dicunt varie contextam: eſt autem ea veſtis mili-
E taris, & iniquitatis ſymbolum: inſitum eſt namque militari hominum generi, vt libentiſſime ſibi pluſquam æquitas patitur, vindicet. Porrò ſplendoris mundani figura eſt argentum; lingua verò ſuauiloquentis gentilium ſapientiæ ſignum: eiuſmodi eſt apud gentilium ſapientes lingua & eruditio, tanquam aurea, & in primis pretioſa, quod ad dictionis claritatem pertinet,

Peccato autem iam detecto, pœnæ addixit ipſum Achar Ieſus, quòd non in ſeipſum modo, qui ſceleris auctor erat, ſed in vniuerſam Synagogam perniciem, è ſua impotenti cupiditate profectam, attuliſſet. Et hoc illud eſt fortaſſe, quod optimè, ac ſapientiſſimè eſt nobis Pauli voce dictum, [Auferte malum à vobis ipſis: modicum fermentum totam maſſam corrumpit.] Nónne igitur eſt tibi apertè demonſtratum, primum quidem in Abraham, ſanctis viris nihil obeſſe illam ex fortitudine gloriam, ac facilè ex ea ſequi, vt expugnare hoſtes poſſint, ſi nihil mundanum quærere voluerint? deinde in Achar rem in contrarium proceſſiſſe, cùm is è recta via declinaſſet, & ad ea, quæ in mundo ſunt, propenſus fuiſſet? PAL. Maximè verò: euidens namque fuit oratio. CYRILL. Oportere autem ſanctos viros vbique ſimplices moribus videri, non in ſententia parum ſibi conſtare, id verò planum fiet, ex eo quòd Lex apertè dicit, [Non erunt vaſa viri ſuper muliere, neque rurſus vir inducetur ſtola muliebri: quoniam abominatio eſt in conſpectu Domini, quiſquis hoc fecerit:] nam æque abominatur Deus ac turpiſſimum ſpectaculum putat tum fortitudinis opinionem in molli vita, hoc enim eſt, eſſe vaſa viri ſuper muliere; tùm in forti viro mollis animi languorem; id enim perinde eſt, ac ſi muliebri ſtola vir induatur. PALLAD. Quale iſtud eſt, quod ais? PALLAD. Nónne & apud Deum, & apud homines praua atque improba res eſt hypocriſis? PALLAD. Verum eſt. CYRILLVS. Num igitur, ſi quis voluptarius fuerit, & intemperans, & ex ipſis ſuis factis talis eſſe coarguatur; deinde confictam probitatis opinionem ſibi comparare ſtudeat, hunc hominem, Palladi, probes? PALLAD. Minimè equidem. CYRILL. Iam verò temperatum reuera hominem, & honeſtum, nonne in eadem ſententia firmum, nec diuerſum ab eo, quod eſt, ſpectari oportere cenſes? PALLAD. Fateor. CYRILLVS. Ne igitur vnquam ſolutus quorundam hominum & mollis animi ſenſus fortitudinis opinionem ſubeat: hoc enim eſt, Ne ſit vas viri ſuper mulierem: neque rurſus ille reuera fortis mollitiem quærat: hoc namque eſt viciſſim, Ne vir induatur ſtola muliebri: eſt enim par in vtraque re vitium, eaque crimina ſimilem iniuriam virtuti faciunt.

1.Cor.5.

Deut.22.

νές. ἐκκεκαλυμμένης δὲ ἤδη τῆς ἁμαρτίας, ποινῆς ὑπέθηκε τὸν Ἀχὰρ ὁ Ἰησοῦς, οὐχ ἑαυτὸν ἠδικηκότα μόνον, ἀλλ' εἰς ὅλην τὴν συναγωγὴν τὴν ἐκ τῆς ἰδίας ἀκρατοῦς ἐπιθυμίας ἐκτίναντα βλάβην. καὶ τάχα που τοῦτό ἐστι τὸ ἄριστά τε καὶ σαφῶς διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς πρὸς ἡμᾶς εἰρημένον· ἐξάρατε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. μικρὰ ζύμη, ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. ἆρά σοι δέδεικται σαφῶς, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῷ Ἀβραάμ, ὡς ἀπήμαντα μὲν τοῖς ἁγίοις διαμένει τὰ εἰς ἀλκὴν αὐχήματα· ἕψεται δὲ ῥᾳδίως τὸ δεδυνῆσθαι καταθλεῖν τοὺς ἐχθρούς, εἰ μηδὲν ἕλοιντο τῶν ἀπὸ κόσμου ζητεῖν; ἐν δέ γε τῷ Ἀχάρ, εἰς τὸ τούτοις ἐναντίον ἐκκεχωρηκότα τὰ πράγματα, ἀποκλίναντι τῆς εὐθείας, καὶ νενευκότι πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν, σαφὴς γὰρ ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι δὲ χρὴ τοὺς ἁγίους πανταχῆ μονοτρόπους ὁρᾶσθαι, καὶ οὐχ ἑτερογνώμονας, σαφὲς ἂν γένοιτο τοῦ νόμου λέγοντος ἐναργῶς· οὐκ ἔσται σκεύη ἀνδρὸς ἐπὶ γυναικί, οὐδὲ μὴ ἐνδύσηται ἀνὴρ στολὴν γυναικείαν, ὅτι βδέλυγμά ἐστιν ἐνώπιον Κυρίου, πᾶς ὁ ποιῶν ταῦτα. βδέλυγμα γὰρ ἐν ἴσῳ παρὰ Θεῷ καὶ ἀκαλλέστατον θέαμα, ἀνδρειότητος ὑπόληψις ἐπὶ μαλακισμοῖς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἶναι σκεύη ἀνδρὸς ἐπὶ γυναικί, καὶ τὸ νοσεῖν ἐν ἀνδρείαις τὸν μαλακισμόν. τοῦτο γὰρ ὁμοίως τὸ ἐνδύσασθαι τὸν ἄνδρα στολὴν γυναικείαν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οἷον δή τι φής; ΚΥΡ. Οὐ χρῆμα πονηρὸν καὶ ἀδόκιμον ἡ ὑπόκρισις παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις; ΠΑΛ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἆρ' οὖν εἴ τις εἴη φιλήδονος καὶ ἀκρατής, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐλέγχοιτο τῶν δρωμένων, ὡς ἔστι τοιοῦτος, εἶτα τῆς ἐπιεικείας καταπλάσαιτο ἐφ' ἑαυτῷ ποιεῖν τὴν δόξαν, ἐπαινέσαις ἂν τόν γε τοιοῦτον αὐτός, ὦ Παλλάδιε; ΠΑΛ. Οὐ μὲν οὖν. ΚΥΡ. Τί δὲ δὴ τὸν ἀληθῶς κόσμιον καὶ εὐσχήμονα, οὐκ οἴεσθαι δεῖν ἐν ταυτότητι γνώμης ἐρηρεισμένον, οὐχ ἕτερόν τι παρ' ὅπερ ἐστὶ γινώσκεσθαι; ΠΑΛ. Φημί. ΚΥΡ. Οὐκοῦν μήποτε τὸ ἔνθρυπτόν τε καὶ μαλθακὸν φρόνημά τινων, τὴν τῆς ἀνδρείας ὑποτρεχέτω δόξαν, τοῦτο γάρ ἐστι, οὐκ ἔσται σκεύη ἀνδρὸς ἐπὶ γυναικί, μήτε μὴν, ὁ ἀληθῶς εὐσθενής, ζητείτω τὸ μαλθακόν. τοῦτο γὰρ πάλιν, τὸ, οὐ μὴ ἐνδύσηται ἀνὴρ στολὴν γυναικείαν. ἴση γὰρ ὥσπερ ἐν ἀμφοῖν ἡ φαυλότης, καὶ ὕβρεις εἰς ἀρετὴν τὰ ἐγκλή-

A ματα. ΠΑΛ. Σφαλερὸν ὡς ἔοικεν, ὁ μαλθακισμός, καὶ τὸ χρῆμά ἐστιν οὐκ ἀζήμιον. ΚΥΡ. Μὴ γὰρ ἐνδοιάσῃς ὅλως. ἀπόβλητον γὰρ κομιδῆ, καὶ θεομισὲς τὸ πάθος, τοιγάρτοι καὶ τῶν ἱερῶν ἐκπέμπεται καταλόγων, ὁ τοῖς τοιοῖσδε τυχὸν ἐγκλήμασιν ἐνεχόμενος. χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι τόν γε ἀληθῶς εὐσθενῆ τε καὶ γενναιότατον, μηδαμῆ τὸν οἰκεῖον περιθραύεσθαι νοῦν ἀμελητήτως ἐᾶν, δείματος δὲ καὶ ὄκνου παντὸς ἀνώτερον τηρεῖν, καὶ πίστει μὲν τῇ εἰς Θεόν, ἀμωμήτως ἐρηρεισμένον, πάντα ἰσχύω λέγειν ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με B Χριστῷ· παραιτεῖσθαι δὲ ὡς ὀλέθρου πρόξενον, καὶ ἀδοκίμους ἡμᾶς ἀποφαῖνον παρὰ Θεῷ, τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ γεωδέστερα. καὶ γοῦν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ γέγραπται πάλιν· ἐὰν ἐξέλθῃς εἰς πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ ἴδῃς ἵππον καὶ ἀναβάτην, καὶ λαὸν πλείονά σου, οὐ φοβηθήσῃ ἀπ' αὐτῶν, ὅτι Κύριος ὁ Θεός σου μετὰ σοῦ, ὁ ἀναβιβάσας σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἔσται ὅταν ἐγγίσῃς τῷ πολέμῳ, καὶ προσεγγίσας ὁ ἱερεὺς λαλήσει τῷ λαῷ, καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτούς. ἄκουε Ἰσραήλ, ὑμεῖς προπορεύεσθε σήμερον εἰς τὸν πόλεμον ἐπὶ τοὺς C ἐχθροὺς ὑμῶν, μὴ ἐκλυέσθω ἡ καρδία ὑμῶν, μὴ φοβεῖσθε, μηδὲ θραύεσθε, μηδὲ ἐκκλίνητε ἀπὸ προσώπου αὐτῶν. ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ὁ προπορευόμενος μεθ' ὑμῶν, συμπολεμήσει ὑμῖν τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν διασῶσαι ὑμᾶς. καὶ λαλήσουσιν οἱ γραμματεῖς πρὸς τὸν λαόν, λέγοντες· τίς ὁ ἄνθρωπος ὁ οἰκοδομήσας οἰκίαν καινήν, καὶ οὐκ ἐνεκαίνισεν αὐτήν; πορευέσθω καὶ ἀποστραφήτω εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, μὴ ἀποθάνῃ ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ ἄνθρωπος ἕτερος ἐγκαινιεῖ αὐτήν. καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος D ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ οὐκ εὐφράνθη ἀπ' αὐτοῦ; πορευέσθω καὶ ἀποστραφήτω εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, μὴ ἀποθάνῃ ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ ἄνθρωπος ἕτερος εὐφρανθήσεται ἐξ αὐτοῦ. καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος ὅστις μεμνήστευται γυναῖκα, καὶ οὐκ ἔλαβεν αὐτήν; πορευέσθω καὶ ἀποστραφήτω εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, μὴ ἀποθάνῃ ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ ἄνθρωπος ἕτερος λήψεται αὐτήν. καὶ προσθήσουσιν οἱ γραμματεῖς λαλῆσαι πρὸς τὸν λαόν, καὶ ἐροῦσι. τίς ὁ ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος καὶ δειλὸς τῇ καρδίᾳ; πορευέσθω καὶ E ἀποστραφήτω εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, ἵνα μὴ δειλιάνῃ τὴν καρδίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὥσπερ ἡ αὐτοῦ. ΠΑΛ. Ἀλλ' ὅτι χρὴ μὲν τεθαρρηκότας ἐπὶ Θεῷ διαπρέπειν ἀρεταῖς καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀνδρίζεσθαι τῶν ἀγαθῶν, καὶ αὐτὸς ἐγὼ φαίην ἄν. ἀποπέμπονται δὲ τοῦ πολέμου τινές, ὡς ἀνεπιτήδειοι, πῶς ἢ τίνα τρόπον οὐκ

A PALLADIVS. Periculoſa res eſt, vt videtur, mollities animi, neque verò pœnæ expers. CYRILLVS. Nihil omnino dubites: auerſandum id eſt enim ſanè, & exoſum Deo vitium. Itaque è ſacris etiam legionibus reijcitur, qui huiuſcemodi fortè criminibus tenetur; opus enim eſſe cenſeo, vt ille reuera fortis, ac ſtrenuus nuſquam animum ſuum per incuriam frangi patiatur, ſed eum à formidine, atque cunctatione omni liberum ſeruet; ac fide perfectè B nixus, dicat, [omnia poſſum in eo, qui me confortat Chriſto:] caueat que, ne terrena ſapere velit; vt pote cum ea res perniciem nobis afferat, & apud Deum improbos eſſe demonſtret. Itaque rurſus in Deuteronomio ſcriptum eſt, [Si exieris ad bellum aduerſus hoſtes tuos, & videris equum, & aſcenſorem, & populum maiorem te, ne timeas ab ipſis, quia Dominus Deus tuus tecum eſt, qui aſcendere te fecit de terra Ægypti: & erit, cùm appropinquaueris ad bellum, & C ſacerdos accedens loquetur ad populum, & dicet ad eos: Audi, Iſrael, vos proceditis hodie ad bellum aduerſus hoſtes veſtros, ne diſſoluatur cor veſtrum, ne formidetis, neque conteramini, neque declinetis à facie eorum; quia Dominus Deus veſter, qui procedit vobiſcum, debellabit vobiſcum hoſtes veſtros, & ſaluabit vos. Et loquentur ſcribæ ad populum, dicentes, Quis eſt homo, qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat & reuertatur in domum D ſuam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo dedicet eam. Et quis eſt homo, qui plantauit vineam, & non eſt lætificatus ab ea? vadat & reuertatur in domum ſuam, ne moriatur in bello, & alius homo lætificetur ab ea. Et quis eſt homo, qui deſpondit vxorem, & non accepit eam? vadat, & reuertatur in domum ſuam, ne moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. Et adiicient ſcribæ loqui ad populum, & dicent, Quis eſt homo timidus, & formidoloE ſus corde? vadat, & reuertatur in domum ſuam, ne timere faciat cor fratris ſui, vt ſuum ipſius.] PALLAD. Atqui oportere Dei auxilio fretos excellere virtutibus, & ad omnia, quæ recta ſunt, ſtrenuè niti, etiam ipſe fateor. Quomodo autem nonnulli à bello tanquam inepti reiiciantur, non intelligo.

Philipp. 4.

Deut. 20.

CYRILLVS. An ignoras neminem apud Deum probatum fore, neque verò poſſe quemquam ſtatuere, ſibi pro pietate labores eſſe tolerandos, niſi huius mundi vitam incolatum putauerit? Quod ipſum optime nobis, atque euidentiſſime in ſanctorum hominum conuerſatione, tanquam in imagine figuriſque deſcriptum eſt. Nam & vir admirandus Abraham in tabernaculis diuerſabatur, & ex locis aliis in alia loca demigrabat: & vniuerſus Iſrael per deſertum frequenter manſiones mutabat, atque in tabernaculis itidem habitabat: beatus verò Dauid ea re etiam gloriabatur, ſic dicens ad Dominum,

Pſal. 38. " [Remitte mihi, quia aduena ego ſum " in terra, & peregrinus ſicut omnes " patres mei:] Expetebat etiam vehementer ſupernas illas manſiones, cum

Pſal. 83. " ſic diceret, [Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.] Eiuſmodi homines, quæ ſurſum ſunt, ſapiunt, ac ſitiunt eas, quæ in cœlo ſunt, manſiones, quas etiam ipſe Saluator diligentibus ſe pollicetur, dicens,

Ioan. 14 [Vado, & præparabo vobis locum; & iterum veniam, & aſſumam vos mecum: vt vbi ego ſum, & vos ibi mecum ſitis.] Eius igitur, qui præſentem vitam incolatum putare non ſuſtinet, figuram gerit ille, qui domum ædificat, & in hoc opus ſtudioſus incumbit: cupidi autem hominis, & auari, is, qui vineam plantat: qui verò fœminarum amori deditus fuerit, & voluptatibus eneruatus, quique carnis concupiſcentiis animum tradiderit, eum ſignificare poteſt ille, qui ad deſpondendum vxorem acceſſit. Itaque militaris præconis voce ex illa ſacra, & ad pugnam aptiſſima cohorte recedunt. Quæ autem veriſimile erat eos, qui eiuſmodi vitiis implicati eſſent, & cogitare & dicere, ea præco prius clamabat. An verò negari poteſt, quin ij, qui eiuſmodi vitiis laborant, libenter in perſecutionibus vacationem à laboribus amplectantur, nec ſtudia ſequantur, quæ pro Dei charitate ſuſcipienda ſunt, dum cogitant, ſe in eo certamine, ſi quid pati contigerit, domos, poſſeſſiones & chariſſimarum rerũ fructus eſſe amiſſuros? ex quo fit, vt formidoloſi, & ignaui deprehendantur. Quæ igitur conſentaneum erat, vt illi & ſentirent & dicerẽt,

A ἔχω μαθεῖν. ΚΥΡ. Ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι οὐκ ἂν εὐδόκιμος γένοιτο παρὰ Θεῷ, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἕλοιτό τις τοὺς ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας ἀνατλῆναι πόνους, εἰ μὴ παροικίαν ἡγεῖτο τὴν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ζωήν; ὅπερ ἡμῖν ἄριστά τε καὶ ἐναργῶς ὡς ἐν εἰκόνι καὶ τύποις, ἐν ταῖς τῶν ἁγίων ἐγράφετο πολιτείαις. παρῴκει μὲν γὰρ ἐν σκηναῖς ὁ θεσπέσιος Ἀβραάμ, καὶ τὴν ἐκ τόπων εἰς τόπους ἐποιεῖτο παραδρομήν. καὶ ἅπας δὲ κατὰ τὴν ἔρημον ὁ Ἰσραὴλ συχνὰς ἐποιεῖτο τὰς ἀπάρσεις, καὶ κατῴκησεν B ἐν σκηναῖς. ἐπισεμνύνεται δὲ τούτῳ λίαν καὶ ὁ προφήτης Δαβίδ, οὕτω λέγων πρὸς τὸν Θεόν· ἄνες μοι, ὅτι πάροικός εἰμι ἐν τῇ γῇ, καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. ἀπεδέχετο δὲ σφόδρα τὰς ἄνω μονάς, οὕτω λέγων· ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων. ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου. φρονοῦσι δὴ οὖν οἱ τοιοῦτοι τὰ ἄνω, καὶ τὰς ἐν τοῖς οὐρανοῖς διψῶσι μονάς, ἃς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ C τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὑπισχνεῖται, λέγων· πορεύομαι, καὶ ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν, καὶ πάλιν ἥξω, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς μετ' ἐμαυτοῦ, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ ὑμεῖς ἐκεῖ μετ' ἐμοῦ ἦτε. τύπος οὖν ἄρα, τοῦ παροικίαν ἡγεῖσθαι μὴ ἀνεχομένου τὴν παροῦσαν ζωήν, ὁ οἰκίαν οἰκοδομῶν, καὶ ταῖς περὶ ταύτην φιλεργίαις σπουδαίως ἐγκείμενος, τοῦ δὲ φιλοκτήμονος καὶ φιλοκερδοῦς, ὁ ἀμπελῶνα φυτεύων, τὸν δέ γε γυναικομανῆ καὶ ἐκτεθρυμμένον καὶ D ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἐπιδόντα τὸν νοῦν, κατασημήνειεν ἄν, ὁ γυναικὸς μνηστείᾳ προσιών. τοιγάρτοι τῇ τοῦ στρατοκήρυκος φωνῇ, τῆς ἱερᾶς καὶ μαχιμωτάτης ἀποχωροῦσι πληθύος. ἃ δὲ ἦν εἰκὸς τοὺς τοιοῖσδε συνειλημμένους πάθεσιν ἐννοεῖν τε καὶ λέγειν, ταῦτα δὴ φθάσας ὁ κήρυξ ἀνεφώνει. ἢ οὐκ ἀληθές, ὡς τοῖς τὰ τοιαῦτα νοσεῖν εἰωθόσι, φίλον πως ἐν διωγμοῖς τὸ ἀφερέπονον E ἀγαπᾶν; καὶ ταῖς ὑπὲρ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης μὴ κατακολουθεῖν σπουδαῖς; ἐννοοῦντας ὅτι εἴ τι γένοιτο παθεῖν ἀγωνιζομένους, οἴκων τε καὶ κτήσεων, καὶ τῶν παρὰ σφίσι τετιμημένων ἐκπεσοῦνται ἐπιθυμιῶν. ἐντεῦθεν γὰρ αὐτοῖς συμβαίνει τὸ ἀτολμοτέρους ὁρᾶσθαι καὶ ἀγεννεῖς. ἅπερ οὖν εἰκὸς φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐκείνους,

ταῦτα διακέκραγεν ὁ γραμματεὺς, πλαγίοις ὥσπερ ἐλέγχοις καὶ ἀστείοις ὀνειδισμοῖς καταπλήττων τὸν ἀγεννῆ, καὶ προφασιζόμενον πρόφασιν ἐν ἀσθενείαις, καὶ τροφὴν ὥσπερ τινὰ τῇ δειλίᾳ, κοσμικὰς ἡδονὰς συλλέγοντα. διὰ τοῦτο τὴν τελευταίαν φωνὴν, γυμνήν τε καὶ ἀπημφιεσμένην ποιεῖσθαι προστέταχε τὸν στρατοκήρυκα Θεός. καὶ προσθήσουσι γὰρ, φησὶν, οἱ γραμματεῖς λαλῆσαι πρὸς τὸν λαὸν, καὶ ἐροῦσιν, εἴ τις ἄνθρωπος φοβούμενος καὶ δειλὸς τῇ καρδίᾳ, πορευέσθω εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἵνα μὴ δειλιάνῃ τὴν καρδίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὥσπερ τὴν αὐτοῦ. μονονουχὶ γὰρ σαφῶς ἐκεῖνό φησιν· ὁ τοῖς γηΐνοις ἐγκείμενος, καὶ οἰκίας οἰκοδομῶν, καὶ φυτεύων ἀμπελῶνα, καὶ ταῖς εἰς φιλοσαρκίαν ἡδοναῖς ἡττώμενος, ἔσται που πάντως δειλός τε καὶ ἄναλκις, ἀδόκιμος δὲ παντελῶς ὁ τοιοῦτος, καὶ πρὸς ζημίας ἔσται τοῖς ἄλλοις. φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ, ὁμιλίαι κακαί. καὶ καθέλκει πρὸς ἀνανδρίαν ἔσθ' ὅτε τὸν εὔθετόν τε καὶ εὔψυχον, ὁ δειλίαις εὐαλωτότατος. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπετίμα τισὶν, οἳ διακωλύειν αὐτὸν ἤθελον ἀναβαίνειν εἰς Ἱεροσόλυμα· φησὶ γὰρ, τί ποιεῖτε κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν. ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. σημειωτέον δὲ ὅτι καὶ τῶν κεκλημένων εἰς τοὺς γάμους ἡ παραίτησις ἦν, ὅτι, ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ γυναῖκα ἔγημα, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. γέγραπται δὲ οὕτως ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ ἐν παραβολαῖς. χαλεπὸν δὲ οὐδέν που καὶ ἐξ ἀρχαίων παραδειγμάτων, εἴγε σοι δοκεῖ, τὴν ἐπὶ τῷδε δέχεσθαι πίστιν. ΠΑΛΛ. Φράζε δὴ οὖν, μελλήσας οὐδὲν, ὀνήσεις γὰρ λίαν. ΚΥΡΙΛ. Οὐκοῦν ὡς ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς ἀνέγνωμεν· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆρεν ὁ λαὸς ἐξ Ἀσηρώθ, καὶ παρενέβαλον ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Φαράν. καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων, ἀπόστειλον σεαυτῷ ἄνδρας, καὶ κατασκεψάσθωσαν τὴν γῆν τῶν Χαναναίων, ἣν ἐγὼ δίδωμι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ κατάσχεσιν, ἄνδρα ἕνα κατὰ φυλὴν, κατὰ δήμους πατριῶν αὐτῶν ἀποστελεῖς αὐτοὺς, πάντα ἀρχηγὸν ἐξ αὐτῶν. καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτοὺς Μωσῆς ἐκ τῆς ἐρήμου Φαρὰν διὰ φωνῆς Κυρίου, πάντες ἄνδρες ἀρχηγοὶ υἱῶν Ἰσραήλ. ἀπηριθμημένων δὲ κατὰ φυλάς τε καὶ γένη τῶν ἐξαπεσταλμένων, ἐπιφέρει πάλιν· καὶ ἀναβάντες κατεσκέψαντο τὴν γῆν

A eadem ſcriba prædicabat, obliquis veluti reprehenſionibus, & facetis exprobrationibus feriens ignauum hominem, excuſantem excuſationes in peccatis, & tanquam eſcam quandam ſuæ formidini mundanas voluptates colligentem. Quamobrem iuſſit Deus, vt extremam vocem ille militaris præco apertam & detectam emitteret. [Et adiicient, inquit, ſcribæ loqui ad populum, & dicent, Si quis eſt homo timidus, & formido-
B loſus corde, vadat in domum ſuam, ne timere faciat cor fratris ſui, ſicut ſuum ipſius;] propemodum enim illud dicere videtur, Qui in terrenis rebus hæret, & domos ædificat, & plantat vineas, & carnis voluptatibus vincitur, omnino formidoloſus erit, & imbellis: eiuſmodi autem homo prorſus improbatur, & cæteris damnum dabit: [corrumpunt enim mores bonos colloquia mala:] & qui metu facilè vincitur, is etiam fortem 1.Cor.15.
C interdum ac magni animi virum ad ignauiam pertrahit Itaque etiam beatus Paulus obiurgat nonnullos, qui ipſum prohibere volebant, ne aſcenderet Hieroſolyma; ait enim [Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? ego enim non ſolum ligari, ſed & mori paratus ſum pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.] Notandum etiam, eorum, qui ad nuptias inuitati erant, hanc excuſationem fuiſſe, Act.21.
D [Villam emi, vxorem duxi, & non poſſum venire:] ſic enim in Euangelicis parabolis eſt ſcriptum. Minimè verò difficile eſt, è veteribus exemplis, ſi ita videtur, fidem huic rei facere. PALLAD. Dic igitur ſine vlla cunctatione: vtiliſſimam enim rem feceris. CYRILLVS. Igitur ad hunc modum in Numeris legimus, [Et poſthæc profectus eſt populus ex Aſeroth, & caſtrametati ſunt in deſerto Pharan: & locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens, Mitte tibi viros, & explorent terram Chananæorum, quam ego do filiis Iſrael in poſ- Num.13.
E ſeſſionem, ſingulos per ſingulas tribus; ſecundum populos familiarum ipſorum mittes illos, omnem principem ex ipſis; & miſit eos Moyſes ex deſerto Pharan per vocem Domini; omnes viri principes filiorum Iſrael.] Deinde numeratis iis, qui miſſi ſunt, per tribus & genera, adiungit iterum, [Et cùm aſcendiſſent, explorauerunt terram

„ à deſerto Sin, vſque Roob, intranti-
„ bus Emath.] Et poſt nonnulla, [Et ve-
„ nerunt vſque ad Vallem botri, & con-
„ ſiderauerunt eam, & abſciderunt inde
„ palmitem, & botrum vuæ vnum ſuper
„ eum, & ſuſtulerunt illum in vectibus,
„ & de malogranatis, & de ficis; & lo-
„ cum illum appellauerunt Vallem bo-
„ tri, propter botrum, quem abſcide-
„ runt inde filii Iſrael. Et reuerſi ſunt
„ inde, poſtquam explorauerunt terram,
„ poſt quadraginta dies, & euntes vene-
„ runt ad Moyſen & Aaron, & ad omnem
„ congregationem filiorum Iſrael in de-
„ ſertum Pharan, in Cades; & reſponde-
„ runt illis verbum & vniuerſæ congre-
„ gationi; & oſtenderunt ipſis fructum
„ terræ, & narrauerunt ei dicentes, Ve-
„ nimus in terram, quò miſiſti nos, ter-
„ ram fluentem lacte & melle; & hic eſt
„ fructus eius: niſi quòd audax eſt gens,
„ quæ habitat in ipſa, & vrbes munitæ,
„ & magnæ vehementer; & ſtirpem
„ Enac vidimus ibi.] Intelligis illos ti-
midos, ac meticuloſos terræ promiſ-
ſionis exploratores manifeſte regionem
illam vitibus ferendis aptam eſſe ac pin-
guem, & maturis fructibus abundan-
tem confeſſos eſſe: verumtamen his ea
connectunt, quæ timorem incuterent;
audacem videlicet gentem, quæ illic
habitaret, appellantes, vrbes quoque
munitas, atque muratas identidem di-
ctitantes, & à ſpe victoriæ populum
Iſraelis deducentes, & metu ad igna-
uiam impellentes. PALLADIVS.
Sic ſe habet. CYRILL. Sed qui
inter illos erant ſapientes, ac ſtrenui,
Caleb & Ieſus, illorum timori & por-
tentoſis vaniſque ſermonibus obſti-
terunt, dicentes ad populum, &
„ ad Moyſen, [Minimè; ſed aſcen-
„ dentes aſcendemus, & poſſidebimus
„ illam; quia potentes poterimus ad-
„ uerſus illos.] cæteri autem, qui miſſi
fuerant, finem nullum aſſerendi fa-
ciebant, inexpugnabilem fore filiis
Iſrael promiſſionis terram. Deinde,
„ inquit, [Eleuans vniuerſa congrega-
„ tio dedit vocem, & fleuit popu-
„ lus tota illa nocte; & murmurauе-
„ runt aduerſus Moyſen, & Aaron om-
„ nes filii Iſrael: & dixit ad eos vniuer-
„ ſa congregatio filiorum Iſrael, Vtinam
„ mortui eſſemus in terra Ægypti, aut
„ in hac ſolitudine ſi mortui eſſemus: &
„ cur Dominus inducit nos in terram
„ hanc, vt cadamus in bello? vxores no-
„ ſtræ & liberi erũt in direptionem. Nunc

A ἀπὸ τῆς ἐρήμου Σὶν, ἕως Ῥοὼβ, εἰσπορευομένων Ἐμάθ. καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ ἦλθον ἕως Φάραγγος βότρυος, καὶ κατεσκέψαντο αὐτὴν, καὶ ἔκοψαν ἐκεῖθεν κλῆμα, καὶ βότρυν σταφυλῆς ἕνα ἐπ' αὐτοῦ, καὶ ἦραν αὐτὸν ἐπ' ἀναφορεῦσι, καὶ ἀπὸ τῶν ῥοιῶν, καὶ ἀπὸ τῶν σύκων· καὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐπωνόμασαν Φάραγξ βότρυος, διὰ τὸν βότρυν, ὃν ἔκοψαν ἐκεῖθεν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ ἀπέστρεψαν ἐκεῖθεν κατασκεψάμενοι τὴν γῆν, μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας· καὶ πορευθέντες
B ἦλθον πρὸς Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν, καὶ πρὸς πᾶσαν συναγωγὴν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ εἰς τὴν ἔρημον Φαρὰν Κάδης. καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς ῥῆμα, καὶ πάσῃ συναγωγῇ, καὶ ἔδειξαν τὸν καρπὸν τῆς γῆς, καὶ διηγήσαντο αὐτῷ, καὶ εἶπον. ἤλθομεν εἰς τὴν γῆν εἰς ἣν ἀπέστειλας ἡμᾶς, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, καὶ οὗτος ὁ καρπὸς αὐτῆς. ἀλλ' ἢ ὅτι θρασὺ τὸ ἔθνος τὸ κατοικοῦν ἐπ' αὐτῆς, καὶ πόλεις ὀχυραὶ τετειχισμέναι καὶ μεγάλαι σφόδρα. καὶ τὴν γενεὰν Ἐνὰκ ἑωρά-
C καμεν ἐκεῖ. συνίης ὅπως οἱ ἀνόητοί τε καὶ ἀτολμότατοι τῶν κατεσκεμμένων τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὡμολογήκασιν ἐναργῶς ὡς εὐάμπελός τε καὶ πίων ἡ γῆ, καὶ καρποῖς ὡραίοις διαβριθὴς, παραπλέκουσι δὲ τούτοις τὰ εἰς δειλίαν, θρασὺ μὲν τὸ ἔθνος τὸ κατοικοῦν ὀνομάζοντες, πόλεις τε ὀχυρὰς καὶ τετειχισμένας, ἄνω καὶ κάτω λέγοντες, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρατῆσαι ἐλπίδος ἐξιστῶντες τὸν Ἰσραήλ, καὶ καταφοβοῦντες εἰς ἀνανδρίαν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ.
D Ὧδε ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. ἀλλ' οἵ γε σοφοὶ καὶ νεανικοὶ, Χαλὲβ τε καὶ Ἰησοῦς, ταῖς ἐκείνων τερθρείαις ἀνθεστήκεισαν λέγοντες πρός τε τὸν λαὸν καὶ τὸν Μωσέα τὸν ἱερόν. οὐχί, ἀλλὰ ἀναβάντες ἀναβησόμεθα καὶ κατακληρονομήσομεν αὐτὴν, ὅτι δυνησόμεθα πρὸς αὐτούς. κατέληγον δὲ οὐδαμῶς οἱ συναπεσταλμένοι, δυσάλωτον ἔσεσθαι διαβεβαιούμενοι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν. εἶτά φησιν, καὶ
E ἀναλαβοῦσα πᾶσα ἡ συναγωγὴ, δέδωκε φωνὴν, καὶ ἔκλαιεν ὁ λαὸς ὅλην τὴν νύκτα ἐκείνην, καὶ διεγόγγυζον ἐπὶ Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ· καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς πᾶσα ἡ συναγωγή· ὄφελον ἀπεθάνομεν ἐν γῇ Αἰγύπτου, ἢ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ, εἰ ἀπεθάνομεν. καὶ ἵνα τί Κύριος εἰσάγει ἡμᾶς εἰς τὴν γῆν ταύτην πεσεῖν ἐν τῷ πολέμῳ; αἱ γυναῖκες ἡμῶν καὶ τὰ παιδία ἔσονται εἰς διαρπαγήν. νῦν

A οὖν βέλτιον ἡμῖν ἐστιν ἀποστραφῆναι εἰς Αἴγυπτον. καὶ εἶπον ὁ ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, δῶμεν ἀρχηγὸν, καὶ ἀποστρέψωμεν εἰς Αἴγυπτον. εἰς τοῦτο μὲν ἀθλιότητός τε καὶ ἀνανδρίας ἡ πᾶσα κατώλισθε συναγωγή. μεθιστάντος δὲ ὥσπερ εἰς εὐτολμίαν αὐτοὺς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ περιερρηγνυμένου μὲν τὴν ἐσθῆτα, μυρία δὲ ὅσα τῆς γῆς ἐγκώμια καταχέοντος, ἀναθαρσεῖν οὐκ ἤθελον· καταλυποῦντες δὲ ταῖς ἀνοήτοις μικροψυχίαις τὸν ἐπαμύνοντα Θεὸν, καὶ ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσιν ἀπονέμοντες τὴν τῆς ἐλπίδος κατόρθωσιν. B τοιγάρτοι λοιπὸν καὶ ἀπώμνυ, λέγων· εἰ ὄψεταί τις τῶν ἀνδρῶν τούτων τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, πλὴν Χαλὲβ υἱὸς Ἰεφοννῆ, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ. ἆρα ἐστὶν ἐνδοιαστὸν ὡς ὁ δειλός τε καὶ ἀφερέπονος, καὶ βραχὺς εἰς πίστιν, προσαπολλύει αὐτῷ καὶ ἑτέρους, κακαῖς διαφθείρων ὁμιλίαις, κλήρου τε ἀποπεσεῖται καὶ ἐλπίδος τῆς εἰς Θεόν; ὁ δὲ εὐσθενής τε καὶ ἀλκιμώτατος εἴσω τε κείσεται τῆς ἐλπίδος, καὶ γνώριμος ἔσται Θεῷ; ΠΑΛΛ. Οὐκ ἀμφίβολον. ἀπόχρη γὰρ ἡ δεῖξις. C ΚΥΡ. Οὐκοῦν καθάπερ ἔφαμεν ἐν ἀρχαῖς, ἀνεπιτήδειος εἰς παράταξιν τὴν πνευματικὴν, ὁ ταῖς κοσμικαῖς ἐνειλημμένος ἡδοναῖς. ΠΑΛ. Καὶ μάλα. ΚΥΡ. Προσθείην δ' ἂν ὅτι· χρῆναι γὰρ οἶμαι τὸ ὠφελοῦν εὖ μάλα φιλοτηρεῖν· καὶ ὁ νεωστὶ κατορθοῦν ἀρετὴν ἡντιναοῦν ἀρξάμενος, οὔπω πρὸς μάχην ἰσχυρὸς, εὐκατακόμιστος δὲ κομιδῇ πρὸς τὸ ἀδικοῦν. ΠΑΛ. Πῶς λέγεις; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐν τῷ Δευτερονομίῳ γέγραπται· ἐὰν δέ τις λάβῃ γυναῖκα προσφάτως, D οὐκ ἐξελεύσεται εἰς πόλεμον, καὶ οὐκ ἐπιβληθήσεται αὐτῷ οὐδὲν πρᾶγμα. ἀθῷος ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ἐνιαυτὸν ἕνα, εὐφρανεῖ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἣν ἔλαβεν. ἆρ' οὖν, ὦ Παλλάδιε, προσοικτέον μόνῳ τε καὶ ψιλῷ τῷ γράμματι. καὶ ὁ φιλάρετος νομοθέτης οἴκοι καθίζει τὸν μάχιμον, καὶ οὐκ ἐᾷ εὐδοκιμεῖν ταῖς εἰς γυναῖκα ψυχραῖς ὁμιλίαις ἡττώμενον, καὶ προὐργιαιτέραν τῶν ἀναγκαίων ποιούμενον τὴν φιλοσαρκίαν. ΠΑΛ. Ἥκιστά γε τοῦτι δοίην ἂν ἔγωγε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν. E πιθανὸς δέ τις ὡς ἔοικεν ὁ ἐπ' αὐτῷ κεῖται λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ὅπερ ἔφην ἀνακυκλήσας ἐρῶ. ἀνὴρ ἀρετῆς ἀψάμενος, καὶ οὔπω ταύτην εὖ μάλα κατωρθωκὼς, εὐκατακόμιστος εἰς τὸ ἐναντίον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φράσον ὅπως. ἕπομαι γὰρ οὐ σφόδρα.

A igitur melius eſt nobis, reuerti in Ægyptum. Et dixerunt alter ad alterum, Cōſtituamus principem, & reuertamur in Ægyptū.] Ad eam infelicitatem & ignauiam delapſa eſt vniuerſa congregatio. Cùm verò illos ad animi firmitatē transferre quodāmodo conaretur Ieſus Naue filius, & veſtem diſcinderet, multáſque laudes de terra illa prędicaret, confirmare animos nolebant: ſed ſtultè illos abiiciendo, ſuum propugnatorem Deū grauiter offenderunt, ſeque ſpei ſuæ compotes fieri poſſe, ſuis viribus tribuerunt. B Itaque ille etiam iurauit, dicens: [Si videbit aliquis horum hominum terram, quam iuraui patribus eorum, præter Caleb filium Iephone, & Ieſum Naue.] Num igitur eſt ambiguum, quin homo timidus, & laboris impatiens, & modicæ fidei ſecum etiam cæteros perdat, quos corrumpit malis colloquiis, ac ſortis illius, ſpeique in Deum ſit expers? Contraque ille fortis ac ſtrenuus, & ſpei compos, & amicus Dei ſit futurus? Pal. Minimè quidem ambiguum: ſatis enim C probatum eſt. Cyr. Igitur, vt à principio dicebamus, qui detinetur mundanis voluptatibus, is ineptus eſt, qui in acie ſpirituali numeretur. Pal. Et meritò. Cyr. Illud quoque addiderim (de nim quod prodeſſe poteſt, magnopere obſeruandum arbitror.) Qui virtutem aliquam colere nuper cœperit, eum minimè adhuc ad pugnam aptum eſſe, ſed poſſe ad vitium facile detorqueri. Pallad. Qui tandem iſtuc aſſeris? Cyrillus. In Deuteronomio ſcriptum eſt, [Si quis nuper vxorem duxerit, non egredietur ad bellum, neque D imponetur ei vllum negocium: immunis erit in domo ſua anno vno, lætificabit vxorem ſuam, quam accepit.] Num igitur, Palladi, ſoli, ac nudę literæ inhærendum eſt, & auctor ille Legis, cùm ſit virtutis amator, domi ſuæ ſcilicet collocat pugnatorem, neque permittit laudem de virtute quærere, leni ac frigido mulieris conuictu ſuperatum, & carnis cupiditatem neceſſitatis rebus præuertentem? Pal. Minimè verò hoc illud eſſe conceſſerim, quòd Legis au E ctori placuerit: ſed par eſt, probabilem aliquam in ea re latere rationem. Cyr. Igitur illud ipſum, quod dixi, repetam. Qui virtutem attigerit, nec dum illam perfectè admodum adeptus ſit, facilè in contrarium detorqueri poteſt. Pallad. Dic, quonam modo? nondum enim admodum ſequor.

Deut. 24.

CYRILLVS. Ait certè Salomon, Prou. 7. [Dic ſapientiam, tuam ſororem eſſe, & prudentiam tibi amicam facito :] familiares namque nobis virtutes reddimus, ſi ex illis fructum ferre imprimis ſtuduerimus : hic enim verbi gratia, ſapientiæ, quæ in rerum cognitione verſatur, ille manſuetudini, & lenitati dat operam, aut eiuſmodi certe alteri virtuti, quam conſequi propoſuerit. Num igitur ſtatim atque in huiuſmodi rebus mediocriter verſari cœpit animus, idoneus erit, qui probetur ac tentetur ? & qui ſapientiæ contubernio vti recenter inceperit, ſi in eos inciderit, qui recta peruertunt, nónne peruertetur potius, quàm vincat, & illorum perniciem depellat, quippe cum non ſatis adhuc ſtabilis ac fixus in ſapientia ſit ? PALLAD. Conſentaneum videtur. CYRILL. Præterea, qui manſuetudini ſtudet, prouocante aliquo, ſi nondum in ea virtute ſit exercitatus, nonne facilè ſuccenſebit? PALLAD. Ita opinor. CYRILL. Exercitatus autem ſapiens cum ſapientibus pugnabit, & illorum aſtutiæ rectam rationem fortiter opponet. PAL. Verum eſt. CYR. Quid verò ille, qui manſuetudinem eſt perfectè conſecutus, nonne difficilè ſuccenſebit, quamuis nonnunquam ab aliquibus prouocetur ? PALLAD. Fateor. CYR. Rectè itaque Lex, cùm eleganter velut in mulieris ſpecie virtutem ſanctorum coniugem depinxiſſet, Deut. 24. [Si quis, inquit, nuper vxorem acceperit, non egredietur ad bellum, neque vllum munus ei imponetur : immunis erit in domo ſua anno vno, lætificabit vxorem ſuam, quam accepit :] onerari namque laboribus ac perſecutionibus non permittit eum, qui nuper veluti compactus eſt, & recentiori eſt erga virtutem ſtudio ; ſed tanquam curis vacuum atque apud ſe manentem ac fotum virtutis amoribus confirmari ſinit. Eiuſmodi quippiam ſanctos Apoſtolos feciſſe reperiemus, qui ad gentiles nuper cõuerſos, & ad Dei agnitionem vocatos, Act. 15. ſapienter ſcribunt, [Viſum eſt enim Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, niſi vt abſtineatis vos à fornicatione, & ſuffocato & ſanguine:] prætermiſſis enim ſapienti gubernatione mandatis grauioribus, pauca quædam ac neceſſaria ſeruare iuſſerunt; cùm illorum, qui paulo ante ad Deum colendum adducti eſſent, infirmas in aſperis rebus tolerandis vires non ignorarent.

A ΚΥΡ. Ὁ Σολομών που, φησίν, εἶπον τὴν σοφίαν, σὴν ἀδελφὴν εἶναι. τὴν δὲ φρόνησιν, γνώριμον περιποίησαι σεαυτῷ· οἰκειούμεθα γὰρ ὥσπερ τὰς ἀρετάς, τὸ ἐν αὐταῖς καρποφορεῖν ὅτι μάλιστα διεσπουδακότες. ὁ μὲν γάρ τις τυχὸν, τὸ ἐν γνώσει σοφὸν, ὁ δὲ τὴν πραότητα καὶ ἀοργησίαν οὐκ ἀνεπιτήδευτον ἔχει, ἤγουν ἑτέραν τὴν τῶν τοιούτων ὅπερ ἂν ἕλοιτο κατορθοῦν. ἆρ' οὖν εὐθὺς ὁ τῆς ἔν γε τούτοις ἐπιεικείας ἀρξάμενος νοῦς, ἱκανὸς εἰς τὸ δοκιμάζεσθαι καὶ πειράζεσθαι; καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσι περιτυχὼν ὁ σοφίᾳ B νικήσας προσφάτως, οὐ διαστραφήσεται μᾶλλον, ἤγουν περιέσται καὶ διακρούσεται τὰ ἐκείνων βλάβη, βεβηκὼς καὶ ἐρηρεισμένος διακρῶς οὔπω πρὸς σύνεσιν; ΠΑΛ. Ἔοικεν. ΚΥΡ. Παροξυνόντος δέ τινος, ὁ τὴν πραότητα μετιὼν, εἰ μή πω τις εἴη πρὸς τοῦτο γεγυμνασμένος, οὐ κατειχήσεται πρὸς ὀργὴν εὐκόλως; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οἶμαί γε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐντελὴς δὲ σοφὸς διαμαχεῖ- C ται σοφοῖς, καὶ ἀντεξάγει νεανικῶς ταῖς ἐκείνων πανουργίαις, τὰ ἐξ ὀρθότητος λογισμῶν; ΠΑΛ. Ἀληθές. ΚΥΡ. Τί δὲ ὁ πραότητι κατωρθωκὼς, οὐ δυσχερὴς εἰς ὀργὰς, κἂν εἰ πρὸς τοῦτο αὐτὸν παραθηγριενέσθαι ὅτε τινές. ΠΑΛΑ. Φημί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὀρθῶς οὖν ὁ νόμος καθάπερ ἐν εἴδει τῆς γυναικὸς διαμορφώσας ἀστείως τὴν τοῖς ἁγίοις σύνοικον ἀρετὴν, ἐάν τις λάβῃ γυναῖκα προσφάτως, φησίν, οὐκ D ἐξελεύσεται εἰς πόλεμον, καὶ οὐκ ἐπιβληθήσεται αὐτῷ οὐδὲν πρᾶγμα. ἀθῷος ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. ἐνιαυτὸν ἕνα εὐφρανεῖ τὴν γυναῖκα ἣν ἔλαβε. καταφορτίζεσθαι γὰρ οὐκ ἐᾷ πόνοις τε καὶ διωγμοῖς τὸν οἱονεί πως ἀρτιπαγῆ, καὶ νεαρωτέραν ἔχοντα τὴν εἰς τὸ ἀγαθὸν σπουδὴν, σχολαῖον δὲ ὥσπερ καὶ ἐφ' ἑαυτῷ μένοντα, καὶ θαλπόμενον ταῖς εἰς ἀρετὴν καταδεσμεῖσθαι φιλοστοργίαις. τοιοῦτόν τι πεπραχότας εὑρήσομεν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, οἳ τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφουσι, καὶ νεωστὶ κεκλημένοις εἰς ἐπίγνωσιν E Θεοῦ, σοφῶς ἐπιστέλλουσιν. ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος. πλὴν ἀπέχεσθαι ὑμᾶς πορνείας καὶ πνικτοῦ, καὶ αἵματος. ἀφέντες γὰρ οἰκονομικῶς τῶν ἐνταλμάτων τὰ φορτικώτερα, ὀλίγα τε καὶ ἀναγκαῖα τηρεῖν ἐκέλευον, τῶν ἀρτίως εἰσκεκομισμένων ἐπὶ τὸ χρῆναι θρησκεύειν τὸ ἀταλαιπαθὲς οὐκ ἠγνοηκότες· καὶ

A neque exploraſſe quidnam ſit reuera labes & impuritas: adulteria namque, & vitia his quoque immaniora: maſculorum concubitus, ac cædes, detractiones, & inuidiæ, mendacia ac doli, fallaciæ ac periuria, maculæ ſunt, & inquinamenta, quæ animam & corpus inficiunt, ac difficilè ablui atque abiici poſſunt. Sed hæc neque ignis, neque aquarum fontes abſterſerint. Itaque, cùm ne ſcire quidem B curent, hæc animum inquinare, & odore peſſimo replere mentem, refugiunt à cadaueribus, & corrupta corpora execrantur. In quo naturæ leges contemnunt; quinetiam eſculenta, quæ voluerint, ſapienter, vt ipſi putant, improbant: ac ſi fortè contigerit, vt vel præter voluntatem attingant, ilico reſiliunt, atque ad ignis vel aquæ luſtrationem properant; tanquam ſi ab iis duntaxat abſtinuerint, ſancti ſint ac puri futuri; adeo hac opinione C ſunt occupati, & mentis impotes facti: in quos dici poteſt & quidem aptiſſimè, [Væ vobis effrenati ac ſtulti, excolantes culicem, & glutientes camelum.] Matth. 23. Nihil enim de ea re laborant, quæ verè inquinare conſueuit; ea inaniter horrent, à quibus nullo quiſpiam afficitur incommodo. Itaque, ſi quis eorum ad monumentum perrexerit, & mortuorum hominum ſepulchra fuerit ingreſſus, abiicit veſtem, radit caput, ipſum quoque crinem tanquam impurum detondens. A quibus rebus eſſe nobis recedendum, cauendum- D que ne eos imitemur, diuina lex docuit: dixit enim iterum, [Non luſtrabitis, non imponetis caluitium ſuper mortuo inter oculos veſtros.] Deut. 14. Gentilium enim egregii ſcriptores Apollinem fingunt Deum, quem etiam Phœbum appellant, id eſt, purum & impollutum, eundemque eſſe quem Solem dicunt; φοιβάζειν igitur dicebant, ac φοιβᾶσθαι rurſus ex Græca loquendi conſuetudine, quod purgare eſt atque purgari, vt ipſi putant, & vt eſt in E ipſorum legibus. Ab iis igitur adeo turpibus atque deformibus obſeruationibus nos diuinum reſponſum coercet; neque enim mortem corporum eſſe animi pollutionem putare conuenit, aut exiſtimare cadaueris conſpectu maculas in cordibus aſpicientium imprimi; neque propterea crinem tondere; id enim vaniſſimum eſt, & abiectiſſimæ opinionis plenum.

Præclarè igitur Lex, [Non luſtrabitis,] inquit; neque enim eiuſmodi purgatio animum iuuat, ſed lædit potius; nam & vtiliſſimæ viæ cognitionem aufert, & ab vtilitatis indagatione nos abducit: ineamus enim hanc rationem. Leges ſunt apud nos eorum, qui ſuper terram habent imperium, quæ omnibus vbique hominibus, quæ facienda ſint, iubeant, prohibeantque contraria: ſed pœnas effugere earum violatione commeritas nemo poterit, niſi imperatoris ei benignitate condonentur. Eadem quoque ratione, qui diuinas leges contempſerit, fieri purus non poteſt, niſi id diuini numinis beneficio lucratus fuerit. Si enim ignis aut aquæ leges violauimus, & peccati ratio ad illa ſpectat, abluat aqua culpam, excoquat ſordes ignis; condonent pro ſuo iure, quibus voluerint, crimina: ſin autem verax

Pſal. 50. eſt ille, qui dicit Domino, [Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci:] (vnus enim eſt Legiſlator ac Iudex) quam ob cauſſam, eo dimiſſo, penes quem & puniendi eſt, & condonandi poteſtas, ad anilia commenta delabuntur, igni & aquæ tribuentes eam facultatem, vt poſſe exiſtiment ipſos à culpis abſoluere. Apage ab hac temeritate, obſecro; accede ad eum, qui ſolus eſt natura Deus, & cũ ilico dicentem audies,

Eſai. 43. [Ego ſum qui deleo peccata tua propter me, & non memor ero.] Hæc eſt vera purgatio, hic ſpiritualis ſplendor: nam abluti ſumus, peccati remiſſionem fide in Chriſtum adepti; ſanctificati etiam lauacro regenerationis, ac diuina ſancti Spiritus gratia locupletati, qui ignis inſtar maculas, quæ in noſtros animos irruunt, quaſi paleas conſumit. Ideoque iure inquit ſcriptura diuinitus

Matt. 3. inſpirata, Spiritu ſancto & igni nos eſſe baptizatos. PALLAD. In idololatriæ igitur numero habebimus etiam hunc errorem? CYRILLVS. Maximè verò: eſt enim ea res impietatis plena. His iure coniungere atque adnumerare licet, quod nonnulli putant res humanas aliorum nutibus gubernari, actionumque noſtrarum poteſtatem non de nobis ipſis pendere, ſed de iis quæ dogmatum adeo abſurdorum inuentoribus fingere libuerit. Nam Fatum & Fortunam, & Ortum neſcio quonam modo quaſi gubernatores quoſdam vitæ hominum imponentes,

A Εὖ γε δὴ οὖν ὁ νόμος τὸ, οὐ φοιβήσετε, φησίν, οὐ γὰρ ἡ τοιάδε κάθαρσις ὀνήσει ψυχὴν, ἀδικεῖ δὲ μᾶλλον, καὶ τὴν γνῶσιν παραιρουμένη τῆς ἐπωφελεστάτης ὁδοῦ, καὶ τῆς τοῦ συμφέροντος ἀποκομίζουσα θήρας. σκεψώμεθα γὰρ ὡδί. νόμοι παρ' ἡμῖν τῶν ἐπὶ γῆς κρατούντων εἰσὶ, τὰ πρακτέα καὶ μὴ, τοῖς ἁπανταχοῦ βραβεύοντές τε καὶ ἀποφάσκοντες, ἀλλ' οὐκ ἄν τις δύναιτο διαφυγεῖν τὰς ἐπὶ τοῖς παραβάσεσι δίκας, μὴ οὐχὶ τὸ αἰτιᾶσθαι δεῖν τῆς βασιλέως ἡμερότητος ἐφιείσης αὐτῷ. κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, ὁ B τῶν θείων ἀλογήσας νόμων, οὐκ ἂν γένοιτο καθαρὸς, μὴ οὐχὶ θείῳ νεύματι τὸ χρῆμα πεπλουτηκώς. εἰ μὲν γὰρ πυρὸς ἢ ὕδατος παραβεβήκαμεν νόμους, καὶ ὁ δι' ἁμαρτίας λόγος εἰς ἐκεῖνα βλέπει, ἀπονιπτέτω τὸ ὕδωρ τὴν γραφὴν, καταπηκέτω τὸν ῥύπον τὸ πῦρ, καὶ ἀνιέντων ἐπ' ἐξουσίας οἷς ἂν ἕλοιντο τὰ ἐγκλήματα. Εἰ δὲ ἀληθὴς ὁ λέγων πρὸς τὸν Θεόν. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα, εἷς γὰρ ὁ νομοθέτης καὶ κριτὴς, αὐτὸ ὅτου C μεθέντες τὸν τοῦ κολάσαι τε καὶ ἀνεῖναι κύριον, εἰς γραοπρεπεῖς ἐννοίας καταλισθαίνουσι, πυρὶ καὶ ὕδατι νέμοντες τὸ ἀπαλλάττειν δύνασθαι τῆς αἰτίας μετὰ αὐτούς. ἄπαγε τῆς δυσβουλίας ἄνθρωπε, πρόσιθι μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ, καὶ ἀκούσῃ λέγοντος εὐθὺς, ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου ἕνεκα ἐμοῦ, καὶ οὐ μνησθήσομαι. αὕτη κάθαρσις ἀληθής· αὕτη λαμπρότης ἡ πνευματική· δεσμήγμεθα γὰρ ἡμεῖς, πίστει τῇ εἰς Χριστὸν κεκερδακότες τῆς ἁμαρτίας τὴν ἄφεσιν, D ἡγιασμένοι τε τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας, καὶ τῆς θείας ἑαυτοὺς καταπλουτήσαντες χάριτος, τῆς τοῦ θείου πνεύματος, ὃ καὶ πυρὸς δίκην, οἷά τινα φορυτὸν τὸν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐγκατασκήψαντα δαπανᾷ μολυσμόν. ἐν πνεύματι γὰρ ἁγίῳ καὶ πυρὶ βεβαπτίσθαι ἡμᾶς φησι, ταύτῃ τοι δικαίως ἡ θεόπνευστος γραφή. ΠΑΛ. Ἐν μοίρᾳ δὴ οὖν εἰδωλολατρείας λογιούμεθά που, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖσδε πλάνησιν; ΚΥΡ. Πάνυ μὲν οὖν. ἀθεότητος γὰρ τὸ χρῆμα μεστόν. συντετά- E ξαιτο δὲ τούτοις καὶ ἐναριθμοῖτο ἂν εἰκότως, τὸ οἴεσθαι τὰ ἀνθρώπινα τοῖς ἑτέρων διοικεῖσθαι νεύμασιν, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἀνῆφθαι τὴν ἐξουσίαν οὐχ ἡμᾶς αὐτοὺς, ἀλλ' οἷς ἂν ἕλοιντο μυθοπλαστεῖν οἱ τῶν οὕτως ἀπιθάνων δογμάτων εὑρεταί. εἱμαρμένην γὰρ καὶ τύχην καὶ γένεσιν, οὐκ οἶδα ὅπως οἰακοστρόφους ὥσπερ τινὰς ἐφιστάντες τῷ βίῳ,

ἕκαστον μὲν ἡμῶν οὐκ εἶναί φασι τῶν πρακτέων θελητὴν ἢ κύριον. ἄγεσθαι δὲ καθάπερ ἐξ ἀναγκαίου δεσμοῦ πρὸς ὃ τοῖς κρατοῦσι δοκοῦν. εἶτα τί ἂν γένοιτό ποτε τοῦ τοιοῦδε ἀλογώτερον; πῶς δ' ἂν μειζόνως ἠδίκησεν ὁ Σατανᾶς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἢ ὅτι προσήκειν ὧδε φρονεῖν καὶ διαλογίζεσθαι διεπείθεν; πῶς γὰρ ἂν ἔτι βουλεύσαιτο τὰ χρηστὰ, καὶ ἐθελουργὸς ἐπ' αὐτά τις ἴοι ποτέ; γεγονὼς δὲ καὶ ἐν τοῖς αἰσχίοσι, καὶ πεφρονηκὼς ἃ μὴ χρὴ, πῶς ἂν ἑαυτὸν αἰτιῷτο καὶ καταθήξας ταῖς λύπαις τὰ ἀμείνω μεταβουλεύσαιτο φρονεῖν τε καὶ δρᾶν; ὥσπερ γάρ τοις τὴν θάλατταν διαΐττουσι καὶ διαπλεῖν ἠρημένοις πᾶσά πως τοῖς ἐκ πρύμνης ἄγεσθαι ἀνάγκη πνεύμασι, καὶ καταβιάζεσθαι πανταχῆ πρὸς ὃ τῷ συνωθοῦντι δοκοίη· οὕτω που πάντως καὶ ἡμῖν αὐτοῖς παραχωρεῖν ἀναγκαῖον, ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτο διακομίζειν ἡ τύχη, καὶ τὰ δυσδιάφευκτα καθ' ἑκάστους τῆς εἱμαρμένης πνεύματα. ἢ οὐκ ὀρθῶς εἰρῆσθαι ταυτί καὶ αὐτὸς οἰήσῃ πάλιν. ΠΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἠλίθιον κομιδῇ, τὸν μὲν ἀγαθὸν καὶ ἐπιεικῆ στεφανοῦν ἐπαίνοις, καὶ τιμῆς ἀξιοῦν, τὸν δὲ πονηρὸν καὶ ἀκόλαστον βδελυρὸν ἡγεῖσθαι καὶ διεπτυσμένον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τίνα φὴς τρόπον; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι, ὦ Παλλάδιε, γένεσίς τε καὶ τύχη, νενικήκασι κατ' αὐτοὺς, καὶ ἀνεθελήτως ἐπ' ἄμφω τὸ πολυάθλιον τὸ ἐπὶ τῆς γῆς ἀποφέρεσθαι γένος. ἐθελούσιον δὲ παρ' ἡμῖν οὐδέν. ἢ γὰρ οὐχὶ τὸ πεφυκός τι κινεῖν καὶ δυνάμενον, αἴτιον ἂν εἴη τοῦ κινεῖσθαι τοῖς παρ' αὐτοῦ κινουμένοις; ΠΑΛΛ. Φημί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἴθι οὖν διά γε τῶν ἴσων ἐννοιῶν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἀναμέτρει τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἵν' ἐσμὲν κακοὶ, καταθρήσεις μάλα, εἰ μὴ ταῖς ἑαυτῶν ἐθελουσίοις ῥοπαῖς, ἢ τῇδε, ἢ ἐπὶ τάδε ἴμεν τε καὶ διαπονούμεθα· κεκρατήμεθα δὲ ὥσπερ καὶ ὑπεζεύγμεθα τοῖς ἑτέρων ζυγοῖς ἄγειν τι καὶ φέρειν τὰ καθ' ἡμᾶς, ἧπερ ἂν ἕλοιντο, δυναμένοις. τὰ εἰκότα γὰρ ἤδη φρονοῦντες, ἑαυτοῖς μὲν ἔτι τῶν πρακτέων ἀναθήσομεν οὐδὲν, ἀναφοροῦμεν δὲ μᾶλλον τὰς ἐφ' ἅπασιν αἰτίας, τοῖς ἐφ' οἴησιν τὴν κατὰ γνώμην αὐτοῖς πηδαλιουχεῖν εἰωθόσιν. ἀφεστήξει δὲ οὖν ὥσπερ ἐπαίνου παντὸς ὁ δίκαιος, οὕτω καὶ ποινῆς ὁ ἄδικος· καὶ τοῦ κολάζεσθαι δεῖν.

A aſſerunt non eſſe vnumquemque noſtrũ rerum faciendarum auctorem ac Dominum; ſed tanquam neceſſario quodam vinculo agi pro imperātiũ arbitrio. Quid tandem eiuſmodi re eſſe poteſt irrationabilius? quam verò maiorem iniuriam hominum generi inferre potuiſſet Satanas, quàm, cùm perſuaſit oportere, vt ad hunc modum ſentirent atque cogitarent? quomodo enim de rebus optimis conſultare aliquis, & ea ſponte aggredi poſſit vnquam? Iam verò, qui in turpi- B bus factis verſatus ſit, & ea propenſo animo ſectatus, quæ non oportet, quonam modo ſeipſe accuſabit, ac mœrore conficiens, ad meliora tum ſapienda, tùm facienda, mutata ſententia, conuertet? Vt enim ii, qui mare tranſmittere, atque traiicere volunt, omnino neceſſe eſt, vt è puppi flantibus ventis agantur, & eo per vim deferantur, quò flatus impulerint; ſic etiam nobis ipſis, quocunque Fortuna nos deferre voluerit, & auræ Fatorum, vt ipſi putant, ineuitabiles, prorſus concedere neceſſe eſt. Nonne C rectè hæc à nobis eſſe dicta exiſtimas? PAL. Quidni exiſtimem? CYR. Igitur ſtultum ſane eſt, honeſtum quidem ac probum virũ ornare laudibus, & honore dignum iudicare; improbum verò atque intemperantem, turpem putare atque contemnere. PAL. Qua ratione iſtud aſſeris? CYRILL. Quia, Palladi, Ortus ac Fortuna ex eorum opinione ſuperiora ſunt; & hominum, qui in terris verſantur, miſerrimum genus præter voluntatem in partem vtramque detor- D quent: neque apud nos aliquid voluntarium: quid enim? nonne id, quod ad mouendum idoneum eſt ac potens, cauſſa eſt, cur ea moueantur, quæ ab eo mouentur? PALLADIVS. Fateor. CYRILLVS. Perge igitur per eaſdem intelligentiæ notiones ad res humanas, & res noſtras metire: ita in quo malorum cumulo iaceamus, optimè perſpicies; ſi nõ ipſi noſtris voluntariis nutibus aut hac, aut illac ingredimur ac properamus; ſed quodammodo tenemur, & aliorum iugo ſubiecti ſumus, qui res noſtras agere ac ferre valeant, quacunque E voluerint. Iam enim, ſi congruentia cogitabimus, nobis ipſis partes rerũ agendarum tribuemus nullas, ſed rerum omnium cauſſas iis potius aſſignabimus, quæ nos quaſi gubernator clauum tenens pro eorum arbitrio impellere ſoleant. Aberit igitur, vt ab omni laude iuſtus, ſic iniuſtus à pœna atque ſupplicio,

Palladivs. Rectiſſimè colligis. Cyrill. Talium ergo dogmatum inuentores temere Solonem illum apud Athenas, Draconem quoque ac Lycurgum admirantur, tanquam optimarum diſciplinarum auctores, vt qui leges Græcis præſtantiſſimas inuenerint. Quid enim eſt ex ea re commodi, ſi nihil in noſtra ſitum eſt poteſtate; ſed potius ex aliorum nutu noſtra omnia pendent? eodemque præterea pondere, eodemque loco erit, qui leges ignorauit, quo illi, qui norunt, ſi volentibus nulla facultas, quæ velint libere faciendi datur. Quin etiam legum auctores longe iniquiſſimos homines fuiſſe pronuncio; quamuis maximam illi iuſtitiæ opinionem ſibi comparauerint: nam ſegnes atque negligentes neſcio qua ratione puniendos eſſe decreuerunt, & acerbas violatarum legum pœnas dare voluerunt; pueris autem quaſi regulas quaſdam, & laude digniſſimas vitæ inſtituendæ rationes tradiderunt; idque fecerunt, aut quod in noſtra facultate ſitum putarent, honeſtam vitam inſtituere; aut neſcio quod conſilium ſecuti ſint. Dixerit autem, vt opinor, aliquis, Præclarè quidem, ô Solon, leges illius ſæculi hominibus tradidiſti. Sed opus erat, vt Fato præterea perſuaderes, ſineret eos, qui leges acceperant, quæ vellent & ſentire & facere. Sed tu, nihil de perſuadendo laborans, leges ſanxiſti: ridebas quippe, & ipſe hanc fabulam, & rerum agendarum facultatem penes nos eſſe ſciebas, & hanc iniquam & cæcam actionum humanarum Fortunam repellebas: alioqui nũquam exiſtimaſſes, optimum quidem ciuem eum eſſe habendum, qui tum pius eſſet, tum legum ſeruator; & ad ſummam probitatis gloriam pertigiſſet; inutilem rurſus, & inter turpiſſimos recenſendum, qui legibus rectum vitæ iter aggredi ſuadentibus, multam ſalutem dixiſſet. Pallad. Elegantiſſime atque optime. Cyrill. Quid verò, Palladi, puerorum inſtitutiones & monita, exhortationes quoque ad virtutem, quas parentes liberis & magiſtri ad ſe ventitantibus adhibent, nonne vanas eſſe dicemus; ſi viam non ex noſtra ſententia ingredi, & vitæ ſemitam tenere interdum à noſtra voluntate alienam cogimur? Palladivs. Et quidem maximè. Cyrillvs. Si quis præterea aduerſum pueros ſuos, aut alios aliquos commoueatur, eiſque rectam caſtigationem adhibeat,

A ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθότατα διανοῇ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἰκῇ τοιγαροῦν θαυμάζουσιν οἱ τῶν τοιούτων δογμάτων εὑρεταὶ Σόλωνά τε τὸν Ἀθήνησι, Δράκοντά τε καὶ Λυκοῦργον, ὡς παγκάλων μαθημάτων εἰσηγητὰς, καὶ νόμους τοῖς Ἕλλησι τοὺς ἀρίστους ἐξευρηκότας. ποία γὰρ ἐκ τοῦδε λοιπὸν ἡ ὄνησις, εἴπερ μηδὲν ἐφ' ἡμῖν, ἀνῆπται δὲ μᾶλλον τὰ ἡμῶν ἑτέροις; ἐν ἴσῳ δέ που καὶ ἐν ὁμοίῳ λοιπὸν, τοῖς τοὺς νόμους εἰδόσι, καὶ ὁ τούτους ἠγνοηκὼς, εἰ μὴ μέτεστι δρᾶν τοῖς ἐθέλουσιν ἐλευθέρως, ἃ ἂν
B ἕλοιντο τυχόν, ἀδικωτάτους δὲ λίαν τοὺς τῶν νόμων ὑφηγητὰς γενέσθαι φημὶ, καίτοι πλείστην ὅσην δόξαν δικαιοσύνης ἐφ' ἑαυτοῖς ἠρημένους. χρῆναι γὰρ δὴ νενομοθετήκασιν οὐκ οἶδ' ὅπως, τοὺς ῥᾳθυμοῦντας κολάζεσθαι, καὶ πικρὰς τῆς παραβάσεως ἀποτιννύναι δίκας. κανόνας δ' ὥσπερ τοῖς νέοις τῆς παιδαγωγίας ἔστιν οὓς ἀξιεπαινετωτάτους παραδεδώκασιν, ἢ ὡς ὂν ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς, τὸ διαβιοῦν ἑλέσθαι σεμνῶς, ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι πεφρονηκότες. φαίη δ' ἄν, οἶμαι, τις,
C εὖγε, ὦ Σόλων, ἐνομοθέτεις τοῖς τότε. ἀλλ' ἔδει που πάντως προσαναπεῖσαι τὴν εἱμαρμένην ἐφεῖναι τοῖς νενομοθετημένοις ἃ ἂν βούλοιντο φρονεῖν τε καὶ δρᾶν. ἐνομοθέτεις δὲ οὐ πεπεικώς. ἐγέλας δέ που τάχα καὶ αὐτὸς τὸν μῦθον, καὶ κυρίους ἠπίστασο τῶν πρακτέων ἡμᾶς, τήν τε ἄδικον καὶ τυφλὴν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀπεσόβεις τύχην. ἦ γὰρ οὐκ ἂν ᾤου δεῖν, ἄριστον μὲν εἶναι πολίτην ὑπονοεῖν,
D τὸν εὐσεβῆ τε καὶ νομοφύλακα, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἐπιεικείας ἀνῆφθαι τὴν δόξαν, ἀχρεῖον δὲ αὖ καὶ τοῖς αἰσχίστοις ἐναριθμούμενον τὸν ἐρρῶσθαι φράζοντα τοῖς εἰς ὀρθότητα συμβουλεύουσι διάγειν νόμοις; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀστειότατά τε καὶ σφόδρα καλῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τί δὲ, ὦ φιλότης; οὐχὶ τὰς παιδαγωγίας καὶ τὰς ὑποθήκας, καὶ μὴν καὶ παρακλήσεις τὰς ἐπ' ἀρετὴν, ἅσπερ ἂν ποιοῖντο πατέρες μὲν ἐφ' υἱοῖς, δι-
E δασκάλων δὲ νεήλυδας ὁμιλητὰς, εἰκαίας εἶναι φήσομεν, εἴπερ κατατείχειν ἀνάγκη τὴν οὐ κατὰ γνώμην ὁδὸν, καὶ βίου τρίβον ἰέναι τὴν ἀνεθέλητον ἔσθ' ὅτε; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἰ δὲ δὴ καὶ παισὶν ἰδίοις, ἤγουν ἑτέροις τισὶ πεπλημμεληκόσιν ἐπιτιμῷτό τις καὶ ὀρθὴν ποιεῖται τὴν ἐπίπληξιν, ἐπαινέσαις ἂν τὸν

τοιοῦτον αὐτὸς, ἢ ἄδικον λογιῇ, τοὺς μὲν ἁπάντων ἡμῖν τῶν κακῶν αἰτίους ἀνεπιτιμήτους ἐᾷν οὐκ οἶδ' ὅπως ἠρεμοῦντας, τούς γε μὴν, ἀνεθελήτως τε καὶ ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ ταῦτα ἠγμένους ὑποφέρειν τὰς δίκας; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἔοικε. πολὺ γὰρ ἔχει τὸ πιθανὸν ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔμπλεως δὲ ὅτι δυσσεβείας αὐτοῖς τῆς ἐσχάτης ἡ τοιάδε δόξα, κἀντεῦθεν εἴσῃ τοι. τὸν γὰρ τοῦδε τοῦ παντὸς οἰακοστρόφον ὥσπερ τινὰ καὶ ἐπιστάτην Θεὸν, τῆς ἐνούσης αὐτῷ κατασείοντες δόξης, καὶ εἰς τοῦτο λοιπὸν ἰόντες θράσους, ὡς τῶν ἰδίων εἰσάπαν ἀλλοτριοῦν αὐχημάτων αὐτὸν, ψήφοις ἰδίοις αὐτοί τε τὸ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀπονέμουσι κράτος, τοῖς εἰς νοῦν ἥκουσιν ἁπλῶς. καί τοι τὴν κτίσιν ἅπασαν οὐκ ἀνεπιστατήτοις κινήμασι φερομένην ὁρῶντες εἰς τὰ οἰκεῖα. τί γὰρ οὐκ ἐν κόσμῳ πράττεται τῶν περὶ τὴν κτίσιν; τί δὲ τῶν ὄντων οὐχὶ τὴν ἰδίαν τετήρηκε τάξιν, καὶ μονονουχὶ τὸν ταξίαρχον ἀναφωνεῖ; καὶ ὅτι νόμοις ὑπέζευκται βοᾷ καὶ νεύμασι διοικεῖται τοῖς τοῦ κρατεῖν ἰσχύοντος, φημὶ δὴ Θεοῦ. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, φησὶν, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. πῶς γὰρ οὐκ ἐμωράνθησαν ἕτερ' ἄττα παρὰ τὸ ἔχον ὀρθῶς, σφίσι τε αὐτοῖς καὶ μὴν καὶ ἑτέροις φρονεῖν συμβουλεύοντες. καί τοι τί δή ποτε φαίη τις ἂν τοῖς οὕτως ἀθλίοις ἐπινήχεσθαι λογισμοῖς, μηδὲ αὐτοῖς ἀνδάνοντας τοῖς παρ' ὑμῖν ποιηταῖς τοῦ μύθου; ἀνῆφθαι γὰρ δὴ τῶν πρακτέων τὰς οἰκονομίας, οὐχ ἑτέρους τινὰς, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς δεῖν ἔχειν ἐδόκει. καὶ γοῦν Ὅμηρος μὲν, ἐν οἰκείοις ποιήμασι, τὸν πανάριστον ὑμῖν καὶ ὕπατον Δία τοῖς ἑτέροις ἔφη προσδιαλέγεσθαι δαίμοσι περὶ τῆς Αἰγίσθου μοιχείας, καὶ τῆς ἐπὶ τῇδε ποινῆς.

Ὢ πόποι, οἷον δή νυ Θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται,
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακ' ἔμμεναι, οἱ δὲ
καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε'
ἔχουσιν.

ἀνθ' ὅτου γὰρ δὴ, φησὶν, ἐπαιτιῶνταί τινες τοὺς Θεοὺς ὡς παρ' αὐτῶν ἔχοντες τὰ κακὰ, καὶ οὐχὶ δὴ

A laudeſne ipſe huiuſmodi hominem, an iniquum putes, qui conſilio neſcio quo omnium nobis malorum auctores irreprehenſos abire ſinat; eos verò, qui præter voluntatem & ex neceſſitate ad hæc adducti ſint, mulctandos putet? PALLADIVS. Æquum dicis; magnam enim habet probabilitatē oratio. CYRILL. Quòd autem hæc illorum opinio ſit ſummæ impietatis plena, hinc diſces: etenim, cùm huius vniuerſitatis quaſi gubernatorem quendam & præſidem Deum ab ea, quam
B habet, gloria deturbent, cumque in eam progrediantur audaciam, vt ſuis illum ornamentis omnino ſpolient; ſuo ſuffragio rerum noſtrarum poteſtatem iis rebus adſcribunt, quæ ipſis temere in mentem veniunt; quamuis creaturam omnem motibus haud moderatore carentibus in ſuos fines tendere videant: quid enim in creatura agitur immoderate? quidve in rebus eſt, quod non ſuum ordinem ſeruet? ac non ordi-
C nis principem propemodum effari videatur, & clamare ſe eius obtemperare legibus; eiuſque nutibus regi, qui ipſam continere ac tueri valeat, Dei, inquam? Itaque etiam beatus Paulus, [Inuiſibilia, inquit, eius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita, vt ſint inexcuſabiles: quia, cum cognouiſſent Deum non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; ſed
D obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, & euanuerunt in cogitationibus ſuis, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.] Quomodo enim non ſtulti facti ſunt, qui alia quædam ab eo, quod rectum ſit, ſentire tum ſibi ipſi, tum verò etiam cæteris perſuadent? Atqui, dicet aliquis, quid opus eſt in his adeo infelicibus commentis fluitare, cùm hoc figmentū ne veſtris quidem poetis placeat? quippè qui rerum agendarum gubernationem non ad aliquos alios, ſed ad nos ipſos pertinere iure cenſuerint. Itaque Homerus in ſuis poematis illum veſtrū perquam optimum ac ſummum Iouem,
E cum cæteris ait diis collocutum de Ægiſthi adulterio & pœna illi debita.

Quàm temerè culpant homines pia numina diuûm!
Ex nobis etenim mala dicunt eſſe: ſed ipſi
Præter fata ſuis patiuntur tot mala culpis,

Quam ob cauſſam, inquit, nonnulli deos accuſant tanquam ab illis in ſe

Rom. 1.

Iob a.

Odyſſ A.

mala deriuentur, ac non potius de ſuis ipſorum peccatis conquerantur, quæ in miſerias eos coniiciunt, eaſque præter Fati conditionem, aut præter id, quod Fato decretum ſit. Si quis igitur conſtituat recte viuere, & ſapientiſſime optimeque in hac vita verſari, is & rectum curſum tenebit, & è caſibus aſperis elabetur, ſuæque rectæ ac firmæ ſententiæ hunc fructum percipiet, vt malis non implicetur: idque veriſſimum eſt: in noſtra namque eſt facultate ſitum, in vtram velimus partem ſpectare, ad bonum, inquam, an contra ad malum. Ac, qui eius, quod ſuapte natura eſt honeſtum & admirabile, & recti itineris magnam rationem habent, ad virtutis commoda peruenient: qui verò in contrariam partem deflexerint, & res pernicioſas optimis prætulerint, ſuæ ipſi vitæ interitum afferendo, tanquam ſui ipſorum capitis ſicarii ac parricidæ teterrimi conuicti tenebuntur. Eſſe autem in noſtra ſitum poteſtate, in vtram velimus partem ſpectare, vt modo dixi, & dum ad voluptates inhiamus, aberrare à rerum vtilium conſecutione, perſpicuum fieri poteſt teſtimonio alterius ipſorum Poetæ; Euripides hic eſt: is quippe mulierculam in ſcena intemperantis libidinis morbo laborantem facit: deinde modo neſcio quo eandem philoſophantem inducit ac dicentem:

Euripides in Hippolyto Coronato.

O quæ ſupremas haſce Pelopii ſoli,
Habitatis oras, mulieres Trœzeniæ,
Olim ipſa mecum, tarda dum nox labitur,
Hoc anxiè quæſiui, quomodo & quibus
Corrupta cauſis vita ſit mortalium.
Ac mihi videntur non è ſenſus ingenio
In praua ferri: namque multis cor ſapit.
Sed hæc origo eſt omnis, vt opinor, mali;
Vtilia cuncti ſcimus & cognoſcimus:
Sed refugimus laborem: alius ignauia,
Alius honeſto dum voluptatem ante fert,
Vel hanc, vel illã: vita nam multas habet.
Nugando totos ille conſumit dies:
Hunc nihil agendi dulce delectat malum.

Intelligis non Fortunam, non Ortum, non Fatum priſcis illis viris culpandum videri, quaſi per vim nos à recta ſententia, iiſque rebus depellat, quas honeſtas eſſe didicerimus: corrupta namque eſt vita mortalium, inquit, non è ſenſus ingenio, id eſt, non eo quod prauum natura ſenſum habeant: ſed quod ea, quæ rectè ſenſerunt, laborando perficere nolunt.

A μᾶλλον τῆς σφῶν αὐτῶν ἁμαρτίας κατακεκράγασιν, ὡς ἐνιείσης αὐτοῖς συμφοράς, καὶ ταῖς παρὰ μοῖραν, τουτέστι, καὶ τῆς παρ' εἱμαρμένην, ἤτοι τὸ τῇ εἱμαρμένῃ δοκοῦν. ἐγχωρεῖ εἴπερ ἕλοιτό τις διαβιῶναι μὲν ὀρθῶς, εὐβουλοτάτως δὲ καὶ ἐπιεικεστάτως τὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ ποιεῖσθαι διατριβὰς, ὀρθοποδήσει τε καὶ διαφεύξεται τὰ δεινά, γνώμης ἔχων ὀρθῆς καὶ ἀδιαστρόφου καρπὸν, τὸ μὴ ἐναλῶναι κακοῖς. καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. ἐφ' ἡμῖν γὰρ αὐτοῖς ἐστι, B τὸ ἐπ' ἄμφω βλέπειν, πρός τε τὸ ἀγαθὸν φημὶ καὶ τὸ ἐναντίον· καὶ οἱ μὲν ἐν λόγῳ πεποιημένοι, τὸ θαυμάζεσθαι πεφυκὸς καὶ τὴν εἰς ὀρθότητα τρίβον, ἐν καλῷ γενήσονται τῆς ἀρετῆς· οἱ δὲ ἀποκλίνοντες εἰς τὸ ἐναντίον, καὶ τῶν ἀμεινόνων προθέντες τὸ ἀδικοῦν, αὐτοὶ τὴν ἰδίαν καταφθείροντες ζωὴν, ἁλοῖεν ἂν αὐθένται τινὲς καὶ ὀλετῆρες δεινοὶ τῆς σφῶν αὐτῶν κεφαλῆς ἐξεληλεγμένοι. ὅτι δὲ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς τὸ ἐπ' ἄμφω βλέπειν κεῖσθαι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, καὶ ἀναπεπτωκότες εἰς ἡδονὰς, τῆς τῶν C συμφερόντων διαμαρτανόμεθα θήρας, σαφὲς ἂν γένοιτο, διαβεβαιοῦντος ἑτέρου τῶν παρ' αὐτοῖς ποιητῶν. Εὐριπίδης ἐστὶν οὗ. γύναιον μὲν γὰρ ἐπὶ σκηνῆς ἀρρωστοῦν ἐποίει τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν, εἶτα οὐκ οἶδ' ὅπως φιλοσοφοῦν ἔδειξε, καὶ λέγον.

Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ' ἔσχατον
Οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον,
Ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ
Θνητῶν ἐφρόντισ', ᾗ διέφθαρται βίος.
D Καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
Πράσσειν κάκιον. ἔστι γὰρ τό γ' εὖ φρονεῖν
Πολλοῖσιν. ἀλλὰ τῇδ' ἀθρητέον τόδε.
Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γινώσκομεν,
Οὐκ ἐκπονοῦμεν δ', οἱ μὲν ἀργίας ὕπο,
Οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ
Ἄλλην τιν'. εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου,
Μακραί τε λέσχαι, καὶ σχολὴ, τερπνὸν κακόν.

Συνίης ὅπως οὐ τύχην, οὐ γένεσιν, οὐχ E εἱμαρμένην τοῖς ἀρχαιοτέροις αἰτιᾶσθαι δοκεῖ, ὡς ἐξωθοῦσαν ἡμᾶς σὺν βίᾳ τῆς ἐγνωσμένης ὀρθότητος, καὶ ὧν ἂν μάθοιμεν εἶναι χρηστῶν. διέφθαρται γὰρ ὁ βίος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, φησιν, οὐ κατὰ γνώμης φύσιν, τουτέστιν, οὐχ ὅτι πονηρὰν ἔχουσι κατὰ φύσιν τὴν γνώμην, ἀλλ' ὅτι μὴ ἐκπονεῖν ἐθέλουσι τὰ ἐγνωσμένα χρηστά. καὶ

καὶ τίς ἡ τοῦδε πρόφασις; ἢ γάρ ὄκνος φησὶν ἐπέδησε πρὸς ἀεργίαν, ἢ τίς τὴν κατὰ τὸν βίον ἡδονῶν ἀντιπαραδραμοῦσά φησι, καὶ τοῦ συμφέροντος ἀντιμίσχουσα, τῆς τῶν ἀναγκαίων ἀπεκόμιζε θήρας, καὶ ἀπεβουκόλησε τὸν νοῦν, λειοτέραν ἀποφαίνουσα τὴν εἰς ῥαθυμίαν ὁδόν. μυρία δὲ ἂν τούτοις ἐπεσωρεύσαμεν τῶν παρ' αὐτοῖς, καὶ ῥᾷστά γε δή. τὸ δὲ ἀποχρῶν, ὅτι τοῖς ἀκροωμένοις ἡδὺ, τίς ἂν ἐνδοιάσαι; περιττὸν καὶ διωσόμεθα τοῦ λόγου τὸν ὄχλον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης. ἀλλ' εἰ βούλει, φασὶ, ταῦτα δὴ μέθες. διανοοῦ δὲ ὅπως ἀπολογήσῃ σοφῶς, εἴπερ ἔροιντό τινες τίς ἂν νοοῖτο τυχὸν ὁ λόγος τῆς ἐν ἡμῖν ἀνισότητος, καὶ τοῦ ἄνω τε καὶ κάτω παρ' ἀξίαν ἔσθ' ὅτε. εὐημεροῦντα μὲν γὰρ καὶ πλουτοῦντα τὸν πονηρὸν καταθεῷτό τις ἂν, ἔν γε τοῖς ἐναντίοις γεγονότα πολλάκις τὸν ἐπιεικῆ, καὶ τὴν εἰς λῆξιν ἡκόντων ἐπαίνων ἔμπλεων. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Δυσέποπτον ἀληθῶς καὶ δυσέφικτον κομιδῆ τὸ χρῆμά ἐστιν, ὦ Παλλάδιε, καὶ τὸ ταυτὶ δὴ βούλεσθαι πολυπραγμονεῖν, φαίην ἂν ἔγωγε τὴν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων ἐπέκεινά τε καὶ ἀνωτάτω. θείοις γὰρ κρίμασι παραχωρεῖν ἀναγκαῖον. καὶ εἴπερ ἑλοίμεθα φρονεῖν ὀρθῶς, μόνῳ δὴ μόνῳ τῷ ὑπερτάτῳ τε καὶ ἀκηράτῳ Θεῷ τῆς οἰκονομίας τὴν γνῶσιν ἀνάπτοντες, πρὸς τὰ ἐν χερσὶ βαδιούμεθα, ἃ καὶ σὺν βίᾳ μόλις πρὸς ἡμῶν εὑρίσκεται, κατὰ τὰς γραφάς. ἐπεὶ δὲ οἶμαι δεῖν κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἐπαμύνειν ἡμᾶς τῷ λόγῳ, φέρε καὶ ἡμεῖς ἐπ' ἐκεῖνο ἴωμεν. ἕωλον ἀρτίως τὴν ἀθέων τὴν δόξαν ἀπηλέγχομεν, οὐχ ἐξαγωνίοις χρώμενοι λογισμοῖς, ἀλλ' ἐξ ἀναγκαίων ἐννοιῶν ἀποφαίνοντες, ὅτι τῆς ἀνθρώπου διανοίας οὐ γένεσις ἔχει τοὺς οἴακας, ἀλλ' οὐδὲ εἱμαρμένης ἡμῖν σκληρός τε καὶ διεξάφυκτος ἐπέρριπται ζυγός, ἀλλ' ὅτι κυρία τῶν ἐν αἱρέσει πρακτέων ἡ ἑκάστου γνώμη, καὶ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς τὸ ἑλέσθαι δρᾶν τὸ δοκοῦν, εἴτ' ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. καταλογισαίμην γὰρ ἔγωγε τῆς εὐημερίας τοὺς τρόπους κατά γε τὸ τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν εὖ ἔχειν ὑπειλημμένον, οὐκ ἐν οἷς τὸ βδελυρὸν καὶ γήϊνον δὴ τουτὶ σπαταλᾷ σαρκίον, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἂν γένοιτο τῆς αἰωνίου ζωῆς μεταλαχεῖν δυνατὴ ἡ ὑπὲρ σῶμα ψυχή. εἶεν δ' ἂν οἶμαι ταυτὶ, τὰ εἰς ἀρετὴν σπουδάσματα, καὶ ἡ ἐν πίστει τε καὶ ἔργοις λαμπρότης. εἰ μὲν οὖν οὐ μέτεστι τοῖς ἐθέλουσι

A Et quæ huius rei cauſſa eſt? aut enim ignauia, inquit, ita illos impediuit, vt ad otium hærerent; aut voluptas aliqua vitæ ſubrepens, & aduerſus vtilitatis rationem ſeſe opponens, à neceſſariis rebus adipiſcendis abduxit, & alio mentem auertit; faciliorem eſſe ſuadens viam, qua ad ignauiam tenditur. Innumerabilia his adiicere ex eorum auctoribus potuiſſemus; & quidem facillime. Sed auditoribus, quæ ſunt ſatis, eadem iucunda eſſe, quis dubitet? Itaque orationis faſtidium fugie-B mus. PALLAD. Rectè ais. Sed, ſi vis, inquiunt, hæc mitte: illud potius cogita, quomodo ſapienter reſpondeas, ſi qui te rogent, quænam poſſit excogitari ratio huius noſtræ inæqualitatis, & confuſionis, quæ ſurſum deorſum & præter meritum plerumque turbat omnia: nam peruerſum hominem fortunatum ac diuitem videre licet, & viciſſim ſæpenumero probum, & ſummis laudibus dignum in contrariis rebus verſari. CYRILL. Obſcurum eſt id profectò, & C arduum ſane, Palladi, idque peruestigare velle, mea quidem ſententia, humanæ naturæ modum egreditur ac ſuperat: diuinis enim iudiciis concedere neceſſe eſt. Ac, ſiquidem rectè ſentire velimus, ſoli illi ſupremæ & incorruptibili menti huius gubernationis ſcientiam tribuemus; ad ea potius, quæ ſunt in manibus, pergemus, quæ etiam cum labore vix à nobis inueniuntur, vt ſcripturæ tradunt. Sed, quia defendenda eſt, opi- Sap. 9.
nor, à nobis, vbi locus datur, hæc ratio; age nos quoque ad illud veniamus. Va-D nam eſſe, paulo ante impiorum hominũ opinionem arguebamus, cùm haud alienis ratiocinationibus, ſed neceſſariis ſententiis oſtenderemus humani animi gubernacula non penes Ortum eſſe, neque Fati durum & ineuitabile iugum nobis impoſitum: ſed rerum, quæ electione fiunt, poteſtatem penes vniuſcuiuſque arbitrium eſſe, in nobiſque ipſis sitũ, vt quodcunque viſum fuerit, facere aggrediamur, ſiue illud bonum ſit, ſiue malum. Equidem felicitatis genera, vt ſacræ literæ approbant, non in iis E rebus collocanda puto, in quibus turpis hæc & terrena caro laſciuit: ſed in iis, per quæ animus, qui corpore nobilior eſt, conſequitur, vt cœleſtis vitæ ſit particeps: hæc autem ſunt, vt opinor, impenſa virtuti ſtudia, & fidei factorumque claritas. Si igitur volentibus temperanter viuere, non licet,

ſiue illi malis moribus, ſiue bonis præditi ſint; veniant in medium, qui id conuincant. Sin, quamuis in electione ſit poſitum, vt quæ quiſque velit, libere perficiat; & omnibus ſit poteſtas, velintne ſpirituali felicitate pollere, & ſupernam gloriam ex æquo participare; tamen nonnulli plus habendi auidi, vel opibus excellunt, vel mundana glorioſa, non debet nos ea res ad impias quaſdam, & à vera cognitione remotas opiniones abducere, vt humanis rebus eſſe Fati ac Fortunæ iugum impoſitum putemus. Sed accuſet, ſi cui placet, diuitum cupiditatem, qui, quod eſt omnibus commune, ſi ratio cupiditatis abeſſet, tanquam proprium ſibi arrogant Exquirat potius conditoris voluntatem, qui, cùm res humanas æquabili ordine & procurari & ſpectari velit, diuitibus quidem præcipit collectas opes diſtrahere, & in pauperũ vſus diſtribuere, gloriam verò ac præſtātiam adamare non permittit Hominibus autem, qui verſantur in terris, æqualitatem à Deo præſcribi, haud difficile eſt, ex ipſa etiam corporis conſtitutione perſpicere. Neque enim agnoſcit natura pauperem ac diuitem, non ignobilem & clarum, nobilem & abiectum, & huius mundi gloria ornatum; ſed per omnes æquabilis ſine acceptione perſonarum incedit, iiſdemque membris abſoluit quemque ad expletam figuræ pulchritudiniſque perfectionem: vna eſt etiam omnibus ad ortum via, vnus exceſſus è vita; non alium è laqueis abſoluit, alium irretitum tenet: duram verò & ineuitabilem omnibus, quæ condita ſunt, finis neceſſitatē affert. Num igitur, quæſo te, obſcurum eſt adhuc, an potiùs cuiuis manifeſtum, eſſe diuinæ voluntati propoſitum, vt homines, qui in terris degũt, æqualiter viuant? Sed audi adhuc eundem, ſi videtur, per quendam è prophetis dicentem, [Nonne Deus vnus creauit nos? nonne vnus eſt omnium noſtrũ pater? cur reliquiſtis vnuſquiſque fratrem ſuum?] Si qui igitur Conditoris placita violant, quod voluntariis ad omnia, quæ facere voluerint, nutibus ferantur (ille namque Conditor libertate naturam honeſtauit) id quidem nihil ad rem; quandoquidem etiam leges humanas nonnulli contemnunt. Sed tamen auctores legum, niſi fallor, nemo ſanus vituperet: accuſet potius, & quidem iure optimo, eos, qui malint, quæ ſunt noſtræ vtilitati neceſſaria contemnere.

Malach. 2.

A σωφρονεῖν, κἂν εἰ φαῦλοί τινες εἶεν, εἴτ' οὖν ἀγαθοὶ τοὺς τρόπους, ἡκόντων εἰς μέσον οἱ διελέγξοντες. εἰ δὲ ἐν αἱρέσει κειμένου τοῦ κατορθοῦν ἐλευθέρως, ἃ ἂν βούλοιτό τις, καὶ ἐνὸν ἅπασι μετ' ἐξουσίας τὸ εὐημερεῖν ἑλέσθαι πνευματικῶς, καὶ τῆς ἄνωθεν εὐκλείας ἐν ἴσῳ μεταλαχεῖν, πλεονεκτοῦσί τινες, ἢ ἐν πλούτῳ ταῖς ὑπεροχαῖς, ἢ ἐν δοξαρίοις ἔχοντες κοσμικοῖς, μὴ τοῦτο ἡμᾶς πρὸς ἀθέους τινὰς καὶ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως ἐκμεμακρυσμένας ἀποκομιζέτω δόξας, ὡς οἴεσθαι τοῖς καθ' ἡμᾶς, εἱμαρμένης καὶ τύχης ἐπιτεθεῖσθαι ζυγόν. B ἀλλὰ γραφέσθω μέν τις, εἰ βούλεται, τῶν ἐν πλούτῳ τὰς πλεονεξίας, ἰδίαν ὥσπερ πεποιημένων ἀγαθόν, ὃ πᾶσι κοινόν, εἰ λόγος ἀπῆν ὁ πλεονεξίας. πολυπραγμονείτω δὲ μᾶλλον τοῦ πεποιηκότος τὴν βούλησιν. ἐν ἴσῃ γὰρ τάξει τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομεῖσθαί τε καὶ ὁρᾶσθαι θέλων, πλουσίοις μὲν παραγγέλλει τὸν συναχθέντα πλοῦτον ἀπεμπολᾶν, καὶ ταῖς τῶν πτωχευομένων διανέμειν χρείαις, δόξης δὲ καὶ ὑπεροχῆς οὐκ ἐφίησιν ἐρᾶν. ὅτι δὲ τὴν ἰσότητα τοῖς ἐπὶ γῆς βραβεύει Θεός, χαλεπὸν οὐδὲν συνιδεῖν καὶ ἐξ αὐτῆς ἡμᾶς τῆς τοῦ σώματος C κατασκευῆς. οὐ γὰρ οἶδεν ἡ φύσις, τὸν ἐν πενίᾳ καὶ πλούτῳ, τὸν δυσγενῆ καὶ λαμπρόν, τὸν εὐγενῆ καὶ κατερριμμένον, καὶ τὸν ἐν δόξῃ τῇ κατὰ τόνδε τὸν βίον, ἀλλ' ἴση διὰ πάντων ἀπροσωπολήπτως ἔρχεται, τοῖς αὐτοῖς ἀποτελοῦσα μορίοις ἕκαστον εἰς ὃ ἀρτίως ἔχοι σχῆμά τε καὶ κάλλος. καὶ μία μὲν ὁδὸς ἡ πάντων εἰς γένεσιν, D μία δὲ ζωῆς ἀπόθεσις, οὐ τὸν μὲν ἀνιεῖσα βρόχων, τὸν δὲ εἴσω ποιουμένη τυχόν, ἀλλὰ σκληρόν τε καὶ ἀνεξίτητον παντὶ τῷ πεποιημένῳ, τὸ τέλος ἐπάγουσα. ἆρ' οὖν εἰπέ μοι, δυσκάτοπτον ἔτι, μᾶλλον δὲ οὐχὶ παντὶ τῷ λοιπὸν ἐναργές, ὅτι τῆς θείας βουλῆς ὁ σκοπός, τὸ ἐν ἰσότητι ζῆν τοὺς ἐπὶ γῆς. ἄκουε δὲ λέγοντος εἰ δοκεῖ καὶ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν. οὐχὶ Θεὸς εἷς ἔκτισεν ἡμᾶς; οὐχὶ πατὴρ εἷς πάντων ἡμῶν; τί ἐγκατελίπετε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ; E οὐκοῦν εἰ τὸ τῷ πεποιηκότι δοκοῦν παρακρούουσί τινες, ἐθελούσιον ἔχοντες ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιντο τῶν πρακτέων τὴν ῥοπήν, τετίμηκε γὰρ ἐλευθερίᾳ τὴν φύσιν ὁ δημιουργός, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον, ἐπεί τοι καὶ νόμων τῶν καθ' ἡμᾶς ὑπερορῶσί τινες. ἀλλ' οἶμαί γε δὴ καταψέξειεν ἂν οὐδείς, εἴ γε νοῦν ἔχοι, τῶν νόμων τοὺς ὁρίσαντας, ἐπαιτιῷτο δ' ἂν μᾶλλον καὶ σφόδρα εἰκότως τοὺς ὑπερφρονεῖν ἑλομένους τῶν ἀναγκαίων.

Ὅταν τοίνυν πλημμελοῦντες λέγωσί τινες, ἔδοξέ που τάχα τῇ τύχῃ, καὶ εἱμαρμένης ἦν οὗτος ἐπ' ἐμοὶ σκοπός, τίς ὁ λῆρος, ὦ οὗτοι, καὶ πρός γε ἡμῶν λελέξεται. τί δὴ γράφεσθε τὸ μηδέν, τῆς σφῶν αὐτῶν ἐλαφρίας οὐ κατεγνωκότες; ἀλλ' ἥ γε θεία γραφὴ διαφωνήσει τὸ ἀληθὲς, τοῖς μὴ ὀρθοποδεῖν ἠρημένοις. ἀφροσύνη ἀνδρὸς λυμαίνεται τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. τὸν δὲ Θεὸν αἰτιάσεται τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. ἀληθοῦς οὖν ἄρα διημαρτήκασι δόξης οἱ γένεσίν τε καὶ εἱμαρμένην καὶ τύχην εὐδιαρρίπιστον, τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐπιστήσαντες, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεῷ προσνέμοντες τὴν τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν, καίτοι λέγοντος τοῦ Χριστοῦ. οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου ἑνὸς πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ὑμῶν δὲ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠριθμημέναι εἰσί· μὴ οὖν φοβεῖσθε. πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. προνοεῖ μὲν γὰρ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ δημιουργός, ἑκάστῳ γε μὴν ἐφίησι καὶ δρᾷν τὸ δοκοῦν, καὶ ἣν ἂν βούλοιτο βαδίζειν ὁδόν. ἐπειδὴ δὲ ἠρρώστησε τὴν παρατροπὴν τὸ ἐπὶ τῆς γῆς γένος, νόμον εὐθὺς εἰς βοήθειαν δέδωκε, κατὰ τὸ γεγραμμένον. σφαλερὸν οὖν ἄρα πάντῃ τῷ λοιπὸν, τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν εἰσδεδεγμένῳ, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην διελάσαντι πλάνησιν, τὸ γραώδεσι μύθοις ἀποφέρεσθαι πρὸς ἃ μὴ δεῖ, καὶ τῆς ὑγιοῦς ἀποκομίζεσθαι δόξης, ὡς τόδε τὸ σύμπαν ἤτοι τὸν ἄνθρωπον, ἡνιοχεῖν οἴεσθαι τύχην τε καὶ εἱμαρμένην, τὰς οὐκ οὔσας ὅλως. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Σφαλερώτατον. καταθήξει γὰρ ἂν ὁ τοιοῦτος πάντη τε καὶ πάντως ἐφ' ἑαυτῷ τὸν κριτήν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τί δ' οὐ πανάισχρον εἶναι φῂς καὶ ἀγχίθυρον ἀληθῶς τοῖς τοιοῖσδε κακοῖς, τὸ ἡμέρας ἐπιτηρεῖν, καὶ ὥρας, καὶ καιρούς, καὶ ἐνιαυτούς, αὔξησίν τε καὶ φθίσιν τοῦ σεληνιακοῦ κύκλου; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. σαφέστατα γὰρ τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀνασεσωσμένοις ἔγκλημα ποιεῖται τὸ χρῆμα, λέγων ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεόν, ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς. νῦν δὲ γνόντες τὸν Θεόν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτούς, καὶ καιρούς· φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

A Cùm itaque peccant nonnulli, ac dicunt, Sic Fortunæ viſum; Et, Huc meum Fatum ſpectabat, quænam hæc eſt deliratio? vos appello: ſic enim à nobis certe dicetur, Quid accuſatis, quod nuſquam eſt? ac veſtram ipſorum potius non damnatis leuitatem? Atqui diuina ſcriptura iis, qui rectè ingredi noluerint, verum pronunciabit, [Inſipientia viri violat vias eius, Deum autem cauſſatur in corde ſuo.] Prou.19

B A vera igitur ſententia aberrarunt, qui Ortum & Fatum & leuiſſimam Fortunam noſtris rebus præfecerunt, ac non potius Deo rerum gubernationem tribuendam putauerunt; quamuis dicat Chriſtus, [Nonne duo paſſeres aſſe veneunt? & vnus ex ipſis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro, qui eſt in cœlis? veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite igitur timere: multo paſſeribus meliores eſtis vos.] Matt.10

C Prouidet quidem omnibus mortalibus Conditor; ſed tamen vnicuique permittit, quod ſibi videatur, facere, & quamcumque voluerit, viam ingredi. Eſa.8. Poſteaquam verò peruerſum eſt hominum genus, Legem ilico dedit in adiutorium, vt ſcriptum eſt. Periculoſum igitur eſt omnibus, qui Chriſti fidem acceperint, ac veterem illum errorem dereliquerint, anilibus fabulis abduci ad ea, quæ non oportet, & à ſana ſententia detorqueri, vt arbitrentur hoc vniuerſum, aut certe hominem, Fortuna ac Fato regi, quæ prorſus nul-

D la ſunt. PALLADIVS. Periculoſiſſimum ſane. Nam, qui eiuſmodi eſt, omnino aduerſum ſe iudicem commouebit. CYRILLVS. Iam verò nonne turpiſſimum eſſe dices, & eiuſmodi malis proximum ac vicinum illud alterum, dies videlicet obſeruare, & horas & tempora & annos, ac lunaris globi cum accretionem, tum decrementum? PALLAD. Et quidem maximè: namque iis, qui è gentibus ad ſalutem reuocati erant, apertiſſimè id pro crimi-

E ne obiicit beatus Paulus, cùm dicit, [Sed tum quidem non cognoſcentes Deum, ſeruiiſtis iis, qui natura non ſunt dij; nunc verò cognoſcentes Deum; imò verò cogniti à Deo, quomodo conuertimini rurſus ad infirma & egena elementa, quibus rurſus denuo ſeruire vultis? dies obſeruatis, & menſes & annos & tempora: timeo vos, ne forte in vanum laborauerim in vobis.] Galat.4 CYRILL.

Horarum

Horarum igitur ac dierum obſeruatio, necnon prӕterea temporum, ab iis, qui vnum & natura Deum non ignorant, imò verò, qui ab ipſo per fidem ſunt cogniti, & ad coniunctionem gratiӕ munere vocati, aliena prorſus eſt; nam retrorſum redit qui hoc facere voluerit, & illam in Chriſto gloriam abiicit, animumque ſuum non adhuc libertatis amatorem ſeruat, ſed ſtultè potius veteris erroris iugum ſubit, cum eum honorem, qui Dei proprius eſt, elementis mundi deferat; &, quӕ ad ortum, Conditoris nutu vocata ſunt, ea ſummis gloriӕ ornamentis decoret. Elementa porro mundi appellat Apoſtolus illas quaſi particulas Vniuerſi, tempora nempè ac menſes & horum dimenſiones, quӕ per horas ac dies fiunt. Nam quia continuatum erat tempus, ac perpetuo fluens in vlteriora ferebatur, per temporum & horarum ac dierum quaſi interruptiones ac reuolutiones denuo redeuntes, menſuris ac numeris ſubiecit Deus. Opus enim profectò fuit, vt, quorum eſſentiӕ non ita exiſtunt, vt careant initio, & quӕ propediem ad vitӕ finem peruentura ſunt, vt ea tempus etiam eiuſmodi haberent, quod & inciperet nimirum & deſineret, atque ad ea, quӕ non ſemper ſunt, cogitatam quodammodo accommodaret naturam. Cùm itaque mortalibus per tempora & horas ac dies nihil ſit aliud inuectum, niſi illa in orbem conuerſio, & accurata dimenſio, quid eſt, quod ea nonnulli fabuloſe fingunt, quӕ ſit vel cogitare ridiculum, & alias quidem horas beneficas eſſe aiunt, alias ſecus, eaſque diligentiſſime obſeruant, illiſque tribuunt, vt, quibus voluerint, aut quibus ipſas contingere neceſſe fuerit, iis hominibus tum felicem ſucceſſum afferre poſſint, tùm contra infelicem? nonne hӕc iam deliria ſunt, ac maxima dementia, & laqueus quidam diabolicus callide paratus? PALLAD. Fateor; & eſt id ſane euidens. CYRILLVS. Vt enim paulo ante dicebamus, ſuaderi nobis ab illis, vt Fatis ac Fortunӕ alieniſque arbitriis res noſtras aſcribamus; cùm vanam eſſe noſtram diligentiam pronuncient, & abducant à cura pro nobis ipſis ſuſcipienda; ſic in hac quoque parte eundem nobis errorē ſtruentes, dierum atque horarum caſus, aiunt,

A Ἡ ὡρῶν ἄρα καὶ ἡμερῶν ἐπιτήρησις, προσθείην δ' ἂν ὅτι καὶ ἡ καιρῶν, ἀνάρμοστος παντελῶς τοῖς τὸν ἕνα τε καὶ φύσει Θεὸν οὐκ ἠγνοηκόσι, μᾶλλον δὲ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διὰ πίστεως ἐγνωσμένοις, καὶ εἰς οἰκειότητα κεκλημένοις τὴν διὰ τῆς χάριτος. ἀπονοστεῖ γὰρ αὖθις, τὸ ἐν Χριστῷ καύχημα μεθεὶς, ὁ τοῦτο δρᾶν ᾑρημένος, καὶ φιλελεύθερον μὲν οὐκ ἔτι τὸν οἰκεῖον διασώζεται νοῦν, φληνάφως δὲ μᾶλλον τὸν τῆς ἀρχαίας πλανήσεως ὑποτρέχει ζυγὸν, τοῖς τοῦ κόσμου

B στοιχείοις τιμὴν ἀπονέμων, ἥνπερ ἂν ἔχοι Θεὸς, καὶ ταῖς ἀνωτάτω στεφάνων εὐκλείαις τὰ κεκλημένα πρὸς γένεσιν τοῖς τοῦ πεποιηκότος νεύμασι. στοιχεῖα δὲ κόσμου φησὶ, τὰ οἱονεὶ μόρια τοῦ παντὸς, καιρούς τε καὶ μῆνας, καὶ τὰς τούτων ἀναμετρήσεις, διά τε ὡρῶν καὶ ἡμερῶν ἀποτελουμένας. συνεχῆ γὰρ ὄντα τὸν χρόνον, καὶ ἀείρρυτον ἔχοντα τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν, ταῖς τῶν καιρῶν, ὡρῶν τε καὶ ἡμερῶν οἱονείπως διὰ μέσου περικοπαῖς καὶ ἀνακυκλήσεσι ταῖς εἰς αὖθις αὖ μέτροις τε καὶ ἀριθμοῖς, ὑπέτα-

C ξε Θεός. ἔδει γὰρ ἔδει, τοῖς οὐκ ἄναρχον ἔχουσιν εἰς τὸ εἶναι διεκβολὴν, καὶ ὅσοι οὐδέπω πρὸς τὸ τῆς ἰδίας ζωῆς ἀφιξομένοις τέλος, καὶ χρόνου τοῦ τοιοῦδε τυχεῖν, ἀρχομένου τε, φημὶ, καὶ λήγοντος, καὶ τοῖς οὐκ οὖσιν ἀεὶ τὴν οἰκείαν ὥσπερ συνεξισάντες φύσιν. εἰσκεκομισμένου τοιγαροῦν οὐδενὸς ἑτέρου τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς διά τε καιρῶν, ὡρῶν τε καὶ ἡμερῶν, πλὴν ὅτι καὶ μόνης τῆς ἐν κύκλῳ διαδρομῆς καὶ ἀναμετρήσεως ἀκριβοῦς, τί μυθοπλαστοῦσί τινες ἃ καὶ γελοῖον

D ἐννοεῖν; καὶ τὰς μὲν τῶν ὡρῶν ἀγαθοεργεῖς, τὰς δὲ, οὐ τοιαύτας εἶναί φασι, καὶ ἀκριβῆ λίαν ποιοῦνται τὴν ἐπιτήρησιν, αὐταῖς ἀπονέμοντες τὸ ἐπάγειν δύνασθαι, τό τε εὐημερεῖν καὶ τὸ ἐναντίον, οἷς ἂν ἕλοιντο τυχὸν, ἢ οἷς ἂν αὐτὰς ἀνάγκη συμβαίνειν; ἆρ' οὖν, οὐχὶ λῆρος τε ἤδη ταυτὶ, καὶ φρενοβλάβεια δεινὴ, πάγη δέ τις διαβολικὴ φιλοκακούργως ἐσκευασμένη; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φημὶ, καὶ ἔστιν ἐναργές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὥσπερ γὰρ ἐλέγομεν ὅτι

E μοίραις τε καὶ τύχῃ, καὶ ἀλλοτρίοις νεύμασι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἡμᾶς ἀνατιθέναι ἀνέπειθον, εἰκαῖον ἡμῖν ἀποφαίνοντες τὸ ἐπιμελὲς, καὶ μερίμνης ἀποκομίζοντες τῆς ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, οὕτω κἀνθάδε τὴν αὐτὴν ἡμῖν ἐξαρτύοντες πλάνησιν, καθάπερ ἐξ ἀναγκαίου ζυγοῦ τὰ ἐξ ἡμερῶν καὶ ὡρῶν ἐξηρτῆσθαί φασι,

τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, δυσδιάφυκτον ἔχοντα τὴν διεκδρομήν. καὶ τό γε παράδοξον· γραοπρεπὴς μὲν γὰρ ὁ τοιόσδε μῦθος· ὕθλοις δὲ τοῖς περὶ τούτων, ἀνηρίθμους ὁρῶντες ἑπομένας τὰς ἀποτεύξεις, οὐχ ὁρίζονται τῇ πείρᾳ τὸ διελέγχειν δύνασθαι τὸν φενακισμόν. φαυλότητα δὲ καταγράφοντες ὡρῶν τε καὶ ἡμερῶν, καὶ ταῖς εἰς τὸ μεῖον καταδύσεσι τοῦ σεληνιαίου κύκλου, τὴν αὐτὴν ἐπάγοντες ψῆφον, ὅ,τι ποτὲ ἄρα φαῖεν ἄν, εἰ δὴ βούλοιτό τις ἐν ὥρᾳ μιᾷ καὶ ἐν ἡμέρᾳ τυχὸν, τοὺς μὲν ὄντας ἐν εὐημερίαις, τοὺς δὲ ταῖς ἐσχάταις ἐναλόντας συμφοραῖς, ἀπαριθμεῖσθαι καὶ λέγειν. καίτοι τὸ φύσει φαῦλον, πάντῃ τῳ γένοιτ' ἄν, ὁποῖον εἶναι καὶ πέφυκεν. εἰ γὰρ οὖν ἐστιν ὥρα τε καὶ ἠὼς τοῖς ἐπὶ γῆς ἐπιζήμια, τί μὴ εἰς πάντας ἐν ἴσῳ τὰ ἐξ αὐτῶν διαστείχει βλάβη; ἀλλ' οἱ μέν εἰσιν ἐν τοῖς ἄγαν εὐκταιοτάτοις, οἱ δὲ διαλώλασιν ἔσθ' ὅτε, καὶ τοῦ πρὸς λῆξιν ἰόντος ἔμπλεω κακοῦ, μῦθος τῷ βίῳ γεγόνασι, καὶ σκηνῆς ὑπόθεσις τραγικῆς. ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν τοῖς γε ἀκριβῶς ἐθέλουσι τὸ ὅτι μάλιστα λυσιτελὲς εἰδέναι τε καὶ ἐκπονεῖν, ὅτι κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τε καὶ ὥραν τυχὸν, ὁ δεῖνα μὲν ἥλω μοιχείας ἢ φόνου καὶ πικρὰς τοῖς δικάζουσιν ἀποτίνυσι τὰς δίκας, ὁ δεῖνα δὲ αὖ σωφροσύνης τε καὶ κοσμιότητος καὶ τῆς ὑπὲρ ἄγαν ἐπιεικείας ἐπαίνοις ἐντρυφᾷ. ἀλλ' οὔτε τὸν ἀκόλαστον ἀπεῖρξεν αὖ ἡμέρα τε καὶ ὥρα σωφρονεῖν, οὔτε μὴν τὸν ἐπιεικῆ καὶ κόσμιον, κατήξεν ἂν εἰς ἀκοσμίαν καὶ ἀκολάστους ἡδονάς. γνώμη δὲ μᾶλλον ἡ ἐλευθέρα πρὸς πᾶν ὁτιοῦν, καὶ αὐτοθελὴς ῥοπὴ, τὸν μὲν ἐν ἐκείνοις, τὸν δὲ αὖ, ἐν τούτοις γενέσθαι παρεσκεύασεν. οὐκοῦν ἐν ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐν ταῖς τῶν καιρῶν ποιότησι φυσικαῖς, τό τε διευθυμεῖσθαί ἐστι, καὶ τὸ μὴ οὕτως ἔχον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἔοικεν. εὐθὺς γὰρ ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐκδεδίασι δὲ ὅτι μάλιστα τήν τε πέμπτην καὶ ὀγδόην ἡμέραν, καὶ προφασίζονται μὲν προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, λελήθασι δὲ τῶν ἀρτιφρόνων οὐδένα ψυχροῖς καὶ γραώδεσιν ἐπινηχόμενοι λογισμοῖς. ἐριννύων γάρ τινων γένεσιν καὶ δαιμονίων ἀνάδειξιν, ἃ καὶ τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀγριώτερα, ποινάς τε καὶ δίκας, καί τινα πρὸς τούτοις ἕτερα, φλυνάφως αὐταῖς ἐπιπλέκοντες, οὐκ ἐρυθριῶσιν οἱ τάλανες. Εἰ δὲ δὴ καὶ ὑπονοστήσειεν ἐπὶ τὸ μεῖον ὁ πρὶν πλησιφαὴς ὢν ἤδη τῆς σελήνης κύκλος δια-

A tanquam ex neceſſario iugo mortalibus imminere, quos declinare ſit difficillimum: & quod mirum eſt (anilis enim eſt huiuſmodi fabula) cũ eiuſmodi nugas innumerabiles fruſtrationes comitari videant, non tamen experimento concedunt, vt hoc eorum commentum coarguere poſſit, ſed horas ac tempora malignitatis accuſando, idemque iudicium de decrementis, quæ lunæ globus ſubit, ferendo, quiduis tandẽ dicere poterũt. Si quis igitur velit in eadem hora; eodemque die fortaſſe alios B proſpero ſucceſſu lætos, alios maximis calamitatibus oppreſſos numerare, ac dicere. Atqui, quod ſuapte natura malignum eſt, cuius tale ſit neceſſe eſt, quale vt eſſet, illi eſt ingenitum: Si igitur ſunt hora atque aurora hominibus noxia, cur non ad omnes æqualiter eorum incommoda perueniunt, ſed alii rerum ſunt exoptatiſſimarum compotes facti, alii perditi interdum, ac ſummis malis cumulati, in fabulam vulgi, & tragicæ ſcenę argumentum abierunt? C Sed, quicunque diligenter quod in primis expedit, id cum noſſe volunt, tum verò etiam in eo elaborare, iis videre licet eodem die atque hora fortaſſe hunc quidem de adulterio aut cæde conuictum, acerbas iudicibus pœnas exoluere, alterum verò temperantiæ atque honeſtatis ſummæque probitatis laudibus frui. Sed neque intemperantem illum dies aut hora prohibuit quo minus temperanter viueret; neque rurſus probum & modeſtum ad petulantiam, & intemperantes voluptates D impulit, ſed arbitrium potius ad omnia liberum, & remiſſus ac ſolutus voluntatis nutus, alterum quidem vt in illis verſaretur, alterum vt in his eſſet, effecit. Igitur in nobis eſt, non in temporum naturalibus qualitatibus ſitum, vitam & cum lætitia traducere, & ſecus. Pallad. Ita videtur: etenim es recta oratione vſus. Cyrillvs. Extimeſcunt autem in primis quintum octauumque diem, & excuſant excuſationes in peccatis. Sed quam frigidis atque anilibus ratiocinationibus fluitent, ho- E minem prudentia præditum latent neminem: nam Furiarum quarumdam originem, ac Dæmoniorum, quæ aliis immaniora ſint, exortum, pœnas etiam ac mulctas, & nonnulla alia præterea negatorie his intexere miſeri non erubeſcunt. Quòd ſi lunæ globus antea plenus iam ad decrementum vergat,

(ſic enim per menſtruorum ſpatiorum orbem reflectitur nunc decreſcens, nunc augeſcens, vt illi fabricatori viſum eſt) ceſſant ab omni opere, profectiones etiã in alium diem prorſus reiiciunt, quod cum eo ſidere deficere noſtras etiam res arbitrentur, & cum illud ad imminutionem redit, humana quoque ſimul tabeſcere putent. Ac, ſi quid, illorum ſtultitiã irridendo, dicere fas eſt, id pauent, quod oſtreis & oleribus infeliciſſimis eſt pertimeſcendum. Huiuſmodi namque corpora fortaſſe aut etiam maiora quoque ac præſtantiora ſinamus naturæ vi eiuſdem affectionis ſenſum percipere, ea ratione, Opifici cognita: lubrica nãque eſt in huiuſmodi rebus inquiſitio, præſtátque curioſè nõ inquirere; at certè ab humano animo ea res aberit ac longe remota erit. Nam, etiamſi ſidus illud decreſcat forte, vir certè temperans, & moderatus nihilominus idem permanebit, neque illius animus vnà cum eius ſideris fulgore minuetur, neque ipſarum rerum natura vi ſideris coacta, ad turpiorem melioremve ſtatum demigrabit. Semper enim fere eos, qui præclaras res geſſerunt, conſequitur omnium bonorum adeptio, & contra, malorum factorum auctores præmia illis digniſſima comitantur. Miror autem, cur, decreſcente quidem luna, & ad finem menſis decurrente, iiſdem hominibus, cum fœneratores ſint, & pecuniarum ſanè cupidi, accreſcat fœnus, contraque mutuum ſumentiũ crumenæ leuiores fiant; cæteras porrò res vnà cum ſidere neceſſario decreſcere, ac ſimul affici neſcio quonam modo putauerint. An hæc non riſus ac ſtultitiæ plena eſſe affirmas? PALLAD. Maximè verò. CYRILL. Sed opinionibus adeo ſtultis velle longis diſputationibus repugnare, vanum eſt, meâ quidem ſententiá: ſunt enim ſua ſponte, etiam nullo dicente, turpes. Pergamus nunc ad illud potius. PALLADIVS. Quodnam, rogo? CYRILL. Abominari mihi Satanas videtur & quintum, & octauum diem, & illum ex pleno lumine lunæ receſſum, vel coniunctionis tempus, id eſt, decimumquartum diem, ob eam cauſſam: quamuis, vt eſt varius & acer ad aſtutiam, alias illis cauſas nectat: nam tempora aut dies, quibus ipſum è tyrannide, qua nobis dominabatur, deturbari contigit, cùm ille Vnigenitus in humana forma & ſpecie noſtri ſimili nobis affulſiſſet, fortaſſe ne ſimplici quidem cogitatione complecti ſuſtinet.

A περιθεῖ γὰρ ὧδε τὴν μηνιαίαν διαστημάτων τὸ ἀνακύκλημα φθίνουσά τε καὶ αὔξουσα κατά γε τὸ τεχνησαμένῳ δοκοῦν· καταλήγουσι μὲν ἔργου παντός, ἀπείργονται δὲ καὶ ἀποδημίας πάντη τε, καὶ πάντως συμφθίνειν οἰόμενοι τῷ στοιχείῳ τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ ταῖς εἰς τὸ μεῖον ὑποστροφαῖς συνεκτήκεσθαι τὰ ἀνθρώπινα. ἀλλ' εἰ χρή τι τῆς ἐκείνων ἀσυνεσίας ἐπιμειδιῶντας εἰπεῖν, τὸν ὀστρείοις πρέποντα καὶ τοῖς τῶν λαχάνων ἀτυχεστάτοις εἰσδέχονται φόβον. σώματα μὲν γὰρ τὰ τοιάδε τυχὸν
B ἤγουν τὰ ἔτι μείζω τε καὶ προφερέστερα, παρέστω φυσικῶς τὴν συναίσθησιν, καθ' ὃν οἶδεν ὁ δημιουργὸς λόγον, ἐπισφαλὴς γὰρ ἐν τούτοις ἡ βάσανος, καὶ οὐκ ἀκερδὲς τὸ ἀπράγμον. διανοίας δὲ ἀνθρωπίνης ἀφεστήξει πολὺ καὶ μακράν που τὸ χρῆμα κείσεται. εἰ γὰρ καὶ φθίνει τυχὸν τὸ στοιχεῖον, ἀλλ' ὅ γε σώφρων καὶ ἐμμελὴς οὐδὲν ἧττον ἔσται τοιοῦτος, καὶ οὐκ αὖ τῆς ἐκείνου συνιζήσει αὐγαῖς ἐπὶ τὸ μεῖον ὁ νοῦς, οὐδ' ἂν μεταθεῖτο τὴν πραγμάτων ἡ φύσις ἐπὶ τὸ αἴσχιόν τε καὶ ἄμεινον ταῖς τοῦ στοιχείου δυνάμεσι κατηναγκασμένη. ἀεὶ γάρ
C πως συμπαρομαρτεῖ τοῖς μὲν τῶν ἀρίστων δημιουργοῖς τὸ χρῆναι μεταλαχεῖν παντὸς ἀγαθοῦ, τοῖς γε μὴν τῶν φαύλων ἐργάταις, τὰ αὖθις ὅτι μάλιστα πρεπωδέστατα. θαυμάζω δὲ ὅτι φθινούσης σελήνης, καὶ εἰς τὸ τοῦ μηνὸς διερπούσης τέλος, χρήσταις μὲν οὖσιν αὖθις καὶ ἄγαν ἐρασιχρημάτοις αὐξάνουσιν οἱ τόκοι, καὶ ἁδρότερα τῶν δεδανεικότων ἀποτελεῖται τὰ βαλάντια, συγκαταχροῦσθαι δὲ τῷ στοιχείῳ καὶ συναρρωστεῖν ἀναγκαίως τὰ ἕτερα τῶν πραγμάτων, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπειλήφασιν. ἢ οὐκ εἶναι φὴς γελοιότητός τε καὶ ἀσυνεσίας
D ἔμπλεω ταυτί; ΠΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡ. Τὸ μὲν τοῖς οὕτως φλυνάφως ὑπειλημμένοις μακροῖς ἀντεξάγειν λόγοις, εἰκαῖον οἶμαί που· κεῖται γὰρ ἐξ ἑαυτῶν, κἂν εἰ μή τις λέγοι, τὸ ἀκαλλές. ἴωμεν δὲ μᾶλλον ἐπ' ἐκεῖνο νυνί. ΠΑΛ. Τὸ ποῖον; ΚΥΡ. Καταμυσάττεσθαί μοι δοκεῖ τήν τε πέμπτην καὶ ὀγδόην ἡμέραν ὁ Σατανᾶς καὶ τὴν τῆς σελήνης ἐκ πλησιφαοῦς ἀνόπιν ὁδόν, ἤτοι τῆς συνόδου τὸν καιρόν, ταυτέστι, τὴν τεσσαρεσκαιδε-
E κάτην, δι' αἰτίαν τοιαύτην, κἂν εἰ παμποίκιλος ὢν καὶ δριμὺς εἰς κακουργίαν, ἑτέρας αὖθις ἐπιπλέκοι τὰς ἀφορμάς. τοὺς γάρ τοι καιροὺς ἤτοι τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς αὐτὸν τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀπελαθῆναι συμβέβηκεν, ἐπιλάμψαντος ἡμῖν τοῦ μονογενοῦς ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, τάχα που καὶ ἐν ψιλαῖς ἐννοίαις ἐλθεῖν οὐκ

διέχεσθαι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πῶς δὴ φής; ΚΥΡ. Οὐ γὰρ, ὦ Παλλάδιε, πέμπτος ἡμῖν ἀπαριθμεῖται καιρὸς, ὁ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι ὃ φὴς, ἀπό γε τῆς εὐαγγελικῆς παραβολῆς. ἐξεληλυθέναι γὰρ ἔφη Χριστὸς, τὸν τοῖς ἐργάταις εἰς τὸν ἀμπελῶνα μισθούμενον, περὶ ὥραν πρώτην, τρίτην τε καὶ ἕκτην, καὶ ἐννάτην καὶ ἑνδεκάτην, τουτέστιν, ἐν τῷ τελευταίῳ καιρῷ, καθ' ὃν ἐπεφάνη τε καὶ ἐπέλαμψεν ἡμῖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Νουνεχέστατά γε καὶ λίαν ὀρθῶς εἴρηκας. τί δέ; οὐχὶ τῇ πέμπτῃ τοῦ σαββάτου παραδεδόσθαι φαμὲν αὐτὸν, καὶ εἰς ἀρχὰς ὥσπερ ἥκειν τῆς ὅλης οἰκονομίας, δι' ἧς οἱ πάντες ἀνασεσώσμεθα, τὸν σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ἀνατλάντος σταυρὸν τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνηνθρωπηκότος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Κατήργηκε δὲ τὸν θάνατον, καὶ ἀνεβίω πάλιν σκυλεύσας τὸν ᾅδην, οὐκ ἐν ὀγδόῃ, τουτέστι, τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐκ ἀμφίβολον. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ γοῦν ὁ πάλαι νόμος τὴν ἐν σαρκὶ περιτομὴν, ὑποτύπωσίν τινα τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, διετύπου πράττεσθαι κατὰ τὴν ὀγδόην. περιτομὴ δέ γε τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἡ προφερεστέρα, τουτέστιν, ἡ ἐν πνεύματι, πνεύματός ἐστιν ἁγίου μέθεξις, καὶ χάρις ἡ ἐν ἀρχαῖς, ἣν, ἐπείπερ ἐκ νεκρῶν ἀνεβίω, πάλιν ἀνεκαίνισεν ἡμῖν ὁ Χριστὸς, λέγων· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἔφη δέ που καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι τὸ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. ἡμέρα γε μὴν τῆς σωτηρίου ταύτης καὶ πολυεύκτου σφαγῆς, ἡ κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτη. οὕτω καὶ ὁ νόμος προανεκήρυττεν ἐναργῶς τὸν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν σφαγῆς τὸν καιρὸν, ἣν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς ὑπομεμενηκέναι φαμὲν αὐτόν. τῇ γὰρ δεκάτῃ, φησὶ, τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου, λαβέτωσαν ἑαυτοῖς πρόβατον κατ' οἴκους, κατ' ἀριθμὸν, φησὶ, ψυχῶν συλλέξουσι, καὶ ἔσται διατετηρημένον ἕως τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ μηνὸς τούτου, καὶ σφάξουσιν αὐτὸν πρὸς ἑσπέραν πᾶν τὸ πλῆθος τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ἀκούεις ὅπως ἀπὸ δεκάτης ληφθὲν, εἰς τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐφυλάττετο τοῖς πάλαι τὸ ἱερεῖον, ἵνα τὸν πέμπτον νοήσῃς καιρὸν, καθ' ὃν γενόμενος ἄνθρωπος τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη θάνατον; φθινούσης ἤδη τῆς σελήνης, ἣ καὶ εἰς ἀρχὰς τετάχθαι τῆς νυκτός; μυστηρίου δὲ τὸ χρῆμα τύπος, καὶ ὑποσημαίνειν ἔοικεν ἰσχνῶς,

A PALLADIVS. Quomodo iſtud aſſeris? CYRILLVS. Nonne, Palladi, quinto loco à nobis tempus illud numeratur, quo Saluator noſter aduenit? PALLADIVS. Intelligo ex illa Euangelii parabola; exiſſe enim ait Chriſtus, eum, qui operarios ad vineam conducebat circa horam primam, tertiam, ſextam, nonam, & vndecimam, id eſt, extremo tempore, cùm ipſe apparuit & affulſit nobis. CYRILL. Prudentiſſimè quidem ac rectiſſimè B dixiſti. Quid porrò? nonne quinta ſabbati traditum eſſe illum dicimus, ac velut ad initia perueniſſe totius diſpenſationis, per quam omnibus nobis eſt parta ſalus, cum propter nos homo factus, crucem pro nobis ſalutarem pertulit? PALLAD. Maximè verò. CYRILL. Mortem porrò nonne deſtruxit, atque, inferis expoliatis, reuixit iterum octauo die, id eſt, vna Sabbatorum? PALLADIVS. Minimè id quidem C ambiguum. CYRILLVS. Quinetiam antiqua lex circunciſionem illam in carne, quæ effigies quædam eſſet illius in ſpiritu & veritate circunciſionis, præcepit octauo die fieri. Circunciſio autem veteri illa præſtantior, hæc, inquam, in ſpiritu, ſancti Spiritus eſt participatio, & gratia illa, quam in exordio habueramus; quam, vbi è mortuis reuixit Chriſtus, denuo nobis " Ioan.20
inſtaurauit, dicens, [Accipite Spiri- "
tum ſanctum.] Dixit etiam beatus " 1.Cor.5
D Paulus, [Paſcha noſtrum, immolatus "
eſt Chriſtus.] Dies autem huius ſalutaris & exoptatiſſimæ immolationis, eſt illa ex lunæ curſu quartadecima. Ita Lex quoque aperte prædicauit Saluatoris noſtri immolationis diem, quam illum pro mundi vita ſuſtinuiſſe dicimus: [decima enim, inquit, die men- " Exod.12
ſis primi accipiant ſibi ouem per do- "
mos; iuxta numerum, inquit, animæ "
colligent, & ſeruabitur vſque ad quar- "
tumdecimum menſis huius diem, & "
immolabunt illam ad veſperam om- "
nis multitudo filiorum Iſrael.] Audis E à decima die ſumptam victimam vſque in quartumdecimum diem ſeruari à veteribus illis, vt quintum intelligas tempus, quo factus homo, illam pro nobis mortem pertulit, decreſcente iam luna, quæ ad noctis imperium perfecta eſt. Erat autem ea res myſterii figura, & ſubtiliter ſignificare videtur fore,

vt Diaboli tyrannicus ille dominatus retro ſublapſus referretur, ac ſenſim infirmitatem atque impotentiam ſubiret. Is porrò lunæ quodammodo figuram ſuſtinet; nam ipſe nocti imperat, id eſt, iis, qui ſunt in tenebris, & adhuc dormitant, & diuinæ cognitionis lumine carent: eſſe autem hunc morem ſcripturæ diuinitus inſpiratæ, vt nocti comparet errantium gregem, audi quid dicat omnium Dominus Iudæis, cum ciuitas illa Hieruſalem ad idola colenda reuertiſſet,
Ἱερ. δ. „ [Nocti aſſimilaui matrem „ tuam: ſimilis factus eſt populus meus, „ ac ſi non habeat ſcientiam.] Intelligis enim noctem appellare eos, qui cognitionem veræ illius & ſecundum naturam diuinitatis non haberent. Odit igitur ille omnium hoſtis tempora & dies, quibus ipſe quidem periit, nos verò ſeruati ſumus. Quiſquis autem cum illo ſimul odit, ex illius etiam parte erit, & cum illo ſortem habebit, vt perpetuo puniatur. PALLADIVS. In parte igitur nefariæ reuera, Deoque inuiſæ idololatriæ etiam huiuſmodi res conſtituemus, vt illa proculdubio conſtituimus, quæ de ea, quæ Generatio appellatur, vaniſſimè dicuntur. CYRILLVS. Sic velim habeas; non aliter ſe habere, quemadmodum ipſa quoque rerum experientia coarguit. Ad hæc illud quoque nobis odioſum in primis eſſe debet, deditum eſſe auguriis, inſuſurrationibus, atque carminibus: nam Gentilium nonnulli in eam mentis leuitatem lapſi ſunt, vt putarent noſtrarum rerum cognitionem in auibus quoque per aëra volitantibus inſitam. Itaque volatus quoque ad Orientem & Occidentem, ad dextram & ſiniſtram curioſe peruestigant: ac, ſicubi canere cornix viſa fuerit, adhibent aures, ac tanquam aliquid veriſſimum accipiunt, indeque læti redeunt, neque erubeſcunt miſeri, rei adeo venerabilis, prophetiæ vim auiculis tribuere. Huiuſmodi autem honeſta ſcilicet, vt ipſi ſecum putant, ratio affingitur: per ipſas enim, inquiunt, Dij oſtendunt. Nos autem deos non eſſe dicimus apoſtatas angelos, à quibus ad nos præclari, ſi Deo placet, atque admirabiles Prophetæ, & rerum futurarum præſcii legantur, arguta cornix, & præpes accipiter; & variæ palumbes (vt ipſis gentilium auctorum verbis vtar) & cæteræ aues,

A τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας τὴν ἀνόπιν ὁδόν, καὶ καταδύσιν ὥσπερ τὴν κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ ἀναλκὲς καὶ εἰσάπαν ἀσθενές. σελήνης δέ πως ἐπέχει τύπον. ἄρχει γὰρ καὶ αὐτὸς τῆς νυκτός, τουτέστι, τῶν ἐν σκότει καὶ νυσταζόντων ἔτι, καὶ τὴν τῆς θεογνωσίας οὐκ ἐχόντων αὐγήν. ὅτι δὲ τῇ νυκτὶ παρεικάζειν ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ τὸ τῶν πεπλανημένων ἀγέλην, ἄκουε τί φησιν ὁ πάντων δεσπότης πρὸς Ἰουδαίους, ἀπονοσούσης πρὸς εἰδωλολατρείαν τῆς Ἱερουσαλήμ· νυκτὶ ὡμοίωσα τὴν μητέρα σου. ὡμοιώθη ὁ λαός μου, ὡς
B οὐκ ἔχων γνῶσιν. συνίης ὅτι νύκτα φησὶ τοὺς οὐκ ἔχοντας γνῶσιν τῆς ἀληθοῦς καὶ κατὰ φύσιν δηλονότι θεότητος; μεμίσηκε τοιγαροῦν ὁ πάντων ἐχθρὸς καιροὺς καὶ ἡμέρας καθ' οὓς διώλωλε μὲν αὐτός, ἀνασεσώσμεθα δὲ ἡμεῖς. ὁ δὲ σὺν ἐκείνῳ μισῶν τῆς αὐτοῦ μερίδος ἔσται, καὶ κλῆρον ἕξει σὺν αὐτῷ, τὸ ἀκαταλήκτως κολάζεσθαι δεῖν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἐν μοίρᾳ δὴ οὖν τῆς ὡς ἀληθῶς βεβήλου τε καὶ θεομισοῦς εἰδωλολατρείας, καὶ τοιάδε θήσομεν, καθάπερ ἀμέ-
C λει καὶ τὰ περὶ τῆς καλουμένης γενέσεως εἰκαιομυθίας. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὡς εὖ ἴσθι τοι, μὴ ἑτέρως ἔχειν, καθὰ καὶ αὐτὴ διελέγξει τῶν πραγμάτων ἡ βάσανος. καὶ πρός γε δὴ τούτοις καταστυγητέον ἂν μάλα καὶ τὸ προσκεῖσθαι φιλεῖν οἰωνιστικαῖς οἰωνοσκοπίαις, ψιθυρισμοῖς τε καὶ ἐπῳδαῖς. νοῦ γὰρ ἐλαφρείας εἰς τοῦτο διωλισθήκασί τινες τῶν παρ' Ἕλλησιν, ὡς οἴεσθαι τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων
D τὴν γνῶσιν, καὶ τοῖς εἰς ἀέρα διαπέτουσιν ἐγκεῖσθαι πτηνοῖς. τοιγαροῦν καὶ τὰς εἰς ἕω τε καὶ εἰς ἑσπέραν, εἰς δεξιόν τε καὶ εἰς εὐώνυμον περιεργάζονται πτήσεις. κἂν εἰ κρώζουσά που φαίνοιτο κορώνη, τὸ οὖς ὑποστήσαντες, καθάπερ τι τῶν ἄγαν ἀληθεστάτων ἐκδέχονται, καὶ ὑπονοσοῦσι χαίροντες. ἐρυθριῶσι δὲ οὐδαμῶς οἱ δείλαιοι, τῆς οὕτω σεπτῆς προφητείας τὴν δύναμιν ἀνατιθέντες στρουθίοις. σεμνὸς δὲ αὖθις ἐκπεποίηται τοιοῦτος
E λόγος, ὥσπερ οἴονται κατὰ σφᾶς αὐτούς. φαίνουσι γὰρ δι' αὐτῶν οἱ θεοί, φησίν. ἡμεῖς δὲ θεοὺς οὐκ εἶναί φαμεν τοὺς ἀποστάτας ἀγγέλους, παρ' ὧν εἰς ἡμᾶς ἀγαθοί τε καὶ ἀξιάγαστοι προφῆται κεχειροτόνηνται, καὶ τῶν ἐσομένων οἱ γνῶσται, ἥ τε λακέρυζα κορώνη, καὶ μὴν καὶ ὠκύπτερος ἴρηξ ξουθαί τε πέλειαι, κατά γε τοὺς παρ' Ἕλλησι λόγους, καὶ τὰ ἕτερα τῶν στρουθίων,

» diuinationem ; augurans & ominans, » veneficus, incantator ; portentorum » obſeruator, & pythonem habens, & » interrogans mortuos.] Ceterum, cùm incantatio turpiſſima ſit, ac vitioſiſſima, tamen neſcio quonam modo eam nonnulli admirantur, atque illud aiunt, Dominum Sabaoth nuncupare, cùm ſuper infirmis carmen incantant, qui eiuſmodi artes exercent. Hac ratione confirmare conantur, abeſſe à turpitudine hoc ſtudium. videntur autem frigida quadam atque infirma ratiocinatione ad hunc errorem atque dementiam abduci : hoc enim ipſum eſt in ea re moleſtiſſimum ; nos enim hac voce, Dominus Sabaoth, Deum vniuerſorum appellamus, cùm illum glorificare volumus : neque rei præterea ex omnibus, quæ ſunt, vlli hanc appellationem permittimus : vnus enim ac ſolus eſt exercituum Dominus : hi verò adeo admirabilem & glorioſam appellationem ſeu glorificationem Dæmoniis vna ſecum ludentibus quibus voluerint, facile projiciunt, & illis portentorum ſuorum auctoribus gloriam, quæ Deo ſoli maxime conuenit, largiuntur, adulantes ſimul & viciſſim adulatione capti, & pro rerum, quas voluerint, euentu, hanc tam tetræ impietatis magnitudinem mercedis loco rependunt. Eſt enim Dæmoniorum cohors Deo ſemper inimica, & appetentiſſima gloriæ. Non igitur committendum eſt, vt illorum prauis conſiliis abducamur ; ſed potius ab illis quam longiſſime diſcedendum ; neque malis medicis ac portentorum auctoribus Dæmoniis auſcultandum, ſuarum in nos ludificationum, nefarias has laudes mercedis cuiuſdam inſtar exigentibus. Tu verò, ſi qua tibi pars corporis dolet, & verè credis hæc verba, Dominus Sabaoth ; & alias huiuſmodi appellationes, quas Deo, qui ſecundum naturam eſt, diuina ſcriptura tribuit, vim habere putas pellendi malum illud, pro te ipſo preces fundens, hæc verba pronuncia ; ſic enim rectius, quàm illi, facies, neque impuris ſpiritibus, ſed Deo gloriam tribues. Commemorabo etiam diuinitus inſpiratam ſcri-
Iacob. 5. » pturam, quæ ait, [Infirmatur quis in vo- » bis ? inducat presbyteros Eccleſiæ ; & » orent ſuper eum, vngentes eum oleo in » nomine Domini ; & oratio fidei ſaluabit » infirmum, & alleuiabit illum Dominus ; » & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.]

A μαντείας, οἰωνιζόμενος καὶ κληδονιζόμενος, φαρμακὸς, ἐπαοιδὸς, τερατοσκόπος, καὶ ἐγγαστρίμυθος, καὶ ἐπερωτῶν τοὺς νεκρούς. ἀλλὰ νοσεῖ μὲν ἡ ἐπῳδὴ τὸ πλεῖστον κομιδῆ, καὶ τὸ ἐν κακοῖς κεῖσθαι λίαν. ἀγνοεῖται δὲ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως εἰς τοῦτό τινες, ἐκεῖνο λέγοντες· ὅτι Κύριον Σαβαὼθ ὀνομάζουσι κατεπᾴδοντες τοῖς ἠῤῥωστηκόσιν οἱ τὴν τοιάνδε μετιόντες. ταύτῃ τοι καὶ ἐμπεδοῦν, ὅτι μὴ αἰσχρὸν εἴη λοιπὸν τὸ ἐπιτήδευμα, διασπουδάζουσιν. ἐοίκασι δὲ ψυχρῷ τε καὶ ἀσθενεῖ πρὸς ἀπάτην καὶ φρενοβλαβῆ
B ἀποκομίζεσθαι λογισμῷ. τὸ γὰρ τοι τοῦ πράγματος ὅτι μάλιστα δυσαχθὲς, αὐτὸ δὴ τοῦτό ἐστιν. ἡμεῖς γὰρ τὸ, Κύριος Σαβαὼθ, τῷ τῶν ὅλων ἀναφωνοῦμεν Θεῷ, δοξολογεῖν ἐθέλοντες. ἑτέρῳ γε μὴν τῶν ὄντων οὐδενὶ τὴν τοιάνδε κλῆσιν ἐφίεμεν ἔχειν. εἷς γὰρ καὶ μόνος ἐστὶν ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος. οἱ δὲ, τὴν οὕτως ὑπερφυᾶ καὶ εὐκλεεστάτην ἐπωνυμίαν, ἤτοι δοξολογίαν, παραῤῥίπτουσιν εὐκόλως οἷς ἂν
C ἕλοιντο τῶν συναθυρόντων αὐτοῖς δαιμονίων, καὶ τοῖς τῆς τερατουργίας αὐτῶν ὑποκριταῖς, τὴν Θεῷ καὶ μόνῳ πρεπωδεστάτην χαρίζονται δόξαν, κολακεύοντές τε καὶ κολακευόμενοι, καὶ τῆς οὕτω δεινῆς δυσσεβείας τὴν ὑπερβολὴν, τῆς ἐφ᾽ οἷς ἂν ἕλοιντο συνδρομῆς ἀπονέμοντες εἰς ἀντέκτισιν. θεομάχοι γὰρ ἀεὶ καὶ φιλοδοξότατον τὸ τῶν δαιμονίων τὸ στῖφος. χρὴ τοιγαροῦν, μὴ ταῖς ἐκείνων ἡμᾶς συναποφέρεσθαι δυσβουλίαις, ἀπο-
D φοιτᾷν δὲ μᾶλλον ὡς ἀπωτάτω, καὶ μὴ πονηροῖς προσέχειν ἰατροῖς ἢ τερατουργοῖς, τοῖς δαίμοσι, μισθὸν ὥσπερ τινὰ τῶν εἰς ἡμᾶς ἀθυρμάτων ἐξαιτοῦσι τὰς δυσφημίας. σὺ δὲ εἴ τι τῶν τοῦ σώματος μορίων ἀλγεῖς, καὶ πεπίστευκας ἀληθῶς, ὅτι τὸ Κύριος Σαβαὼθ, καὶ αἱ τοιαίδε κλήσεις αἱ Θεῷ τῷ κατὰ φύσιν ἡ θεία προσνέμει γραφὴ, λυτικαί σοι γενήσονται τοῦ κακοῦ, αὐτὸς [illegible] προσευχόμενος, ἀναφώνει τὰς λέξεις. ἄμεινον γὰρ ἢ ἐκεῖνοι δράσεις, Θεῷ τὴν δόξαν ἀνατιθεὶς, καὶ οὐχὶ τοῖς ἀκα-
E θάρτοις πνεύμασι. μεμνήσομαι δὲ καὶ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς λεγούσης. ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ᾽ αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος, κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

A ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οἰωνοσκοπία δὴ ὅσον, καὶ μὴν καὶ ἐπῳδὴ συντετάχθω εἰ δοκεῖ τοῖς ἐκ νόμου διαβεβλημένοις, καὶ τοῖς ἐν αἰσχίστῃ καὶ βδελυρωτάτῃ δόξῃ παρὰ Θεῷ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ μάλα. προσθείην δ' ἄν, ὅτι καὶ καθ' ἑτέρους τὸν Θεὸν ὑβριοῦμεν τρόπους, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν δυσσεβείας ὄφλοι τις ἂν γραφήν τε καὶ λόγους, τὸ ψευδορκεῖν ᾑρημένος, καὶ τὸ παλίμφημόν τι, καὶ ἀπηχὲς εἰπεῖν κατά γε τῆς ὑπερτάτης καὶ ἀνωτάτω δόξης. τὸ μὲν γὰρ κολάζεται τῇ εἰσάπαν ὀργῇ, καὶ ἀρχέτῳ B ποινῇ, συντελοῦντος τοῦ δρεπάνου, καθὰ γέγραπται, τὴν τοῦ ψευδορκοῦντος ἑστίαν, καὶ κατασείοντος εἰς τὸ παντελές. εἰσελεύσεται γάρ, φησίν, εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει, καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτόν, καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ, καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ. θάτερον γε μήν, τὸ ἐκτεθνάναι δεῖν, καὶ τὸ πάντων ἐπέκεινα τῶν κακῶν ἔχειν τὴν δίκην. χρὴ τοιγαροῦν ὀμνύναι μὴ ἐπὶ ψεύδει· C μᾶλλον δὲ μηδ' ὅλως ὀμνύναι. ταυτὶ γὰρ ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ σωτήρ, λέγων· ἔστω ὑμῶν, τὸ ναί, ναί, καὶ τὸ οὔ, οὔ. τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν. ὅρκου γὰρ ὅλως οὐκ ἔσται χρεία τοῖς ἐν ὑπολήψει σεμνότητος, καὶ σύνοικον ὥσπερ πεποιημένοις τὴν ἀρετήν. ἐκτετίμηται γὰρ λίαν παρὰ τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς τῶν τοιούτων ὁ βίος, καὶ τὸ ἀπιστεῖσθαι μισοῦν. κἂν εἴ τι φθέγξαιτο τυχόν, τῇ τῶν ἀκροωμένων εὐθὺς στεφανοῦται πίστει. ἔστω τοιγαροῦν ἡμῶν εὐκλεὴς D ὁ βίος, καὶ ἀργήσει πάντως που, καθάπερ ἐγῷμαι, καὶ ἡ τοῦ διόμνυσθαι χρεία. εἰ δὲ δή που γένοιτο, καὶ τῆς εἰς ἁγίους τιμῆς ὀλιγωρούντων ἔσθ' ὅτε τινῶν, ὅρκιος ἔστω Θεός, μὴ τὸ ἑτέρων ὄνομα παρακομιζέσθω τινῶν. ἀπερισκέπτως γὰρ ἤδη τινὲς εἰς ἐκλύτους ἰόντες ἐξιτηλίας, ἀδιαφορεῖν ὑποπλάττονται, νὴ τὸν οὐρανόν, ἢ τὴν δίκην, νὴ τὴν ἀδράστειαν λέγοντες, νὴ τὸ φῶς, νὴ τὸν λύχνον. ἕτερά τε ἄττα κατὰ τὸ σφίσι δοκοῦν συλλέγοντες, τάχα που καὶ εὐσεβεῖν οἴονται, τὸ μὲν θεῖον ὄνομα παραιτούμενοι, τῇ δὲ E πρεπούσῃ Θεῷ καταχρυσοῦντες δόξῃ τὰ τοῖς αὐτοῦ νεύμασι κεκλημένα πρὸς γένεσιν. τοιαύτην τινὰ πλάνησιν ἠρρωστηκότα κατὰ καιροὺς τὸν Ἰσραὴλ εὑρήσομεν. ὁμολογουμένως γὰρ τῷ Θεῷ τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀνεδείμαντο ναόν, καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ φρονοῦντες μέγα, καὶ τῶν

PALLAD. Auguria igitur & carminum incantatio numerentur, ſi placet, inter ea, quæ Lege damnantur, & quæ à Deo turpiſſima & maxime execranda iudicantur. CYRILLVS. Maximè verò. Illud etiam addiderim, aliis quoque modis in Deum iniurioſos eſſe poſſe, & ſuæ quemque erga eum impietatis reum fore, ac pœnas daturum, ſi periurus erit, aut blaſphemum aliquod verbum, & abſurdum de illa ſuprema præſtantiſſimaque gloria dixerit. Illud enim prius ira ſumma, grauiſſimaque pœna vindicatur, falce, vt ſcriptum eſt, conſumente periuri domum, & funditus euertente: [Ingredietur enim, inquit, in domum furis, & in domum iurantis in nomine meo mendaciter, & requieſcet in medio domus eius, & conſumet eam, & ligna eius, & lapides eius:] Illud verò alterum morte ac ſupremo ſupplicio mulctatur. Non itaque in re falſa iurandum; imò verò ne iurandum quidem omnino: id enim docuit nos Saluator, cum dixit, [Sit autem ſermo veſter, Eſt eſt; & Non non: quod autem his abundantius eſt, à Diabolo eſt:] neque enim, qui graues habentur, & virtutem ſibi quaſi contubernalem fecerunt, iis omnino iuriſiurandi vllus erit vſus: nam eiuſmodi hominum vita apud pietatis amatores certè magno in pretio eſt, neque illi fides non haberi ſolet; ac, ſi quid talis vir forte dixerit, ilico fide audientium excipitur. Sit igitur vitæ noſtræ ratio præclara, neque vllus erit profectò, vt ego arbitror, iurandi vſus. Sin opus erit aliquando, quod honorem, quem ſanctis viris haberi conuenit, nonnulli interdum paruipendant, Deus teſtis ad iuſiurandum adhibeatur; neque vllarum aliarum rerum nomen afferatur. inconſiderate namque iam nonnulli ad futiles vanitates pergunt, nihilque referre fingunt, cum per cælum, per iuſtitiam, per Adraſtiam dicant, per lucem, per lucernam. quin etiam alia quædam ſuo arbitratu colligentes, fortaſſis etiam piè ſe facere putant, cum Dei nomen reiiciant, & ea, quæ illius nutu, vt eſſent, vocata ſunt, gloria, quæ Deo conuenit, exornent. Huiuſmodi quodam errore laboraſſe interdum Iſraelem reperiemus. Nam templum illud, quod Hieroſolymis habebatur, proculdubio in honorem Dei extruxerant, & cum ob eam rem eſſent elati,

Zach 5.

Matth. 5.

A ac pietatis ornamenta ſe cõſecutos eſſe, & inſignem gloriã percepiſſe crederent, quæ illis à ſapientiſſimo viro Moyſe præcepta erant, de iis præ incuria parum laboraſſe conuincebantur; ſed eam rem illis gloriæ non futuram, neque ſe lapidũ exſtructionibus delectari, docuit Deus, cùm dixit, [Cœlum mihi ſedes eſt, & *Eſai 66.* » terra ſcabellum pedum meorum: qualem domum ædificabitis mihi? vel quis locus requietionis meæ? dicit Dominus] Implet enim omnia Deus, ac requieſcit quidem in cœlo; pertingit autem etiam ad terras: neque enim mole B cohæret Dei natura; ſed, vt longiſſimè abeſt à ſpecie corporea, ſic etiam à loco & molis opinione remotus eſt. Sed Iudæi cùm ſemel illum dicere audiſſent, Cœlum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellũ pedum meorum, ad lubricas opiniones diuerterant, & cœlum ad iuſiurãdum aſſumebant, Thronum illud diuinum appellantes, ſimili quoque ratione terrã, quaſi Dei pedibus ſubiectã; Hieruſalem præterea, vrbs enim eſt, aiebant, omnibus rebus dominantis Dei, quamuis ſancti illi priores verba illa, Viuit Dominus, ad C iurandi vſum aſſumpſiſſent. Sed Iudæorum ſtultiſſimam cogitationem impro- *Matth. 5.* bauit Dominus, dicens, non oportere iurare neque per cœlum, quia ſedes Dei eſt; neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius; neque per Hieroſolyma, quia ciuitas magni Regis eſt: nam, quæ illi nugantes dicebant, ea opportune Saluator enunciauit, vbiq; confictam, & neſcio vndenam inuentam in huiuſmodi rebus religionem arguere volens. Abſit igitur etiam in eiuſmodi re D error: didicimus enim, vbi iurãdum ſit, nihil aliud commemorare vnquam, ſed potius ad fidem firmam certamque faciẽdam vti illis verbis, Eſt eſt, Non non. Dixit etiam Lex, [Si perditum fuerit de- *Exod. 22.* » poſitum ab aliquo, exegeritque qui dedit, in ea re fidem, iuſiurandum Dei erit inter vtrumque.] Atque homines quidem per id, quod maius eſt, iurant (ſic enim Paulus ille ſapiens dixit) maius au- *Heb. 6.* tem eſſe homine, rectè dicimus, non id, E quod magnitudine fortaſſe, aut certe ſapientia atque prudentia, & gloria vincit: ſed quod tota eſſentia tale ſit. PALLAD. Quod dicis, parum intelligo. CYRILL. Atqui, Palladi, aperta eſt, vt mihi quidem videtur, & euidens oratio: nonne enim magnitudine fatemur multa, quæ condita ſint, humanis corporibus longe præſtare, & in his cœlum?

A εἰς εὐσέβειαν αὐχήματα εἴσω γενέσθαι πεπιστευκότες, καὶ ἀξιολογωτάτην εἶναι μάλα τὴν δόξαν ἑλεῖν τῶν σοφίᾳ διηγημένων διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως ὀλίγα φροντίσαντες ἀπὸ ῥᾳθυμίας ἡλίσκοντο. ἀλλ' ὅτι τὸ χρῆμα αὐτοῖς οὐ πρὸς εὔκλειαν ἔσται ποθὲν, καὶ γάνυται δὲ οὐχὶ τῇ ἐκ λίθων οἰκοδομίαις ὁ Θεὸς, ἐδίδασκε λέγων· ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; λέγει Κύριος. ἐμπίπλησι γὰρ τὰ πάντα Θεὸς, καὶ ἐπαναπαύεται μὲν οὐρανῷ, διήκει δὲ καὶ B ἐπὶ τῆς γῆς. οὐ γὰρ ἐν ποσῷ τὸ θεῖον, ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν ἀπωτάτω φαντασίας σωματικῆς, οὕτω καὶ τόπου καὶ τοῦ πεποσῶσθαι δοκεῖν. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ Ἰουδαῖοι λέγοντος ἤκουον, ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου, πρὸς ἐννοίας ἰόντες οὐκ ἀσφαλεῖς, ὅρκιον ἐποιοῦντο τὸν οὐρανὸν, θεῖον αὐτὸν ὀνομάζοντες θρόνον, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν γῆν, ὡς ὑπὸ πόδας Θεοῦ κειμένην. καὶ μὴν καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ, πόλις γὰρ, ἔφασκον, ἐστὶ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, καίτοι τῶν ἀρ- C χαιοτέρων ἁγίων τὸ, ζῇ Κύριος, ἐν ὅρκου χρείᾳ πεποιημένων. ἀλλὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἠλιθιωτάτην ἔννοιαν κατεκωδώνισεν ὁ σωτὴρ, μὴ δεῖν ἀπομνύσθαι λέγων, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ Θεοῦ· μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ, μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐστίν. ἃ γὰρ ἐκεῖνοι ληρῳδοῦντες ἔφασκον, ταῦτα χρησίμως ὁ Σωτὴρ ἐφθέγξατο, πανταχῇ καταπλασσοὶ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅθεν ἐξευρημένον ἐλέγχων αὐτῶν D τὸ ἔργον τούτοις εὐλαβές. οἰχέσθω δὴ οὖν καὶ ἡ ἐπὶ τοῖσδε πλάνησις. δεδιδάγμεθα γὰρ ἐν ταῖς ὅρκου χρείαις, μηδενὸς μὲν ἑτέρου διαμεμνῆσθαι πώποτε, ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον εἰς πίστιν ἀσφαλῆ καὶ ἀξιόχρεων, τὸ ναὶ, ναί· καὶ τὸ οὔ, οὔ. ἔφη δὲ καὶ ὁ νόμος. εἰ ἀπόλοιτο ἡ παρακαταθήκη πρός τινος, ἐξαιτοίη δὲ ὁ δοὺς ἐπὶ τῇδε πίστει, ὅρκος ἔσται τοῦ Θεοῦ ἀναμέσον ἀμφοτέρων. καὶ ἄνθρωποι μὲν κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσιν. ἔφη γὰρ ὧδε Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφός. μεῖζον δὲ εἶναί φαμεν E ἀνθρώπου, νοοῦντες ὀρθῶς, οὐ τὸ μεγέθει τυχὸν, ἤγουν ἐν συνέσει καὶ σοφίᾳ, καὶ δόξῃ πλεονεκτοῦν, ἀλλ' ὡς τὸ εἶναι τοιόνδε τυχὸν ἡμῖν. Π. Οὐ συνίημι ὃ φής. Κ. Καὶ μὴν, ὦ Παλλάδιε, σαφὴς, ὥς γε μοι δοκεῖ, καὶ ἐναργὴς ὁ λόγος. ἢ γὰρ οὐχὶ μεγέθει φαμὲν τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων διενεγκεῖν ἀσυγκρίτως πολλὰ τῶν πεποιημένων, καὶ προσέτι

τὸν οὐρανόν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ πάνυ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συνέσει δὲ καὶ σοφίᾳ, καὶ ἰσχυότητι σωμάτων, οὐχ ὑπερφέρουσιν ἄγγελοι; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὑπερφέρουσιν, ἀλλὰ καὶ τιμῇ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Λαμπρότητι δὲ καὶ δόξῃ τῇ κατὰ σῶμά φημι, οὐκ ἀπαραβλήτως ἀμείνων ἡλίου φύσις; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀμείνων. ΚΥΡΙΛΛ. Ἆρ᾽ οὖν, ὅτι τούτων ἕκαστον ἔχοι ἂν εἰκότως ὡς πρὸς ἡμᾶς τὸ ὑπέρτερον, καθ᾽ ὃ πέφυκε νικᾶν, ὅρκια δὴ οὖν ταυτὶ ποιησόμεθα, παρέντες ὡς περιττὸν, τὸ διαμεμνῆσθαι Θεοῦ; ΠΑΛΛ. Οὐδαμῶς. ΚΥΡ. Ἔοικεν οὖν ἄρα τὸ κατὰ φύσιν ὑπερτενὲς καὶ ὅλως τῷ εἶναι τῶν πεποιημένων διενεγκὸν, τουτέστι, Θεὸν, καὶ ἀνθρώπου μεῖζον εἰπεῖν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛ. Ἔστω τοιγαροῦν τὸ ναὶ, καὶ τὸ οὔ, παρά γε τοῖς ἄριστα βιοῦν ᾑρημένοις, ὅρκου χρεία τε καὶ δύναμις, καὶ διαπεπήχθω ὀρθῶς. ἕψεται γὰρ οὕτω καὶ τὸ πιστεύεσθαι δεῖν. εἰ δὲ ἀτιμάζοιτο πρός τινος τὸ ναὶ καὶ τὸ οὔ, τῶν ὅρκων ἡ χρεία τετράφθω λοιπὸν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἢ καθ᾽ ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ ἢ κατὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν. δυσφημίας δὲ, τί ἂν λέγοιμι λοιπὸν, ὅποι τέ ἐστι, καὶ ἣν ἀποφέρῃ κακοῦ τοῖς αὐτῇ χρωμένοις, ἣν θανάτῳ μὲν πικρῷ καὶ ὁ πάλαι τιμᾶται νόμος. καταδεδίκακε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ἀφύκτοις τε καὶ ἀτελευτήτοις κακοῖς. ὃς γὰρ ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ. ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. πνεῦμα λέγων τὴν ὑπὲρ σῶμα φύσιν, ὅπερ ἐστὶ Θεὸς, ᾧ τὴν γλῶτταν ἀχάλινον ὁ ἐπαφεῖναι τολμῶν, τοὺς τῆς ἀθυροστομίας ἐκθερίσει καρπούς. χείλη γὰρ ἄφρονος, ἄγουσιν αὐτὸν εἰς κακὰ, καθὼς γέγραπται. τὸ στόμα δὲ αὐτοῦ τὸ θρασὺ θάνατον ἐπικαλεῖται. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος ἔφασκε μελῳδὸς, Θοῦ Κύριε φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου. μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας. εἶεν δ᾽ ἂν οὗτοι, κατὰ Θεοῦ καὶ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀκηράτου φύσεως ἀνοσιωτάτη καταβοή. ΠΑΛ. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα διερρῶσθαι καλῶς, τοὺς ἰέναι μὲν ἀμωμήτως τὴν ἐπ᾽ εὐθὺ σπουδάζοντας, Θεῷ δὲ προσκρούειν οὐκ ἀνεχομένους. ΚΥΡ. Οὕτω φημί. πρὸς γάρ τοι τοὺς προσιόντας Θεῷ μὴ ἐξ ὑγιοῦς καρδίας, ἀλλ᾽ ὑπούλου καὶ διεφθαρμένης, καὶ ἀῤῥωστεῖν ἑλομένης

A PAL. Et quidem maximè. CYR. Prudentia verò ac ſapientia, & ſubtilitate corporũ nonne Angeli præcellũt? PAL. Præcellũt, etiã honore. CYR. Sed & præterea ſplẽdore ac gloria, quæ ad corpus pertinet, nõne multis partibus eſt ſolis natura præſtantior? PAL. Fateor. CYR. Efficitur ergo, hæc ſingula, ſi ex ea parte, qua ſuperiora nata ſunt, nobiſcum cõparentur, habere iure optimo præſtantiam; num igitur hæc ad iuriſiurãdi vſum aſſumemus, Deique cõmemorationem tanquam ſuperuacuam abiiciemus? PAL. Nullo modo. CYR. Eſt igitur cõſequẽs, **B** vt id, quod natura ſuperius eſt, & vniuerſa eſſentiæ ratione rebus conditis antecellit, id eſt, Deum, etiam homine maius eſſe dicamus. PAL. Rectè ais. CYR. Habeãt igitur hæc verba, Eſt, &, Non, apud eos certè, qui optimam vitæ rationem inſtituerũt, locum ac vim iuriſiurãdi, ac rectè firmentur: nam ita ſequetur, vt fides illis habeatur. Quòd ſi hæc loquẽdi forma, Eſt, &, Non, ab aliquo cõtemnatur, tum denique iuriſiurandi vſus ad id reuocetur, quod eſt nobis, imò verò vniuerſa creatura maius. Nam de blaſphe**C**mia quidem quid attinet dicere, quaque in re verſetur, & ad quam perniciem eos, qui ipſa vti conſueuerunt, perducat? quam & acerba morte Lex mulctandam cenſuit, & ipſe Christus quoque ineuitabilibus æterniſque ſuppliciis damnauit: [qui enim dixerit verbum contra Filium hominis, dimittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro.] Spiritum vocans naturã illam corpore ſuperiorem, quæ Deus eſt; in quem ſiquis effrenatam linguam laxare auſus fuerit, metet intemperantis **D** dicacitatis fructus. [Labia enim inſipiẽtis impellunt eum ad mala, ſicut ſcriptũ eſt; os autem eius audax mortem inuocat.] Itaque etiam diuinus ille Pſalmorum Cantor, dicebat, [Pone, Domine, cuſtodiã ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis: ne declines cor meum in verba malitiæ:] Hæc autem verba ſunt, vt opinor, impiæ aduerſus Deum & illã ineffabilem incorruptamque naturam querelæ. PAL. Oportet igitur, qui recto **E** itinere pergere ſine vlla culpæ labe contendunt, eos bene confirmatos eſſe, & eiuſmodi, vt Deum offendere nullo modo ſuſtineant. CYRILLVS. Ita ſentio: nam aduerſus eos, qui ad Deum accedunt non ſano corde, ſed dubio atque corrupto, quod & natura ſua

Matth. 12.

Prou. 18.

Pſal. 140.

imbecillum ſit, & ad ruinā facile impel-
3.Reg.18. » latur, Propheta loquitur, [Quouſque
» claudicabitis vtroque poplite veſtro?
» aut Baal Baal, aut Deo Deo.] Nam neque in fide omnino ſanum eſſe, neque rurſus in errore fixum, vtroq; claudicare eſt, id verò, & in vtraque re ſinceritatem corrumpit. Occaſionē porro huius adeo infirmæ fragiliſque mentis quibuſdam eſſe puto, quod non vero, ſed conficto amore Deum diligunt, ac ſimulant quidem ſe Chriſtianos eſſe velle, non tamen id ex toto corde faciunt, neque quod veritatis reuerentia in eam ſententiam ducantur, aut id, quod rectum eſt, magni faciant; ſed quod aut cupiditatem ſuam aucupentur, aut periculi metum & grauioris alicuius infortunii imminentis impetum tanquam incantatione quadam amoliātur, dum ad fidem accedere videntur, vt multos habeant, qui laborantibus ſimul opē ferre velint, atque illis ſuas curas impertiantur. Sed extrema eiuſmodi hominibus procuratio tribuetur, & inter abiectiſſimos homines ſors eorum erit, & ignominioſiſſimi atque contemptiſſimi deprehendentur; & qui vix id conſequi poſſint, vt ipſa vita digni eſſe videantur, Deo exquirente, quæ in nobis latent: quales nimirum Gabaonitæ fuerunt; acceſſerunt enim ij quondam ad Ioſue, & vt cum populo Dei ſociarentur, vehementer orabant; verumtamē non ſine malitia neque ſimpliciter & ſine vlla, vt ita dicam, mercatura vtilitatum ſuarum, & tanquam ex charitate erga Deum, ſed ſimulate & doloſe acceſſerant. Ac latuere quidem à principio; ſed, poſteaquam deprehenſum eſt illos grauia moliri, & malignitas eorum atque verſutia comperta, infimis muneribus addicti ſunt: facti ſunt enim vniuerſæ Synagogæ lignarii & aquarii. Vides igitur quo perducat ſimulatio, & nolle integro animo ſocietatem atque coniunctionem ſpiritualem ſanctorum virorum amplecti. Fallunt enim interdum nonnulli non vtique Chriſtum, omnia ſcientem, ſed eos qui illius figuram tenent, id eſt, populorum principes, vt illi nimirum eo tempore ipſum Ioſue fefellerunt, qui in Chriſti figura atque imagine in Scriptura productus eſt: & accedunt dolis tecti, abditiſque penitus conſiliis, animique malitia, ſimulationem quaſi velamen prætendentes: deprehenſi autem (neque enim latere fas eſt) vix ſalutem retinebunt, in ſeruilem atque infimum ordinem redacti:

Iosue.9.

A τὸ ἀνάλκιτε καὶ εὐκατάσειστον, ὁ προφήτης φησίν. Ἕως πότε χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὑμῶν, ἢ Βάαλ, Βάαλ, ἢ Θεῷ Θεῷ. τὸ γὰρ μήτε πρὸς πίστιν εἰσάπαν ὑγιές, μήτε μὴν εἰς πλάνησιν διαπεπῆχθαι φιλεῖν, ἐπ' ἄμφω τε χωλεύειν ἐστί, καὶ μὴν, τὸ ἐφ' ἑκατέρῳ καταφθείρει γνήσιον. πρόφασις δὲ τῆς οὕτω σαθρᾶς καὶ εὐδιακλάστου γνώμης, γένοιτ' ἂν οἶμαί τισι τὸ κατάπλαστον ποιεῖσθαι καὶ οὐκ ἀληθῆ τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπησιν, καὶ ὑποκρίνεσθαι
B μὲν τὸ χριστιανίζειν βούλεσθαι, μὴ μὴν ἐξ ὅλης καρδίας τοῦτο δρᾶν, μήτε μὴν αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸ ἀληθὲς ἀναπεπεισμένοις καὶ τετιμηκόσι τὸ ἔχον ὀρθῶς, ἀλλ' ἢ θηρωμένοις τὸ σφίσιν αὐτοῖς καθ' ἡδονήν, ἢ κινδύνου φόβον, καὶ δυσημερίας ἀγρίαν ἔφοδον οἱονεὶ καταγοητεύοντας τῇ πίστει προσεληλυθέναι δοκεῖν, ἵνα πολλοὺς ἔχοιεν τοὺς συναθλεῖν ᾑρημένους, καὶ τὴν οἰκείαν δανείζειν φροντίδα. ἀλλ' ἐσχάτη τοῖς τοιούτοις ἀπονεμηθήσεται φροντίς, καὶ ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα καταβεβλημένοις ὁ κλῆρος, ἀτιμότα-
C τοί τε καὶ ἀπερριμμένοι καὶ μόλις ἀποκερδαίνοντες τὸ ἀξιοῦσθαι ζωῆς, ἁλοῖεν ἂν Θεοῦ βασανίζοντος τὰ ἐν ἡμῖν κεκρυμμένα, ὁποῖοί τινες ἦσαν οἱ ἀπὸ Γαβαών. προσκεχωρήκασι μὲν γὰρ τῷ Ἰησοῦ ποτε, καὶ τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ προσοικειοῦσθαι λίαν ἐξελιπάρουν. πλὴν οὐκ ἀκακούργητον ἐποιοῦντο τὴν προσδρομήν, οὔτε μὴν ἁπλῆν τε καὶ ἀκαπήλευτον, καὶ ὡς ἐξ ἀγάπης τῆς πρὸς Θεόν, ἀλλ' ἐν ὑποκρίσει καὶ δόλῳ. καὶ διέλαθον μὲν ἐν ἀρχαῖς. ἐπειδὴ δὲ πικρὰ δρῶντες ἡλίσκοντο, καὶ κατεφωράθησαν κακόνοοί τε καὶ πολυ-
D γνώμονες, ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἐτάττοντο. γεγόνασι γὰρ ξυλοκόποι τε καὶ ὑδροφόροι πάσῃ τῇ συναγωγῇ. ὁρᾷς οὖν ὅποι κατακομίζει τὸ μὴ γνήσιον, καὶ τὸ μὴ ἑλέσθαι τιμᾶν ἐξ ὑγιοῦς διανοίας τὴν πρὸς ἁγίους οἰκειότητα πνευματικήν; ἀπατῶσι μὲν γὰρ ἔσθ' ὅτε τινές, καὶ οὔτι που φημὶ τὸν πάντα εἰδότα Χριστόν, τοὺς ἐν τύπῳ δὲ μᾶλλον αὐτοῦ, τουτέστιν, τοὺς λαῶν ἡγουμένους. καθάπερ ἀμέλει κἀκεῖνοι τότε τὸν
E Ἰησοῦν εἰς εἰκόνα καὶ ὑποτύπωσιν παρενεχθέντα Χριστοῦ, καὶ εἰσπλανῶσι μετὰ δόλου κατασκιασμάτων, ἐν βάθει διαλογισμῶν, καὶ τῆς εἰς νοῦν πονηρίας προϊσχόμενοι τὴν ὑπόκρισιν. καταγινωσκόμενοι δέ, λαθεῖν γὰρ οὐκ ἔνι, σωθήσονται μόλις, μοῖραν ἔχοντες τὴν δουλοπρεπῆ καὶ ἐσχάτην. ἀνελευθε-

ρου γὰρ γνώμης, ἀπάτη καρπός. ἡμεῖς δὲ, οἷς τὸ A
φρονεῖν ὑγιῶς τὰ τοῦ Θεοῦ σκοπός, καὶ ἀποσπου-
δάζεται τὰ λοιπά, προσκεισόμεθα τῷ ἰδίῳ δε-
σπότῃ καὶ Θεῷ τῶν ὅλων, ἐξ ἁπλῆς καρδίας,
ἐκ διανοίας ὀρθῆς, ἐξ ὁλοτελοῦς ἀγάπης,
ἀῤῥωστεῖν τὸ δίψυχοι οὐκ ἀνεχομένης, ἀποφοι-
τώσης δὲ παντελῶς ἠθῶν καὶ φρονημάτων Ἑλλη-
νικῶν, καὶ ἰούσης ὡς ἀπωτάτω καὶ μάλα γορ-
γῶς τῶν ἐκ νόμου καταδεδικασμένων. ἐσόμεθα
γὰρ οὕτω τέλειοι ἐνώπιον Κυρίου τοῦ Θεοῦ, κατὰ B
τὸ γεγραμμένον, καὶ λαμπροὶ, καὶ δόκιμοι
μετὰ τῶν ἄλλων ἁγίων ἐν Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ'
οὗ τῷ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

eſt enim fallacia illiberalis animi fru-
ctus. Nos autem, quibus propoſitum eſt
ea, quæ Dei ſunt, integro ſanoque ani-
mo ſentire, & qui cetera negligimus,
Domino noſtro Deoque vniuerſorum
ſimplici corde, recto animo, & integra
charitate adhærebimus, quæ non pati-
tur, vt duplicis animi vitio laboremus, &
eſt à moribus atque ſenſibus Gentilium
prorſus aliena, & quam longiſſimè con-
ſtantiſſimeque diſiuncta ab iis, quæ Le-
ge damnantur. Ita enim erimus perfecti
coram Dominò Deo, ſicut ſcriptum eſt:
clari etiam atque probati cum aliis ſan-
ctis in Chriſto, per quem, & cum quo
Deo ac Patri gloria cum ſancto Spiritu
in ſæcula ſæculorum, Amen.

FINIS LIBRI SEXTI.

SANCTI

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙ-ΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑι προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER SEPTIMVS.

De charitate in fratres.

A

CVM ſummis laudibus, & quibus adiici nihil poſſit, Lex ornet primum illud atque ſupremum mandatum, videlicet, [Diliges
Deut.6. " Dominum Deum
" tuum ex toto corde tuo, & ex tota
" mente tua, & ex tota virtute tua:]
Matth.22. " & adiiciat præterea, [Proximum quo- B
" que tuum, ſicut te ipſum:] cùm
" ipſe quoque Chriſtus dicat apertè,
" in his duobus mandatis totam Legem
Rom.13. atque prophetas pendere: ac dilectionem beatus Paulus plenitudinem legis appellet, quod proximo malum non operetur: ſatis illud primum, vt mihi quidem videtur, no-

Περὶ τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης.

Εὐφημίαις ἡμῶν, ὦ Παλλάδιε, ταῖς εἰς λῆξιν καὶ ἀνωτάτω στεφανοῦντος τοῦ νόμου τὴν πρώτην τε καὶ ὑπερτάτην τῶν ἐντολῶν, τό, ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, φημὶ, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης διανοίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· προσεπάγοντος δὲ ὅτι, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, καὶ μὴν καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ φάσκοντος ἐναργῶς, ὅτι ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται, πλήρωμά τε νόμου τὴν ἀγάπην κατονομάζοντος καὶ τοῦ θεσπεσίου Παύλου, διά τοι τὸ μηδὲν τῷ πλησίον ἐργάζεσθαι κακὸν, ἀποχρῶσαν ἡμῖν, ὡς γοῦν ἔμοιγε δοκεῖ τὴν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διασκευὴν ἐποιήσατο ὁ

λόγος, κατά γε τὸ ἐγχωροῦν, ἄνω τε καὶ κάτω, καὶ οἱονεί πως ἐν κύκλῳ περινοστῶν, καὶ οὐκ ἀσυνέτως ἀφηγούμενος τὸν εἰς Θεὸν ἀγάπης ὁλοτελοῦς τε καὶ ἀμωμήτου παντελῶς, τίς ἂν γένοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ τρόπος. Φέρε δὴ οὕτω τὴν γείτονά τε καὶ ἀδελφὴν πολυπραγμονῶμεν ἐντολὴν, καὶ ἀγάπης τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀκριβῆ ποιώμεθα τὴν κατάσκεψιν, ἰχνηλατοῦντες εὖ μάλα τὰ δι' ὧν ἂν γένοιτό τις μὲν ἀρετῆς ἐν κύκλῳ καλῷ, φιλοτεχνίας δὲ τῆς εἰς τοῦτο, τὴν ἀρίστην δόξαν ἀράμενος, ἐν ἀγαθότητι βαδίσηται μετὰ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων κατὰ τὸν θεσπέσιον Σαμουήλ. χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι τῇ εἰς Θεὸν ἀγάπῃ συνεπιτηδεύειν ἀστείως τὴν εἰς ἀδελφούς. ὡς τό τοι λείπεσθαι μιᾶς, τὴν ἐπ' ἀμφοῖν ἀπότευξιν ἔχει, κατά γε τὰς Ἰωάννου φωνάς. γέγραφε γὰρ ὡδί. ἐάν τις εἴπῃ ὅτι ἀγαπῶ τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισεῖ, ψεύστης ἐστίν. ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὃν ἑώρακε, τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακε πῶς δύναται ἀγαπᾷν; καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. συνδιόλλυνται δὴ οὕτω ἀλλήλοιν ἑκάτερα καὶ συνανίσχει λαμπρῶς. ἀγχίθυροι γὰρ ὥσπερ ἀλλήλαιν αἱ ἀρεταὶ, καὶ οἷά τις συνωρὶς ἀδιάσπαστος, εἰς ἕν τι τὸ ἐκπρεπὲς καὶ τελεώτατον κάλλος τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας, τὸν ἡνιοχεῖν ἄριστα μεμελετηκότα διακομίζουσιν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης· καὶ ἐπεί τοι σκοπὸς τοῦ ἱδροῦν ἐν τούτοις, ἴθι δὴ αὖ, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν θεωρημάτων συναγείρων πίστεις ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, πειρῶ μοι λέγειν, τὸ ὅπως ἂν γένοιτο τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης ἀκραιφνὴς ἡ πλήρωσις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πλείστη μὲν οὖν ὅση πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ἀποφέρει τρίβος. γέγραπται γὰρ, ὅτι πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα. τό γε μὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν δρωμένων εὐτεχνὲς, οὐχ ἑτέρωθεν ἂν οἶμαί που συλλέξαιτό τις πλὴν ὅτι γε διὰ τοῦ νόμου. δέδοται γὰρ ἡμῖν αὐτὸν εἰς βοήθειαν προφητικὸς ἔφη λόγος. καὶ γοῦν πρὸς ἀνάμνησιν ἡμᾶς τὴν διηνεκῆ τῶν τεθεσπισμένων διανιστὰς ὁ νομοθέτης, φησὶ, καὶ ἐμβαλεῖτε τὰ ῥήματα ταῦτα εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν, καὶ εἰς τὴν ψυχὴν ὑμῶν, καὶ ἀφάψατε ταῦτα εἰς σημεῖον ἐπὶ τῆς χειρὸς ὑμῶν, καὶ ἔσται ἀσάλευτα

A ſtra oratio, vt res patiebatur, explicauit, cùm ſurſum ac deorſum, & quaſi in orbem omnia circumquaque luſtrauerit, neque obſcurè docuerit, quis à nobis perfectæ in Deum charitatis, & omni reprehenſione vacantis poſſit exhiberi modus. Age igitur huic vicinum atque cognatum exquiramus mandatum; ac de charitate in proximum accuratè conſideremus, diligenterque ea peruestigemus, per B quæ ad præclaram virtutem perueni- re quis poſſit: ac, pro induſtria in eam rem adhibita, ſummam gloriam conſecutus, in bonitate cum Deo & hominibus, vt diuinus ille Samuel, ambulet. 1. Reg. 2. Arbitror enim ſimul cum illa erga Deum charitate exercendam aptè eſſe illam alteram in fratres. Nam, cui vna defuerit, vtraque deſit neceſſe eſt, iuxta Ioannis vocem: is enim ita ſcripſit, [Si quis dixerit, quia diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt: qui enim fratrem ſuum non diligit, quem C videt; Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? & hoc mandatum habemus ab ipſo, vt, qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.] 1. Ioan. 4. Simul igitur vtraque cum altera occidit, ac ſplendide ſimul exoritur: ſunt enim virtutes inter ſe vicinæ: ac velut indiuidui iugales, ad vnam quandam inſignem atque perfectam pietatis in Deum pulchritudinem, cum qui optime currum hunc gubernare ſtuduerit, deferunt. Palladivs. Rectè ais. D Ac, quoniam inſtitutæ diſputationis ratio poſcit, vt in his expendis labor ſuſcipiatur, perge iam rurſus, & ſingularum rerum, quas contemplandas propoſueris, probationes è ſacris literis collige: ac nitere vt mihi explices quonam pacto contingere poſſit charitatis erga proximum abſoluta perfectio. Cyrillvs. Ampliſſima nos quidem ad eam rem perducit via, ſcriptum eſt enim [Latum mandatum tuum nimis:] Pſal. 118. artem verò atque induſtriam in ſingulis rebus gerendis non aliunde, E vt opinor, colligere quiſquam poterit, niſi per Legem, quam in adiutorium eſſe nobis datam, propheticus ſermo teſtatur. Eſa. 8. Itaque, vt nos ad perpetuam præceptorum commemorationem Legis auctor excitaret, inquit, [Et recondetis hæc verba in cor veſtrum, & in animam veſtram, & alligate ea in ſignum in manu veſtra, & erunt immota Deut. 11.

» ante oculos veſtros, & docete ea filios » veſtros, & loquantur ea, ſedentes in » itinere, & cubantes, & ſurgentes; & » deſcribite ea ſuper limina domorum » veſtrarum, & ianuarum veſtrarum, vt » multos dies viuatis, & dies filiorum » veſtrorum in terra, quam iurauit Do- » minus patribus veſtris, daturum ſe » illis, ſicut dies cœli ſuper terram.] Ecquid autem ſit, Alligate ipſa in manibus veſtris, planè in Numeris expoſuit; ſic enim ſcriptum eſt, [Et

Num. 15.

» dixit Dominus ad Moyſen, dicens, » Loquere filiis Iſrael, & dices ad ip- » ſos; & faciant ſibi fimbrias in ſum- » mitatibus veſtium ſuarum in genera- » tiones ſuas; & imponetis ſuper fim- » brias ſummitatum veſtium vittam hya- » cinthinam, & erit vobis in fimbriis; » & videbitis ipſas, & recordabimini » omnium præceptorum Domini; & » facietis ea; & non peruertemini poſt » cogitationes veſtras, & poſt oculos » veſtros, in quibus vos fornicamini » poſt ipſos, vt recordemini: & fa- » ciatis omnia mandata mea; & eri- » tis ſancti Deo veſtro; ego Dominus » Deus veſter, qui eduxi vos de ter- » ra Ægypti, vt eſſem Deus veſter: » ego Dominus Deus veſter.] Cùm ergo antea iuſſiſſet, vt deſcriberemus Legem in cordibus, ſciretque præterea grauem eſſe mentis morbum obliuionem: in liminibus tanquam in tabula inſcribi iuſſit; quinetiam dextræ alligare; ſchedulas fortaſſe quaſdam Legem parturientes, & diuinum reſponſum inſcriptum habentes: præterea non inutile eſſe dixit ex ipſis quoque veſtibus pendere tum fimbrias, tum hyacinthinam vittam. PALLAD. Quonam modo diuinæ Legis admoneri poſſumus per fimbrias ac vittam hyacinthinam? CYRILLVS. Nonne Legem per ænigmata traditam fuiſſe priſcis illis hominibus, ac veluti in vmbris eſſe fateris? PALLAD. Fateor. CYRILL. Igitur fimbriis ac manui vittam hyacinthinam alligare, figuratè, ac per ænigma ſignificabat, quæ cœleſtia ſunt, ea tum ſapienda eſſe, tum facienda, ac ſupernas illas leges memoria retinendas. Lapidi enim, niſi fallor, Indico, hyacinthino, inquam, æthereum corpus eſt quadantenus ſimile, cùm ſplendore atque tenebris miſtum ſit, atque in imo aquæ ſimilitudinem habeat, quæ tremulam ac fluidam ſpeciem præ ſe ferat.

A πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν, καὶ διδάξατε αὐτὰ τὰ τέκνα ὑμῶν, λαλεῖν αὐτὰ, καθημένους ἐν ὁδῷ, καὶ κοιταζομένους, καὶ διανισταμένους, καὶ γράψατε αὐτὰ ἐπὶ τὰς φλιὰς τῶν οἴκων ὑμῶν, καὶ τῶν πυλῶν ὑμῶν, ἵνα πολυημερεύσητε, καὶ ἡμέραι τῶν υἱῶν ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς ὤμοσε Κύριος τοῖς πατράσιν ὑμῶν δοῦναι αὐτοῖς, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ τί δὴ πάλιν ἐστὶ τὸ, ἀφάψατε αὐτὰ ἐπὶ τῶν χειρῶν ὑμῶν, ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς ἐδήλου σαφῶς. γέγραπται γὰρ ὧδε. καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων· B λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, καὶ ποιησάτωσαν ἑαυτοῖς κράσπεδα ἐπὶ τὰ πτερύγια τῶν ἱματίων ἑαυτῶν εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν· καὶ ἐπιθήσετε ἐπὶ τὰ κράσπεδα τῶν πτερυγίων κλῶσμα ὑακίνθινον, καὶ ἔσται ἐν τοῖς κρασπέδοις, καὶ ὄψεσθε αὐτὰ, καὶ μνησθήσεσθε πασῶν τῶν ἐντολῶν Κυρίου, καὶ ποιήσετε αὐτὰς, καὶ οὐ διαστραφήσεσθε ὀπίσω τῶν διανοιῶν ὑμῶν, καὶ ὀπίσω τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν ἐν οἷς ὑμεῖς ἐκπορνεύετε ὀπίσω αὐτῶν, ὅπως ἂν μνησθῆτε. καὶ C ποιήσετε πάσας τὰς ἐντολάς μου, καὶ ἔσεσθε ἅγιοι τῷ Θεῷ ὑμῶν, ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. προεπιτάξας οὖν εὖ μάλα καταγράφειν ἡμᾶς ἐν καρδίαις τὸν νόμον, εἶτα χαλεπὸν ἀῤῥώστημα νοῦ τὴν λήθην εἰδὼς, οἷά περ ἐν πίνακι ταῖς φλιαῖς ἀποσημήνασθαι δεῖν ἐπιτάττει τὰς ἐντολάς. καὶ μὴν καὶ τῆς δεξιᾶς ἀφάπτειν χειρὸς δελτία που τάχα τὸν νόμον ὠδίνοντα, καὶ ἐγγεγραμμένον ἔχοντα τὸ χρησμῴδημα, καὶ μὴν καὶ αὐτῶν ἀπηρτῆσθαι τῶν ἐσθημάτων, οὐκ ἀσυντελὲς εἶναί φησιν εἰς ὄνησιν, τάτε κράσπεδα, καὶ D τὸ κλῶσμα ὑακίνθινον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τίς ἂν γένοιτο τῶν θείων νόμων ἡμῖν ἀνάμνησις διά τε κρασπέδων καὶ ὑακινθίνου κλώσματος; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐ γὰρ δὴ τὸν νόμον αἰνιγματωδῶς λελαλῆσθαι τοῖς πάλαι καὶ μὴν καὶ ὡς ἐν σκιαῖς εἶναι φής; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φημί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Αἴνιγμα δὴ οὖν τοῦ δεῖν ἑλέσθαι, φρονεῖν τε καὶ δρᾷν τὰ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἄνωθεν διαμεμνῆσθαι νόμων, τὸ κρασπέδων τι, καὶ E αὐτῆς ἀφάψαι χειρὸς τὸ κλῶσμα τὸ ὑακίνθινον; λίθῳ γὰρ οἶμαι τῇ Ἰνδικῇ, τῷ ὑακινθίνῳ φημὶ, τὸ αἰθέριόν πως ἐοικάζεται σῶμα, αὐγῇ τε καὶ σκότῳ συμμιγὲς, καὶ ἐν βάθει πως ἔχον τὸ ὑδατοειδὲς, ὑποτρέμουσάν τε καὶ διακεχυμένην ὑποφαῖνον τὴν ὄψιν.

ἀπηρτῆσθαι δὴ οὖν ὁ νόμος τῶν περιεσθημάτων αὐτῶν καὶ μὴν καὶ χειρὸς τὸ κλῶσμα τὸ ὑακίνθινον οἰκονομικῶς προστέταχεν, οἱονείπως ὑποφωνῶν· ἔσθημά σοι νοῦ καὶ διανοίας ἀμφίον, λόγιον ἔστω τὸ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ δεξιῶν ἔργων βραβευτὴς ὁ νόμος. ἔργου γὰρ δὴ σύμβολον ἡ χείρ· τὰ δὲ συννόμως δρώμενα πρὸς ἡμῶν, πάντως που καὶ ἀνεπίπληκτα, καὶ τὸ ἐν φαυλότητι σκαιὸν οὐκ ἔχει. ἐμεγάλυνον οὖν οἱ Φαρισαῖοι τὰ κράσπεδα αὐτῶν, καὶ ἐπλάτυνον τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, τουτέστι, τὰ τῆς δεξιᾶς ἀπηρτημένα δέλτια. πλὴν ἐγελᾶτο παρὰ Χριστοῦ, εἰς φιλοδοξίας ἀφορμὴν, καὶ οὐκ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ νόμου τὸ χρῆμα ποιούμενοι. ἔστιν οὖν ἄρα καὶ ἐννόμως ἀνομεῖν, εἰ μή τις ὀρθῶς ἀποχρῷτο τῷ νόμῳ, καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστιν, ὅπερ ἔφη Σολομών. ἔστι δίκαιος ἀπολλύμενος ἐν δικαίῳ αὐτοῦ. καταγραπτέον οὖν ἄρα τὴν θείαν ἐντολὴν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν, καὶ τήν γε τοῦ πράγματος ὄνησιν ἐναργῆ καθιστὰς ὁ θεῖος ἔφη Δαβὶδ περὶ δικαίου παντός. ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ. ἔστι γὰρ οἶμαι καὶ μάλα σαφὲς, ὡς ὅτῳ περ ἂν ὁ θεῖος εἰς νοῦν ὑπάρχει νόμος, προσεῖναι που πάντως καὶ τὸ ἐρηρεῖσθαι καλῶς, καὶ τὸ ἐν βίῳ κεῖσθαι τῆς ἀρετῆς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὧδε ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἡ μακρὰ καὶ διηνεκὴς τοῦ νόμου μελέτησις, ἀποκομίζει πρὸς τὸ εὐθὺ, τοῦτο δ' ἂν εἴη τῷ Θεῷ δοκοῦν, θολὸν ὥσπερ τινὰ καὶ ὁμίχλην τῆς ἀνθρώπου διανοίας, τὴν λήθην ἐκπέμπουσα. καὶ οὐ μέχρι τούτων ὁ νομοθέτης, ἀλλά τι καὶ ἄμεινον προσεπινοῶν, δέλεαρ ὥσπερ τι, τῆς ἔν γε τῷ χρῆναι πονεῖν προθυμίας, ἐλπίδα ποιεῖται, τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς εὐκταιοτάτοις. ἔφη γὰρ πάλιν. ἐὰν ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύησθε, καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλάξησθε, καὶ ποιήσητε αὐτὰς, δώσω τὸν ὑετὸν ὑμῖν ἐν τῷ καιρῷ αὐτοῦ, καὶ ἡ γῆ δώσει τὰ γεννήματα αὐτῆς, καὶ τὰ ξύλα τῶν πεδίων ἀποδώσει τὸν καρπὸν αὐτῶν. καὶ καταλήψεται ὑμῖν ὁ ἀλοητὸς τὸν τρυγητὸν, καὶ ὁ τρυγητὸς καταλήψεται τὸν σπόρον, καὶ φάγεσθε τὸν ἄρτον ὑμῶν εἰς πλησμονὴν, καὶ κατοικήσετε μετ' ἀσφαλείας ἐπὶ τῆς γῆς ὑμῶν, καὶ ὁ πόλεμος οὐ διελεύσεται διὰ τῆς γῆς ὑμῶν, καὶ δώσω εἰρήνην ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, καὶ κοιμηθήσεσθε, καὶ οὐκ ἔσται

A Lex igitur & veſtibus & manui vittam hyacinthinam alligari ſapienti conſilio iuſſit, quodammodo innuens, quaſi mentis veſtimentum, & amictus rationis tibi ſit oraculum cælitus editum, Lex etiam ritè ac rectè factorum arbitra: manus enim operum eſt ſymbolum, quæ porro legitime fiunt à nobis, prorſus reprehenſione vacant, neque de vitio ſiniſtrum quidpiam habent. Magnificabant itaque Phariſæi fimbrias ſuas, & dilata- Matth. 23.
B bant phylacteria ſua, id eſt, ſchedulas è dextra manu ſuſpenſas: ridebantur tamen à Chriſto, quod eam rem ad inanis gloriæ occaſionem, non ad Legis commemorationem conuertiſſent. Fieri igitur poteſt, vt quamuis id fiat, quod Lex iubet, tamen Lex ipſa violetur, niſi Lege quis rectè vtatur: hocque illud eſt, opinor, quod ait Salomon, "[Eſt iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua.]" Igitur Dei man- Eccl. 7.
C datum in mente atque in corde inſcribendum eſt; cuius rei vtilitatem cùm perſpicuam faceret Dauid ille diuinus, de vnoquoque viro iuſto loquens ait, "[Lex Dei eius in corde ipſius; & non ſupplantabuntur greſſus eius:]" Illud enim, vt opinor, plane manifeſtum eſt, cuius in mente lex diuina fuerit, eidem omnino ineſſe præterea, vt probe confirmatus & virtute ſit ſtabili. PALLADIVS. Ita ſe res habet. CYRILLVS. Itaque Pſal. 36.
D iugis atque perpetua Legis meditatio ad rectam viam perducit, quod idem eſt atque ad id quod Deo placet, obliuionem ex hominis animo veluti tenebras quaſdam caliginemque diſcutiens. Neque verò hucuſque tantum progreſſus eſt Legiſlator; ſed cùm adhuc melius quiddam excogitaſſet, ad excitandam in laboribus ſuſcipiendis alacritatem, ſpem omnium rerum exoptatiſſimarum tanquam eſcam quandam adiungit; ait enim rurſus, "[Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo pluuiam vobis in tempore Leuit. 26.
E ſuo, & terra dabit prouentus ſuo, & ligna campi reddent fructum ſuum; & comprehendet vobis tritura vindemiam, & vindemia ſementem, & edetis panem veſtrum in ſatietatem, & habitabitis cum ſecuritate in terra veſtra; & bellum non pertranſibit per terram veſtram; & dabo pacem in terra veſtra, & dormietis, & non erit,"

qui exterreat vos, & perdam malas beſtias de terra veſtra.] Intelligis quanta cura atque benignitate dignetur probum virum, & bonis operibus deditum, & qui Legem reuereatur? nam tempeſtiuum imbrem atque ſerotinum, frugúmque copiam ſibi inuicem ſuccedentium, paniſque ſatietatem, & eſculentorum vberem fructum, pacem præterea ſe largiturum pollicetur: Legis enim verum cultorem, & eorum quæ Deo placent cupidiſſimum amatorem, cœleſtium bonorum abundantiâ inebriari par eſt: illa namque ſpiritualis & ſuperna conſolatio iuſti viri animum tanquam pingue ſolum ac fertile imbris inſtar irrigans, maximè lætificat, vt iuges & quaſi multiplices in Deum pietatis fructus edere poſſit: pax verò eundem coronat, quæ largitur, vt in eo, quod bene eſt, valeat permanere. Itaque ſcribit Paulus, [Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras.] Quiſquis igitur eiuſmodi Dei liberalitatem nactus erit, is bellis vacuam, ac pacis plenam vitam traducet; cedet hoſtis cadetque, & ad nihilum recidet quidquid obſiſtit, & impetus diabolicus irritus erit, & timor omnis facilè propulſabitur. Hanc eandem legem in Deuteronomio quoque deſcriptam reperiemus; ſic enim dixit, paucis permutatis, [Si verò auditu audieritis omnia mandata eius, quæ ego mando tibi hodie, vt diligas Dominum Deum tuum, & ſeruias illi ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & dabit tibi pluuiam terræ tuæ ſuo tempore tempeſtiuam & ſerotinam, & recondes triticum tuum, & vinum tuum, & oleum tuum; & dabis pabula in agris tuis iumentis tuis.] Igitur vim ritè & aptè ea exequendi, quæ velit Deus, Legis meditatio noſtris animis comparabit: ſudorem porro pro virtute ſuſceptum, tolerabilem reddet promiſſorum bonorum amor. PALLADIVS. Ita eſt: aſſentior enim, & quidem iure optimo. Sed iam tempus eſt explicandi qua ratione legem de diligendo proximo perficere quiſpiam poſſit. CYRILLVS. Igitur ad hanc ipſam diſputationem eſt accedendum.

Philipp. 4.

Deut. 11.

A ὁ ἐκφοβῶν ὑμᾶς, καὶ ἀπολῶ θηρία πονηρὰ ἐκ τῆς γῆς ὑμῶν. συνίης ὅσης φροντίδος καὶ ἡμερότητος ἀξιοῖ τὸν ἐπιεικῆ τε καὶ φιλεργάστατον, καὶ μὴν αἰδοῖ τῇ περὶ τὸν νόμον ἡττώμενον; πρώϊμόν τε γὰρ καὶ ὄψιμον ὑετόν, εὐκαρπίας τε τὴν ἀλλεπάλληλον, καὶ μὴν καὶ ἄρτου πλησμονήν, καὶ τὴν ἐδωδίμων ἄφθονον χρῆσιν, καὶ πρός γε τούτοις εἰρήνην χαρίσασθαι κατεπαγγέλλεται. τὸν γάρ τοι τοῦ νόμου φύλακα γνήσιον, καὶ ὧν ἂν βούλοιτο
B Θεὸς ἄπληστον ἐραστήν, ταῖς τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀφθονίαις καταμεθύειν εἰκός. γῆν μὲν γὰρ οἷά τε πίειράν τε καὶ εὔτοκον τὴν τοῦ δικαίου ψυχήν, ἡ παράκλησις ἡ πνευματική τε καὶ ἄνωθεν ὑετοῦ καταρδοῦσα δίκην, κατευφραίνει λίαν, ὡς ἀνελλιπῆ καὶ οἱονεὶ παμποίκιλον τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἐκφαίνειν καρπόν· εἰρήνη δὲ στεφανοῖ, τὴν εἰς τὸ εὖ εἶναι διαμονὴν εἰσφέρουσα. γράφει γοῦν καὶ ὁ Παῦλος. καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ
C νοήματα ὑμῶν. ὁ τῆς τοιᾶσδε οὖν παρὰ Θεοῦ φιλοτιμίας τετυχηκώς, ἀπόλεμόν τε καὶ εἰρηναῖον διατελέσει βίον, εἴκοντος ἐχθροῦ, πίπτοντός τε καὶ οἰχομένου πρὸς τὸ μηδὲν τοῦ ἀνθεστηκότος παντός, καὶ ἀπραγούσης ἐφόδου διαβολικῆς, καὶ φόβου παντὸς ἐκποδὼν ἰόντος εὐκόλως. τὸν αὐτὸν δὲ τουτονὶ νόμον καὶ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ γεγραμμένον εὑρήσομεν. ἔφη γὰρ ὧδε βραχὺ παραλλάξας. ἐὰν δὲ ἀκοῇ εἰσακούσητε πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ὅσας ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, ἀγαπᾶν
D Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ λατρεύειν αὐτῷ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ δώσει σοι τὸν ὑετὸν τῆς γῆς σου, καθ' ὥραν πρώϊμον καὶ ὄψιμον καὶ εἰσοίσεις τὸν σῖτόν σου καὶ τὸν οἶνόν σου, καὶ τὸ ἔλαιόν σου, καὶ δώσεις χορτάσματα ἐν τοῖς ἀγροῖς σου τοῖς κτήνεσί σου. οὐκοῦν τὸ μὲν εὐτεχνές τε καὶ εὔρυθμον, εἴς γε τὸ χρῆναι πληροῦν ἃ ἂν βούλοιτο Θεός, ἡ τοῦ νόμου μελέτησις ταῖς ἡμετέραις εἰσοικιεῖ
E ψυχαῖς. ἱδρῶτα δὲ τὸν ἐπ' ἀρεταῖς οἰστὸν ἀποφαίνει τῶν ἐπηγγελμένων ἡ ἔφεσις. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές· συναινέσαιμι γὰρ καὶ σφόδρα εἰκότως. ἀγάπης δὲ τῆς εἰς τὸν πλησίον, τίνα δὴ τρόπον διαπεραίνοιτό τις ἂν τὸν νόμον, ὥρα λέγειν, ὦ τᾶν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἰτέον δὴ οὖν ἐπ' αὐτὸ δὴ τουτο-

Ioan.8. „ increpabat, dicens, [Neque me no- „ ſtis, neque patrem meum : ſi me co- „ gnouiſſetis, & patrem meum vtique „ cognouiſſetis:] In vtroque enim alterius notio ſimul infertur. Igitur, cùm prius fundamenti cuiuſdam inſtar, ieciſſet certam atque accuratam Dei cognitionem, & Legiſlatoris notitiam prius tanquam radicibus actis, in eis infixiſſet, denique ad humana deſcendit, & ei reuerentiæ, quam Deo exhibemus, proximam deinceps collocat atque coniungit eam, quæ patri ac matri debetur, quorum opera, Deo annuente, perducti eo ſumus, vt eſſemus, & omnino ſubſiſteremus : quippe cum ſecundum ab Opifice locum teneant: diuinis enim iuſſis, & arte non ab alio tradita, ſed ſponte percepta, natura id; quod gignitur, in ſe ipſa ad vitam effingit, atque Opificis gloriam imitatur: nam vt Deus, qua ratione effector eſt & conditor, omnibus initium eſt & origo; ſic quiſque etiam parens ex ſe nato filio quaſi radix quædam eſt procreationis, & fons vnde progreditur, vt ſit. Igitur illa patris ac matris ſubminiſtratio, quam præbent ad omnium qui in terris ſunt, hominum procreationem, illius omnium Opificis figuram refert : atque ob eam cauſſam, iis præſtantiorem, quàm cæteris hominibus, honorem deferri Lex iuſſit, neque à præmiis excludens eos, qui honorem illis impenderent, neque eos viciſſim, qui id facere nollent, à ſupplicio liberans : nam ingenuum piumque animum honoribus ornat; eum verò, qui aliter ſit affe- „ ctus, grauiſſimis malis onerat, [Ho-

Exod.20. „ nora enim, inquit, patrem tuum, vt be- „ ne tibi ſit, & ſis longæuus ſuper terram.]

A καὶ μίαν, καὶ οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, συνῆψεν εὐθὺς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ἐπειπών· μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων ἁγιάζειν. οἶμος γὰρ ἤδη καλή τε καὶ ἀναγκαία, καὶ θεοπρεπεστάτης εὐτεχνίας ὁδὸς, καὶ τελεωτάτην τοῖς ἃ προσῆκεν εἰδέναι μανθάνουσιν, ἐμποιοῦσα τὴν ὄνησιν. καὶ γοῦν ὁ σωτὴρ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς ἔφη πατέρα καὶ Θεόν· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν

B Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. συμπαραμένει γὰρ ἀναγκαίως τῷ λόγῳ τῷ περὶ πατρὸς, ὁ περὶ υἱοῦ, καὶ ἀγχίθυρος λίαν ἡ ἐπ' ἀμφοῖν ἐστι γνῶσις. Ἰουδαίοις γοῦν τῆς ἀληθείας ἡμαρτηκόσι, διὰ τὸ μὴ προσίεσθαι τὸν υἱὸν, οἰομένοις δὲ ὅτι Θεὸν ἐγνώκασιν, ἐπετίμα λέγων, οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου. εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδειτε ἄν. συνεισκρίνεται γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν ἡ ἑκατέρου γνῶσις.

C οὐκοῦν θεμέλιον ὥσπερ τινὰ προκαταβαλὼν θεὶς ἀναγκαίως τὸ ἀκριβὲς εἰς θεογνωσίαν, καὶ τοῦ νομοθέτου τὴν εἴδησιν προενερριζώσας αὐτοῖς, κάτεισιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τῇ εἰς Θεὸν αἰδοῖ, γείτονα τίθησι καὶ συνημμένην εὐθὺς τὴν εἰς πατέρα τε καὶ μητέρα, δι' ὧν εἰς τὸ εἶναί τε καὶ ὑπάρχειν ὅλως Θεοῦ κατανεύοντος, κεκομίσμεθα, δευτέραν ὥσπερ τινὰ τάξιν ἐχόντων τοῦ δημιουργοῦ. θείοις μὲν γὰρ νεύμασι καὶ αὐτοδιδάκτῳ

D τέχνῃ ζωοπλαστεῖ τὸ τικτόμενον ἡ φύσις ἐν ἑαυτῇ. δημιουργικὴν δὲ ὥσπερ ἀπομάττεται δόξαν· καὶ ὥσπερ ὁ Θεὸς πάντων ἐστὶν ἀρχὴ καὶ γένεσις, καθὸ ποιητὴς καὶ δημιουργός, οὕτω καὶ ἕκαστος τῶν εἰς γονέας τετελεκότων τῷ ἐξ αὐτοῦ φύντι τέκνῳ ῥίζα τις ὥσπερ ἐστὶ γενέσεως, καὶ τῆς εἰς τὸ εἶναι προόδου πηγή. εἰς τύπον δὴ οὖν τοῦ πάντων δημιουργοῦ, ἡ πατρὸς καὶ μητρὸς ὑπουργία πρὸς ὕπαρξιν, εἰς

E ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. τοιγάρτοι τῶν ἄλλων προφερεστέραν τὴν εἰς αὐτοὺς ποιεῖσθαι τιμὴν, ὁ νόμος προστέταχεν, οὔτε γέρως ἀποστήσας τοὺς ᾑρημένους τιμᾶν, οὔτε ποινῆς ἀπαλλάττων τοὺς τοῦτο δρᾷν οὐκ αἱρουμένους. τὴν μὲν γὰρ εὐγενῆ καὶ ὁσίαν γνώμην, τιμαῖς στεφανοῖ, τὴν δὲ οὐχ οὕτως ἔχουσαν, τοῖς εἰς λῆξιν καταφορτίζει κακοῖς. τίμα γὰρ, φησὶ, τὸν πατέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. οὐκοῦν ἆθλον

μὲν ὥσπερ τι καὶ γέρας ἐξαίρετον εἰς ζωὴν, καὶ τὸ ἐπὶ μήκιστον ἰέναι χρόνον, τοῖς ἐθέλουσι τιμᾶν, θάνατον δὲ τοῖς ἀλαζόσι καὶ ὑβρισταῖς ἐπαρτήσας ὁ νόμος, παιδαγωγὸν ὥσπερ τινα μετασοβοῦντα πρὸς τὸ εὐθὺ, τὸν φόβον ἐφίστησιν. ἔφη γὰρ πάλιν· ὃς τύπτει πατέρα ἢ μητέρα αὐτοῦ, θανάτῳ τελευτάτω. καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα αὐτοῦ ἢ μητέρα, τελευτήσει θανάτῳ. ἀθρεῖ δὴ οὖν ὅτι πάντα μὲν τὸν τρόπον τῆς εἰς αὐτοὺς ἁμαρτίας ἐν ἴσῳ κολάζει μέτρῳ, ἐξῆς δὲ δὴ πάλιν τοῖς περὶ Θεοῦ τὰ γονέων δίκαια τιθεὶς ὁρᾶται σαφῶς. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ Θεοῦ, τὸ γλώττης πλημμέλημα τιμᾶται θανάτῳ, καὶ ταῖς εἰς ἄκρον ὀργαῖς, οὕτω καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν γεγεννηκότων· καὶ τὴν θείαν μὲν τις ἀθετήσας ἐντολὴν, καὶ ταῖς παραβάσεσι καταλυπεῖν ἠρημένος τὸν παιδαγωγὸν χωρὶς οἰκτιρμῶν ἀποθνήσκει. πατρὸς δὲ τυχὸν ἢ μητρὸς ὑποθηκῶν ἀλογήσας, λιθόλευστος τελευτᾷ, νόμου τοῦ θείου καὶ τόδε προστεταχότος. ἔφη δὲ οὕτως ἐν τῷ Δευτερονομίῳ. ἐὰν δέ τινι ᾖ υἱὸς ἀπειθὴς καὶ ἐρεθιστὴς, οὐχ ὑπακούων φωνῆς πατρὸς αὐτοῦ καὶ φωνῆς μητρὸς καὶ παιδεύσωσιν αὐτὸν, καὶ μὴ εἰσακούσῃ αὐτῶν· καὶ συλλαβόντες αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐξάξουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γερουσίαν τῆς πόλεως αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν πύλην τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ ἐροῦσι τοῖς ἀνδράσι τῆς πόλεως αὐτοῦ λέγοντες, ὅτι ὁ υἱὸς ἡμῶν οὗτος ἀπειθεῖ, καὶ ἐρεθίζει, καὶ οὐκ εἰσακούει τῆς φωνῆς ἡμῶν, συμβολοκοπῶν οἰνοφλυγεῖ. καὶ λιθοβολήσουσιν αὐτὸν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως αὐτοῦ λίθοις, καὶ ἀποθανεῖται, καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν, καὶ οἱ ἐπίλοιποι ἀκούσαντες φοβηθήσονται. ἆρά σοι λοιπὸν ἐνδοιάζειν ἔτι καὶ μετὰ τοῦτο θέμις, ὡς εἴη κατ' ἴχνος τῆς τοῦ Θεοῦ τιμῆς ἡ εἰς πατέρα τε καὶ μητέρα; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐδαμῶς. ἐνδυσωπεῖ γὰρ ἡμᾶς εἴς γε τὸ χρῆναι τιμᾶν, καὶ τὸ ὑπό του Θεοῦ σοφῶς εἰρημένον. μνήσθητι, ὅτι δι' αὐτῶν ἐγεννήθης. καὶ μὴν ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ ἐπιεικέστατα λέγων, εἰ μὴ ὁ φόβος Ἰσαὰκ τοῦ πατρός μου ἦν μοι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἆρ' οὖν εἰπέ μοι, τὸ δι' αὐτῶν γεγεννῆσθαι λέγειν, οὐκ εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ, καὶ τοῦ πρὸς τὸ εἶναι καλοῦντος τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ καταδείξειεν ἂν ἐναργῶς ὄντας αὐτούς;

A Igitur cum iis, qui parentes honorarent, vitam ac temporis diuturnitatem, quaſi præmium quoddam, & munus præcipuum, Lex conſtituiſſet; mortem verò ſuperbis & iniurioſis propoſuiſſet, metum veluti pædagogum quendam apponit, qui nos ad rectum iter timore traducat; dixit enim rurſus, [Qui percutit patrem aut matrem ſuam, morte moriatur: & qui maledixerit patri vel matri ſuæ, morte moriatur.] (Exod. 21.) Vide igitur quemadmodum omne genus peccati, in illos admiſſi, B æquali menſura puniat. Iis etiam, quæ de Deo præcepta ſunt, ea proxime coniungi perſpicuum eſt, quæ ad parentum iura pertinent. Vt enim, ſi quid in Deum lingua peccatum ſit, morte extremoque ſupplicio mulctatur; ſimiliter ſi quid in eos quoque ſit admiſſum qui genuerunt: ac diuinum certe mandatum quiſquis irritum fecerit, & eius violatione pædagogum volens offenderit, ſine vlla miſeratione occiditur; quiſquis item patris ma- C triſue monita contempſerit, lapidibus obrutus necatur: cùm hoc idem diuina lex iuſſerit. Dixit autem ad hunc modum in Deuteronomio, [ſi autem (Deut. 21.) cuipiam fuerit filius contumax & irritator, qui non obediat voci patris ſui, & voci matris ſuæ, & corripuerint eum, & non audierit eos, comprehendent eum pater ſuus, & mater ſua, & ducent eum ad ſenatum ipſius ciuitatis, & ad portam loci illius; & dicent hominibus ciuitatis illius, Filius noſter hic inobediens eſt & irritat, & non D audit vocem noſtram, comeſſationibus & ebrietatibus vacat: & lapidabunt eum viri ciuitatis illius lapidibus; & morietur, & auferetis malum ex vobis ipſis; & cæteri audientes timebunt.] Num tandem, poſthac fas eſt ambigere, quin patri ac matri honos habitus proximè ad eum, qui Deo tribuitur, accedat? PALLAD. Minimè dubium: vt enim eos honore proſequendos putemus, illud quoque perſuadet, quod à quodam ſapienter eſt dictum, [Recordare quòd per eos genitus es.] (Eccl. 7.) Ia- E cob quoque Patriarcha, cùm modeſtiſſime dicit, [Niſi timor Iſaac patris mei adeſſet mihi.] CYRILL. Dic igitur mihi, hoc ipſum, quod per illos genitos nos eſſe dictum eſt, num parum euidenter oſtendit imaginem eos Opificis tenere, & eius, qui vocat ad exiſtendũ ea, quæ olim nõ erant?

Iam verò hoc ipſum, quod noſtro quoque timore eos honorare decet, nonne illis ipſam quoque Domini dignitatem tribuit? PALLAD. Sanè verò. Ideoque ille Prouerbiorum auctor execratur quoſdam, dicens, [Oculum, qui irridet patrem, & dedecorat ſenectutem matris, effodiant eum corui de torrentibus.] Illud tamen explices velim, quomodo ab omnium Saluatore Chriſto ſapienter dictum putari poſſit. [Qui amat patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus.] Quinetiam illud commemorabo: nam patrem ſepelire, ſenectutemque illius alere roganti diſcipulo ait, [Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.] CYRILL. Quid verò in iis abſurdi eſt? nam ardui quidem certe nihil, vt mihi videtur, ſed ſimplex admodum locorum propoſitorum eſt cognitio, & ad percipiendum iis, qui rectè intelligere velint, facillima. PALLAD. Atqui non ſunt ea verba à ſuſpicione prorſus aliena: videntur enim quodammodo ab ea reuerentia, quæ parentibus debetur, nos abducere. CYRILLVS. Apage ab iſta ſuſpicione, Palladi, & intelligentia tam peruerſa: neque enim Saluatoris noſtri verba à reuerentia in parentes abducunt; ſed illam, quæ Deo exhibetur, antiquiorem ac præſtantiorem habere docent; id quod etiam ſuperiori noſtra oratione perfectum eſt, cùm illam proximam atque ſecundam ab ea, quæ Deo eſt habenda, identidem diceremus; quod ſane etiam ipſe Chriſtus ſeruauit, cùm neque id pro crimine aſcripſit iis, qui parentes diligerent, neque omnino culpauit aut accuſauit eos, qui iiſdem honorem ſponte deferrent, ſed humana omnia poſt Deum habenda eſſe, conuenientiſſime ſanxit: itaque non abſolute ait, Qui amat patrem ſuum aut matrem? ſed adiecit illud, Super me: An verò dilectionem in Deum dilectioni in homines non præponendam putabis? PALLAD. Ego verò præponendam omnino cenſeo. CYRILL. Ergo in eam ſententiam abire diſcipulum non permiſit, vt putaret reuerentiam, quæ homini quamvis parenti deberetur, illi alteri, quæ erga Deum habenda eſt, eſſe præferendam, qui alias naturæ leges de honore parentibus tribuendo ſuo patrocinio defendit. Sua igitur eſſe noſtris præferenda docet; excellit enim omnibus & eminet Deus;

Prou.30.

Matth.10.

Matth.8.

A Τὸ δι' δὴ καὶ φόβῳ τοὺς πατέρας ἡμῶν τετιμῆσθαι πρέπειν, οὐ μονονουχὶ καὶ ἐν αὐτοῦ δεσποτικῷ τέθεικεν ἀξιώματι; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. τοιγάρτοι καὶ ἐπαρᾶταί τισιν ὁ παροιμιαστὴς, λέγων, ὀφθαλμὸν, καταγελῶντα πατρὸς, καὶ ἀτιμάζοντα γῆρας μητρὸς, ἐκκόψαισαν αὐτὸν κόρακες ἐκ τῶν φαράγγων. πλὴν ἐκεῖνο διασάφει, τὸ ὅπως ἂν οἴοιτό τις εἰρῆσθαι σοφῶς παρὰ τοῦ πάντων Σωτῆρος Χριστοῦ. ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου B ἄξιος. μεμνήσομαι δὲ κἀκείνου· πατέρα γὰρ θάπτειν καὶ γηροκομεῖν ἐκλιπαροῦντι τῷ μαθητῇ, τὸ ἀκολούθει μοι, φησὶ, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἶτα τί τὸ ἄτοπον ἐν τούτοις; ἀνάντες γὰρ οὐδὲν, ὥσγε μοι δοκεῖ, ψιλὴ δὲ λίαν τῶν προκειμένων ἡ γνῶσις, καὶ ἑλεῖν ἐπιμονωτάτη τοῖς ἐθέλουσιν ὀρθῶς νοεῖν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μὴν οὐκ ἐλεύ- C θερος παντελῶς ὑποψίας ὁ λόγος. ἔοικε γάρ πως τῆς εἰς γονέας αἰδοῦς ἀποκομίζειν ἡμᾶς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄπαγε τῆς ὑπονοίας, ἄνθρωπε, καὶ τὴν οὕτω κεκιβδηλευμένην ἔννοιαν. ἀφίστησι γὰρ, οὔ τί που τῆς εἰς γονέας αἰδοῦς, τοῦ σωτῆρος ὁ λόγος, πρεσβυτέραν δὲ καὶ ἀμείνω τὴν εἰς Θεὸν ἡγεῖσθαι διδάσκει. διατετέλεκε δὲ καὶ ἡμῖν ὁ λόγος, ἀγχοῦ καὶ δευτέραν ἄνω τε καὶ κάτω τῆς Θεῷ πρεπού- D σης ὀνομάζων αὐτὴν, ὃ δὴ καὶ αὐτὸς τετήρηκεν ὁ Χριστὸς, οὐκ αἰτίαν ἐπιγράψας τοῖς ἀγαπᾶν ἑλομένοις, ἀλλ' οὐδὲ μῶμόν τινα ἢ γραφὴν ἐπιθεὶς τοῖς ᾑρημένοις τιμᾶν. τό γε μὴν κατόπιν ἰέναι Θεοῦ τὰ ἀνθρώπινα, πρεπωδέστατα νομοθετεῖ. τοιγάρτοι φησὶν, οὐχ ἁπλῶς, ὁ φιλῶν πατέρα αὐτοῦ ἢ μητέρα, προστέθεικε δὲ, τὸ, ὑπὲρ ἐμέ. ἢ γὰρ οὐκ οἴει πρέπειν τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀγάπης, προτετάχθαι τὴν εἰς Θεόν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Παντάπασι μὲν οὖν. E ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἰέναι δὴ οὖν οὐκ ἠφίει τὸν μαθητὴν ἐπὶ τὸ μὴ δεῖν οἴεσθαι προὐργιαιτέραν ποιεῖσθαι τῆς εἰς Θεὸν αἰδοῦς, τὴν εἰς ἄνθρωπον, κἂν εἰ ὑπάρχοι πατὴρ, ὁ καὶ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις εἴσγε τὸ χρῆναι τιμᾶσθαι συνηγορούμενος. ἀμείνω μὲν οὖν τὰ καθ' ἑαυτὸν ποιεῖται τῶν καθ' ἡμᾶς. τὸ γάρτοι πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω Θεός;

ἐφίησι δὲ οὐδαμῶς παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαί τισι τὴν εἰς γονέας αἰδῶ, διὰ τὸ χρῆναι φρονεῖν τε καὶ λέγειν ὡς ἔστιν ἐν μοίρᾳ τῇ πρεσβυτέρᾳ τε καὶ ἀμείνονι, τὰ τοῦ Θεοῦ. ἐπίκλημα γὰρ ἐποιεῖτο τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς τὸ χρῆμα ὁ Χριστὸς λέγων· ὁ Θεὸς εἶπε, τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου. ὑμεῖς δὲ λέγετε, φησὶν ὁ Θεὸς, ὃς ἐὰν εἴπῃ τῷ πατρὶ αὐτοῦ δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μὴν, οὐ λίαν ἑτοίμη τῶν προκειμένων ἡ γνῶσις. διασάφει δὴ οὖν ὅ τι ποτέ ἐστιν ἔν γε τούτῳ τὸ τῶν Φαρισαίων πλημμέλημα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐν τῷ Λευιτικῷ γέγραπταί που. καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων. λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς ἄνθρωπος ὃς ἂν εὔξηται εὐχὴν, ὥστε τιμὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ, ἔσται ἡ τιμὴ τοῦ ἄρσενος ἀπὸ εἰκοσαετοῦς ἕως ἑξηκονταετοῦς· ἔσται ἡ τιμὴ αὐτοῦ πεντήκοντα δίδραχμα ἀργυρίου, τῷ σταθμῷ τῷ ἁγίῳ. ὀλίγα δὲ ἄττα μεταξὺ, γυναίου τε πέρι καὶ μειρακίων εἰπὼν, ἐπιφέρει πάλιν. ἐὰν δὲ ταπεινὸς ᾖ τῇ τιμῇ, στήσεται ἐναντίον τοῦ ἱερέως, καὶ τιμήσεται αὐτὸν ὁ ἱερεύς. μυστικὸς μὲν οὖν ὁ λόγος καὶ βαθὺς, καιρῷ δὲ τῷ πρέποντι πρὸς ἡμῶν εὖ μάλα βασανισθήσεται. τὸ δὲ ἐν χερσὶ, φέρε λέγωμεν. προσῄεσαν τινὲς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ καθιεροῦν ἐσπούδαζον τῷ Θεῷ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ὡς ἐν τύπῳ μὲν ἔτι καὶ σκιᾷ, πλὴν κατὰ τὸν νόμον, τὰς ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ὁμολογοῦντες τιμὰς τοῖς ἱερᾶσθαι λαχοῦσι, καὶ τῷ θείῳ προσεδρεύουσι θυσιαστηρίῳ. ἀλλ' ἦσαν τινὲς, ἐφιέμενοι μὲν τῆς τοιᾶσδε δόξης. ἡγιασμένοι γὰρ ἤδη καὶ ἱεροὶ, καὶ θεῖον ἀνάθημα, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιῶνδε, χρηματίζειν ἠξίουν, ἀπορίᾳ δὲ χρημάτων ἀνακόπτοντες τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ δυσδιάφευκτον ἔχοντες παρεμπόδισμα τοῦ πράγματος τὴν πτωχείαν. προτρεπόντων δὲ αὐτοὺς καὶ μάλα προθύμως ἐπὶ τὸ δεῖν ἰέναι πρὸς τοῦτο τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, ἐρασιχρήματοι γὰρ οἱ τοιοίδε λίαν, καὶ λημμάτων αἰσχρῶν ἡττώμενοι τὴν εἰς γονέας αἰδῶ προὐτείνοντο, δύνασθαί τε μόλις σφίσι τε αὐτοῖς κἀκείνοις τὰ ζωαρκῆ πορίζεσθαι τυχὸν, ἢ καὶ ἄμφια συλλέγειν, ἀληθεύοντες,

A neque verò, quia ea, quæ ad Deum pertinent, antiquiora ac præſtantiora putanda ſunt ac dicenda, ideo tamen vllo pacto permittit aliquibus illam in parẽtes reuerentiam pro nihilo ducere, id enim Chriſtus Iudæorum doctoribus crimini dedit, cùm dixit, [Deus dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam; vos autem dicitis, inquit, Quicunque dixerit patri ſuo, Munus quod ex me tibi proderit; & non honorabit patrem B ſuum, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras.] PALLADIVS. Atqui non admodum eſt facilis propoſitorum verborum intellectio. Explica igitur, quæſo, quodnam ſit in hac re Phariſæorum peccatum. CYRILL. In Leuitico certè ſcriptum eſt, [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs: Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Homo, qui vouerit votum in pretium animæ ſuæ Domino, erit pretium maſculi à vi- C geſimo anno vſque ad ſexageſimũ annũ, erit, inquam, pretium eius quinquaginta ſicli argenti pondere ſancto:] cúmque pauca quædam in medio de muliere & de pueris dixiſſet, rurſus infert, [Quod ſi pauper fuerit, ad æſtimationem ſtabit coram ſacerdote, & æſtimabit eum ſacerdos: vt valet munus eius, qui vouit, ita æſtimabit eum ſacerdos.] Myſtica igitur hæc verba ſunt & abdita; opportuniore autem loco à nobis diligẽter excutientur: quod autem in promptu atque in manibus eſt, dicamus, Nonnulli ex Iſraelitis adibant, & conſecrare Deo D ſuas animas, in figura quidem adhuc & vmbra, tamen ex Legis conſtitutione cupiebant: atque iis, qui ſacerdotio fungebantur, & ad diuinum altare aſſidebant, pro ſeipſis pretium daturos profitebantur. Erant igitur aliqui, qui eiuſmodi gloriam expeterent: ſanctificatos enim ſe iam & ſacros, & Deo dicatum donum, & ſi quod aliud eiuſmodi vocabulum eſt, appellari optarent: ceterum inopia pecuniæ reprimebant hoc deſiderium, quod ineuitabile ad eam E rem impedimentum haberent, nempe paupertatem: adhortantibus autem eos, & quidem maximo ſtudio Scribis ac Phariſæis, vt ad eam rem exequendam pergerent (erat enim id hominum genus auarum, & turpis quæſtus cupiditati obnoxiũ) illi reuereri ſe parentes cauſſabantur, vixque poſſe ſibi ipſis & illis, quæ ad victum ſatis eſſent, ſuppeditato, aut veſtes comparare dicebant:

Matth. 15.

Leuit. 27.

at hi perſuadere audebant, vt propter Deum eam rem pro nihilo haberent; ac ſi parentes ad ipſos accederent, & conſuetum ab ipſis ſubſidium peterent; patri ac matri dicendum eſſe docebant, [Munus quodcunque eſt ex me, tibi proſit.] Hoc eſt, ſi quid à me acceperis, diuinum te fraudare donum ſcito, & in res ſacras manus iniicere, nam meipſum dedicaui, & Deo quaſi repoſitum donum conſecraui. Illi verò, cùm ſacrilegii pœnam metuerent, & leges ea de re conſtitutas extimeſcerent, ærumnas illas miſerrimè perferebant, & pietatem in Deum ſibi famis occaſionem fuiſſe accuſabant, ac fortaſſe de ipſo Dei mandato conquerebantur, tanquam ab eo in rebus maxime neceſſariis violarentur: ideoque ait, [Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram:] Honorandi enim erant profectò parentes, non religionis cauſſa lex, quæ de parentibus lata erat, deſtruenda. Neque igitur ea, quæ ad Deum pertinent, humanarum rerum cauſſa contemnenda ſunt, neque rurſus res humanæ prorſus Dei prætextu negligendæ; ſed potius, vbi præcipuas charitatis partes illi omnium principio, Deo nimirum, tribuerimus, tum ſecundo loco ac proximo æquum eſt etiam ipſis noſtri ortus adminiſtris debitos in primis honores continuo deferre, & ad ea, quæ dixi illud quoque nobiſcum reputare. PAL. Quidnam ideſt? CYRILLVS. Nam rem in primis neceſſariam eſſe reuerentiam in parentes, nobis oſtendit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cùm ſuæ ipſius matris curam atque rationem habuit: ſublatus namque iam in venerandam illam crucem, & ligno ſuffixus, diſcipulo ſuo germano ſanctam Virginem tradidit; ac ſenectutis illius tutorem nutritoremque conſtituit dilectum illum ſuum, dicens, [Mulier, ecce filius tuus; deinde diſcipulo, Ecce mater tua; & ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.] PALLAD. Præclarè ſane hac de re oratio confecta eſſe videtur. CYRILL. Cùm itaque liberos parentibus rectiſſime ſubieciſſet, & legitimum iis ac neceſſarium iugum impoſuiſſet, ilico quales etiam parentes erga liberos eſſe oporteat, ſi à Deo voluntate deflectere nolint, edicit. Ac Paulus quidem ſapientiſſimus vir, poſtquam paucis

Matth. 15.

Ioan. 19.

Ephes. 6.

ἔφασκον. οἱ δὲ, δυσπειθεῖν ἐτόλμων, παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ χρῆμα διὰ Θεόν· κἂν εἰ προσίοιεν οἱ γεγεννηκότες τὴν συνήθη παρ' αὐτῶν ζητοῦντες ἐπικουρίαν, χρῆναι λέγειν ἐδίδασκον πατρὶ καὶ μητρὶ, δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς ἄν, τουτέστιν, ὅπερ ἂν ἐξ ἐμοῦ λάβῃς, θεῖον ἴσθι τι παραβλάπτων ἀνάθημα, καὶ χρήμασιν ἱεροῖς τὰς χεῖρας ἐπάγων. ἀνατέθεικα γὰρ ἐμαυτὸν καὶ ὡς δῶρον ἐπιτέθειμαι τῷ Θεῷ. οἱ δὲ τὰ ἐκ τῆς ἱεροσυλίας δεδιότες βλάβη, καὶ τοὺς ἐπὶ τῷδε νόμους καταπεφρικότες ἄγαν, διεκαρτέρουν οἰμώζοντες, καὶ τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν πρόφασιν αὐτοῖς γενέσθαι λιμοῦ διετείνοντο, καταχεκραγότες τάχα που καὶ τῆς θείας ἐντολῆς ὡς ἀδικούσης αὐτοὺς εἰς τὰ χρειώτατα. Διὰ τί τοίνυν, φησὶν, ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; ἔδει γὰρ ἔδει τιμᾶν τοὺς φύσαντας, οὐ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἕνεκα τὸν ἐπ' αὐτοῖς καταλύειν νόμον. Οὐκοῦν οὔτε τῶν Θεῷ πρεπόντων ἀμελητέον διὰ τὰ ἀνθρώπινα, οὔτε μὴν εἰσάπαν τῶν ἀνθρωπίνων διὰ Θεὸν καταρραθυμεῖν ἀναγκαῖον, ἀπονέμοντας δὲ μᾶλλον τὸ τῆς ἀγάπης ἐξαίρετον τῇ πάντων ἀρχῇ, τουτέστι, τῷ Θεῷ, καὶ καθάπερ ἐν τάξει δευτέρᾳ καὶ γείτονι, παρακομίζειν εὐθὺς καὶ εἰς τοὺς τῆς γενέσεως ὑπουργοὺς, τὰς αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρεπούσας τιμὰς προσενθυμουμένους οἷς ἔφην καὶ τόδε. ΠΑΛ. Τὸ τί δὴ φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Χρῆμα γὰρ ὅτι μάλιστα τῶν ἀναγκαίων ἡμῖν ἀποφαίνων ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν εἰς τοὺς φύσαντας αἰδῶ, φειδοῦς ἠξίου καὶ λόγου τὴν ἑαυτοῦ μητέρα. ἀπηρτημένος γὰρ ἤδη τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ τῷ ξύλῳ προσηλωμένος, τῷ γνησίῳ μαθητῇ τὴν ἁγίαν ἐδίδου παρθένον καὶ γηροκόμον αὐτῇ καθιστὰς τὸν ἠγαπημένον, ἔλεγε· γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου, καὶ τῷ μαθητῇ εἶπεν, ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας, φησὶν, ἔλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς εἰς τὰ ἴδια. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὡς ἄριστά γε ἡμῖν ὁ περὶ τοῦδε λόγος ἐκπεποιῆσθαι δοκεῖ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καταζεύξας δὴ οὕτω εὖ μάλα τοῖς γεγεννηκόσι τὰ ἐξ αὐτῶν, καὶ τὸν ἐκ νόμου καὶ ἀνάγκης αὐτοῖς ἐπιρρίψας ζυγὸν, ὁποῖοί τινες εἶεν ἂν περὶ τὰ σφῶν αὐτῶν γεννήματα καὶ οἱ γονεῖς, εἴ γε τῷ Θεῷ δοκοῦν οὐκ ἐκσοβήσονται, παραχρῆμα νομοθετεῖ. Παῦλος μὲν οὖν ὁ σοφώτατος ἐν βραχεῖ καὶ ἀπαραλλάκτως,

ἀποτέλεσθαι δεῖν τοῖς πατράσι, παρεγγυᾷ τοῖς τέκνοις, ἔφη δὲ ὅτι καὶ οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν νουθεσίᾳ Κυρίου, τουτέστι, τῶν ἀρίστων αὐτοῖς μαθημάτων εἰσηγηταὶ γεγονότες πρὸς θεοφιλῆ καὶ ἐννομωτάτην ἀπευθύνετε πολιτείαν. διὰ κύκλου δὲ ὥσπερ ὁ νόμος· σύνηθες γάρ ἐστιν ὡς ἀεὶ τοῦτο αὐτῷ· τῆς τῶν τέκνων ἐπιεικείας προνοεῖν, ὅτι μάλιστά γε καὶ μάλα ὀρθῶς, ἐπισκήπτει πατράσιν. οὐ γὰρ βεβηλώσεις, φησί, τὴν θυγατέρα σου ἐκπορνεῦσαι αὐτήν, καὶ οὐκ ἐκπορνεύσει ἡ γῆ, καὶ ἡ γῆ πλησθήσεται ἀνομίας. τὴν γάρ τοι σωμάτων ἁγνείαν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, καὶ προτέλειον ὥσπερ τι τῆς εὐαγοῦς πολιτείας, ἐξαιτεῖ παρ' ἡμῶν ὁ δημιουργός. προξενεῖ γὰρ ὥσπερ τῆς κατὰ πνεῦμα λαμπρότητος, τὰ σωματικά, τὸν ἐπ' αἰσχρότητί τε καὶ ἀτιμίᾳ διαδιδράσκοντα μῶμον. τὰ πάντων οὖν ἄριστα πρέποι ἂν ἡμῖν εἰσηγεῖσθαι πατέρας. εἰ δὲ δὴ μέλλοιεν ὑπτιοῦσθαι καὶ ῥαθυμεῖν οἱ παιδαγωγοί, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων αὐτοῖς γεγονότες ἀρχηγοὶ καὶ καθηγηταὶ παραλόγως ἁλίσκοιντο, ποινὴν ἀποτίσονται τὴν ἐσχάτην, ὡς τοὺς ἰδίους αὐτοὶ καρποὺς καταφθείροντες, καὶ τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐνιέντες βόθροις, ὧν ἦν δήπου, καὶ ἀποθνήσκειν ἄμεινον· νομοθετεῖ γὰρ καὶ τοῦτο ἡ φύσις πατράσιν. ὁ δὲ δὴ πρὸς αἰσχρότητα τὴν ἐμφανεστάτην τοῖς ἐθέλουσι προθεὶς τὸ ἑαυτοῦ κόριον, οὐχ ὑπὲρ αὐτῆς καὶ μόνου δικαίως ἂν εὐθύνοιτό τι καὶ ἐξαιτοῖτο δίκας παρά γε τοῦ πάντων κριτοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ πρὸς αἰσχρότητα διωλισθηκότος. θήρατρον γὰρ ὥσπερ τι προθεὶς καὶ θανάτου λίνον, πάντας ἔχει συλλαβών, καὶ εἰ μὴ πάντες ἁλίσκοιντο. δοκιμάζεται γὰρ οὐχὶ δή που πάντως τὸ ἐκβεβηκός, ἀλλὰ τῶν ἐγχειρημάτων ἡ δύναμις· γυναικὸς δὲ πέρι τοιᾶσδε, καὶ ὁ σοφώτατος γράφει Σολομών. τὴν γυναῖκα ἥτις ἐστὶ θήρευμα καὶ σαγήνη καρδία αὐτῆς, δεσμὸς εἰς χεῖρας αὐτῆς. ἀναγκαίως τοιγαροῦν ὁ νομοθέτης, οὐ βεβηλώσεις, φησί, τὴν θυγατέρα σου, ἐκπορνεῦσαι αὐτήν. καὶ οὐκ ἐκπορνεύσει ἡ γῆ. οὐ γὰρ οὔσης ὅλως, παρ' ᾗ ἂν γένοιτο τυχὸν τῆς πορνείας τὸ ἔγκλημα, χαλεπὸν οὐδὲν τὸ διαδρᾶναι πάθος, κἂν εἴ τις εἴη πρὸς ἡδονὴν εὐπερίοιστος, καὶ τὸ ἀνάλκι παντελῶς ἀρρωστήσας εἰς νοῦν. εὐκοσμίαν δὲ τὴν εἴς γε τὸ σῶμα τηρεῖσθαι προστάξας παρὰ τῶν πατέρων τοῖς τέκνοις,

& expedite liberis præcepit, vt ſubiiciantur parentibus, adiecit etiam illud, [Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate eos in correptione Domini:] Id eſt, optimarum diſciplinarum illis auctores eſtote, atque ad vitam Deo gratam, Legique maxime conſentaneam dirigite. At verò per ambitum quodammodo atque circuitum (ſic enim fere conſueuit) parentibus in primis & quidem rectiſſime præcipit, vt de liberorum probitate ſoliciti ſint; [Non profanabis, inquiens, filiam tuam, vt fornicari facias eam, & non fornicabitur terra, & terra replebitur iniquitate:] Leuit. 19. Nam corporum caſtitatem ante alia veluti primitias quaſdam ſanctæ conuerſationis à nobis exigit noſter Conditor; ſunt enim corporalia hæc ornamenta velut aditus quidam ad ſpiritus claritatem, cum turpitudinis ac dedecoris notas effugiant. Igitur parentes oportet, vt ad res quam optimas ſint auctores: ſin reſupini & negligentes erunt pædagogi, atque adeo ſecus, quam ratio poſtulat, ad turpia facta duces ac magiſtri deprehendentur, extrema ſupplicia ſuſtinebunt, vt qui ſuos ipſi fructus corrumpant, & in exitii foueas impellant, pro quibus profecto æquum erat mortem oppetere, nam id patribus natura quoque ipſa præſcribit. Qui ergo ex ſe puellam ad apertiſſimum probrum volentibus exponit, ab eo non pro puella duntaxat rationes pœnaſque flagitii iuſtiſſime expoſcet ille omnium iudex, ſed etiam pro omnibus, qui ſint ad turpitudinem lapſi; laqueum enim quendam & mortis rete cum tetenderit, omnes comprehenſos habet, quamuis non omnes capiantur: neque enim omnino exitus rei ſpectatur, ſed cœptorum vis atque facultas. De eiuſmodi verò muliere ſapientiſſimus quoque Salomon ſcribit, [Mulierem, quæ laqueus eſt & rete cor eius, vincula in manibus eius.] Eccl. 7. Neceſſario itaque Legiſlator, [Non profanabis, inquit, filiam tuam, vt fornicari facias eam, & non fornicabitur terra:] nam ſi nulla fuerit omnino, cum qua fornicationis crimen admittatur, haud difficile erit hoc malum effugere, quamuis præcipiti ſit quiſpiam in voluptatem animo, & ad reſiſtendum prorſus ignauo. Hactenus cùm præcepiſſet, vt liberis à parentibus honeſtas corporis ſeruaretur,

morte

morte etiam mulctat, ſiquis in eam ſententiam venerit, vt ad deſciſcendum à Deo, ſuos liberos impellat, ſic autem

Leuit. 20. in Leuitico ſcriptum eſt. [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Si quis de filiis Iſrael vel de proſelytis, qui acceſſerint ad Iſraël, dederit de ſemine ſuo Principi, morte moriatur: gens, quæ eſt in terra illa, lapidabunt eum lapidibus; & ego obfirmabo faciem meam ſuper hominem illum, & perdam eum de populo ſuo, quia de ſemine ſuo dedit Principi, vt pollueret ſancta mea, & profanaret nomen ſanctificatorum mihi.] PALLADIVS. Obſcura hæc eſt lex; neque enim eſt adhuc ſatis perſpicuum, quid ſibi velit: illam ergo ſi explicabis, optime feceris. CYRILLVS. Moabitæ & Madianitæ Gergeſæi & Agareni & nonnullæ aliæ barbaræ nationes, quæ Iudæorum regionem incolebant, moribus ac ritu gentili viuebant, & eam religionem quiſque amplectebatur, quæ ſibi placuiſſet: & quod cuique temere in mentem veniſſet, id adorabat atque colebat: cùm verò filii Iſraël in Dei amore nondum animum ſatis firmum ac ſtabilem haberent; ad apoſtaſin admodum procliues erant, & ad defectionem adeo faciles, vt pro nihilo ducerent ipſos quoque finitimarum gentium Deos adorare, & ſimul cum vicinis nationibus erroris eius morbo ſuccumbere, quo ſuperiori tempore in Ægypto laborauerant. Itaque tam inſano amore quondam in Madianitarum adoleſcentulas exarſerunt, vt, muliercularum forma capti ſimul etiam cum illis Beelphegor inuocarent. Vnde Legiſlator, cum eorum animi imbecillitatem ac fragilitatem prudentiſſimè proſpiceret, interdixit omnino, ne cum alienigenis miſcerentur, atque aper-

Deut. 7. tiſſime edixit, [Filiam tuam non dabis filio illius, & filiam illius non accipies filio tuo: : auertet enim filium tuum à me, & vadens ſeruiet diis alienis.] Igitur, quoniam vſu venerat fortaſſe, quod veriſimile admodum eſt, vt nonnulli ex Iſraël diuitiarum cupiditate irretiti, quibuſdam claris viris gentilibus filias deſponderent, adeo vt apoſtaſin atque diuini cultus deſertionem pro nihilo putarent; ideo mulctam & capitis ſupplicium huic facinori conſtituit, & grauiſſimis pœnis ſubiicit hoc crimen:

A θανάτῳ ζημιοῦται, καὶ τὸν εἰς τοῦτο ἰόντα γνώμης, ὡς εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, τὰ ἴδια παραρρίψαι γεννήματα· γέγραπται δὲ οὕτως ἐν τῷ Λευιτικῷ· καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων· καὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ λαλήσεις λέγων, ἐάν τις ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἢ τῶν προσγεγενημένων προσηλύτων ἐν Ἰσραὴλ, ὃς ἂν δῷ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἄρχοντι· θανάτῳ θανατούσθω, τὸ ἔθνος τὸ ἐπὶ τῆς γῆς, λιθοβολήσουσιν αὐτὸν ἐν λίθοις. καὶ ἐγὼ ἐπιστήσω τὸ πρόσωπόν

B μου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, καὶ ἀπολῶ αὐτὸν ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὅτι τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἄρχοντι, ἵνα μιάνῃ τὰ ἅγιά μου, καὶ βεβηλώσῃ τὸ ὄνομα τῶν ἡγιασμένων μοι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀμυδρὸς ὁ νόμος. οὐ γὰρ ἐναργές πω μάλα τὸ τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν. διασάφει δὴ οὖν, δράσεις γὰρ ὀρθῶς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Μωαβῖται καὶ Μαδιηναῖοι, Γεργεσαῖοί τε καὶ Ἀγαρηνοὶ, καὶ βαρβάρων ἕτερα ἄττα γένη, τὴν Ἰουδαίων περιοικοῦντα χώ-

C ραν, ἔθεσιν ἐπολιτεύετο τοῖς Ἑλληνικοῖς, καὶ ἦν ἑκάστῳ θρησκεία τὸ δοκοῦν, καὶ τὸ εἰς νοῦν ἧκον ἁπλῶς, προσκύνησις καὶ λατρεία. ἀσφαλῆ δὲ οὔπω καὶ ἐρηρεισμένην ἔχοντες τὴν διάνοιαν εἰς φιλοθεΐαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, κομιδῆ μὲν ἦσαν εὐπερίτροποι πρὸς ἀπόστασιν, εὔκολοι δὲ οὕτως εἰς ἀποφορὰν, ὡς ἡγεῖσθαι παρ' οὐδὲν, τὸ καὶ αὐτοὺς εἰ τύχοι προσκυνεῖν τοῖς τῶν ὁμόρων θεοῖς, καὶ συνελέσθαι νοσεῖν τοῖς γείτοσι τὴν ἄνωθέν τε καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πλάνησιν. καὶ γοῦν

D ταῖς ἐκ Μαδιὰμ νεάνισιν ἐπεμαίνοντό ποτε, καὶ γυναίων ὥραις συνηρπασμένοι, συνεπεκαλοῦντο αὐταῖς τὸν Βεελφεγώρ. ἐντεῦθεν ὁ νομοθέτης προσαναθρήσας αὐτῶν μάλα τὸ σαθρόν τε καὶ εὐδιάκλαστον τῆς ἐνούσης αὐτοῖς διανοίας, ἀπέφησε παντελῶς τὴν πρὸς ἀλλοτρίους ἐπιμιξίαν σαφέστατα λέγων. τὴν θυγατέρα σου οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ σου. ἀποστήσει γὰρ τὸν υἱόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πορευθεὶς λατρεύσει θεοῖς ἑτέροις. ἐπεὶ τοίνυν ἦν δή που

E πάντως καὶ μάλα εἰκότως τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἑλέσθαι τινὰς, τοῖς τῶν ἐθνῶν περιφανεστέροις κατεγγυᾶν θυγατέρας πλούτῳ σεσαγηνευμένας, εἶτά γε τὸ χρῆναι λογίζεσθαι παρ' οὐδὲν τὴν ἀπόστασιν, ὀργὴν καὶ τὸν θάνατον καθορίζει τοῦ τολμήματος, καὶ τοῖς περὶ τῶν ἐσχάτων ὑποφέρει λόγοις τὴν γραφήν· ἦν

Legis imperfectio. CYRILLVS. Faciam libens, ſed ad ea, quæ ſunt in manibus, noſtra oratio proficiſcetur, atque charitatis in proximum rationes exquiret; cum rudius, quam oporteret, illæ per Moyſen literæ hac de re veteribus illis conſcriptæ tradiderint. PALLAD. Perge igitur ad hoc ipſum alacriter. CYRILLVS. Igitur

Leuit. 19. „ Lex quidem ait, [Diliges proximum „ tuum ſicut te ipſum:] At verò Dominus noſter Ieſus Chriſtus mutui amoris legem quamplurimis rationibus nobis inculcat, ac tanquam patronam, quæ hanc legem tueretur, inſitam illam in natura cognitionem & voluntatem, quæ ſingulis quibuſque hominibus adeſt, conſtituit: itaque

Matth. 7. „ ait, [Quæcunque vultis vt faciant vo„bis homines, hæc eadem vos facite „ illis ſimiliter:] Nam, ſi, quæ quiſque conſequi exoptat, ea ipſe quoque aliis facere ſtuduerit, minimè ab eo quod ſpectat aberrabit: ſed potius recto itinere ad charitatem perget, & mutui amoris coronam conſequetur. PALLAD. Probè dicis. CYRILLVS. Eſt igitur charitas Legis quidem impletio, fide verò ac ſpe præſtantior: ſic enim ſcribit diuinus vir Paulus. Itaque velut è vernis floribus varium illi quodammodo ſertum intexens, rurſus ait, [Et ſi diſtribuero omnes facultates

1. Cor. 13. „ meas; & ſi dedero corpus meum ita vt „ ardeam; charitatem autem nõ habeam, „ nihil mihi prodeſt: charitas patiens eſt, „ benigna eſt, charitas non æmulatur, „ non agit perperam, non inflatur, non „ eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, „ non irritatur, non cogitat malum, non „ gaudet ſuper iniquitate, congaudet au„tẽ veritati, omnia ſuffert, omnia ſperat, „ omnia ſuſtinet; charitas nunquam exci„dit.] Verùm hæc, vt opinor, omnibus „ perſpicua ſunt, & longior erit de his omnibus oratio, ſi quis minute velit, quæ in noua ſcriptura ſunt, colligere. Sed iam ad vmbras Legis & ea, quæ priſcis hominibus tanquam in figuris adhuc edicta ſunt, conuertamur. PALLAD. Optimè cogitas. CYRILL. Exercitatio quædam ad iuſtitiam fuit Lex, & velut aditus quidã ac limen ad præclara illa euangelica facta: ſcriptum eſt enim, [Princi-

Prou. 16. „ pium viæ bonæ eſt facere iuſta:] ducit „ enim Lex ad Chriſtũ, & vitæ illius, quæ in Chriſto intelligitur, non falſam conſequitur gloriam, ſi ſpiritualiter intelligatur, & in iuſtitia nos conſtituit,

ἀτελὲς ἐν νόμῳ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ μάλα. βαδιεῖται δὲ ἡμῖν ἐπὶ τὰ ἐν χερσὶν ὁ λόγος, καὶ ἀγάπης τῆς εἰς τὸν πλησίον ἐκβασανιεῖ τοὺς τρόπους, παχύτερόν πως ἢ χρὴ, τῆς διὰ Μωσέως συγγραφῆς, τοῖς ἀρχαιοτέροις εἰσκεκομισμένης. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἴθι δὴ οὖν ἐπ' αὐτὸ τὸ δὴ τουτὶ, καὶ μάλα προθύμως. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ὁ μὲν νόμος ἀγαπήσεις, φησὶ, τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτὸν, ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τῆς φιλαλληλίας τὸν νόμον διὰ μυρίων ὅσων ἡμῖν εἰσηγεῖται λόγων, συνήγορον δὲ τῷ νόμῳ τὴν ἔμφυτον γνῶσιν, καὶ τὴν ἐν ἑκάστῳ θέλησιν οἱονεὶ καθιστάς. ἃ οὖν θέλετε, φησὶν, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ταῦτα καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. εἰ γὰρ ὧν περ ἄν τις εὔξαιτο τυχεῖν, ταῦτα δρᾷν ἕλοιτο καὶ αὐτὸς ἑτέροις, οὐκ ἀποδραμεῖται σκοποῦ, βαδιεῖται δὲ μᾶλλον κατ' εὐθὺ τῆς ἀγάπης, καὶ τὸν τῆς φιλαλληλίας ἀναδήσεται στέφανον. ΠΑΛ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἡ ἀγάπη τοίνυν, νόμου μὲν πλήρωσις, πίστεως δὲ καὶ ἐλπίδος ἀμείνων. γράφει γὰρ οὕτως ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. τοιγάρτοι καθάπερ ἐξ ἀνθέων ἠρινῶν πολυειδῆ τινα στέφανον ἀναπλέκων αὐτῇ, πάλιν φησὶ κἂν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσομαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι. ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, ἡ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ, οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ. πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει ἡ ἀγάπη, οὐδέποτε ἐκπίπτει. ἀλλ' ἐμφανῆ μὲν ἅπασιν ὥσγε οἶμαι ταυτὶ, καὶ μακρὸς ἂν γένοιτο λίαν ὁ περὶ αὐτῶν λόγος, εἴπερ τις ἕλοιτο λεπτῶς τὰ παρὰ τῇ νέᾳ συναγείρειν γραφῇ. τετραψόμεθα δὲ νυνὶ πρὸς τὰς ἐκ νόμου σκιὰς, καὶ τὰ ὡς ἐν τύποις ἔτι τοῖς πάλαι τεθεσπισμένα. ΠΑΛ. Ἄριστα διανοῇ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Μελέτησις μὲν ὁ νόμος τὴν εἰς δικαιοσύνην καὶ προεισβολή τις ὥσπερ τῶν εὐαγγελικῶν ἀνδραγαθημάτων. γέγραπται γὰρ, ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς, τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια. παιδαγωγεῖ γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ Χριστὸν, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ νοουμένης ζωῆς οὐ διεψευσμένην ἂν ἔχοι τὴν δόξαν, εἰ νοοῖτο πνευματικῶς. καὶ ἵστησι μὲν εἰς δικαιοσύνην, ἀποφέρει

A δὲ πρὸς τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἔτι τὸ μάθημα τὸ εὐαγγελικόν. τρόποι δὲ δικαιοσύνης, πρῶτος μὲν, τιμὴ καὶ ἀγάπησις, ἡ εἰς τὸν ἕνα τε καὶ φύσει Θεόν. γείτων δὲ ὥσπερ καὶ μετ' ἐκεῖνο εὐθὺς ἡ εἰς ἀδελφοὺς καὶ ὁμογενεῖς, προεγκειμένης τῆς εἰς γονέας αἰδοῦς. ἐν κόσμῳ δὴ οὕτω τῷ πρέποντι προάγει ἡμῖν ὁ λόγος, μετά γε τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν, καὶ τὸ εἰς γονέας εὐλαβὲς, ὅτι τῆς ἐπιεικείας προσήκει τὴν ἔνδειξιν καὶ εἰς ἑτέρους ἡμᾶς ποιεῖσθαι παρεγγυῶν. πανταχῆ γὰρ ὁ νόμος, τῆς ἰσότητος προνοεῖ, καὶ ἀκριβῆ τοῦ B δικαίου ποιεῖσθαι τὴν βάσανον, ὁρᾶται νομοθετῶν. γέγραπται γὰρ ἐν Δευτερονομίῳ, Οὐκ ἔσται ἐν τῷ μαρσίππῳ σου σταθμίον μέγα ἢ μικρόν. σταθμίον ἀληθινὸν δίκαιον ἔσται σοι, καὶ μέτρον ἀληθινὸν δίκαιον ἔσται σοι, ἵνα πολυήμερος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ, ὅτι βδέλυγμα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου πᾶς ποιῶν ταῦτα, πᾶς ποιῶν ἄδικον. καὶ πάλιν ἐν τῷ Λευιτικῷ. ἐν μέτροις καὶ σταθμίοις, καὶ ζυγοῖς ζυγὰ δίκαια, καὶ στάθμια δίκαια, καὶ C χοῦς δίκαιος ἔσται σοι. μέτροις δὲ καὶ σταθμίοις καὶ ζυγοῖς παρισοῦν εὖ μάλα τῆς δικαιοσύνης τοὺς τρόπους ἠπείγετο καὶ μάλα ὀρθῶς. νοῦς γὰρ εὐθύς τε καὶ φιλοδίκαιος ταλαντεύει τρόπον τινὰ καὶ ἀναμετρεῖ τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις, καὶ τὸν τῆς ἰσότητος βασανίζει λόγον, λεπτότερόν τε καὶ ἀκριβέστερον, ἤπερ ἂν οἴοιτό τις τοὺς ἐπὶ πλάστιγγος καὶ ζυγοῦ, τὸ νόμισμα δοκιμάζοντας. ἐπιμετρεῖ δὲ ὥσπερ ἑκάστῳ τῶν θεωρουμένων τὸ ὅτι μάλιστα πρέπον αὐτῷ, οὔτε τῷ περιττῷ τῆς ἀκριβοῦς D ἰσότητος παραλύων κάλλος, οὔτε μὴν τῇ πρὸς τὸ μεῖον ὑποφορᾷ, παραχαράττεσθαι συγχωρῶν τὸ ὡς ἐν ἰσότητι διαρκές. ἔστω τοίνυν ζυγὰ καὶ στάθμια δίκαια, καὶ χοῦς δίκαιος, φησίν. εἶεν δ' ἂν οἶμαι ταυτὶ, τύποι τινὲς ὥσπερ καὶ ἐμφανῆ παραδείγματα, τρόπους ἡμῖν ὑποφαίνοντα, δι' ὧνπερ ἂν ἡμῖν ὁ τῆς ἀκριβοῦς ἰσότητος διερευνῷτο λόγος, καὶ ἡ τῆς δικαιοσύνης ἀναφαίνεται γνῶσις. σύνες δὲ ὅτι, συμμετρεῖται μὲν τὰ ἐν νόμῳ, καὶ ὅρον ἔχει τὴν E δικαιοσύνην, πλουτεῖ δὲ τὸ μεῖζον, καὶ πολὺ δὴ λίαν ἐπέκεινα τρέχει τὰ διὰ Χριστοῦ. πέρα γὰρ δικαίου τὸ ἀγαθὸν, τουτέστι, τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας ἡ δόξα. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. μεμνήσομαι γὰρ τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις εἰπόντος Χριστοῦ, Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ

at verò euangelica diſciplina ſupra hoc prætereà perducit. Sunt autem iuſtitiæ genera, primum quidem honor & amor erga eum, qui vnus ac natura Deus eſt; vicinus eſt, & huic proximus ille amor in fratres, & eiuſdem generis homines, ita tamen, vt in parentes reuerentia ceteris præponatur. Conuenienti igitur ordine Scriptura progreditur, cùm poſt pietatem in Deum, & erga parentes reuerentiam, in ceteros quoque homines ſpecimen probitatis nos edere præcipit. Etenim vbique Lex curam æqualitatis habet, & accuratam iuſtitiæ rationem habendam eſſe aperte decernit: ſcriptum eſt enim in Deuteronomio, [Non erit in ſacculo tuo pondus magnum aut paruum: pondus verum & iuſtum ſit tibi, & menſura vera & iuſta ſit tibi, vt longæuus ſis in terra: quam Dominus Deus tuus dat tibi in poſſeſſionem, quia abominatio eſt Domino Deo tuo omnis, qui facit hæc, omnis, qui iniquitatem facit.] Et iterum in Leuitico, [In menſuris & ponderibus & ſtateris; ſtateræ iuſtæ, & pondera iuſta, & menſura iuſta ſint tibi.] Menſuris igitur & ponderibus & ſtateris diligenter comparare iuſtitiæ genera ſtuduit, & quidem optime; animus enim rectus, & iuſti amans appendit quodammodo & metitur rerum naturas, & æqualitatis rationem ſubtilius & accuratius exquirit, quam ij facere putantur, qui in lance & libra pecuniam probant, & ſingulis rebus, quas contemplatur, quid maxime deceat, admetitur, neque redundantia æqualitatis exquiſitæ pulchritudinem corrumpit; neque rurſus imminutione id adulterari ſinit, quod eſt æqualitatis ratione ſatis. Sint itaque ſtateræ & pondera iuſta, & menſura iuſta, inquit: hæc autem, vt opinor, tanquam figuræ quædam ſunt & exempla perſpicua, quæ modos nobis demonſtrant, per quos à nobis accuratæ æqualitatis ratio exquiratur, & iuſtitiæ cognitio appareat. Animaduerte autem ea, quæ ſunt in Lege menſurari, & iuſtitia tanquam fine terminari; eſſe autem ampliora, quæ per Chriſtum tradita ſunt, & longe vlterius progredi; nam id, quod iuſtum eſt, à bono, id eſt, à Chriſtianæ conuerſationis gloria exceditur. PALLAD. Præclarè ais: memini enim iis, qui in fide iuſtificati erant, Chriſtum aperte dixiſſe, [Amen amen dico vobis, Niſi

Deut. 25.

Leuit. 19.

Matth. 5.

" abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam " Scribarum & Phariſæorum, non in-" trabitis in regnum cælorum.] CYRILLVS. Sed hæc quidem ad hunc modum conſtituta ſint. Iam, ſi ita videtur, Moſaicæ probitatis menſuram, & iuſtitiæ ſecundum Legem gloriam perueſtigemus: qui enim iuſtitiæ cognitionem conſequi rectè ſtudet, atque in diligendis fratribus, excellere magnum putat, eum firmum ac ſtabilem, denique talem, qualis reuera eſt, ſpectari decet, non infirmum ac leuem, neque fucatâ probitate præditum, ac veluti ouis pelle lupi formam contegentem, ſed potius niti, vt nudam & reprehenſionis expertem ſuorum morum libertatem retineat; ideoque, inquit

Leuit. 19. » Lex, [Non ambulabis doloſe in gen-» te tua, neque oderis fratrem tuum » in corde tuo.] Eandem quoque rem » aliter ponit, [Et veſte, inquit, ex » duobus texta non indueris:] & rur-» ſus, [Non indues adulteratam ve-

Deut. 22. » ſtem ex lana linoque ſimul confe-» ctam:] Grauiſſimum enim ſanè crimen eſt, & cui nulla reprehenſio ſit ſatis, illa in opinione probitatis fallacia & dolus; eaque res eſt Deo in primis odioſa, & cognatam fere ſemper habet animi duplicitatem, & illud ſententiæ tanquam biforme variumque portentum; quibus rebus mens illa diuina & immortalis ad iram maxime commouetur; dixit enim certè

Hier. 9. „ de quibuſdam, [Sagitta vulnerans „ lingua eorum: doloſa enim ſunt ver-„ ba oris eorum; proximo ſuo loqui-„ tur pacifica, & intra ſe habet inimi-„ citias. Nunquid ſuper his non viſi-„ tabo? dicit Dominus, aut in popu-„ lo tali non vlciſcetur anima mea?] Aſcenſurum quoque in montem Dei, inquit Dauid, innocentem manibus, & mundo corde, qui non fecit do-

Pſalm. 14. lum in lingua ſua, neque fecit proximo ſuo malum. Vetat igitur Lex tanquam rem turpiſſimam, & in primis abſurdam, ne quis in dolo ambulet, id eſt, ne callidam atque aſtutam vitæ rationem amplectatur, & cùm iuſtitiæ ſpeciem ſimulet, contemptis charitatis legibus fratres lædat: veſtem præterea nos habere non ſinit è duobus contextam; qua in re figurate ſignificat, cauendum eſſe ne veluti duplicitatem quandam in animum admittamus;

A περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀλλ' ὧδε μὲν ἡμῖν ἐχέτω ταυτί· πολυπραγμονείσθω δὲ, εἰ δοκεῖ, τῆς Μωσαϊκῆς ἐπιεικείας τὸ μέτρον, καὶ τὴν κατὰ νόμον δικαιοσύνης τὴν δόξαν. τὸν γάρ τοι φιλοθηρεῖν τῆς δικαίου τὴν γνῶσιν ὀρθότατα διεσπουδακότα, καὶ μὴν καὶ τὸ διαπρέπειν ἐν ἀγαπήσει τυχὸν τῇ πρὸς ἀδελφοὺς ἐν λόγῳ πεποιημένον, ἀσφαλῆ τε καὶ βεβηκότα, καὶ ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς, ὁρᾶσθαι

B πρέπει, οὐκ εὐκατάσειστον, οὐδὲ ἐλαφρὸν, οὐ κατάπλαστον ἔχοντα τὸ χρηστὸν, καὶ ὥσπερ οἰὸς τῷ κωδίῳ κατασκιάζει· ἐθέλοντα τὴν λύκου μορφὴν, μᾶλλον δὲ γυμνὴν καὶ ἀνεπίληπτον ἔχειν ἐπείγεσθαι τοῦ ἰδίου τρόπου τὴν ἐλευθερίαν. τοιγάρτοι, φησὶν ὁ νόμος, οὐ πορεύσῃ δόλῳ ἐν τῷ ἔθνει σου, καὶ οὐ μισήσεις τὸν ἀδελφόν σου τῇ καρδίᾳ σου. τίθησί τε καὶ ἑτέρως αὐτό. καὶ ἱμάτιον γὰρ, φησὶν, ἐκ δύο ὑφασμένον οὐκ ἐπιβαλεῖς σεαυτῷ. καὶ πάλιν. οὐκ ἐνδύσῃ κίβδηλον ἔριον καὶ λίνον ἐν τῷ

C αὐτῷ. παμβέβηλον γὰρ ἀληθῶς καὶ μώμου παντὸς ἐπέκεινα, τοῖς ἐν ὑπολήψει χρηστότητος ἀπάτη καὶ δόλος. καὶ ἔστι τὸ χρῆμα τῶν ἄγαν παρὰ Θεῷ κατεστυγημένων, καὶ ἀδελφὴν ἔχον ἀεί πως τὴν διψυχίαν, καὶ τὸ οἱονεὶ τῆς γνώμης διφυές τι καὶ ἀλλοπρόσαλλον, ἐφ' οἷς ὅτι μάλιστα καταθήγεσθαι πρὸς ὀργὰς ὁ θεῖός τε καὶ ἀκήρατος νοῦς. ἔφη γάρ που περί τινων, βολὶς τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν. δόλια γὰρ τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτῶν. τῷ

D πλησίον αὐτοῦ λαλεῖ τὰ εἰρηνικά. καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν ἔχθραν. μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι; λέγει Κύριος, ἢ ἐν λαῷ τοιούτῳ οὐκ ἐκδικήσει ἡ ψυχή μου; ἀναβήσεσθαι δὲ καὶ εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου φησὶν ὁ Δαβὶδ, τὸν ἀθῷον χερσὶ, καὶ καθαρὸν τῇ καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ, οὐδὲ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακόν. ἀποφάσκει δὴ οὕτω ὁ νόμος ὡς αἴσχιστόν τι καὶ ἀπηχὲς, τὸ ἐν δόλῳ πορεύεσθαι, τουτέστι, τὸ πανούργως ἑλέσθαι βιοῦν,

E καὶ ὑποπλάττεσθαι μὲν τῆς δικαιοσύνης τὸ σχῆμα, κατασίνεσθαι δὲ ἀδελφοὺς, τῶν τῆς ἀγάπης νόμων ἠφειδηκότα. ἀμφιὸν γε μὴν ἔχειν ἡμᾶς οὐκ ἐᾷ τὸ ἐκ δυοῖν ὑφασμένον, αἴνιγμά που τὸ χρῆμα τιθεὶς, τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι, διπλόην ὥσπερ ἔχειν εἰς νοῦν.

διπλόην δὲ εἶναί φημι, τὴν ἔσω καὶ νοητήν, A τὴν ἐπάρατον ἀνθρωπαρέσκειαν, ἣ ἐκ δυοῖν ὥσπερ ἀναπλέκεται σπουδασμάτοιν, τὴν εἰς ἄλληλα διαφθορὰν οὐ μετρίαν ἠῤῥωστηκότοιν. τίς γὰρ ἢ ποῖος τῶν ὑποκριτῶν ὁ βίος; ἆρ' οὐχὶ τὸ ἐν ὄψει μὲν ἀνθρώπων ὁρᾶσθαι χρηστούς, καὶ τὸ δοκεῖν μὲν εἶναι, μὴ μὴν ἔτι καὶ εἶναι κατὰ ἀλήθειαν χρηστούς; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Διπλοῦς οὖν ὁ τρόπος ἐξ ἀνομοίων ἡμῖν θελημάτων ἐξυφασμένος. ἀλλ' ὅγε θεσπέσιος Δαβὶδ B ἀποδέχεται τὸν μονότροπον, καὶ φειδοῦς ἀξιοῦσθαί φησι τῆς ἄνωθεν. Κύριος γὰρ κατοικίζει μονοτρόπους, φησίν, ἐν οἴκῳ. διασκορπίζειν δὲ λέγεται καὶ ὁ Θεὸς ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων· καταμυσάττεται δὲ τὸ χρῆμα καὶ ὁ Παῦλος, λέγων· ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τίνι τῶν ὄντων οὐκ ἀσυμφανές, ὡς ἔκτοπον ἀληθῶς καὶ τῆς ἀκριβοῦς ὀρθότητος ἀπωτάτω τὸ διψυχεῖν τε καὶ ὑποκρί- C νεσθαι; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀγάπης οὖν ἄρα καρπὸς τῆς ἀμωμήτως ἐσκευασμένης καὶ ἀνδρὶ πρεπούσης δικαίῳ τε καὶ ἀγαθῷ, τὸ ἀπηλλάχθαι δόλου. καὶ τοῦδε δεῖν δή φησιν ὁ νόμος, τόν γε ὡς ἀληθῶς τῆς δικαιοσύνης ἐπιμελητήν, καὶ ἀγάπης τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἐραστήν, ὀρθῶς ἔχειν οἴεσθαι τὴν ἐπὶ τῷδε δόξαν, οὐκ εἴπερ αὐτός τε καὶ μόνος παραιτοῖτο ἀδικεῖν, ἀλλ' εἰ καὶ γένοιτο παιδευτὴς καὶ τῶν κατὰ γένος οἰκείων, ἤγουν καθ' ἕτερόν τινα τρόπον ἐγγὺς γεγονότων, καὶ τὸ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειό- D τητος ὄνομα πεπλουτηκότων· παρεγγυᾷ δὲ καὶ ὁ Παῦλος τὸν ἐπιμελησόμενον ἐκκλησίας, τέκνα ἔχειν ἐν ὑποταγῇ, καὶ ἀπόδειξιν τὸ πρᾶγμα τῆς ἐνούσης αὐτῷ ἐπιεικείας καὶ μή, ποιεῖται λέγων· Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; διὰ τοῦτό φησιν ὁ νόμος ὡς ἐν παραδείγματος τρόπῳ, καὶ ἐναργοῦς εἰκόνος. ἐὰν δὲ κερατίσῃ ταῦρος ἄνδρα ἢ γυναῖκα, καὶ ἀποθάνῃ, E λίθοις λιθοβοληθήσεται ὁ ταῦρος, καὶ οὐ βρωθήσεται τὰ κρέα αὐτοῦ, ὁ δὲ κύριος τοῦ ταύρου ἀθῷος ἔσται. ἐὰν δὲ ὁ ταῦρος κερατιστὴς ᾖ πρὸ τῆς χθὲς καὶ πρὸ τῆς τρίτης, καὶ διαμαρτύρωνται τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀφανίσῃ αὐτόν, ἀνέλῃ δὲ ἄνδρα ἢ γυναῖκα, ὁ ταῦ-

duplicitatem porro internam ac ſpiritualem; eſſe inquam illam execrabilem hominibus placendi cupiditatem, quæ velut ex duobus intexitur ſtudiis, non mediocriter inter ſe differentibus: quæ enim qualiſve eſt alia hypocritarum vita, niſi, vt in conſpectu quidem hominum boni viri appareant, ac videantur eſſe, non ſint tamen reuera probi? PALLAD. Sanè verò. CYRILL. Ergo duplices ſunt nobis mores è diſſimilibus voluntatibus contexti. At verò beatus Dauid approbat vnius moris virum, eumque ſuperna prouidentia dignum haberi dicit, [Dominus, inquit, inhabitare facit vnius moris in domo.] *Pſal. 67.* *Pſal. 52.* Diſſipare etiam Deus dicitur oſſa hominibus placentium: idem quoque vitium Paulus execratur, cùm dicit, [Modò enim hominibus ſuadeo, an Deo? an quæro hominibus placere? ſi adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.] *Galat. 1.* PALLAD. Cui verò non ſit obſcurum, quin abſurdum ſanè & à rectiſſima viuendi regula alieniſſimum duplici animo eſſe, ac ſimulare? CYRILLVS. Perfectæ igitur charitatis, & quæ iuſtum bonumque virum deceat, fructus eſt, à dolo alienum eſſe. ait itaque Lex, hominem iuſtitiæ planè ſtudioſum, & fraternæ charitatis amantem, exiſtimare debere, ita eius rei gloriam eſſe perfectam, ſi non ipſe duntaxat vitet, ne alteri noceat; ſed etiam ea in re ceteris magiſter ſit, qui vel genere coniuncti ſunt, vel alio quouis modo illum attingunt, & illi ſunt neceſſitudinis nomine deuincti. Præcipit etiam Paulus, vt, qui Eccleſiæ curam eſt habiturus, filios habeat ſubiectos, & ea re tanquam argumento vtitur, quo probetur, ſitne in eo morum probitas, nec ne, cùm dicit, [Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?] *1. Tim. 3.* Itaque Lex ob eam cauſſam tanquam ad ſimilitudinis & euidentis imaginis modum, inquit, [Si cornu percuſſerit taurus virum vel mulierem, & occiderit, lapidibus obruetur taurus; & carnes eius non comedentur: Dominus autem tauri innocens erit: ſi autem taurus cornupeta fuerit, ante heſternum & ante tertium diem, & proteſtati fuerint domino eius, & non abſconderit eum, interfecerit autem virum vel mulierem, *Exod. 21.*

taurus lapidabitur, & Dominus eius inſuper morietur: quòd ſi pretium pro redemptione ſua ei impoſitum fuerit, dabit pretium pro anima ſua, quodcunque impoſuerint illi: quòd ſi filium aut filiam cornibus petierit taurus, ſecundum eandem iuſtificationem facient ei: quod ſi ſeruum cornibus petierit, vel ancillam, dabit domino eorum triginta ſiclos argenti, & taurus lapidabitur.] Num apertum eſt tibi hoc Dei reſponſum? PALLADIVS. Non admodum ſanè. CYRILL. Attende igitur, quod dicturus ſum, & ante alia animaduerte beati Pauli verba ſcribentis, [Nunquid de bobus cura eſt Deo?] An propter nos omnino dicit? Tauro igitur comparat hominem contumelioſum & arrogantem, & qui vim inferre poſſit: ſuperbum eſt enim ferè & tumidum hoc animal, & ad pugnam valentiſſimum, eiuſque impetus difficilè ſuſtineri poteſt. Eiuſmodi itaque hominem, inquit, ſi domeſticus fuerit, & veluti ſubiectus alicui pio iuſtóque viro, ac debilitauerit, imò verò etiam occiderit quempiam, obruens eum iniqua poteſtate, admiſſum crimen morte luere iuſſit; lapidibus namque mori eum oportere, inquit: ſubtrahit autem ab hac pœna poſſeſſorem, ſi illius iniquos mores ignorabat, & nequitiæ ſocius minime fuiſſe deprehendatur: neque enim aliorum crimina noſtra ſunt, ſi clam nobis admittantur. Veſci autem tauri carnibus vetat: in quo non oportere aliorum impuritatis eſſe conſortes, ſub veſcendi participandique figura latenter ſignificat: an non apertè hoc illud eſt, [Te ipſum caſtum cuſtodi, & ne communicaueris peccatis alienis?] PALLAD. Maximè verò. CYRILL. Simul autem cum tauro Dominum quoque damnari decernit, ſi iniuriam illatam ſciuerit, & illius iniquitatem non ignoraſſe coarguatur: nam poſſe quidem iniquos mores coërcere, & ab iniuria facilè prohibere, ſed facere nolle, idque præſertim ex induſtria, propemodum indicat hominem in faciendo ſocium fuiſſe, & quod ad voluntatem, & commune conſilium pertinet, cum iis, qui contra fas quidpiam committere velint, operam quoque in ea re ſuam conferre voluiſſe: Eiuſmodi igitur homo, inquit, morte mulctetur, niſi pretium & pro eiuſmodi criminibus admiſſis mulctam iudices impoſuerint.

1. Cor. 9.

1. Tim. 5.

A ὁ ταῦρος λιθοβοληθήσεται, καὶ ὁ κύριος αὐτοῦ προσαποθανεῖται. ἐὰν δὲ λύτρα ἐπιβληθῇ αὐτῷ, δώσει λύτρα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ὅσα ἐὰν ἐπιβάλωσιν αὐτῷ. ἐὰν δὲ υἱὸν ἢ θυγατέρα κερατίσῃ ὁ ταῦρος, κατὰ τὸ δικαίωμα τοῦτο ποιήσουσιν αὐτῷ. ἐὰν δὲ παῖδα κερατίσῃ, ἢ παιδίσκην, ἀργυρίου τριάκοντα δίδραχμα δώσει τῷ κυρίῳ αὐτῶν, καὶ ὁ ταῦρος λιθοβοληθήσεται. ἆρά σοι σαφὲς τὸ χρησμῴδημα; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐ σφόδρα. B ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄθρει δὴ οὖν ὅ φημι, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εἰς νοῦν ἔχε τὸν ἱερώτατον Παῦλον, ὧδε γεγραφότα· μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; Ταύρῳ δὴ οὖν ἀπεικάζει τὸν ὑβριστήν τε καὶ ἀλαζόνα, καὶ πλεονεκτεῖν ἰσχύοντα. γαῦρον γὰρ ἀεί πως ἐστὶ καὶ ἀγέρωχον τὸ ζῷον, καὶ πάνδεινον εἰς ἀλκήν, καὶ δύσοιστον ἔχει τὴν ἔφοδον. τὸν δὴ τοιοῦτον, εἰ γένοιτο, φησίν, οἰκεῖος, καὶ οἱονεί πως κατεζευγμένος τῷ ὁσιουργεῖν ᾑρημένῳ C τινί, παραλύσειέ τι, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνέλοι τινά, καταχωννὺς τάχα που ταῖς πλεονεξίαις, ἀποτίννυσθαι δίκην τὴν ἐπ' αὐτῷ θανάτῳ προστέταχε. χρῆναι ἔφη λιθόλευστον τελευτᾶν. ἀποκλείει δὲ τῆς ὀργῆς τὸν κεκτημένον, εἰ μὴ τῆς πλεονεξίας εἰδείη τὸν τρόπον, μηδὲ τῆς ἐκείνου φαυλότητος ἁλίσκοιτο κοινωνός. οὐ γὰρ ἡμῶν ἐγκλήματα τὰ ἑτέρων, εἰ λαθραῖα γένοιτο τυχόν. ἐσθίειν δὲ οὐκ ἐᾷ τοῦ ταύρου τὰ κρέα, τό τοι μὴ χρῆναι μεταλαχεῖν τῆς D ἑτέρων ἀκαθαρσίας, ὡς ἐν τύπῳ τῷ κατὰ τὴν βρῶσιν καὶ τὴν οἱονεὶ μέθεξιν ὑποτυπῶν. ἆρ' οὐχὶ τοῦτό ἐστιν ἐναργῶς, τό, σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει, καὶ μὴ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συγκαταδικάζεσθαι δὲ τῷ μόσχῳ δεδικαίωκε τὸν δεσπότην, εἴπερ εἰδείη τὸ πλημμεληθέν, καὶ μαθὼν ἐλέγχοιτο τὴν πλεονεξίαν. τὸ γὰρ ἀπείργειν δύνασθαι τῆς ἀδικίας τοὺς τρόπους, καὶ κατακωλύειν εὖ μάλα τὸ πλημμελές, εἶτα τοῦτο E δρᾶν οὐκ ἀνέχεσθαι, καὶ λίαν ἐσπουδασμένως, μονονουχὶ καὶ συνειργασμένον ἀποφαίνει τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὅσον ἧκεν εἰς θέλησιν καὶ ταυτοβουλίαν τοῖς ἐθέλουσιν ἀνοσιουργεῖν καὶ συνεκπονεῖν ᾑρημένον. τεθνάτω δὴ οὖν ὁ τοιόσδε, φησί, πλὴν εἰ μὴ λύτρα καὶ τὰς ἔν γε τούτοις ζημίας ἐπιθεῖεν οἱ κριταί.

A & exierit infans eius, nondum formatus, mulcta mulctabitur, quantum indixerit vir mulieris illius, & dabit cum poſtulatione: ſin formatus fuerit, dabit animam pro anima.] Ferunt igitur, fœtum in vtero vix tãdem ad humanam ſpeciem effictum videri, & ad figuram noſtri corporis accedere, numero quadraginta dierum expleto: ideoque aiunt, Moyſen virum optimum, cùm Iſraelis populum ex illo Ægypti errore ad vitam ſecundum Legem ducendam, B iterum quodammodo parturiret ac reformaret, cibo, & potu abſtinuiſſe: [Panem enim, inquit, non comedi, & aquam non bibi quadraginta diebus.] Idem quoque propter nos ipſos exiſtimandum eſt & feciſſe & pertuliſſe Chriſtũ: reformabatur enim in eo ad ſanctificationem per temperantiam noſtra natura, quæ ab initio in homine primùm formato, per intemperantem appetitum, peccati tranſgreſſioniſque macula fuerat inquinata. Atque hæc à nobis quidem non improbabiliter excogitantur: C tamen, quocunque modo ſe habeat hiſtoriæ ratio, ad præſens omittatur: quomodo autem intelligi conueniat illud, mulierem in vtero habentem ab iis, qui pugnas verborum exercere conſueuerunt, percuti, age iam conſideremus: nam ſubtiliter admodum differere in his certè rebus, non iniucundum eſt. Eſt igitur fructus ac fœtus mẽtis, fides in Chriſtum, quæ nos perfectâ cognitione ad illius ſimilitudinem effingit, & ad figuram diuinam reformat: ideoque fideles per Eſaiæ vocem, hoc, vt opinor, pla- D ne ſignificantes clamant, [Propter timorem tuũ Domine, in ventre accepimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritũ ſalutis tuæ, quẽ fecimus in terra:] Fructus igitur mentis ac fœtus ſpiritualis atque ſalutaris eſt fides in Chriſtum, quæ diuinos quoque in nobis characteres imprimit. Itaque eos certè, qui è perfectiori cognitione ad minorem & imperfectiorem ſtultè defluxerant (Galatæ hi erant) alloquebatur beatus Paulus, dicens, [Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.] Cùm E enim cœpiſſent ſpiritu, carnis perfectionem ad legalem cultum traducti, ſectabantur: ob eamque cauſſam efficiebant, vt in ſe ipſis illa Chriſti formatio ad finem perfectionemque minimè perueniret, bonum illud, quod in ipſis tanquam in vtero poſitum erat, velut abortientes. Igitur illa cognitionis perfectio, &

Deut. 9.

Eſai. 26.

Galat. 4.

integritas fidei, Saluatoris noſtri formationem in noſtros omnium animos inducet, eaque res nobis inſtar diuini cuiuſdam ſeminis erit. Cùm igitur quorundam verborum contentionibus nonnulli ſcandalizantur; deinde anima id perpeſſa, illam quam in vtero geſtabat, & in animo intimè reconditam habebat, fidem & cognitionem abortiuerit, ſi quidem, inquit, nondum formata fuerit, id eſt, adhuc imperfecta & informis, mulctam omnino ſuſtinebit, qui ſcandali cauſſam dedit, quam indixerit, inquit, illius ſponſus, nempè Chriſtus; & dabit eum poſtulatione, inquit, id eſt, gratias agat, quòd non plenæ perditionis pœnam ſuſtineat. At, ſi ſpiritualis animi fœtus efformatus fuerit, id eſt, ſi cognitio ac fides formationem Chriſti habuerit, extremo ſupplicio ſubiacebit, vt qui iam homicida ſit: nam integræ fidei amiſſio, & perfectæ cognitionis iactura, mors eſt animæ. Itaque participem eſſe nefariarum perſuaſionum, ac ſermonum, quos habuerit is, qui eſca diabolica factus eſt, & Dæmonum gregis veluti cibus, rem impuram eſſe ait: idque prohibet rurſum,

Exod. 22.
„ tanquam per ænigma dicens, [Et „ carnem captam à beſtia non co- „ medetis: cani proiicite illam:] Mos eſt enim Scripturæ, canem appellare impudentem & impurum hominem: conueniens eſt autem eiuſmodi homini, vt opinor, quiuis ſermo impurus ac fœtidus, & ab ipſo Beelzebub compoſitus, tanquam à fera bellua, quæ ſubditam ſibi, & in ea re obſequentem animam vorat: nemo enim dicit,

1. Cor. 12.
Anathema Ieſus; niſi in Beelzebub. A ſanctis autem viris eiuſmodi turpium ac falſarum ſententiarum ſimul atque ſermonum participatio

2. Cor. 6.
prorſus eſt aliena: nulla eſt enim conuentio lucis ad tenebras.

CYRILLVS. Ita eſt. CYRILLVS. Eſſe autem iis vigilandum, qui magiſtri creati ſint, & duces gregum, rurſus edixit: quis autem in ea re probitatis modus à nobis præſtari debeat, latenter indicat in Leuitico, dicens, [Pecudes tuas

Leuit. 19.
„ non ſuppones diuerſo generi: & vi- „ neam tuam non ſeres diuerſis ſemini-

A ἀκραιφνὲς εἰς πίστιν, τοῦ σωτῆρος τὴν μόρφωσιν ταῖς ἁπάντων ἡμῶν εἰσοικιεῖσθαι ψυχαῖς, καὶ τοῦτο ἐν ἡμῖν ὡς θεία τις ἔσται σπορά. ὅταν τοίνυν ὡς ἀπό γε τῆς τινων λογομαχίας σκανδαλίζοιντό τινες· εἶτα ἡ τοῦτο παθοῦσα ψυχὴ, τὴν ὡς ἐν ὠδῖσι κειμένην, καὶ εἰς νοῦν ἔσω τεθησαυρισμένην, ἀπαμβλίσκοι πίστιν τε καὶ γνῶσιν, Εἰ μὲν εἴη, φησὶ, μὴ ἐξεικονισμένη, τουτέστιν, Εἰ ἀτελὴς ἔτι καὶ ἀκαλλεστέρα, ζημίαν ὑπομενεῖ πάντη τε καὶ

B πάντως, ὁ τοῦ σκανδάλου παραίτιος, ἣν ἂν ἐπιβάλῃ, φησὶν, ὁ ταύτης νυμφίος, τουτέστι, Χριστὸς, καὶ δώσει μετὰ ἀξιώματος, τουτέστι, καὶ ὁμολογείτω χάριν, μὴ τὴν εἰς ὄλεθρον παντελῆ ποινὴν ὑποστάς. Εἰ δὲ εἴη, φησὶν, ἐξεικονισμένον τὸ τῆς ψυχῆς κύημα νοητὸν, τουτέστιν, εἰ γνῶσις εἴη καὶ πίστις τοῦ Χριστοῦ φοροῦσα μόρφωσιν, τοῖς περὶ τῶν ἐσχάτων ὑποκείσεται λόγοις, ὡς ἤδη καὶ φονευτής. ψυχῆς γὰρ θάνατος, ἡ τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἀπόθεσις, καὶ τῆς ἀρτίως ἐχούσης γνώσεως ἡ ζη-

C μία. τό γε μήτοι χρῆναι μεταλαγχάνειν ἀνοσίων εἰσηγημάτων, καὶ ὧν ἂν ποιοῖτο λόγων, ἀνὴρ, γεγονὼς κατάβρωμα διαβολικὸν, καὶ τῆς τῶν δαιμονίων ἀγέλης οἱονεί πως τροφὴ, μολυσμὸν εἶναι φησί· καὶ ἀποφάσκει πάλιν, ὡς ἐν αἰνίγματι λέγων, καὶ κρέας θηριάλωτον οὐκ ἔδεσθε, τῷ κυνὶ ἀπορρίψατε αὐτό· κύνα μὲν γὰρ, τὸν ἀναιδῆ καὶ ἀκάθαρτον ἄνθρωπον ὀνομάζειν ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ. πρέπον δὲ ἂν εἴη τῷ τοιῷδε τυχὸν, ἅπας τις οἶμαι λόγος

D βδελυρὸς καὶ δυσώδης, καὶ ἐξ αὐτοῦ συγκείμενος τοῦ Βεελζεβοὺλ, ὡς θηρὸς ἀγρίου καταδεδοκότος τὴν ὑποπεσοῦσαν αὐτῷ καὶ ὑπηρετοῦσαν εἰς τοῦτο ψυχήν· λέγει γὰρ οὐδεὶς, ἀνάθεμα Ἰησοῦς, Εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ. ἁγίοις γε μὴν τὸ ἐν μεθέξει γενέσθαι τῶν οὕτως αἰσχρῶν ἢ κεκιβδηλευμένων ἐννοιῶν τε καὶ λόγων, ἀνάρμοστον κομιδῆ· κοινωνία γὰρ οὐδεμία φωτὶ πρὸς σκότος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

E Ἐγρηγορέναι δὲ ὅτι προσήκει τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας, καὶ ἡγουμένους ποιμνίων, κατεχρησμῴδησε πάλιν. τίς δὲ ἂν γένοιτο τῆς πρὸς ἡμῶν ἐπιεικείας εἰς τοῦτο τρόπος, ὑπεμφαίνει, λέγων, ἐν τῷ Λευιτικῷ. τὰ κτήνη σου οὐ κατοχεύσεις ἑτεροζύγῳ, καὶ τὸν ἀμπελῶνά σου οὐ κατασπερεῖς διάφορον.

ποίμνεσι μὲν γὰρ αἰγῶν καὶ προβάτων, ἤγουν ἀμπελῶνι παρεμφερέστατον ἂν μάλα τὴν ὑπὸ χεῖρα πληθύν. ἤκουε μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Πέτρος, Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; βόσκε τὰ ἀρνία μου, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. περὶ δέ γε τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ὁ προφήτης ἔφασκεν Ἡσαΐας, ὁ γὰρ ἀμπελὼν Κυρίου σαβαώθ, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐστί, καὶ ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, νεόφυτον ἠγαπημένον. ποιμένος δὴ οὕτω ἀρετή, τὸ μὴ ἐπαφιέναι προβάτοις ἑτερογενές τι ζῶον, ὡς ταῖς ὀθνείαις τυχὸν ὀχείαις ὑποπεσεῖν, ἵνα μὴ ἑτεροφυὲς τέκῃ, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ φυσικῆς εὐγενείας ἐκνενευκός. ἀμπελώνων δὲ ὁ μελεδωνός, εἴπερ εἴη νουνεχής, καὶ γηπονεῖν ἄριστα μεμελετηκώς, οὐκ ἂν ἀνάσχοιτό ποτε τὰ ξηρὰ τῶν σπερμάτων ὑπ' αὐταῖς φύεσθαι ταῖς ἀμπέλοις, ἵνα μὴ δαπανωμένης αὐταῖς τῆς ἰκμάδος εἰς τὸ ἀλλότριον, ὑστερίζοιεν αὗται περὶ τὸ οἰκεῖον. ἴθι δὴ οὕτω ὡς ἐξ εἰκόνος ἤδη πως, ἐπὶ τὸν πνευματικόν, τὰ λογικὰ θρέμματα, μὴ ταῖς τῶν ἑτεροδιδασκάλων ὑπάγεσθαι συγχωρῶμεν ἀνοσίοις ὥσπερ σπερματισμοῖς, νοητοῖς δηλονότι καὶ ταῖς ὡς ἐν λόγῳ εἰσηγήσεσιν. ἀκαλλὴς γὰρ λίαν ὁ ἐξ ἀνομοίου καρπὸς γνώμης, καὶ οἱ τῶν οὐχ ὁμοπίστων λόγοι, φαύλων ἂν γένοιντο κυημάτων πρόξενοι, τοῖς εἰσδεδεγμένοις αὐτούς· ἀμπελῶνας δὲ ὄντας ἡμᾶς, καὶ ἐν ὀρχάτων τάξει κειμένους, μονοειδεῖ τρόπον τινὰ προσήκει στεφανοῦσθαι καρπῷ, καὶ τὸ διφυᾶ παραιτεῖσθαι τρόπον. λόγος γὰρ οὐδεὶς εἰς ὁμοιότητα φυσικήν, σίτῳ καὶ βότρυσιν. ἀλλοτρίων δὴ οὕτω σπερμάτων μηδεὶς ἡμῖν ἔστω τόπος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἀσύναφῆ καὶ ἀσύμβατα, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας διῃρημένα τὰ ἑτεροτροποῦντα δεικνύς, παραθεὶς εἰς τύπον τὴν ἐκτοπωτάτην καὶ ἀλλόκοτον κομιδῆ τοῦ λογικοῦ ζώου σύνοδον, πρὸς τὸ μὴ τοιοῦτον, ἑτερογενὲς δὲ καὶ ἔκφυλον. καὶ δὴ καί φησιν ἐν μὲν τῇ Ἐξόδῳ, ὃς ἂν κοιμηθῇ μετὰ κτήνους, θανάτῳ ἀποκτενεῖτε αὐτόν. σαφέστερον δὲ πάλιν ἐν τῷ Λευϊτικῷ· καὶ ὃς ἐὰν δῷ κοιτασίαν αὐτοῦ ἐν τετράποδι, θανάτῳ θανατούσθω, καὶ τὸ τετράπουν ἀποκτενεῖτε· καὶ γυνὴ ἥτις προσελεύσεται πρὸς πᾶν κτῆνος βιασθῆναι αὐτὴν ὑπ' αὐτοῦ, ἀποκτενεῖτε τὴν γυναῖκα, καὶ τὸ κτῆνος, θανάτῳ θανατούσθωσαν, ἔνοχοί εἰσιν.

A bus:] gregibus enim caprarum & ouium, aut vineæ perſimilis eſſe planè cenſenda eſt ſubiecti populi multitudo: dictum eſt enim beato Petro, [Simon Iona, diligis me? paſce agnos meos, paſce oues meas:] Præterea de filiis Iſrael Propheta Eſaias dixit, [Vinea enim Domini Sabaoth, domus Iſrael eſt; & homo Iuda, germen dilectum.] Paſtoris igitur virtus eſt, ouibus non admittere diuerſi generis animal, ita vt alienæ pecudis congreſſibus ſupponantur, nequid B ambiguum pariant, & ab inſita naturali indole diuerſum: cultor autem vinearum, ſi modò prudens fuerit, & optimè terram excolere ſtuduerit, nunquam patietur, vt exſiccantia ſemina ſub ipſis vitibus naſcantur; ne humor, dum alieni germinis vſibus conſumitur, illas deficiat in ſuis. Perge igitur iam tanquam ex imagine ad ſenſum ſpiritualem, ne rationales oues, magiſtrorum diuerſa docentium nefariæ ſeminationi, intellectuali, inquam, & qualis in ſermonibus, C atque perſuaſionibus eſſe conſueuit, ſubiungi patiamur: eſt enim planè deformis editus ex diſſimili ſententia fructus, & hominum in fide diſſimilium ſermones, iis, qui illos admittunt, prauos partus conciliant: ſed cùm vites nos ipſi ſimus, & vinetorum vices teneamus, vnius modi quodam modo fructu ornari conuenit, & biformes mores vitare; nihil enim tritico & vuis, quod ad naturalem ſimilitudinem pertineat, commune eſt. Nullus igitur in nobis ſit D alienis ſeminibus locus. PALLAD. Rectè dicis. CYRILLVS. Alia quoque ratione non cohærere inter ſe, neque conuenire poſſe, quæ diuerſis prædita ſint moribus, & mutua inter ſe communione diſiuncta, demonſtrat, ad eius rei figuram proponens illum alieniſſimum, & planè portentoſum rationalis animantis cum eo congreſſum, quòd eius naturæ non ſit, ſed diuerſi generis, & extraneum. Itaque in Exodo ait, [omnem, qui coie- E rit cum pecude, morte afficietis eum:] Planiùs autem in Leuitico, [Et quiſquis dederit cubationem ſuam in quadrupede, morte moriatur; & quadrupes interficietur; & mulier, quæcunque acceſſerit ad omne pecus, vt ab eo inſcendatur, interficietis mulierem, & pecus; morte interficiantur; rei ſunt:]

Ioan 21.

Eſai. 5.

Exod 22.

Leuit 20.

conſuetudines animi, & veluti admiſtiones ſpirituales & congreſſus, cum quibus minimè decet, & quorum animus irrationabilitate ſumma laborat, mortis cauſſa ſunt tum ipſis corruptoribus, tum etiam iis, qui ſe ſponte corrumpi patiuntur. PALLAD. Rectiſſimè, & iuſtiſſimè Lex decreuit. CYRILLVS. Illud enim admiratione dignum eſt; contingere enim vtique poterat, vt nonnulli aliorum vi, & potentia non ferenda ſuperati, etiamſi minimè fortaſſe vellent, à recto ſenſu ad obliquam atque peruerſam opinionem corrupti pertraherentur, ac veluti coacti, non ſine lachrymis fortaſſe in errorem ſeducerentur: non itaque Lex hoc genus hominum ſine vllis auxiliis relinquendum ac negligendum cenſuit. PALLADIVS. Quale tandem iſtud genus eſt, quod dicis? CYRILLVS. Illud nimirum ſeruitutis iugo conſtrictum, & dominorum imperio prægrauatum. PALLADIVS. Qua ratione iis Lex opem tulit? CYRILLVS. Soluit enim vinculis, & coactione, ſi damnum ad animam pertineat, ac violatum aufugere ſi velit, nemine impediente, apertiſſimè ſanxit: ſic enim obliquè dixit in Exodo, [Si quis

Exod. 21.

„ percuſſerit oculum ſerui ſui, vel ocu-
„ lum ancillæ ſuæ, & excæcauerit, libe-
„ ros dimittet eos pro oculo eorum: ſi
„ autem dentem ſerui ſui, vel dentem
„ ancillæ ſuæ excuſſerit, liberos dimittet
„ eos pro dente eorum.] Quod enim ad conſpicuum ſenſum, & expoſitam apertamque intelligentiam pertinet, prohibet audaciam, & dominorum iræ modum ponit, neque eouſque progredi vult, vnde conſequatur, vt, qui ſunt eorum dominatui ſubiecti, naturalis integritatis iacturam patiantur: neque vllo modo permittit, vt furor effrænatè feratur, exerceatúrque iam in ipſa natura, cuius ille duntaxat eſſe Dominus intelligitur, qui creauit: nam ſeruitus, &, quæ in ea ſequitur, calamitas minimè illa quidem eſt naturæ morbus, ſed iniquitate opprimentium inuectus. In Chriſto igitur Deus ac Pater totam continuò naturam ad eum ſtatum reformat, quo ab initio fuerat. [Si

2. Cor 5.

„ quis enim in Chriſto, noua creatu-
„ ra,] Itaque tollitur omnino ſeruitutis dedecus: ſcribit enim Paulus, [In Chri-

Coloſſ. 3.

„ ſto Ieſu non eſt ſeruus, neque liber.]

A ὁμιλίαι τε γὰρ, καὶ οἱονεὶ μίξεις αἱ νοηταὶ καὶ σύνοδοι, αἱ πρὸς οὓς ἂν ἥκιστα πρέποι, καὶ οἷς κατερρώγασι πρὸς ἀλογίαν ὁ νοῦς τὴν ἐσχάτην, θανάτου πρόξενοι, καὶ αὖθις τοῖς παραφθείρουσι, καὶ τοῖς ἐθελουσίως ὑπομένουσι τὴν παραφθοράν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθότατά τε καὶ μάλα ὁσίως ὁ νόμος φησί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Θαυμάσαις δ᾽ ἂν ἔτι καὶ τόδε· ἦν γὰρ δή που τινὰς, ὡς ἐξ ἀφορήτου πλεονεξίας, καὶ εἰ μὴ βούλοιντο τυχὸν, τὴν ἐξ ὀρθότητος ἔννοιαν ἐπὶ τὸ πλαγίως ἔχον ὑπο- B μεῖναι παραφθορὰν, καὶ καθάπερ ἐξ ἀνάγκης, οὐκ ἀδακρυτὶ τάχα που παθεῖν τὴν πλάνησιν. οὐκ ἀνεπικούρητον γίνεται ὁ νόμος περιορᾶν ἠξίου καὶ τὸ τοιοῦτον γένος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τὸ ποῖον τί φῄς; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὸ ζυγῷ δουλείας κατεσφιγμένον καὶ ταῖς τῶν κεκτημένων ἐξουσίαις κατηχθισμένον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Βεβοήθηκε δὲ τίνα δὴ τρόπον καὶ τούτοις ὁ νόμος; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀνίησι γὰρ δεσμοῦ καὶ ἀνάγκης, εἰ τὸ βλά- C βος εἴη περὶ ψυχὴν, καὶ ἀποτρέχειν, εἰ βούλοιτο, τὸν ἠδικημένον, παραποδίζοντος οὐδενός, δεδικαίωκεν ἐναργῶς· ἔφη γὰρ ὧδε πλαγίως ἐν τῇ Ἐξόδῳ. ἐὰν δέ τις πατάξῃ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ οἰκέτου αὐτοῦ, ἢ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς θεραπαίνης αὐτοῦ, καὶ ἐκτυφλώσῃ, ἐλευθέρους ἐξαποστελεῖ αὐτοὺς, ἀντὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτῶν· ἐὰν δὲ τὸν ὀδόντα τῆς θεραπαίνης αὐτοῦ ἐκκόψῃ, ἢ τὸν ὀδόντα τοῦ οἰκέτου αὐτοῦ, ἐλευθέρους ἐξαποστελεῖ αὐτοὺς, ἀντὶ τοῦ ὀδόντος αὐ- D τῶν. ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς θεωρίαν ἐξωφανῆ καὶ πρόχειρον νοεῖν, καταχωλύει τὸ θράσος, καὶ συμμέτρους ἀποτελεῖ τὰς τῶν κεκτημένων ὀργὰς, καὶ οὐ μέχρις ἐκείνων ἰέναι βούλεται, δι᾽ ὧν ἂν γένοιτο, τὴν εἰς τὸ εὖ εἶναι ζημίαν τοῖς ὑπεζευγμένοις, ἀποτῖσαι. ἐφίησι δὲ οὐδαμῶς ἀχαλίνως ἰέναι τὰ ἐκ θυμοῦ, καὶ εἰς αὐτὴν ἤδη περιΐστασθαι τὴν φύσιν, ἧς ἂν νοοῖτο μόνος ὑπάρχων δεσπότης ὁ δημιουργός. δουλεία γὰρ καὶ τὸ ἐπὶ τῷδε πά- E θος οὐκ ἀρρώστημα φυσικὸν, ἀλλ᾽ εἰσποιητὸν ἐκ πλεονεξίας. ἐν Χριστῷ μὲν οὖν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ὅλην ἀναπλάττει εὐθὺς πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς τὴν φύσιν. εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, ἀναιρεῖται δὲ παντελῶς τῆς δουλείας τὸ αἶσχος. γράφει γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύ-

θεος. ἀφαιρεῖται δὲ τέως ὁ νόμος παιδαγωγῶν εἰς τὸ τέλειον τὸ τῆς ἐξουσίας ἀκάθεκτον, καὶ τὸ ἐπέκεινα μέτρου τοῦ καθήκοντος, ζημίας ἐπιτιθεὶς τοῖς ὀλιγωροῦσι τοῦ νόμου, τὴν ἠδικημένων τὴν ἄφεσιν. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν εἰς γράμμα καὶ σκιάν, εἴπερ ἕλοιτό τις καὶ τῇδε νοεῖν. εἰ δὲ δὴ διερμηνεύοιτο πνευματικῶς ὁ τοῦ νόμου σκοπός, προσβάλλοις ἄν, ὦ Παλλάδιε, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τοῖς ἐν αὐτῷ θεωρήμασι. φῶς μὲν γὰρ τουτὶ τὸ ἐγκόσμιον τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς εἰσδεχόμεθά τε καὶ θαυμάζομεν· φῶς δὲ τὸ θεῖον καὶ νοητὸν ἐν ταῖς ἡμετέραις αὐγάζει καρδίαις· καὶ τροφὴ μὲν ἡ τοῦ σώματος, ὀδοῦσι καταλεαίνεται, καὶ ἔσται τὸ χρῆμα πρὸς ζωὴν ὁδός. τὰ δέ γε τῶν θείων θεωρημάτων, σκληρά, καὶ δυσέφικτα καθάπερ ὀδόντι τῇ τῆς διανοίας ἰσχύϊ μονονουχὶ συνθρύπτεται καὶ ἀποτρέφει ψυχήν. καὶ γοῦν ἡ σοφία τὴν θείαν ἡμῖν καὶ πνευματικὴν ἁπλοῦσα τράπεζαν, ἔλθετε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, φησίν. οὐκοῦν κἂν εἰ οἰκέτῃ συμβαίνοι τυχὸν περί τι τῶν τοιούτων βλάβος, παραπαίοντος δεσπότου καὶ παρολισθεῖν ἀναγκάζοντος ἐξ ὀρθότητος δογμάτων εἰς ἔκτοπον πλάνησιν, λελύσθω, φησίν, ὁ δεσμός, καὶ λόγος ἔστω μηδεὶς ἀναγκαίου ζυγοῦ. διερρίφθω δέ ποι καὶ τῆς ἐξουσίας τὸ δεῖμα, ἴτω τε λοιπὸν ὁ κατεζευγμένος, ὅποι περ ἂν αὐτῷ τὸ ἀλωβήτως ἔχειν εὑρίσκοιτο. ψυχῆς γὰρ ἄμεινον οὐδὲν ἦν. καὶ ἵνα σώσῃ, φησίν, ἀπολελύσθω δουλείας. ἴδοις δ' ἂν ἀληθῆ τὸν λόγον, καὶ ἐν καιροῖς ἔτι τοῖς καθ' ἡμᾶς πληρούμενον. οὐ γὰρ ἀνέχονται δεσποτῶν οἰκέται παρακομιζόντων εἰς πλάνησιν, τῆς ἐπηρτημένης αὐτοῖς ἐξουσίας ὑπεξαγαγόντες γνησίως τὸ ἔν γε τούτῳ πειθήνιον· ἄχθει μὲν γὰρ τῷ δουλείας τὸν τοῦ σώματος ὑπενεγκόντες αὐχένα, τηροῦσιν ἀθόλωτον ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, καὶ τὸ δεῖν εἰδέναι σαφῶς τε καὶ ἀπλανῶς τὸν περὶ τῆς ἀληθοῦς πίστεως λόγον, πολλοῦ δὴ λίαν, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς εἶναι ἄξιον πεπιστεύκασι. καὶ τροφὴν τὸ χρῆμα ποιοῦνται πνευματικήν, οἷά περ ὀδόντι τῷ νῷ κατατρίβοντες τὸ εἰς οὖς ἐρχόμενον, καὶ τῶν θείων νοημάτων ἀναμασώμενοι δύναμιν. ΠΑΛ. Ὡς σαφής τε ἡμῖν, καὶ ὀρθῶς ἔχων ὁ λόγος. ΚΥΡ. Προσεθίζει δὲ καὶ ἑτέρως ὁ νόμος ἡμᾶς εἰς φιλαλληλίαν, ἡμερῶς ἀναπείθων τὸ συγκαθίστασθαι τοῖς ἐγγύς, καὶ τοὺς τῆς ἀνισότητος καταμυσαττόμενός τε καὶ κολάζων τρόπους.

A Interim tamen Lex puerili prius inſtitutione nos ad perfectionem deducens, aufert intemperantem vſum poteſtatis, & licentiam, quæ vltra modum conuenientem progreditur, mulctamque ſancit in contemptores Legis, nimirum ipſam eorum qui violati ſunt, manumiſſionem. Verùm hæc quidem de figura, & vmbra, ſi cui libeat hac quoque ratione intelligere: ſed ſi, quod ſpectat Lex, id ſpiritualiter interpretemur, alio quoque modo, Palladi, ad illius contemplationem accedere poteris: hanc
B quippe mundanam lucem corporis oculis excipimus & admiramur: lux autem illa intelligibilis in noſtris cordibus exoritur: corporis item cibus dentibus conficitur, eſtque ea res ad vitam tuendam via: ſed diuinarum contemplationum ſoliditas atque difficultas, mentis viribus tanquam dentibus propemodum comminuitur, & paſcit animum. Itaque ſapientia nobis diuinam ſpiritualemque menſam apponens, ait, [Venite, « edite panem meum.] Igitur, etiamſi ſer- « uo fortaſſe in huiuſmodi rebus aliquid *Prou. 9.*
C damni contigerit, inſaniente domino atque cogente, vt ſimul à recta dogmatum regula ad abſurdos errores delabatur, ſoluatur, inquit, nexus, & iugi ſeruilis, atque per vim impoſiti, nulla ratio habeatur: abiiciatur etiam poteſtatis metus, eóque pergat ille alienæ poteſtati ſubiectus, vbicunque ſine ſuæ integritatis detrimento ſe eſſe poſſe repererit: anima namque præſtantius nihil eſt: quam vt ſeruet, à ſeruitute ſoluatur. Vera autem verba hæc eſſe, eáque
D noſtris adhuc temporibus impleri, facile eſt videre: neque enim ſerui ſuſtinent dominos ad errorem pertrahentes, & ex impoſita ſibi dominorum poteſtate ſubtrahunt ingenuè in hac re certè officium obſequendi; nam, cùm onus ſeruitutis ceruice corporis ſubeant, purum in ſe ipſis animum retinent, & planè ac firmiter noſſe veræ fidei rationem plurimi faciunt, imò verò in eo ſummam totam eſſe conſtituunt, eamque rem in
E cibum ſpiritualem vertunt, & quod auribus acceperunt, mente tanquam dente comminuunt, diuinorumque ſenſuum vim remandunt. PALLAD. Perſpicua ſanè eſt, ac rectè habet expoſitio. CYRILLVS. Aliter quoque Lex nos aſſuefacit, vt inter nos amemus, cùm colere ſuadet ſocietatem, qua cum proximis congruimus, & inæqualiter viuendi mores deteſtatur ac punit.

PAL.

PALLAD. Quo tandem iſtud modo?
CYRILL. Accipe iam, ſcribit enim
Exod. 21. » ruſus, [Si cornu percuſſerit alicuius
» taurus taurum proximi ſui, & mortuus
» fuerit, vendent taurũ viuentem, & diui-
» dent pretium eius: taurum quoq; mor-
» tuum diuident. Quòd ſi cognitum fue-
» rit, quòd taurus cornupeta eſſet ante he-
» ſternum & ante tertium diem, & teſtifi-
» cati fuerint domino eius, & non abſcon-
» derit eum; reddet taurum pro tauro; &
» mortuus ipſius erit.] Vides ænigma, &
Scripturæ hac de re verba quodammo-
do ex euidentiſſimo exemplo ad id ten-
dere, quod rectum eſt? Si enim, inquit,
contigerit mori cuiuſpiam taurum, & ab
alterius tauro occidi, diuident viuentem
taurum, & amborum itidem erit occi-
ſus; id eſt, ſi quod oppreſſionis, & ini-
quitatis genus ab aliquo non volente, in
alterum deriuatum ſit, eius, inquit, bo-
nis qui offendit, is qui violatus eſt, per-
fruatur, & communia habeant commo-
da atque ſolatia. Hoc enim eſt, opinor,
diuidere viuentem taurum. Commu-
neſque habeant, inquit, qui vel nolens
offendit, eius qui damno eſt affectus, ca-
lamitates: id enim ex eo ſignificari arbi-
tror, quod diuidi iubetur occiſus. Vides
igitur, vt Lex ænigmata & vmbras ad
mutuæ beneuolentiæ mores hortetur?
an non hoc illud eſt, [Gaudere cum gau-
dentibus, & flere cum flentibus? PAL.
Ita videtur. CYRILL. Si verò ille
oppreſſor planè norit, ſi ipſe op-
preſſionis ſuæ mores non cohibuerit,
proximo aliquid incommodi futurum,
pari damno mulctabitur, & eius detri-
mentum, qui violatus eſt, ſuæ animæ ſo-
lius periculo exhauriet: hoc enim illud
Rom. 12. » ænigma ſignificat, [Reddet taurum pro
» tauro; mortuus autem ipſius erit.] Ne-
que enim cum iis, qui iniuriam inferũt,
ita duntaxat agetur, vt ſua modò bona
amittant, ſed propria illorum erit cala-
mitas: & ipſi malum hoc patientur, quod
proximo contigit. PALLAD. Præclarè
ſanè ſe habet oratio. CYRILL. Sa-
pientiſſimam porro nobis mutuæ cha-
ritatis legem tulit beatus Paulus, cùm
Philip. 2. 1. Cor. 13. » ita dixit, [Non, quæ veſtra ipſorum
» ſunt, quærentes: ſed & quæ aliorum.]
Charitas enim nõ quærit, quæ ſua ſunt;
ſed potius conſiderat etiam, quæ ſunt
aliorum, & vt, quæ ſunt fratrum, bene
ſe habeant. Hoc ipſum itidem vete-
Exod. 22. » res literæ clam indicant, quæ ſic ha-
» bent. [Si depaſtus quis fuerit agrum aut
» vineam, & dimiſerit iumentum ſuum,

ΠΑΛΛ. Πῶς δή φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄκουε δή· γράφει γὰρ πάλιν. ἐὰν κερατίσῃ τινὸς ταῦρος τὸν ταῦρον τοῦ πλησίον, καὶ τελευτήσῃ, ἀποδώσονται τὸν ταῦρον τὸν ζῶντα, καὶ διελοῦνται τὸ ἀργύριον αὐτοῦ, καὶ τὸν ταῦρον τὸν τεθνηκότα διελοῦνται. ἐὰν δὲ γνωρίζηται ὁ ταῦρος ὅτι κερατιστής ἐστι πρὸ τῆς χθὲς καὶ πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας· καὶ διαμεμαρτυρημένοι ὦσι τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀφανίσῃ αὐτόν, ἀποτίσει ταῦρον ἀντὶ ταύρου, ὁ δὲ τετελευτηκὼς αὐτῷ ἔσται. ὁρᾷς τὸ αἴνιγμα, καὶ
B οἱονεί πως ἡμῖν ἐκ παραδείγματος ἐναργεστάτου πρὸς τὸ εὐθὺ διατείνοντα τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον; εἰ γὰρ γένοιτο τεθνάναι, φησί, τὸν τοῦ δεῖνα ταῦρον, καὶ ὑφ' ἑτέρου ταύρου πεσεῖν, διελοῦνται τὸν ταῦρον τὸν ζῶντα, καὶ ἀμφοῖν ἔσται πάλιν ὁ τεθνηκώς, τουτέστιν, εἰ πλεονεξίας ἐπιγένοιτο καὶ ἀδικίας τρόπος παρά τινων οὐχ ἑκόντων τινὸς εἰς ἕτερον, ἐντρυφάτω, φησίν, ὁ ἠδικημένος τοῖς τοῦ λυπήσαντος ἀγαθοῖς, καὶ κοινὰς ἐχέτω τὰς θυμηδίας. τοῦτο γάρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ διελέσθαι τὸν ταῦρον τὸν ζῶντα. κοινὰς δὲ ποιεί-
C τω, φησί, καὶ ἀνεθελήτως προσκεκρουκὼς τὰς τοῦ πεπονθότος συμφοράς. τουτὶ γὰρ οἶμαι παραδηλοῦν, τὸ διελέσθαι τὸν τεθνηκότα. ὁρᾷς οὖν ὅπως ὁ νόμος αἰνιγματωδῶς ἔτι καὶ κατεσκιασμένως τὸν φιλάλληλον εἰσηγεῖται τρόπον; ἢ οὐχὶ δὴ τοῦτό ἐστι τό, χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων; ΓΑΛΛ. Ἔοικε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἰ δὲ δή, φησίν, ὁ πλεονεκτῶν εἰδείη σαφῶς, ὅτι πείσεταί τι δεινὸν ὁ πέλας, τῶν τῆς πλεονεξίας τρόπων οὐκ ἀνῃρημέ-
D νων, ζημίαν αὐτὸς τὴν ἴσην ὑπομενεῖ, καὶ τὴν τοῦ παθόντος συμφορὰν ἐπαντλήσει μόνῃ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ. τοῦτο γὰρ αἰνιγματωδῶς, τό, ἀποτίσει ταῦρον ἀντὶ ταύρου· ὁ δὲ τετελευτηκὼς αὐτοῦ ἔσται. οὐ γὰρ μέχρι τοῦ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἀποπεσεῖν τοῖς ἀδικοῦσιν ὁ λόγος, ἀλλ' ἰδίαν ἕξουσι συμφοράν, καὶ αὐτῶν ἔσται πάθος, τὸ τῷ πέλας συμβεβηκός. ΓΑΛ. Ὡς εὖ γε ἡμῖν ὁ λόγος ἔχει. ΚΥΡ. Σοφὸν δὲ ἡμῖν τὸν εἰς ἀλλήλους ἀγάπης ἐτίθει νόμον καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὧδί πη λέγων· μὴ τὰ
E ἑαυτῶν ζητοῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων. οὐ ζητεῖ γὰρ ἡ ἀγάπη τὰ ἑαυτῆς. περισκέπτεται δὲ μᾶλλον καὶ τὰ ἑτέρων, καὶ ὅπως ἂν ἔχοι τὰ ἀδελφῶν εὖ. τοῦτό τοι πάλιν τὸ ἀρχαῖον ἡμῖν ὑπαινίττεται γράμμα. ἔχει δὲ οὕτως· ἐὰν δὲ καταβοσκήσῃ τις ἀγρὸν ἢ ἀμπελῶνα, καὶ ἀφῇ τὸ κτῆνος αὐτοῦ,

A καταβοσκήσαι ἀγρὸν ἕτερον, ἀποτίσει ἐκ τοῦ ἀγροῦ αὐτοῦ κατὰ τὸ γένημα αὐτοῦ· ἐὰν δὲ πάντα τὸν ἀγρὸν καταβοσκήσῃ, τὰ βέλτιστα τοῦ ἀγροῦ αὐτοῦ, καὶ τὰ βέλτιστα τοῦ ἀμπελῶνος αὐτοῦ ἀποτίσει. ὁ μὲν γὰρ ἀγροῖς ἑτέρων τὸ ἴδιον κτῆνος ἐπαφιεὶς, ὀνίνησι μὲν τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ ζητεῖ πως τὰ ἑαυτοῦ, πλὴν οὐκ ἐξ ὧν ὁ γείτων εὐφραίνεται, οὐδὲ ἐφ' οἷς ἂν ἥδοιτό τις τῶν πέλας, ἀλλ' ἐξ ὧν δὴ λυπεῖσθαί τε καὶ ἀδικεῖσθαι συμβαίνοι. ζητητέον οὖν ἄρα τὸ ἡμᾶς ὠφελοῦν, τουτέστι, τὸ ἑαυτῶν, οὐ διὰ τῆς εἰς ἑτέρους B πλεονεξίας, ἀλλὰ δι' ὧν ἂν γένοιτο πρὸς τοῦτο ἰέναι, πλημμελοῦντας οὐδὲν, καὶ τῆς τοῦ γείτονος εὐθυμίας ἑστώσης ὀρθῶς. τοῦτο γὰρ ἂν εἴη σαφὲς, τὸ ζητεῖν καὶ τὰ ἑτέρων. ἢ ἴστω τις, φησὶν, εἰ ἀφυλάκτως ἕλοιτο καταλυπεῖν ἀδελφοὺς, καὶ ἀπερινοήτως ἔχοι τῶν πέλας, εἰς μόνον τάχα που τὸ ἴδιον βλέπων, τὴν ἴσην ὑπομενεῖν ζημίαν, καὶ τὸν τῆς δοκούσης ὠφελείας τρόπον, τῶν ὅτι μάλιστα φιλαιτάτων αὐτῷ, προξενήσειν τὴν C ἀπώλειαν. τουτὶ γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ, ἀποτίσει τὰ βέλτιστα τοῦ ἀγροῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἀμπελῶνος αὐτοῦ. ἁρμόζει δὴ αὖ, ὥς γέ μοι φαίνεται, τῶν προκειμένων ἡ δύναμις καὶ τοῖς τῶν αἱρέσεων εὑρεταῖς, ὧν οἱ βδελυροὶ καὶ ἀνόσιοι μαθηταὶ, κτηνῶν ἀλόγων δίκην, λήϊά τε καὶ ἀμπελῶνας κατανέμονται τοὺς δεσποτικοὺς, εἰς κρίμα καὶ κόλασιν τῶν τῆς αἱρέσεως εὑρετῶν. συμβήσεται γὰρ ἐκείνοις ἡ τῶν καλλίστων ζημία, τουτέστιν, ὁ περὶ αὐτὴν ὄλεθρος τὴν ψυχήν. D ἀμπελῶνος γὰρ, ἤγουν ληΐου τυχὸν, καὶ ἀνὰ μέρος ἑκάστου τῶν καθ' ἡμᾶς νοουμένων τὸ ἐν αὐτοῖς βέλτιστον ἡ ψυχή. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καρπὸν οὖν ἄρα τῆς ἀγάπης εἶναι φαμὲν τὸ χρῆναι ζητεῖν τὰ ἑτέρων, καὶ οὐχὶ δὴ μόνον τὰ ἑαυτῶν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Παλλάδιε, καὶ τὸ μὲν χρῆναι πληροῦν τὴν εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπησιν, ὡς ἥδιστον τῷ Θεῷ, καταφορτίζεσθαι δὲ τὴν ἀγάπην τῷ περιττῷ καὶ E πλείονι τῆς πρὸς ἡμῶν καταχρήσεως, οἰκονομικῶς οὐκ ἐᾷ. κατασείεται γὰρ εὐκόλως καὶ τὸν εὖ βεβηκότα νοῦν, κἂν εἰ ἐν καλῷ γένοιτο τυχὸν τῆς ἐφ' ὅτῳ οὖν ἀρετῆς, τὸ μὴ μετρίως αὐτῷ, δυσαντιτάτῳ δὲ μᾶλλον ἐπιθεῖσθαι ὁρμῇ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὃ σὺ δὴ τί φῄς; οὐ γάρ τοι συνίημι σαφῶς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἢ οὐκ ἀρετὴν εἶναι φῄς, τὸ πρᾶόν τε καὶ ἀνεξίκακον; ΠΑΛΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

A vt depaſcatur agrum alienum, reddet ex agro ſuo iuxta fructum eius; ſi autem omnem agrum eius depaſtum fuerit, optima agri ſui, & optima vineæ ſuæ reddet.] Nam qui agris alienis ſuum iumentum immittit, ille ſuis quidem rebus vtilitatem affert, & ſua quodammodo quærit, non tamen ea re quærit, vnde alter lætetur, aut vnde proximus gaudeat; ſed vnde eum offendi ac lædi contingat. Quærendum eſt igitur quod nobis proſit, B hoc eſt, quod noſtrorum eſt, non alios opprimendo, ſed iis artibus, per quas eodem peruenire, nihil peccati admittendo, & alterius animi tranquillitatem ſeruando, poſſimus: id enim planè eſt, quærere etiam, quæ ſunt aliorum: alioqui ſciat, ſi nihil cauet, ne fratres offendat, neque vlla eſt illi de proximo cura, dum, quod ſuum eſt, duntaxat ſpectet, ſe par damnum ſubiturum, & illam falſæ vtilitatis ſpeciem chariſſimis rebus C interitum allaturum; id enim eſt, opinor, [Reddet optima agri ſui, & vineæ ſuæ.] Conuenit etiam, vt mihi quidem videtur, propoſitorum verborum vis in hæreſum inuentores; quorum impuriſſimi ac ſtultiſſimi diſcipuli, brutorum animantium inſtar, ſegetes ac vineas Dominicas depaſcuntur, in eorum iudicium atque vindictam, qui errores inuenerunt; continget enim illis, vt rebus præſtantiſſi- D mis, id eſt, ipſius animæ interitu mulctentur: vinea enim ac ſegete, & omnino vniuerſis rebus, quæ apud nos, præſtantior eſt anima. PALLAD. Fructum igitur ac munus charitatis eſſe dicemus, quærere ea, quæ aliorum ſunt, non ſua ipſorum duntaxat. CYRILL. Prorſus ita eſt, Palladi: & implere quidem charitatem in fratres, Deo ſanè iucundiſſimum eſt: onerari verò à nobis immodico ac nimio abuſu charitatem, E ſapienti conſilio non permittit: nam facilè etiam bene firmum animum concutit, quamuis ille ad præclaram in quóque genere virtutem peruenerit, quæcunque vis impulſu haud mediocri, ſed potiùs impetu, cui obſiſti non poſſit, in illum irrumpit. PALLAD. Quid iſtud tandem eſt, quod ais? non enim ſatis intelligo. CYRILL. An tu minimè fateris eſſe virtutem, manſuetudinem atque patientiam? PALLAD. Quidni fatear:

CYRILLVS. Atqui, ſi quis fortaſſe in eum, qui manſuetudinem ac patientiam ſectatur, offenſiones & iniurias, & ea, quibus ira promouetur, ſi quidem ea modicè fiant, congerat, tolerabit interdum, & fortiter feret, eamque rem ad manſuetudinis ac lenitatis exercitationem conuertet: at, ſi quis modum exceſſerit, & vltra patientiæ terminos progreſſus erit, nihil mirum, defatigatam oppreſſamque virtutem aliquantulum langueſcere. PALLADIVS. Rectè ais: nutat enim quodammodo in hominibus probitas, vix etiam nemine quatiente, conſiſtit. CYRILLVS. Perge igitur, ſi placet, ad ipſam quoque charitatem: virtus enim eſt excellens, & inter cæteras præſtantiſſima; tamen, ſi ea immodicè abutamur, non ſuſtinet: quod ipſum rurſus tanquam parabolæ & exempli perſpicui ſpecie Lex admonet, dicens, [Si ingreſſus fueris meſſem proximi tui, & collegeris manibus tuis ſpicas; falcem non conijcies in meſſem proximi tui; &, ſi ingreſſus fueris vineam proximi tui, & ederis vuam, quantum impleatur anima tua; in vas verò non conijcies:] Nam paucas manu ſpicas colligere, aut vuam decerpere appetitionis cauſſa, aut voluptatis, certè nihil ea res damni habet: feret enim hæc, & quidem iucundè, lex charitatis; neque id modum videtur excedere: at verò etiam demetentem, in res proximi falcem inferre, id verò tranſilit iam & egreditur mutuæ beneuolentiæ fines, & ad terminos intemperantis auaritiæ progreditur. Eſt igitur hoc euidens exemplum, ne abutamur fratrum dilectione; ſed eò, quod ſatis eſt, mutuam quoque beneuolentiam colamus. nec verò ineptè: vt opinor, Scripturæ verba hac de re expoſita, rurſus ad alios quoſdam accommodare poſſumus, qui voces, in Eccleſiis docentium, ex tempore & repente fuſas, cùm tanquam ſpiritualem quandam eſcam demetunt; non hucuſque conſiſtere volunt, ſed modum quodammodo excedentes, ac veluti in vas conijcientes, etiam in libellos referunt: ac ſtudioſi quidem illi admodum ſunt, ſed tamen aliquatenus fratrum opinionem lædunt, cùm id, quod ſubito ac tumultuarie factum eſt, tanquam accurate compoſitum literis mandant.

Deut. 23.

A ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀλλ' εἴπερ τις τυχὸν τῷ πρᾳότητά τε καὶ ἀνεξικακίαν ἐπιτηδεύοντι, λύπας τε καὶ ὕβρεις ἐπισωρεύσειε, καὶ τὰ δι' ὧν οἱ θυμοὶ, μετρίως μὲν εἰ γένοιτο, διακαρτερήσειεν ἂν ἔσθ' ὅτε καὶ οἴσει γενναίως, γύμνασμά τε πρᾳότητος καὶ ἀοργησίας τὸ χρῆμα ποιήσεται. εἰ δὲ δή τις ἴοι τοῦ μετρίου πέρα, καὶ τῶν ἀνεξικακίας ὅρων ἐπέκεινα τρέχοι, τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν, καταβιασθεῖσαν ὥσπερ τὴν ἀρετὴν, καὶ ἀτονῆσαι βραχύ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις· μόλις γάρ πως ἐν ἀνθρώποις τὸ ἀγαθὸν, καὶ οὐδενὸς κατασείοντος, B ἕστηκε μόλις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἴθι δὴ οὖν εἰ δοκεῖ καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀγάπησιν. ἀρετὴ γὰρ ἡ προὔχουσα, καὶ τῶν ἄλλων ἐστὶν ἡ προφερεστέρα. τῆς γε μὴν ἄγαν καταχρήσεως οὐκ ἀνέχεται. ὃ δὴ πάλιν καθάπερ ἐν εἴδει παραβολῆς καὶ σαφοῦς παραδείγματος, ὁ νόμος ἡμῖν ὑφηγεῖται λέγων. ἐὰν δὲ εἰσέλθῃς εἰς τὸν ἀμητὸν τοῦ πλησίον σου, καὶ συλλέξῃς ἐν ταῖς χερσί σου C στάχυς, καὶ δρέπανον οὐ μὴ ἐπιβάλῃς ἐπὶ τὸν ἀμητὸν τοῦ πλησίον σου. ἐὰν δὲ εἰσέλθῃς εἰς τὸν ἀμπελῶνα τοῦ πλησίον σου, καὶ φάγῃς σταφυλὴν ὅσον ψυχήν σου ἐμπλησθῆναι, εἰς δὲ ἄγγος οὐκ ἐμβαλεῖς. τὸ μὲν γὰρ ὀλίγαις χερσὶ συναγεῖραι στάχυας, ἤγουν ἀποκεῖραι βότρυν εἰς ἐπιθυμίαν ἢ τροφὴν, οὐδὲν ἂν ἔχοι τὸ βλάβος. οἴσει γὰρ οἶμαι σὺν θυμηδίᾳ ταυτὶ τῆς ἀγάπης ὁ νόμος, καὶ οὐκ ἐπέκεινα τοῦ μέτρου τὸ χρῆμα D φαίνεται. τὸ δὲ καὶ ἀμητικὸν σίδηρον τοῖς τοῦ πέλας ὑπερεκτείνειν, ὑπερήχεταί πως καὶ ὑπερθρώσκει λοιπὸν τὸ φιλάλληλον, καὶ εἰς ὅρους ἤδη τοὺς τῆς πλεονεξίας οἴχεται. οὐκοῦν ὑπόδειγμα τοῦτο σαφὲς, τοῦ μὴ καταχρῆσθαι δεῖν ταῖς τῶν ἀδελφῶν ἀγαπήσεσιν ἐστὶ, τιμᾶν δὲ ταῖς αὐταρκείαις, καὶ τὸ φιλάλληλον. οὐκ ἄκομψοι δὲ καθάπερ ἔγωγε, τὸν ἐπὶ τῷδε πάλιν εἰς ἡμᾶς καὶ ἑτέροις τισὶν ἐφαρμόσαι λόγον, οἱ τὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν διδασκόντων φωνὰς, ἅπερ ἂν ἐκ τοῦ παραχρῆμα E καὶ προχείρου γένοιτο, καθάπερ τινὰ τροφὴν δρεπόμενοι νοητὴν, οὐ μέχρι τούτου μένειν ἀνέχονται, πέρα δὲ ὥσπερ ἰόντες τοῦ μέτρου, καὶ οἷά περ εἰς ἄγγος ἐμβάλλοντες, καὶ δέλτοις ἐναποτίθενται, χρηστομαθεῖς μὲν ὄντες λίαν, ἀδικοῦντες δέ πως εἰς ὑπόληψιν ἀδελφοὺς, ὅτι τὸ ἐσχεδιασμένον εὐθὺς, ὥσπερ τι τῶν ἄγαν κατεσπουδασμένων, ἐναποτίθενται γραφῇ.

ἀλλ' ὅγε νόμος, ὦ βέλτιστοι, φαίην ἂν αὖθις, τὸ μηδὲν εἰς ἄγγος ἐμβάλλειν προστέταχεν ἐναργῶς. ΠΑΛΛ. Σφαλερὸν οὕτω ἄρα τὸ ἀναμοχλεύειν ὥσπερ ψυχῆς ἀρετὴν, καὶ τὸν εὖ βεβηκότα νοῦν μονονουχὶ κατασείειν ἀποτολμᾶν ἐν τῷ τῆς καταχρήσεως τρόπῳ. ΚΥΡ. Ἀτρεκὴς ὁ λόγος. χρῆναι γὰρ δεῖν δεδικαίωκεν ἐναργῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὐκ ἐπιβουλεύειν ἡμᾶς ἀρετῇ, μετέχειν δὲ μᾶλλον, εἰ τύχοι, τῶν ἐξ ἀρετῆς ἀγαθῶν. καὶ ἀμυδρὸν ἐπὶ τούτῳ ποιεῖται τὸ αἴνιγμα, καὶ ἐν μικροῖς κομιδῆ τὰ ἀσυγκρίτως ὑπερκείμενα ζωγραφεῖ. γέγραπται γὰρ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· ἐὰν δὲ συναντήσῃς νοσσιᾷ ὀρνέων πρὸ προσώπου σου ἐν τῇ ὁδῷ, ἢ ἐπὶ παντὶ δένδρῳ, ἢ ἐπὶ τῆς γῆς, νεοσσοῖς, ἢ ᾠοῖς, καὶ ἡ μήτηρ θάλπῃ ἐπὶ τῶν νεοσσῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ᾠῶν, οὐ λήψῃ τὴν μητέρα μετὰ τῶν τέκνων. ἀποστολῇ ἀποστελεῖς τὴν μητέρα, τὰ δὲ παιδία λήψῃ σεαυτῷ, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ πολυήμερος ἔσῃ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; οὐ γάρ μοι σαφὲς τὸ αἴνιγμα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἦ οὐκ ἐναργῶς ἐπαΐεις; ὡς εἴ περ τις ἕλοι νεοττεύουσαν ἔτι τὴν ὄρνιν, ἤγουν ἐπωάζουσαν, ποιείσθω μὲν ὄνησίν τε καὶ εὕρημα τὰ ἐξ αὐτῆς· ἀποπεμπέτω γε μὴν, οὐδὲν ἐμποιήσας βλάβος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ναί· ὁ γάρ τοι τοῦ γράμματος οὗτος ἂν εἴη σκοπός. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἄθρει τὸ κεκρυμμένον, καὶ οἱονεὶ διαπτύξας τὴν σκιὰν, κατασκέπτου νοητῶς τὴν ἀλήθειαν. ἑκάστη μὲν γὰρ ἀρετὴ, μήτηρ οἷά τις ἐστὶ τῶν ἐξ αὐτῆς ἀγαθῶν καὶ γένεσις, οἷον εἴ τις λέγοι τὴν χρηστότητα, τὴν φιλοπτωχείαν, τὴν πρᾳότητα, τὴν μακροθυμίαν. χρηστεύεται γάρ τις οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον ἢ ἑτέροις. μετάσχοιεν δ' αὖ τῆς φιλοπτωχείας, οἱ ταύτης δεδεημένοι, καὶ πρᾳότητος ὁμοίως καὶ μακροθυμίας. οὐκοῦν ἀρετὴ μὲν ἑκάστη μήτηρ ἂν νοοῖτο, καὶ οἱονεί τις ἀρχὴ τῶν ἐν αὐτῇ τε καὶ ἐξ αὐτῆς ἀγαθῶν. νοσσιαὶ δὲ ὥσπερ ἀρετῶν, αἱ ταύτας ὠδίνουσαι, καὶ ἐν σφίσιν αὐταῖς ἔχουσαι ψυχαί. χρῆναι δὴ οὕτω ἄρα φησὶν ὁ νόμος, τοὺς ἀνδράσι περιτυγχάνοντας, ἐν οἷς ἂν εἶεν ἀρεταὶ, καθάπερ εἰς νοσσιὰν συγκεκομισμέναι, ποιεῖσθαι μὲν κέρδη τὰ ἐξ αὐτῶν, μὴ μὴν ἔτι κατασείεσθαι φιλεῖν ἀρετὴν, τὴν τῶν ἀρίστων κατορθωμάτων μητέρα. ἀδικεῖται δὲ ἀρετὴ, κατασειομένη πρός τινος, κατά γε τοὺς ἤδη προειρημένους τρόπους.

Atque Lex ipſa, optimi viri, (equidem dixerim, diſertè prohibuit, ne quid in vas conijceretur. PALLADIVS. Periculoſum eſt igitur conuellere animi virtutem; & mentem bene firmam audere propemodum, nimiùm abutendo, concutere. CYRILLVS. Vera dicis. Oportere enim cenſuit vniuerſorum Deus, non inſidias virtuti ſtruere, ſed potiùs fructum, ſi liceat, eorum bonorum percipere, quæ de virtute proficiſcuntur; idque obſcuro ænigmate ſignificat, & in rebus admodum exiguis ea quæ ſunt multis partibus præſtantiora, depingit: ſcriptum eſt enim in Deuteronomio,[1] [Si autem occurreris nido auium ante conſpectum tuum in via, vel in omni arbore, vel ſuper terram pullis vel ouis, & mater fouet ſuper pullis, vel ſuper ouis, non accipies matrem cum filiis; dimittendo dimittes matrem, filios autem accipies tibi, vt bene ſit tibi, & longæuus ſis.] PALLAD. Quid tandem iſtud eſt? neque enim mihi perſpicuum eſt hoc ænigma. CYRILL. Quid? nonne hoc apertè intelligis? nempè, ſi quis ceperit pullis, aut ouis incubantem auem, liceat illi commodum & emolumentum ex his percipere, quæ ex illa orta ſunt; illam tamen, nullo damno affectam, dimittat. PALLAD. Ita eſt: nam hoc eſt Scripturæ propoſitum. CYRILL. Aſpice igitur id, quod abditum eſt, & quaſi euoluto vmbræ velamine, conſidera ſpiritualiter veritatem. Nam vnaquæque virtus veluti mater eſt & origo eorum bonorum, quæ ex ipſa proficiſcuntur; verbi gratia, benignitas, charitas in pauperes, manſuetudo, patientia; eſt enim non in ſe quiſquam magis benignus; quàm in ceteros, & ex charitate erga pauperes ij fructum percipiunt, qui indigent, & eodem modo ex manſuetudine ac patientia. Vnaquæque igitur virtus mater intelligi poteſt, & quaſi initium eorum bonorum, quæ tum ipſi inſunt, tum ex ea proficiſcuntur: nidi autem quodammodo virtutum animæ ſunt, quæ illas complectuntur, & intra ſe ipſas continent: opus igitur eſſe Lex ait eos, qui in homines incidunt, in quibus ſint virtutes tanquam in nido collocatæ, ex eorum fructibus emolumentum percipere, non tamen virtutem rectè factorum matrem lædere: violatur autem ab aliquo virtus concuſſa iis rationibus, quas modò diximus.

[1] Deut. 22.

A PALLAD. Reconditum eſt ſanè hoc ænigma. CYRILLVS. Ita eſt, rectè dicis. Sed, vt aliquid dicamus, beati Pauli vocibus perſimile, [Nunquid de auiculis curæ eſt Deo? an propter nos vtique dicit?] Mandati namque per Moyſen dati verba, formas nobis rerum, non ipſas apertè res exponunt. Perſpicere autem facilè potes, quemadmodum etiam ad ſummæ illius beneuolentiæ mores nos paulatim deducat: conatur enim perſuadere, vt B ipſos quoque diligamus, qui nos offenderunt: & iram, qua aduerſus inimicos incitamur, ſuperemus, ne à malo vincamur, ſed potius vincamus in bono malum: dixit enim rurſus in Exodo quidem: [Si verò occurreris boui inimici tui, vel ſubiugali eius, errantibus in via, reducens reddes ipſi: ſi verò videris ſubiugale inimici tui cecidiſſe ſub ſarcina eius, non præteribis illud, ſed ſimul alleuabis cum ipſo.] In Deuteronomio autem, [Ne videns bouem fratris tui vel ouem ipſius, errantes in C via, deſpicias illa: reducendo reduces ipſa fratri tuo: quòd ſi frater tuus non fuerit prope te, neque noueris eum, duces ea intra domum tuam, & erunt tecum, quouſque quæſierit ea frater tuus, & reddes ea ipſi; ſic facies aſino eius, & ſic facies veſti eius, & ſic facies in quacunque re, quam perdiderit frater tuus; quæcunque perdita fuerint ab ipſo, & inueneris, non poteris negligere ipſa; non deſpicies aſinum fratris tui, vel vitulum ipſius, D qui ceciderit in via: ne negligas ea, ſubleuans ſubleuabis ea cum ipſo.] Intelligis igitur, quemadmodum elegantiſſimè nos iam ad præſtantem perfectamque virtutem ducat, iubens, vt, curâ in eius iumenta, qui nos offendit, impenſâ, velut exercitatione ad obliuiſcendas iniurias vtamur: quem frequentiſſimè fratris nomine decorat, prohibens, vt opinor, iras implacabiles, & nimiam ad ſimultates propenſionem, & naturæ legem, tanquam charitatis arbitram, ferens: ſi enim E inueneris, inquit, errans iumentum, aut perditum veſtimentum; ſeruabis ea fratri tuo; etiam ſi iumentum aliquod oneribus ferendis aſſuetum in terram ceciderit, & ſub ipſo onere conteratur, ſimul adiuuabis & eriges illud. Id verò nihil aliud eſt, quàm Dominum iuuare, & ad miſericordiam exerceri, & ad beneuolentiam inſtitui,

1 Cor. 9.

Exod. 23.

Deut. 22.

A ΠΑΛ. Ὡς βαθὺ τὸ αἴνιγμα! ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ναί· λέγεις ὀρθῶς. ἀλλ' ἵνα τι φῶμεν ταῖς τοῦ μακαρίου Παύλου συμβαῖνον φωναῖς, μὴ τῶν στρουθίων μέλει τῷ Θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; τύπους γὰρ ἡμῖν παρέχει μὲν, οὐκ αὐτὰ σαφῶς ἐξηγεῖται τὰ πράγματα, τὸ διὰ Μωσέως ἐντολῆς ὁ λόγος. ἴδοις δ' ἂν, ὅπως ἡμᾶς καὶ εἰς τρόπους ἤδη τῆς αἰωτάτω φιλαλληλίας ἀνακομίζει κατὰ βραχύ. πειρᾶται γὰρ ἀναπείθειν, καὶ αὐτοὺς ἀγαπᾶν τοὺς προσκεκρουκότας, καὶ λύπης B ἀμείνους ὀργῆς τῆς εἰς ἐχθροὺς, μὴ ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικωμένους, νικῶντας δὲ μᾶλλον ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. ἔφη γὰρ πάλιν ἐν μὲν τῇ Ἐξόδῳ. ἐὰν δὲ συναντήσῃς τῷ βοῒ τοῦ ἐχθροῦ σου, ἢ τῷ ὑποζυγίῳ αὐτοῦ, πλανωμένοις ἐν τῇ ὁδῷ, ἀποστρέψας ἀποδώσεις αὐτῷ· ἐὰν δὲ ἴδῃς τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ σου πεπτωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον αὐτοῦ, οὐ παρελεύσῃ αὐτὸ, ἀλλὰ συνεγερεῖς αὐτὸ μετ' αὐτοῦ. ἐν δὲ τῷ Δευτερονομίῳ, μὴ ἰδὼν τὸν μόσχον τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἢ τὸ πρόβατον αὐτοῦ, πλανώμενα ἐν τῇ C ὁδῷ, ὑπερίδῃς αὐτά. ἀποστροφῇ ἀποστρέψεις αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ σου. ἐὰν δὲ μὴ ἐγγίζῃ ὁ ἀδελφός σου πρός σε, μηδὲ ἐπίστῃ αὐτὸν, συνάξεις αὐτὰ ἔνδον εἰς τὴν οἰκίαν σου, καὶ ἔσται μετὰ σοῦ, ἕως ἂν ζητήσῃ αὐτὰ ὁ ἀδελφός σου, καὶ ἀποδώσεις αὐτὰ αὐτῷ· οὕτως ποιήσεις τὸν ὄνον αὐτοῦ, καὶ οὕτως ποιήσεις τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ οὕτως ποιήσεις κατὰ πᾶσαν ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ σου, ὅσα ἐὰν ἀπόληται παρ' αὐτοῦ, καὶ εὕρῃς, οὐ δυνήσῃ ὑπεριδεῖν αὐτά. οὐχ ὑπερόψει τὸν ὄνον τοῦ ἀδελ- D φοῦ σου, ἢ τὸν μόσχον αὐτοῦ πεπτωκότα ἐν τῇ ὁδῷ, μὴ ὑπερίδῃς, ἀνιστῶν ἀναστήσεις αὐτὰ μετ' αὐτοῦ. συνίης οὖν, ὅπως ἡμᾶς ἀστειότατα παιδαγωγεῖ πρὸς τὸ ἄγαν ἤδη πως καὶ τελέως ἀγαθὸν, μελέτησιν ὥσπερ ἀμνησικακίας ποιεῖσθαι προστάττων, τὴν εἰς τὰ κτήνη φειδὼ τοῦ λελυπηκότος, ὃν καὶ ἄνω τε καὶ κάτω τῷ τῆς ἀδελφότητος ὀνόματι στεφανοῖ, καταχωλύων, οἶμαί που, τὸ ἔντονον εἰς ὀργὰς, καὶ τὸ προχειρότερον εἰς μικροψυχίας, καὶ τὸν τῆς φύσεως νόμον, βραβευτὴν ὥσπερ τινὰ τῆς ἀγάπης εἰσφέρων. ἂν γὰρ εὕ- E ρῃς, φησὶν, πλανώμενον κτῆνος, ἢ ἀπολωλὸς ἱμάτιον, περισώσεις αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ σου· κἂν εἰ γένοιτό τι τῶν ἀχθοφορεῖν εἰωθότων καταλιασθῆσαν εἰς γῆν ὑπ' αὐτῷ συντρίβεσθαι τῷ φορτίῳ, συνεργάσῃ καὶ συνεγερεῖς. ἕτερον δὲ τοῦτό ἐστιν οὐδὲν, ἢ τῷ κεκτημένῳ ὠφελεῖν, καὶ μελέτη πρὸς ἔλεον, καὶ παιδαγωγία πρὸς φιλοικειότητα,

καὶ τὸ λυπεῖσθαι μακρὰ παρωθεῖσθαι ζητεῖν, καὶ παραιτεῖσθαι διαφοράς, ὑπέρ γε τοῦ μὴ δοκεῖν προσκρούειν ἀγάπῃ καὶ νόμῳ τῷ εἰς φιλαδελφίαν. εἰκὸς δὲ δή τι καὶ ἕτερον αἰνίττεσθαι, τὸ χρησμῴδημα. εἰ γὰρ τοσαύτη γέγονε τῷ νομοθέτῃ φροντίς, ὡς εἰ καί τι τῶν ἀλόγων εἴη τὸ πεπονθός, ὀρέγειν ἡμᾶς τὴν ἐπικουρίαν, πῶς οὐκ ἂν αὐτῷ μειζόνως ἀρέσειεν, ἡ εἰς ἀνθρώπους φειδώ, καὶ ἡ τοῖς ὁμοφυέσιν ὀφειλομένη φιλαλληλία; οὐκοῦν κἂν εἰ ἐχθρὸς πλανῷτο τυχόν, μανθανέτω τὴν ἐπ' εὐθύ, καὶ δι' ἡμῶν ἰθυνέτω πρὸς τὸ συμφέρον. οὕτω καὶ ὁ Χριστός, λίθοις μὲν ἐβάλλετο παρὰ τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ἐπεφώνει δὲ ὅμως, ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτί, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ, καὶ εἰ πόνῳ τις καὶ πειρασμοῖς ἐνθλίβοιτο τῶν προσκεκρουκότων, καὶ οἱονείπως εἰς γῆν ἐρριμμένος, ἀφύκτοις ἀνάγκαις καταπιέζοιτο, φησίν, ἐπικουρείσθω πρὸς ἡμῶν, καὶ ἔστω λύπης ἀμείνων, ὁ διάφορος. ἢ οὐχὶ δὴ τοῦτό ἐστιν, εὖ ποιεῖτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡ. Ἀγιοπρεπὲς οὖν ἄρα, τὸ τοῖς κάμνουσι συναλγεῖν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὰ ἐφ' οἷς ἦν ἄμεινον ἐποικτείρειν, δεῖν, πλεονεξίας τῆς κατ' αὐτῶν ποιεῖσθαι πρόφασιν, ἐπιθρώσκοντάς τε καὶ ἐπεμβαίνοντας ἔτι τοῖς ἠδικημένοις. κἂν εἰ δύναιτό τις λαθραίους ἀποτελεῖν τῆς ἐπιβουλῆς τοὺς τρόπους, ἀποφεύγειν δεῖν ὁ νόμος εὖ μάλα φησί, τὴν ἐπὶ τῷδε κακουργημάτων. ἔφη γὰρ πάλιν. οὐ κακῶς ἐρεῖς κωφόν, καὶ ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον. καίτοι πῶς οὐκ ἄμεινον, καὶ τοῖς ἄγαν ἐπιεικέσιν ὅτι μάλιστα πρέπει τὸ χαλινὸν ὥσπερ ἔχειν ἐν γλώττῃ, καὶ τὴν ἐφ' ὁτῳοῦν, μᾶλλον δὲ ἀνθρώπῳ παντὶ παραιτεῖσθαι κατάρρησιν. μὴ καταλαλεῖτε γάρ, φησίν, ἀδελφοί μου ἀλλήλων, τοῦ σωτῆρος ὁ μαθητής. νῦν δέ, φησίν, ὁ νόμος, οὐ κακῶς ἐρεῖς κωφόν, δι' αἰνίγματος, οἶμαί που, κατασημαίνειν ἐθέλων τὸ δεῖν ἀναγκαίως τούς γε ὡς ἀληθῶς ἐπιεικεῖς τὸν τρόπον, ἀποφοιτᾶν ἀδικίας, κἂν εἰ τὸ παθεῖν ἑτοίμως δύνασθαι συμβαίνῃ τισί. κωφὸς μὲν γὰρ ἢ τυφλός, ἀρρωστίας οὐκ ἐλεύθεροι. νοσοῦσι γὰρ δὴ τὰ ἀπὸ σώματος, καὶ τὰς αἰσθήσεις πεπήρωνται, ὄψιν δὲ λέγω καὶ ἀκοήν. καὶ οὐκ ἂν ἀκούσειεν ὁ κωφὸς τοῦ καταλαλεῖν ἐθέλοντος, ἀλλ' οὐδ' ἂν καταθρήσαιτο τυφλὸς τὸν προστιθέντα σκάνδαλον. λαθεῖν οὖν ἄρα χαλεπὸν οὐδέν, κἂν εἰ βούλοιτό τις ἐπι-

A & repellere diuturnas offenſiones; & vitare diſſidia, ne charitatem & fraternitatis legem violare videamur. Videtur autem hoc diuino reſponſo etiam aliud quiddam ſignificari: ſi enim tantæ fuit curæ Legiſlatori, vt, ſi cui animanti rationis experti eiuſmodi caſus accidiſſet, nos ferremus auxilium, quomodo non multò magis illi gratum fuerit impenſum in homines conſeruandos ſtudium, & in eos, qui ſocietate naturæ nobiſcum coniuncti ſunt, debita amoris viciſſitudo? Igitur, etiamſi inimicus erret fortaſſe, B rectum iter doceatur, &, nobis commonſtrantibus, eò tendat, quò expedit. Sic Chriſtus quoque lapidibus quidem petebatur ab Iſraelitis, & tamen eos alloquebatur, [Dum lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ vos comprehendant.] (Ioann.) Et, ſi quis inimicus labore & tentationibus affluctetur, ac velut humi proſtratus iaceat, & graui neceſſitate prematur, ſubleuetur, inquit, à vobis; & qui diſſidebat, vincat offenſionis memoriam. An non hoc illud C eſt, [Benefacite inimicis veſtris, & orate pro perſequentibus vos?] (Matth. 5.) PALLAD. Optimè dicis. CYRILL. Decet igitur ſanctos viros laborantibus condolere; neque ea ipſa propter quę miſerandi potiùs erant, ad occaſionem iniuriæ atque inſolentiæ in eos exercendæ conuertere, in eorum miſerias inſuper inſultantes, & inuehentes; quin etiam ſi clam inſidioſis illis modis vti quiſpiam facilè poſſit, tamen ab huiuſmodi malignitate abſtinendum eſſe, Lex iubet: ait enim rurſus, [Non maledices ſurdo, ne- D que coram cæco pones offendiculum.] (Leuit. 19.) Atqui quomodo non præſtantius eſt, & probis hominibus congruentius, in lingua frænum habere, atque cauere, ne maledictum in quamuis rem, imò verò quemuis hominem iactetur? [Nolite detrahere, fratres mei, inuicem,] inquit, (Iacob. 4.) ille Saluatoris noſtri diſcipulus: nũc autem Lex inquit, [Nõ maledices ſurdo;] Nimirum per ænigma ſignificare volens, hominibus ſanè probis eſſe neceſ- E ſario ab inferenda iniuria fugiendum: etiamſi quidam eiuſmodi ſint, vt nullo negotio eis inferri poſſit: ſurdus enim & cæcus non ſunt à morbo liberi; laborant quippe corporis vitiis, ac ſẽſibus priuati ſunt, aſpectu, inquam, & auditu: neque audire poteſt ſurdus eum, qui detrahere velit, neque cæcus eum aſpicere, qui offendiculum ponit: nihil igitur negotii eſt, eum latere, qui illis inſidiari velit.

Sed, quos miſerari magis æquum erat,
vt qui ex ſe ipſis ſua iam calamita-
te laborarent, eos inſuper iniuria affi-
cere deprehenduntur, cùm offendi-
culo quidem cæcum neſcientem in
caſum agant; de conuitiis verò ſur-
dum tanquam de laudibus, interdum
ridere perſuadeant, quem plerumque
in rebus præcipuis feriunt. Igitur, ſi
quis hæc facere ſtuduerit, occulta
quidem in vtroque erit eius maligni-
tas; ſæuitiæ verò & inhumanitatis
maximæ crimen haud vnquam effu-
giet. Palladivs. Verum eſt.
Cyrillvs. Nam veterem quo-
que legem, inter nos mutuò diligere, &
miſericordes eſſe velle, facilè diſces, ſi
illius verba audies, dicentis, nunc qui-
Deut. 15. & " dem, [Aperiendo aperies viſcera tua ſu-
Exod. 22. [" per indigente fratre, qui eſt in te:] nunc
" verò; [Et aduenam nos affligetis, ne-
" que opprimetis eum; eratis enim ad-
" uenæ in terra Ægypti: omnem viduam
" & pupillum non affligetis: quòd ſi
" affligendo afflixeritis ipſos, & claman-
" tes clamauerint ad me, auditu audiam
" vocem eorum & iraſcar ira, & interfi-
" ciam vos gladio, & erunt vxores ve-
" ſtræ viduæ, & filii veſtri pupilli.
" Quòd ſi argentum mutuaueris fratri
" tuo pauperi, qui eſt apud te, non vr-
" gebis eum, neque impones ei vſuram:
" quòd ſi pignerando pigneratus fueris
" veſtem proximi tui, ante ſolis occa-
" ſum reddes ipſi: hic enim eſt amictus
" ipſius ſolùm, hoc tegumentum turpi-
" tudinis eius, in quo dormiet? Si igitur
" clamauerit ad me, exaudiam eum; mi-
ſericors enim ſum.] Audis qua ratio-
ne, cùm propoſuiſſet dulcem mutuæ
beneuolentiæ diſciplinam, inſuper
iram atque vindictam eſt comminatus,
& iis, qui vindictam illam, niſi miſe-
ricordiæ in fratres ſtudium impende-
rint, ſubituri ſunt, benignè propemo-
dum cauſſam reddit, Quia benignus,
inquiens, ſum; id eſt, cùm benignus
natura ſim, & miſericors, vtpote qui
Deus ſim, accipiam omnino vexati
hominis clamorem, & continuo mi-
ſerebor lachrymarum eorum, qui pau-
pertatis mole premuntur. Cauenda eſt
igitur pauperis aduerſus nos vocifera-
tio. Eſſe autem ad communicandum
faciles oportere, & charitatem in pau-
peres ſummo ſtudio amplectendam
putare, ſuaſit rurſus in Deuterono-
Deut. 24. " mio, dicens, [Non fraudabis merce-
" dem pauperis aut indigentis ex fratri-

A βουλεύεσθαι αὐτοῖς. ἀλλ' οὓς ἔδει μᾶλλον ἐλεεῖν, ὡς
ἠῤῥωστηκότας ἤδη τῆς οἴκοθεν συμφορᾶς, καὶ προσ-
αδικοῦντες ἁλίσκονται, σκανδάλῳ μὲν τὸν τυ-
φλὸν οὐκ εἰδότα συντρίβοντες, λοιδορίαις δὲ
τὸν κωφὸν, ὡς ἐπ' εὐφημίαις, ἔσθ' ὅτε καὶ μει-
διᾶν ἀναπείθοντες, πλήττοντές γε μὴν καὶ εἰς
αὐτά που πολλάκις τὰ καιριώτατα. οὐκοῦν κε-
κρυμμένη μὲν, εἴπερ ἕλοιτό τις, ἡ ἐπ' ἀμφοῖν
ἂν γένοιτο κακουργία, σκληρότητος δὲ καὶ τῆς
ἄγαν μισαλληλίας οὐκ ἂν διεξοίχοιτο γραφήν.
ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛ-
B ΛΟΣ. Φιλαλλήλους γὰρ ὅτι καὶ φιλοικτίρμονας,
καὶ τὸ ἀρχαῖον ἡμᾶς καθίστησι διάταγμα, ῥᾷον ἂν
μάθοις ἐπαΐων λέγοντος· ὅτε μὲν, ὅτι ἀνοίγων
ἀνοίξεις τὰ σπλάγχνα σου, τῷ ἀδελφῷ σου τῷ
ἐπιδεομένῳ ἐν σοί· ὅτε δὲ αὖ, καὶ προσήλυτον
οὐ κακώσετε, οὐδὲ μὴ θλίψετε αὐτὸν, ἦτε γὰρ
προσήλυτοι ἐν γῇ Αἰγύπτου· πᾶσαν χήραν καὶ
ὀρφανὸν οὐ κακώσετε. ἐὰν δὲ κακίᾳ κακώσητε
αὐτοὺς, καὶ κεκράξαντες καταβοήσωσι πρός με,
ἀκοῇ εἰσακούσομαι τῆς φωνῆς αὐτῶν, καὶ ὀργι-
σθήσομαι θυμῷ, καὶ ἀποκτενῶ ὑμᾶς μαχαί-
C ρᾳ, καὶ ἔσονται αἱ γυναῖκες ὑμῶν χῆραι, καὶ
τὰ παιδία ὑμῶν ὀρφανά. ἐὰν δὲ ἀργύριον ἐκ-
δανείσῃς τῷ ἀδελφῷ σου τῷ πενιχρῷ τῷ παρὰ
σοὶ, οὐκ ἔσῃ αὐτὸν κατεπείγων, οὐδὲ ἐπιθήσεις
αὐτῷ τόκον. ἐὰν δὲ ἐνεχύρασμα ἐνεχυράσῃς
τὸ ἱμάτιον τοῦ πλησίον σου, πρὸ δυσμῶν ἡλίου
ἀποδώσεις αὐτῷ. ἔστι γὰρ τοῦτο περιβόλαιον αὐτοῦ
μόνον, τοῦτο τὸ ἱμάτιον ἀσχημοσύνης αὐτοῦ· ἐν
τίνι κοιμηθήσεται; ἐὰν οὖν καταβοήσῃ πρός
με, εἰσακούσομαι αὐτοῦ· ἐλεήμων γάρ εἰμι.
D ἀκούεις ὅπως τὸ γλυκὺ τῆς φιλαλληλίας μά-
θημα προθεὶς, προσαπειλήσει τὴν ὀργὴν,
μονονουχὶ δὲ καὶ ἀπολογεῖται χρηστῶς τοῖς αὐ-
τὴν ὑπομεῖναι μέλλουσι, εἰ μὴ ποιοῖντο
διὰ σπουδῆς τὴν εἰς ἀδελφοὺς εὐσπλαγ-
χνίαν; ἐλεήμων γάρ εἰμι, φησὶ, τουτέστιν
ἀγαθὸς ὢν κατὰ φύσιν, καὶ οἰκτίρμων ὡς
Θεὸς, προσδέξομαι πάντως τὴν τοῦ παθόν-
τος καταβοὴν, καὶ ἐλεήσω προχείρως τῶν
τῇ πενίᾳ κατηχθισμένων τὸ δάκρυον. πα-
E ραιτητέον οὖν ἄρα τοῦ πένητος τὴν κατάῤ-
ῥησιν. ὅτι γὰρ εἶναι προσήκει κοινωνικοὺς,
καὶ σπουδῆς ἀξιοῦν τῆς προὐργιαιτάτης
τὴν φιλοπτωχίαν, ἐκδεδίδαχε πάλιν ἐν
τῷ Δευτερονομίῳ, λέγων, οὐκ ἀποστερή-
σεις μισθὸν πένητος, ἢ ἐνδεοῦς ἐκ τῶν ἀδελ-

A fugere præſtat; & ad illud nullo affectu permoueri, quod vitare turpe eſt. [Væ enim, ait, qui dicitis dulce amarum, & amarum dulce; bonum malum, & malum bonum; qui ponitis lucem tenebras, & tenebras lucem.] Igitur adſciſcere denuo repudiatam non ſinit; neque tamen viciſſim permittit, vt, rebus nondum condemnatis, quadam vituperandi facilitate iniuriam inferamus: ſic enim ait rurſus, [Quòd ſi quis acceperit vxorem, & habitauerit cum ea, & oderit eam, & imponat ei occaſionis verba, & detulerit eam de malo nomine, & dixerit, Vxorem hanc accepi, & accedens ad eam, non inueni eius virginalia. & accipiens pater puellæ & mater, producent virginalia puellæ ad ſenatum in portam; & dicet pater puellæ ad ſenatum, Filiam hanc meam dedi homini huic vxorem: & cùm illi odio eſſet, nunc ipſe imponit illi occaſionis verba, dicens, Non inueni filiæ tuæ virginalia: & ecce virginalia filiæ meæ. Et explicabunt pallium in conſpectu ſenatus ciuitatis illius; & accipiet ſenatus ciuitatis illius hominem illum, & verberabunt eum, atque mulctabunt centum ſiclis: & dabunt patri adoleſcentulæ, quia protulit nomen malum ſuper virgine Iſraëlitide; & ipſius erit vxor; non poterit dimittere eam perpetuo tempore.] Audis igitur, quemadmodum haud impunè dimitti à concilio iuſſerit, quiſquis iniuriâ nondum condemnatam contempſiſſet? eſt enim probitas, mea ſententia, diligentiſſimè amplectenda: neque citò ſatietate captos id ſequi oportet, quod libitum fuerit, ac rem honeſtam, tanquam inhoneſtam calumniari; ſed potiùs enitendum, vt omnibus præclaris rebus adhærere, & cum iis, quæ ad laudem conciliandam ſunt præſtantiſſima, conſuetudinem habere, plurimi faciamus. nam qui tædium, quod in medio actionum curſu ſeſe interponit, minimè admittit, is, quaſcunque res agendas ſuſceperit, optimè, quod ſibi propoſuit, abſoluet. Eſſe autem nos tales oportere, Lex eadem rurſus indicauit clamans, [Si ædificaueris domum nouam, facies coronam ſolario tuo: & non facies cædem in domo tua, ſi quiſpiam cadẽdo ceciderit ab eo.] Vt enim domus corona carens, & faſtigiis non impoſitis, deformis eſt: ſic itidem

Eſai. 5.

Deut. 22.

Idem.

abſurdum ſanè eſt omne noſtrum opus bonum, niſi ad finem ſibi conuenientem perducatur: neque verò hac in re iactura conſiſtet, ſed negligentes etiam periculum conſequetur: hoc Hierem. 48. enim eſt, opinor, labi aliquem ex domo. [Væ enim, inquit, qui facitis opus Dei negligenter.] Quamplurimis igitur viis Lex ad id, quod expedit, nos perducit: & eſcam quidem nondum apponit viro dignam & ſolidam, ſed lacte quodammodo tanquam adhuc infantes, homines illos veteres nutrit, paulatim prouehens ad Chriſti myſterium. Eſſe autem Legem ſpiritualem, &, quod ad vmbram & figuras attinet, quodammodo haud eſculentam, neque ad ſpiritualem cibum vtilem; eiuſmodi autem fore, ſi ad contemplationem euangelicam, & ad Chriſti myſterium transferatur, apertè intelliges, cùm ad hunc modum ille ſapientiſſimus Moyſes de ea ſcripſerit; Leuit. 19. ait enim in Leuitico, [Cùm verò ingreſſi fueritis in terram, quam dominus Deus tuus dat vobis, & plantaueritis omne lignum eſculentum, expurgabitis impuritatem eius: fructus eius tribus annis erit vobis immundus: non comedetur: & anno quarto erit omnis fructus eius ſanctus, laudabilis Domino: anno autem quinto comedetis fructum eius: appoſitio vobis erunt fructus eius. Ego dominus Deus veſter.] Hortis enim fertiliſſimis Moyſi ſcriptura ſimilis nobis videtur, quæ multiplex præceptorum germen complectitur, & tanquam arboribus denſis ornata eſt, legibus, inquam, de quaque re conſtitutis. Sed vniuſcuiuſque arboris, inquit, expurgabitis impuritatem, id eſt; quod in hiſtoria ineptum eſt, abſcindes; quodque in litera veluti corticoſum, circuncides, atque ad ipſum cor arboris peruenies, id eſt, intimum præcepti fructum perſcrutaberis, atque in cibum aſſumes. [Sed erit, inquit, eius fructus tribus annis immundus, non manducabitur:] annum ponit pro tempore; tria enim prima tempora fuere, quibus adhuc Lex erat impura, hiſtoriæ craſſitudine prægrauata: & vmbram tanquam inutilem corticem circumpoſitam habebat. tria porro tempora eſſe aio, quo Moyſes, quo Ioſue, quo Iudices fuerunt; quartum poſtea fuit, quo illuſtris prophetarum chorus exortus eſt; tum fructus Legis ſanctus eſt factus, & laudabi-

A ἀπίθανον κομιδῇ πᾶν ἔργον ἡμῶν ἀγαθὸν, εἰ μὴ πρὸς πέρας ἄγοιτο τὸ πρέπον αὐτῷ· καὶ οὐ μέχρι τούτων, ἀλλ' ἕψεται τοῖς ῥαθυμοῦσι καὶ κίνδυνος. τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ καταλιαθεῖν ἐκ τῆς οἰκίας τινά. οὐαὶ γὰρ, φησὶν, οἱ ποιοῦντες τὸ ἔργον Κυρίου ἀμελῶς. διὰ μυρίων οὖν ὅσων ὁ νόμος ἡμᾶς ἀποκομίζει πρὸς τὸ συμφέρον. καὶ τροφὴν μὲν οὔπω παρατίθησι τὴν ἀνδροπρεπῆ τε καὶ στερεωτέραν, γάλακτι δὲ ὥσπερ νηπίους ὄντας παιδοκομεῖ, τοὺς ἀρχαιοτέρους B διαβιβάζων κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ Χριστοῦ μυστήριον. ὅτι γὰρ πνευματικὸς ὁ νόμος, καὶ ὅσον μὲν ἧκεν εἰς σκιὰν καὶ τύπους, οἱονείπως οὐκ ἐδώδιμος, οὔτε μὴν ἀναγκαῖος εἰς πνευματικὴν ἂν γένοιτο τροφὴν, ἔσται δὲ τοιοῦτος, εἰ γοῦν μεταπλάττοιτο πρὸς θεωρίαν εὐαγγελικὴν, καὶ εἰς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, συνήσεις αὖ μάλα γεγραφότος ὧδε τοῦ πανσόφου Μωσέως περὶ αὐτοῦ. ἔφη γὰρ ἐν τῷ Λευιτικῷ· ὅταν δὲ εἰσέλθητε εἰς C τὴν γῆν, ἣν Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσιν ὑμῖν, καὶ καταφυτεύσητε πᾶν ξύλον βρώσιμον, περικαθαριεῖτε τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτοῦ· ὁ καρπὸς αὐτοῦ τρία ἔτη ἔσται ὑμῖν ἀπερικάθαρτος, οὐ βρωθήσεται. καὶ τῷ ἔτει τῷ τετάρτῳ ἔσται πᾶς ὁ καρπὸς αὐτοῦ ἅγιος, αἰνετὸς τῷ Κυρίῳ. ἐν δὲ τῷ ἔτει τῷ πέμπτῳ φάγεσθε τὸν καρπὸν αὐτοῦ. πρόσθεμα ὑμῖν τὰ γεννήματα αὐτοῦ. ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. παραδείσοις μὲν γὰρ τοῖς εὐερνεστάτοις ἡ Μωσέως ἡμῖν ἔοικε συγγραφὴ, D πολυειδῆ θεσπισμάτων ὠδίνουσα βλάστην, καὶ ξύλοις ὥσπερ κατάκομος, τοῖς ἐφ' ἑκάστῳ νόμοις. ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ ξύλῳ καθαριεῖτε, φησὶν, τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι, τὸ τῆς ἱστορίας εἰκαῖον ἀποτεμεῖς, καὶ τὸ οἱονεὶ ξυλῶδες περιελεῖς τοῦ γράμματος, ἐπ' αὐτὴν δὲ ἥξεις τοῦ φυτοῦ τὴν καρδίαν, τοῦτ' ἔστι, τοῦ τεθεσπισμένου τὸν ἔσω περιεργάσῃ καρπὸν, καὶ αὐτὸ ποιήσῃ τροφήν. ἀλλ' ἔσται, φησὶν, ὁ καρπὸς αὐτοῦ, τρία ἔτη ἀπερικάθαρτος· οὐ βρωθήσεται. τὸ E ἔτος τίθησιν εἰς χρόνον. χρόνοι γὰρ οἱ πρῶτοι γεγόνασι τρεῖς, καθ' οὓς ἦν ὁ νόμος ἀπερικάθαρτος ἔτι, τῷ τῆς ἱστορίας πάχει κατηχθισμένος, καὶ ὥσπερ εἰκαῖον συρφετὸν περικείμενος τὴν σκιάν. χρόνους δὲ τρεῖς εἶναί φημι, τὸν Μωσέως, τὸν Ἰησοῦ, τὸν κριτῶν, χρόνος μετ' ἐκείνους τέταρτος ἦν, καθ' ὃν ὁ λαμπρὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀνέφυ χορός. τότε γέγονεν ὁ τοῦ νόμου καρπὸς ἅγιός τε καὶ αἰνετός. ἤρξατο

A γὰρ ἐκ προφητῶν ἁγίων, ἀθετεῖσθαι τὰ ἐν νόμῳ, καὶ οὐδὲ ὀνομάζεσθαι τὰ ὡς ἐν σκιαῖς, κηρύττεσθαι δὲ φανερῶς ἡ ἀλήθεια, καὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἐπαινεῖσθαι τὸ μυστήριον. καὶ γείτων εὐθὺς ὁ πρόδρομος ἦν, ἀνακεκραγώς τε καὶ λέγων· μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. οὐκοῦν ἐν τετάρτῳ χρόνῳ πρὸς ἀρχὰς τοῦ διακαθαίρεσθαι τὰ ἐν νόμῳ γέγονε, καὶ ἦν ἤδη πως ὁ καρπὸς ἅγιος. πλὴν, ἐν πέμπτῳ βρώσιμος, καθ' ὃν ἡ Χριστοῦ παρουσία μαρτυρουμένη διά τε τοῦ νόμου καὶ διὰ τῶν προφητῶν. διὰ τοῦτό φησιν, ἔσται ὁ καρπὸς αὐτοῦ πρόσθεμα ὑμῖν. πρὸς γὰρ τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι καὶ ἡ νομικὴ παίδευσις πρὸς θεωρίαν ἠγμένη πνευματικὴν τοῖς φιλομαθέσι χρησιμωτάτη. καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Σωτὴρ, ὅτι πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ πλουσίῳ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. καινὰ λέγων, τὰ εὐαγγέλια, καὶ παλαιὰ δὲ, τὰ ἐν νόμῳ, τὴν ἐν Χριστῷ γνῶσιν ἡμῖν οὐκ ἀγεννῶς συνεισφέροντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

lis. nam à prophetis ſanctis, quæ Lege continebantur, abrogari ſunt cœpta; & ne commemorari quidem ea, quæ in vmbris erant, contráque veritas prædicari palam, & Chriſti aduentus myſteriũ commendari. hos proximè ilico ſecutus eſt ille Præcurſor clamans ac dicens, [Pœnitentiam agite; appropinquauit enim regnum cœlorum.] Matth. 3. Igitur quarto tempore, quæ in Lege tradita fuerant, expurgari cœperunt: eratque iam ſanctus quodammodo eius fructus: verumtamen quinto tempore ad cibum fuit aptus, quo tempore Chriſti contigit aduentus, teſtificatus à Lege & prophetis: B propterea inquit, [Erit fructus eius appoſitio vobis:] nam præter euangelicas prædicationes, ipſa quoque legalis eruditio ad contemplationem ſpiritualem traducta ſtudioſis vtiliſſima eſt, ideoque dicebat Saluator, [Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homini diuiti, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera:] Matth. 13. noua appellans euangelica, vetera autem, quæ in Lege continentur: quę nobis illam in Chriſto cognitionem non ineleganter conciliant, quem decet gloria, honor, & adoratio, cum Patre, qui ſine principio eſt, & cum ſãctiſſimo, & bono, & viuificante Spiritu, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

FINIS LIBRI OCTAVI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ, προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΕΝΝΑΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER NONVS.

De ſancto Tabernaculo, quòd Chriſti Eccleſiæ typus fuerit.

A

CHARITATIS igitur, & eius, quæ in Deum, & quæ in fratres oſtenditur, inſignia præclara ſunt, & harum vtraque Lex perficitur: ac, quiſquis ad eum gloriæ gradum peruenerit, illuſtris erit & admirabilis, & inter fideliſſimos Dei ſeruos numerabitur, cum clamabit Chriſtus, ac dicet, [Euge ſerue bone & fidelis, in pauca fuiſti fidelis; ſupra multa te conſtituam; intra in gaudium domini tui.] Ingredietur enim, & quidem expeditè in illam cœleſtem Hieruſalem, & in ſupernis illis manſionibus deget, & bonis, quæ omnem intelligentiæ orationiſque facultatem ſuperant, perfruetur. Eiuſmodi

Matth. 25.

Περὶ τῆς ἁγίας σκηνῆς, ὅτι τύπος ἦν τῆς ἐν Χριστῷ ἐκκλησίας.

ΑΓΑΠΗΣ μὲν οὖν εἰς Θεόν τε καὶ ἀδελφοὺς προφανῆ τὰ αὐχήματα, καὶ ἀποπεραίνεται μὲν δι' ἀμφοῖν ὁ νόμος. εὐκλείας γε μὴν εἰς τοῦτο κατηντηκὼς

B

ἅπας τις ἐστὶ, λαμπρός τε καὶ ἀξιάγαστος, καὶ ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα γνησίοις κατατετάξεται, Χριστοῦ βοῶντος καὶ λέγοντος, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω. Εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. Εἰσελεύσεται γὰρ δὴ καὶ μάλα ἑτοίμως εἰς τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, καὶ ταῖς ἄνω μοναῖς ἐνδιαιτήσεται, τοῖς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἐντρυφῶν ἀγαθοῖς. Τοιουτονί τι

figuram contineri. PALLADIVS. Viſne igitur nonnihil de ſancto tabernaculo, & de legali ſacerdotio dicamus, ita vt, quæ ſanctiſſimè ſunt vtraq; de re ſancita, noſtra exquirat oratio? CYRIL. Eſt quidem ea res haud facilis: maxima namque nobis opera, & labore, Palladi, ad hæc tum intelligenda, tum etiam diſſerenda opus erit. Sed, ſi ita videtur, Dei auxilio freti, aggrediamur: audiſti enim illum apertè dicentem,

Exod. 4. [Quis dedit os homini? & quis fecit mutum & ſurdum, videntem & cæcum? nonne ego dominus Deus? Et nunc vade, & ego aperiam os tuum.] PALLADIVS. Perge igitur, & illum ſapientiæ largitorem ad eam rem adiutorem adhibe. CYRILL. Pergam equidem, atque iam aggrediar ad dicendum, ac de ſacris literis diligenter teſtimonia colligam. Deſcendit igitur ignis ſpecie in montē Sina Deus ille vniuerſorum conditor, legeſque tulit, quibus liceret ſingulas actiones ad rectam veramque normam dirigere. Deinde, vt illos à veteri errore abduceret, atque à falſo cultu longiſſime remoueret, locutus eſt ad Moyſen, qui eo tempore mediator erat,

Exod. 20. [Hæc dices, inquit, domui Iacob, & annunciabis filiis Iſrael, Vos vidiſtis, quod è cœlo locutus ſim vobis: non facietis vobis Deos argenteos, & Deos aureos non facietis vobis ipſis.] Deos enim falſo nomine appellatos colere non permittebat; ſed ei ſoli inhærere iubet, qui de ſuperis locis, ac de cœlo venerat, quique reuera rebus vniuerſis dominabatur, cuiuſque ſplendor non materiali ſpecie, atque colore continebatur; ſed in eo quod ſuum eſſe cœlum oſtēdebat. Erat autem quodammodo neceſſarium, vt, quibus iuſſum erat, à veteri impietate, nefarioque cultu recedere, iij ad conſuetudinem aliam ilico tranſirent, ac Dei illius, qui ſecundum naturam Deus eſt, cultum, tanquā iugum quoddam ſubirent: animus quippe liber, ac ſolutus cohiberi non poteſt, facillimeque ad abſurdiſſima quæque præceps fertur: idem, ſi metus atque ſolicitudo immineat, nullo negotio ad rectum iter accurrit: & ad id, quod vtile eſt, conuertitur. Quoniam verò per Filium accedimus ad Patrem;

Ioan. 14. [Nemo enim venit ad Patrem, inquit, niſi per me;] ideo neceſſe fuit, vt ipſum per Filium acceſſum & oblationum, quæ per ipſum offerendæ erant, figuras Lege ſanciret, dicens, [Altare ex terra facies mihi,

A πάλιν. ΠΑΛ. Βούλει δὴ οὕτω ὀλίγα ἄττα περί τε τῆς ἁγίας σκηνῆς, καὶ τῆς κατὰ νόμον ἱερωσύνης λέγωμεν, βασανίζοντος ἡμῶν τοῦ λόγου τὰ ἐπ' ἀμφοῖν ὁσίως τεθεσπισμένα; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκ ἄπραγμον μὲν τὸ χρῆμα· πόνου γάρ, οἶμαι, δεήσει μακροῦ, καὶ ἱδρῶτος ἡμῖν, ὦ Παλλάδιε, πρός τε τὸ δύνασθαι συνιέναι ταυτὶ, καὶ μὴν καὶ φράσαι. ἀτὰρ, εἴπερ δοκεῖ, Θεῷ πίσυνοι διαχειριζώμεθα. ἀκήκοας γὰρ λέγοντος ἐναργῶς, τίς ἔδωκε στόμα ἀνθρώπῳ; καὶ τίς

B ἐποίησε δύσκωφον καὶ κωφὸν, βλέποντα καὶ τυφλόν; οὐκ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός; καὶ νῦν πορεύου καὶ ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἴθι δὴ οὕτω, συλλήπτορα καὶ πρός γε ταυτὶ τὸν τῆς σοφίας ποιούμενος χορηγόν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν εἰμί τοι, καὶ δὴ καὶ ἐρῶ, τὰ ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων εὖ μάλα συνερανίζων. κατέβη μὲν γὰρ ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ Θεὸς ὁ πάντων δημιουργὸς, καὶ νόμους ἐτίθει, καθ' οὓς ἦν ἕκαστα τῶν πρακτέων

C ἀποφέρεσθαι πρὸς τὸ εὐθὺ καὶ ἀκιβδήλως ἔχον. εἶτα τῆς ἀρχαιοτέρας αὐτοὺς ἀποκομίζων πλάνης, καὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ψευδολατρείας ὡς ἀπωτάτω τιθεὶς, προσλαλεῖ Μωσῇ τῷ τηνικάδε μεσιτεύοντι. τάδε ἐρεῖς, φησὶ, τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ, καὶ ἀναγγελεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. ὑμεῖς ἑωράκατε, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λελάληκα πρὸς ὑμᾶς, οὐ ποιήσετε ἑαυτοῖς θεοὺς ἀργυροῦς, καὶ θεοὺς χρυσοῦς οὐ ποιήσετε ὑμῖν ἑαυτοῖς. θεοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἠφίει τοῖς ψευδωνύμοις λατρεύειν. προσκεῖσθαι δὲ δεῖν ἐπέταττε μόνῳ τῷ ἄνωθεν

D ἥκοντι καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τῷ κατὰ πάντων οὐσιωδῶς ἀνημμένῳ τὸ κράτος, οὐκ ἐν εὐχροίαις ὑλαῖς ἔχοντι τὸ περιφανὲς, ἀλλ' ἐν τῷ δεικνύειν ἴδιον ὄντα τὸν οὐρανόν. ἦν δέ πως ἀνάγκη, τοὺς τῆς ἀρχαίας ἀνοσιότητος καὶ βεβήλου λατρείας ἀποφοιτᾶν ἐπιτεταγμένους, ἐφ' ἑτέραν εὐθὺς μεταχωρῆσαι συνήθειαν, καὶ ὥσπερ τινὰ ζυγὸν ὑπελθεῖν τὴν τοῦ ὄντως Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν, λατρείαν. ἀνειμένος γὰρ νοῦς, ἀκράτεκτος, καὶ πολὺ λίαν ἕτοιμος

E εἰς ἀποφορὰν, τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτοπωτάτων δειμάτων τε καὶ φροντίδος ἐπηρτημένων, ἀπραγμόνως κομιδῇ διαθέει πρὸς τὸ εὐθὺ, καὶ ἀπονεύει πρὸς τὸ συμφέρον. ἐπειδὴ δὲ δι' υἱοῦ προσάγομεν τῷ πατρί· οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, φησὶν, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ· λοιπὸν ἀναγκαίως τῆς δι' υἱοῦ προσόδου καὶ τῆς ἐν αὐτῷ καρποφορίας τοὺς τύπους, ἐνομοθέτει λέγων. θυσιαστήριον ἐκ γῆς ποιήσεις μοι,

καὶ θύσετε ἐπ' αὐτοῦ τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν, τὰ πρόβατα καὶ τοὺς βόας ὑμῶν, ἐν παντὶ τόπῳ, ᾧ ἂν ἐπονομάσω τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ· καὶ ἥξω πρὸς σὲ, καὶ εὐλογήσω σε· ἐὰν δὲ ἐκ λίθων θυσιαστήριον ποιῇς μοι, οὐκ οἰκοδομήσεις αὐτοὺς τμητούς. τὸ γὰρ ἐγχειρίδιόν σου ἐπιβέβληκας ἐπ' αὐτὸ, καὶ μεμίανται. γήϊνον μὲν γὰρ ὀνομάζει θυσιαστήριον τὸν Ἐμμανουήλ· γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ λόγος. γῆ δὲ ἐκ γῆς ἡ σαρκὸς ἐστὶ φύσις. ἐν Χριστῷ δὴ οὖν ἡ πᾶσα καρποφορία καὶ πᾶσα προσαγωγή. φησὶ γὰρ αὐτὸς, χωρὶς ἐμοῦ, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. ὥσπερ γὰρ δι' αὐτοῦ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, οὕτω καὶ πᾶσα θυσία δεκτὴ δι' αὐτοῦ, τῶν τὴν πίστιν εἰσδεδεγμένων. ἐπαγγέλλεται δὲ τοῖς τὸ ἐκ γῆς ἱστᾶσι θυσιαστήριον, ἄφιξίν τε καὶ εὐλογίαν. ἥξω γὰρ, φησὶ, πρὸς σὲ, καὶ εὐλογήσω σε. παραδεδεγμένοις γὰρ ἡμῖν διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, τῆς ἀληθείας τοὺς τύπους ὑποδεδεγμένοις. καὶ αὕτη κατὰ καιροὺς ἐπέλαμψεν ἡ ἀλήθεια, τουτέστι Χριστὸς, δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ τὴν ἄνωθεν εὐλογίαν καὶ παρὰ πατρὸς πεπλουτήκαμεν, κατεσφραγισμένοι πρὸς υἱοθεσίαν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. ἐν Χριστῷ δὲ δὴ πάλιν, καὶ τοῦτο διαπεραίνεται. ἐὰν δὲ θυσιαστήριον ἐκ λίθων ποιῇς μοι, φησὶν, οὐκ οἰκοδομήσεις αὐτοὺς τμητούς. οὐκ ἐᾷ σιδήρῳ κατατιτρώσκεσθαι τοὺς ἀφιερωμένους τῷ Θεῷ λίθους. λίθος γὰρ ἦν ἐκλεκτὸς, ἀκρογωνιαῖος, ἔντιμος, ὁ Χριστὸς, ἄτρωτος μὲν ἁμαρτίαις, τὰς δὲ ἐκ διαβόλου πληγὰς παθεῖν οὐκ εἰδὼς, οὐ μεμερισμένος Θεῷ τε καὶ κόσμῳ, καὶ εἰ γέγονε σὰρξ· ἀλλ' ὅλος ὢν ἅγιος, οὐ διαιρούμενος εἰς Θεὸν ἰδίᾳ, καὶ εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς μετὰ τὴν ἄρρητον ἕνωσιν, ἤτοι τὴν πρὸς σάρκα σύνοδον, ἀλλ' εἷς ὑπάρχων Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. μεμέρισται γὰρ οὐδαμῶς, καθὰ καὶ ὁ σοφὸς γράφει Παῦλος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τὸ ἐκ γῆς οὖν ἄρα θυσιαστήριον, καὶ μὴν καὶ οἱ ἀπλῆγες λίθοι, σημαίνουσι Χριστὸν, κατὰ τοὺς ἤδη προειρημένους τρόπους. ΚΥΡ. Οὕτω φημί· πνευματικὸς γὰρ ὁ νόμος, κατὰ τὰς γραφάς. ἐπειδὴ δὲ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ πρόσοδον αἰνιγματωδῶς ὑπετύπου, τότε δὴ τότε καὶ τῆς ἐκκλησίας προαναδεῖξαι τὸ σχῆμα Θεὸς ἐσκέπτετο. Μωσέα μὲν οὖν ἐκάλει, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ. καὶ συνίεις ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις προφήταις δι' υἱοῦ πρόσιτος ὁ πατήρ. ἀναθρώσκουσι γὰρ ἀλλήλοις Μωσῆς τε καὶ Ἰησοῦς.

A & immolabitis ſuper ipſo holocauſta, » & hoſtias veſtras, oues, & boues veſtros in omni loco, in quo vocauero nomen meum ibi: & veniam ad te, & benedicam tibi. Si autem de lapidibus altare feceris mihi, non ædificabis eos ſectos; cultrum enim tuum iniecisti ſuper ipſos, & inquinati ſunt.] Terrenum enim altare, ipſum Emmanuel appellat; [Verbum enim caro factum eſt:] terra autem è terra, ipſa carnis natura eſt. B In Chriſto igitur omnis oblatio, & omnis acceſſus eſt; ait enim ipſe, [Sine me nihil poteſtis facere.] (Ioan. 15.) Vt enim per ipſum acceſſum habuimus, ſic omnis quoque hoſtia eorum, qui fidem perceperunt, accepta, grataque per ipſum eſt. Pollicetur autem iis, qui è terra altare conſtituerent, ſe venturum, & illis benedicturum: [Veniam enim, inquit, & benedicam tibi:] cùm enim per ſapientiſſimum virum Moyſen veritatis figuras accepiſſemus, ipſa tandem C Veritas affulſit, id eſt, Chriſtus, per quem, & in quo ſuperna illa benedictione etiam à Patre ditati ſumus, obſignati in Spiritu ſancto in adoptionem filiorum: quod ipſum etiam in Chriſto perficitur. (Ephes. 1.) [Si autem altare ex lapidibus feceris mihi, inquit, non ædificabis eos ſectos:] non permittit Deo conſecratos lapides ferro cædi; lapis enim erat electus, angularis, pretioſus, Chriſtus, qui neque peccatis vulnerari, neque Diaboli plagas excipere poſſet; D nec Deo, & mundo diuiſus eſſet: nam, etſi caro factus eſt, totus tamen eſt ſanctus; qui poſt illam ineffabilem vnionem, ſeu cum carne congreſſum, non in Deum eſt ſeparatim, hominemque ſeorſum diuiſus, ſed vnus permanet, Deus, & homo idem. Neque enim vllo modo diuiſus eſt, vt ſcribit beatus Paulus. (1. Cor. 1.) PALLADIVS. Igitur altare de terra conſtructum, & minimè dolati lapides, iis, quos dixiſti, modis Chriſtum ſignificant? CYRILLVS. E Ita ſentio: Lex enim ſpiritualis eſt, vt Scripturæ tradunt: igitur, poſteaquam Chriſti myſterium, & illum per eum acceſſum ænigmaticè præfigurauit, tum verò etiam Eccleſiæ formam Deus longe antè oſtendere conſtituit. Moyſen igitur, & cum eo Ieſum ad montem Sina euocauit. Atque hinc intelligas velim, ipſis quoque ſanctis Prophetis per Filium patere ad Patrem acceſſum: ſimul enim aſcendunt Moyſes & Ieſus.

Exod. 25. Scriptum eſt enim: [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Dic filiis Iſraël, Et accipite mihi primitias ab omnibus, quorum cordi libuerit, ab iis accipietis primitias meas: & hæ ſunt primitię, quas accipietis ab ipſis, aurum & argentum, æs & hyacinthum, purpuram & coccinum duplex, & byſſum netam, & pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, & pelles hyacinthinas, & ligna imputribilia, & lapides ſardios, & lapides ad ſculpturam, ad ſuperhumerale, & ad tunicam talarem, & facies mihi ſanctuarium, & apparebo vobis: & facies mihi iuxta omnia, quæcumque monſtrauero tibi in monte exemplar tabernaculi, & exemplar omnium vaſorum ipſius, ſic facies.] Vides, vt ad ea, quæ ad extructionem Eccleſiæ conducerent, & vſui maximo futura eſſent offerenda, hortetur populos hilariter pro modo virium, & ex animi ſententia conferentes? neque enim aurum modò quęrebat, aut ea fortaſſe, quæ vulgo ſuppeditari difficilè poſſent; ſed etiam pilos caprarum, & arietum pelles: vt oſtenderet exiguum, ac vile munus, ſi nihil is, qui offerre decreuerit, præſtantius habeat, minimè à Deo reſpui, atque etiam fortaſſe rebus, quæ in maximo pretio ſunt, æquari, aut magis quoque laudari, vt certe Chriſtus fecit, cum haud ſine admiratione viduam illam excepit, quæ Hieroſolymis in Gazophylacium exiguum illud quidem, & quod facillimè comparari poſſet, intulit, ſed magnum iis fortaſſe, qui in ſumma inopia verſantur, quos veriſimile eſt etiam viliſſimarum rerum amiſſione vexari. Acceptis ergo primitiis, Sanctuarium mihi facies, inquit, & apparebo vobis: illucet enim in Eccleſia Chriſtus, & iis qui in ea manēt, affulget, vt eſt in Pſalmis, [Deus dominus, & illuxit nobis.] Illud autem obſerues velim, quamuis ille ignis ſpecie deſcendiſſet in montem, & à populo vniuerſo viſus eſſet; (ſic enim ſcriptum eſt) tamen ſic eum dicere, Apparebo vobis, poſteaquam extructum fuerit ſanctuarium, quaſi nondum apparuiſſet: pene enim apertè clamare videtur, viſiones illas veræ illius Dei viſionis vmbras fuiſſe; veram autem oſtenſionem ipſum ſe Chriſtum eſſe, in quo ipſum quoque Patrem conſpeximus. Itaque Iudæos, qui ſe arbitrabantur rerum vniuerſarum Deum in monte Sina vere conſpexiſſe, ſtultiſſimè id ſibi perſuaſiſſe coarguit, dicens; [Neque vocem eius audiſtis,

Psal. 117. — Ioan. 5.

A γέγραπται γάρ, καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· Εἶπον τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, καὶ λάβετέ μοι ἀπαρχὰς παρὰ πάντων, οἷς ἂν δόξῃ τῇ καρδίᾳ, λήψεσθε τὰς ἀπαρχάς μου. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπαρχή, ἣν λήψεσθε παρ' αὐτῶν, χρυσίον καὶ ἀργύριον, χαλκὸν καὶ ὑακίνθινον, πορφύραν καὶ κόκκινον διπλοῦν, καὶ βύσσον κεκλωσμένην, καὶ τρίχας αἰγείας, καὶ δέρματα κριῶν ἠρυθροδανωμένα, καὶ δέρματα ὑακίνθινα, καὶ ξύλα ἄσηπτα, καὶ λίθους σαρδίου,

B καὶ λίθους εἰς τὴν γλυφήν, εἰς τὴν ἐπωμίδα, καὶ εἰς τὸν ποδήρη, καὶ ποιήσεις μοι ἁγίασμα, καὶ ὀφθήσομαι ἐν ὑμῖν. καὶ ποιήσεις μοι κατὰ πάντα ὅσα ἄν σοι δείξω ἐν τῷ ὄρει τὸ παράδειγμα τῆς σκηνῆς, καὶ τὸ παράδειγμα πάντων τῶν σκευῶν αὐτῆς, οὕτως ποιήσεις. ὁρᾷς ὅπως ἐπὶ τὸ χρειῶδες καρποφορεῖν τὸ λυσιτελές τι καὶ χρειωδέστατον, εἰς ἐκκλησίας σύστασιν προτρέπει λαοὺς, προσκομίζοντας ἱλαρῶς τὰ κατ' ἰσχύν τε καὶ γνώμην. οὐ γάρ τοι

C χρυσὸν ἐζήτει μόνον, ἤγουν τὰ πολλοῖς δυσπόριστα τυχόν, ἀλλὰ καὶ τρίχας αἰγείας, καὶ κριῶν δέρματα, δεικνὺς ὅτι καὶ τὸ βραχύ τε καὶ εὐτελὲς, εἰ μηδὲν ἔχοι λαμπρότερον ὁ καρποφορεῖν ᾑρημένος, οὐκ ἀπόβλητον τῷ Θεῷ· ἢ τάχα που καὶ ἐν ἴσῳ τοῖς τιμιωτάτοις, ἢ καὶ ἐν ἐπαίνῳ μείζονι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Χριστὸς οὐκ ἀθαύμαστον ἠφίει τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις χήραν, τῷ γαζοφυλακίῳ προσάγουσαν βραχὺ μὲν καὶ εὐπόριστον κομιδῇ, μέγα δ' ἴσως τοῖς ἐν

D ἐσχάτῃ πενίᾳ, οὓς δὴ καὶ καταπιέζειν εἰκὸς καὶ τὴν ἄγαν εὐτελεστάτων τὴν ἀπεμπολήν. ληφθεισῶν δὲ τῶν ἀπαρχῶν ἁγίασμά μοι ποιήσεις, φησὶ, καὶ ὀφθήσομαι ἐν ὑμῖν. ἐπιφαίνεται γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ Χριστὸς, καὶ ἐπιλάμπει τοῖς ἐν αὐτῇ, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς, Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ἐπιτήρει δὲ ὅπως, καίτοι καταβεβηκὼς ἐπὶ τὸ ὄρος ἐν εἴδει πυρὸς, ὀφθείς τε τῷ λαῷ παντὶ, γέγραπται γὰρ οὕτως, ὡς οὔπω φανεὶς, τὸ ὀφθήσομαι, φησὶν, ἐν ὑμῖν,

E ἐξηρτυμένου τοῦ ἁγιάσματος. μόνον γὰρ οὐχὶ διακεκραγὼς ὁρᾶται σαφῶς, ὅτι σκιαὶ μὲν αἱ ὀπτασίαι ἐκεῖναι τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας. ἡ δὲ ἀληθὴς ἀνάδειξις, ὁ Χριστὸς, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸν τεθεάμεθα τὸν πατέρα. καὶ γοῦν Ἰουδαίους οἰομένους ὅτι τεθέανται κατὰ τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀνούστατα διαπεπεισμένους διήλεγχε, λέγων· οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε,

A οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ὑμῖν μένοντα. ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε. Ἐκοινῶ ὀφθήσομαι, φησὶν, ἐν ὑμῖν ἐγηγερμένου τοῦ ἁγιάσματος. τοῦτο δὲ ἦν ἐκκλησίας τύπος, καθ' ὁμοιότητα γινομένης τῆς ἄνω. καὶ γάρ τοι, φησὶ, ποιήσεις μοι κατὰ πάντα ὅσα δεικνύω σοι ἐν τῷ ὄρει, οὕτω ποιήσεις. ὑπεδείχθη γάρ τοι τῷ μακαρίῳ Μωσῇ· τύπος, ὡς ἔφην, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, καὶ πολυειδῶς αὐτὸς ὡς ἐν σκιᾷ B πλαττόμενος ὁ δι' ἡμᾶς γινόμενος ἄνθρωπος. ἐφ' ἑκάστῳ γε μὴν τῶν παραδειγμάτων πολὺς ἂν γένοιτο καὶ μακρὸς ὁ λόγος, καὶ ἰσχνομυθίας ἔμπλεως. ἐπειδὴ δὲ ἐστὶ τὰ μὲν ἴδιά τε καὶ πρέποντα τῇ τῶν γεγονότων κατασκευῇ, τὰ δὲ πρὸς τὴν τῶν θεωρημάτων ἀπονένευκε χρείαν, φέρε, λέγωμεν τὰ εἴς γε τοῦτο λυσιτελῆ, μεθέντες τὰ ἕτερα. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐ συνίημι ὅ φής. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄθρει δὴ οὖν ὅ φημι· συνήσεις γὰρ, οἶμαι, καὶ λίαν ἀ- C μογητί· κιβωτὸν γενέσθαι προστέταχεν ἐκ ξύλων ἀσήπτων, ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν χρυσίῳ καθαρῷ διαπεπυκασμένην, καὶ τὰ καλούμενα μαρτύρια, τοῦτ' ἔστι, τὸν νόμον ὡς ἐν πλαξὶν ὠδίνουσαν. καὶ οὐ μέχρι τούτων τὰ ἐπ' αὐτήν· ἀναφορέας γὰρ δὴ γενέσθαι προστάττει πάλιν ἐξ ἀσήπτων ξύλων, ἐν ἴσῳ κεχρυσωμένους, χρυσοῦς τε δακτυλίους καὶ στρεπτὰ κύκλῳ. μῆκός τε καὶ πλάτος καὶ ὕψος ὡρίσατο τῷ τεχνήματι. ἀλλ' εἰ βούλοιτό τις πολυπραγ- D μονεῖν εὖ μάλα τὰ τοιάδε μυστικῶς, εὑρήσει μὲν ἴσως, ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἡ κιβωτὸς, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ μαρτύρια, καὶ τίς ἡ ξύλων ἀσήπτων γέγονε χρεία. τί δὴ ἂν βούλοιτο δηλοῦν, καὶ τῇ κιβωτῷ τὸ χρυσίον, τὰ τέως ἐν τάξει χρείας τε καὶ κόσμου συντεθειμένα, κυμάτια δὴ λέγω, στρεπτὰ, κρίκους τε καὶ ἀναφορέας, εἰ περιεργάζοιτο τυχὸν, σκληρὸν εὑρήσει τὸ χρῆμα. καὶ λόγον αὐτοῖς ἐφαρμόσαι τὸν μυ- E στικὸν οὐκ ἔχων, περιττοεπήσει τάχα που, καὶ ὄχλον εἰκαίων ἐπισωρεύσει ῥημάτων, ταῖς τῶν φιλομαθεστέρων ἀκοαῖς. ἀληθὴς δὲ ἡμῖν ὁ λόγος οὐκ ἐπί τοι μόνης τῆς κιβωτοῦ τυχὸν, προσθείην δ' ἂν ὅτι καὶ ἐπί γε τῶν ἄλλων, ἃ δὴ γενέσθαι προστέταχεν.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐκ ἀπίθανά μοι δοκεῖς διανοεῖσθαί τε καὶ λέγειν. τοιγάρ-

A neque ſpeciem eius vidiſtis, & ſermonem eius non habetis in vobis manentem: quia, quem ille miſit, huic vos non creditis.] Ego apparebo in vobis, inquit, extructo ſanctuario: id autem figura erat Eccleſiæ, ad illius ſupernæ ſimilitudinem factæ: ait enim, [Facies mihi iuxta omnia, quæcunque monſtrauero tibi in monte, ſic facies.] Oſtenſum eſt enim aliquid beato Moyſi; figura nimirum, vt modò dixi, ſanctarum Eccleſiarum, & ipſe ille B variè tanquam in vmbra efformatus, qui pro nobis eſt homo factus. De ſingulis autem exemplaribus ſi dicere voluerimus, prolixus erit, & longus ſermo, & nimiæ ſubtilitatis plenus. Sed quoniam nonnulla ſunt, quæ propriè ad illorum operum conſtructionem pertinent, alia verò ad contemplationis vſum ſpectant, age, quæ ad eam rem vtilia ſunt, de iis dicamus, omittamus cetera. PALLADIVS. Non ſatis quid dicis, intelligo. CYRILL. C Aduerte igitur quod dicturus ſum: intelliges enim, & quidem perfacilè, vt opinor. Arcam fieri iuſſit de lignis imputribilibus, & intrinſecus, & extrinſecus auro mundo tectam, quæ contineret illa, quæ vocabantur teſtimonia, id eſt, Legem, vt in tabulis parturientem: neque verò hic finis eius extructionis fuit; nam & vectes fieri iubet ruſſus ex lignis imputribilibus æque deauratos, & aureos annulos, & verſatilia circumquaque; longitudinem D quoque, ac latitudinem, & altitudinem, quanta futura eſſet in eo opificio, definiuit. Verùm, ſi quis velit huiuſmodi res myſticè, & accuratè perueſtigare, fortaſſis inueniet ille quidem, quid ſit arca, quidve teſtimonia quæ in ea continebantur, quiſve vſus imputribilium lignorum fuerit. Sed tamen quid ſibi velit illud in arca aurum, quidve ea, quæ interim ad vſum eius & ornatum compoſita ſunt, cymatia, inquam, & verſatilia, circuli etiam, ac E vectes, ſi curioſius exquirat, arduum, ac difficile opus inueniet. Cùm itaque myſticam rationem illis aptare nequeat, ſuperuacaneo ſermone redundabit fortaſſe, & inanium verborum turba ſtudioſorum aures onerabit. Idque, quod dicimus, non in arca ſola verum eſt, ſed in aliis etiam, quæ fieri iuſſit. PALLADIVS. Mihi verò non abſurdè ſentire, ac dicere videris.

Exod. 25.

Igitur, iis prætermiſſis, quæ ad congruentiam, & vſum, vt dicis, ſeu ornatum operum pertinent, ad ea potiùs explicanda perge, quæ ſunt ad contemplationem neceſſaria, id eſt, quomodo nobis Chriſtus ipſe per ea, quæ vel oſtenſa, vel opere perfecta ſunt, ſignificetur, id verò ſine cunctatione explica. CYRILL. Ego verò, vt potero, & intelligere, & explicare conabor: ſed, ſi à veritate aberrauero, & minus quàm oporteat, ſenſuum præſtantiam aſſecutus fuero, veniam dabis: nam quia in ſpeculo & ænigmate videmus, efficitur nonnunquam, vt vel prudens, & diligens animus labatur. PALLAD. Rectè dicis. CYRILLVS. Arca igitur, Palladi, vt ego ſentio, imago, ac figura Chriſti eſt: nam, ſi conſideremus, qua ratione ille Vnigenitus ſit homo factus, illud ex Deo patre Verbum in eo templo, quod ex virgine ſumpſit, tanquam in arca diuerſatum fuiſſe

Coloſſ. 2. » videbimus: [habitauit enim in eo
» omnis plenitudo diuinitatis corpora-
» liter,] vt ſcriptum eſt. Verbum autem Dei erant illa in arca teſtimonia; ac ligna quidem arcæ imputribilia erant, auro etiam puriſſimo, ac probatiſſimo interius, & exterius ornata: incorruptibile namque erat Chriſti corpus, quod vi, atque ſplendore Verbi inhabitantis, & viuificante ſancti Spiritus naturâ, atque efficientiâ, tanquàm auro quodam in incorruptione contineretur: nam ob eam cauſſam viuificare etiam Chriſtus dicitur; cùm enim illud ex Deo Patre Verbum ſuapte naturâ vita eſſet, ſui ſpiritus vi ſuum templum viuificabat, atque vt corruptionis expers eſſet, efficiebat.

Act. 13. » [Caro enim eius non vidit corruptio-
» nem,] iuxta beati Pauli vocem. Loquebatur etiam ad Iudæos de corpore ſuo,

Ioan. 2. » [Soluite templum hoc, & in tribus
» diebus excitabo illud.] Quinetiam Petrus illum quidem carne mortificatum

1. Pet. 3. ait, ſed viuificatum ſpiritu. Symbolum eſt igitur aurum ipſum ſplendidiſſimæ diuinitatis, qua ſanctum illud corpus veluti illitum erat, quæque ſuum ipſa ſplendorem, & incorruptionem ineffabiliter immittebat, vt ipſa profectò ſola, & quidem per ſe nouit diuina illa, & quæ intelligentiam omnem ſu-

Matth. 13. » perat, natura. Nam, ſi [iuſti aliquando
» fulgebunt, vt ſol in regno Patris ſui,] iam quanta erit ipſius Chriſti gloria?

A τοι μεθεὶς τό γε ἧκον, ὡς φῄς, εἰς συμμετρείαν τε καὶ χρείαν, ἤγουν εἰς κόσμον τῶν ἀποτελεσμάτων, ἐπ' αὐτὸ διαθεῖν ἐπείγου τοῖς θεωρήμασιν ἀναγκαῖον, τουτ' ἔστι, τίνα τρόπον αὐτὸς ἡμῖν ὁ Χριστὸς σημαίνεται διὰ τῶν παραδεδειγμένων, ἤτοι κατεσκευασμένων, ἀμελητὶ διασάφει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν, ἐγὼ μὲν, ὡς ἔνι φράσαι τε καὶ νοεῖν, πειράσομαι. διαμαρτάνοντι δέ τ' ἀληθοῦς, καὶ μεῖον ἢ χρὴ τῇ τῶν νοημάτων ὑπεροχῇ προσβάλλοντι,

B συγγνώμων ἔσο. τὸ γὰρ ἐν ἐσόπτρῳ τε καὶ αἰνίγματι βλέπειν, ἀποσφήλειεν ἂν ἔσθ' ὅτε καὶ τὸν ἀκριβῆ τε καὶ ἔμφρονα νοῦν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἡ κιβωτὸς ἡμῖν, ὦ Παλλάδιε, τύπος ἂν εἴη καὶ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ. τὸν γὰρ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς ἀνασκοπούμενοι τρόπον, καθάπερ ἐν κιβωτῷ τῷ ἐκ παρθένου ναῷ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἐνηυλισμένον ὀψόμεθα. κατῴκη-

C σε γὰρ ἐν αὐτῷ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, κατὰ τὰς γραφάς. λόγος δὲ ἦν Θεοῦ, τὰ ἐν τῇ κιβωτῷ μαρτύρια. καὶ ἄσηπτα μὲν ἦν αὐτῆς τὰ ξύλα, χρυσῷ δὲ τῷ καθαρῷ, καὶ δοκιμωτάτῳ κατεκαλλύνετο, ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν. ἄφθαρτον γὰρ τὸ σῶμα Χριστοῦ, καθάπερ ἔν τινι χρυσῷ, τῇ τοῦ ἐνοικοῦντος λόγου δυνάμει καὶ λαμπρότητι, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φύσει καὶ ἐνεργείᾳ ζωοποιῷ, πρὸς ἀφθαρσίαν διακρα-

D τούμενον. διά γάρ τοι τοῦτο καὶ ζωοποιεῖν λέγεται Χριστός. ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, τῇ δυνάμει τοῦ ἰδίου πνεύματος τὸν ἴδιον αὐτὸς ἀεὶ ζωοποιεῖ ναὸν, φθορᾶς ἀμείνω τιθείς. ἡ γὰρ σὰρξ αὐτοῦ οὐκ εἶδε διαφθοράν, κατὰ τὴν τοῦ ἁγίου Παύλου φωνήν. προσεφώνει δέ που καὶ Ἰουδαίοις, περὶ τοῦ ἰδίου σώματος. λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. καὶ μὴν καὶ ὁ Πέτρος τεθανατῶσθαι μὲν σαρκὶ, φησὶν, αὐτὸν, ἐζωο-

E ποιῆσθαι δὲ πνεύματι. σύμβολον οὖν ἄρα τῆς ὑπερλάμπρου θεότητος, ὁ χρυσὸς, ἐπαληλιμμένης ὥσπερ τῷ ἁγίῳ σώματι, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ λαμπρότητά τε καὶ ἀφθαρσίαν ἐνιείσης ἀπορρήτως, καὶ ὡς αὐτή που μόνη καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ θεία τε καὶ ὑπὲρ νοῦν ἐπίσταται φύσις. εἰ γὰρ οἱ δίκαιοι κατὰ καιροὺς ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν, τίς ἔσται λοιπὸν ἡ αὐτοῦ δόξα Χριστοῦ;

πῶς δὲ οὐ νοῦ καὶ λόγου πέρα παντὸς ἡ ἔκλαμψις; χρυσοῖ δὲ τὴν κιβωτὸν ἔχοντες ἀναφορεῖς, χρυσοῖ καὶ οἱ κρίκοι, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ μέτοχοι γὰρ τῆς δόξης οἱ ἀμφ' αὐτὸν, καὶ ὡς ἐν ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ προσηρτημένοι καὶ χρήσιμοι. τοιοῦτοί τινες ἦσαν καὶ οἱ μακάριοι μαθηταὶ, δύναμιν τὴν παρ' αὐτοῦ τὴν θεοπρεπῆ δεχόμενοι, καὶ τῆς ἄνωθεν ὑπεροχῆς τὴν λαμπρότητα μεθεκτῶς ἐμπεπλουτηκότες, καὶ σημειοῦντες διὰ τοῦτο ταῖς θεοσημίαις. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ πρός γε τῇ κιβωτῷ, ποιήσεις, φησὶν, ἱλαστήριον, ἐπίθεμα χρυσίου καθαροῦ δύο πήχεων καὶ ἡμίσους τὸ μῆκος, καὶ πήχεος καὶ ἡμίσους τὸ πλάτος. καὶ ποιήσεις δύο Χερουβὶμ χρυσᾶ τορευτά. καὶ ἐπιθήσεις αὐτὰ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κλιτῶν τοῦ ἱλαστηρίου. ποιηθήσονται Χερουβὶμ εἷς ἐκ τοῦ κλίτους τούτου, καὶ Χερουβὶμ εἷς ἐκ τοῦ κλίτους τοῦ δευτέρου τοῦ ἱλαστηρίου. καὶ ποιήσεις τοὺς δύο Χερουβὶμ ἐπὶ τὰ δύο κλίτη. ἔσονται οἱ Χερουβὶμ ἐκτείνοντες τὰς πτέρυγας ἐπάνωθεν συσκιάζοντες ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ἱλαστηρίου, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν εἰς ἄλληλα, εἰς τὸ ἱλαστήριον ἔσονται τὰ πρόσωπα τῶν Χερουβίμ. καὶ ἐπιθήσεις τὸ ἱλαστήριον ἐπὶ τὴν κιβωτὸν ἄνωθεν, καὶ εἰς τὴν κιβωτὸν ἐμβαλεῖς τὰ μαρτύρια ἃ ἂν δῶ σοι. καὶ γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν, καὶ λαλήσω σοι ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου ἀνὰ μέσον τῶν δύο Χερουβὶμ τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἂν ἐντείλωμαί σοι πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εἶτα τί τὸ ἱλαστήριον εἶναι φῄς; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὃ μὲν ἧκεν εἴς τε γράμμα καὶ σκιὰν, ἐκ χρυσοῦ ἐπεποίητο καθαροῦ, καὶ ἐπήρτητό πως ἐπικειμένη τῇ κιβωτῷ· εἴρηται γὰρ ἐπίθεμα διὰ τοῦτο. τετραμμένοι δὲ εἰς αὐτὸ καὶ βλέποντες, οἱ τοῖς τῆς ἱερωσύνης ἀξιώμασι κατηγλαϊσμένοι, πρὸς Θεὸν ἐδόκουν τετράφθαι καὶ βλέπειν. φαμὲν δὲ εἶναι τὸ ἱλαστήριον, εἰ νοοῖτο πνευματικῶς, τὸν δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον, ὃν προέθετο ὁ Θεὸς, ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Παῦλος γὰρ ὧδε φησίν. ἐπιστέλλει δὲ ἡμῖν καὶ Ἰωάννης ὁ σοφώτατος μαθητής. τεκνία, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε.

A quomodo non & intelligentiam & orationem omnem vincit ille fulgor? Aurei etiam ſunt vectes, qui arcam ſuſtinent, aurei & circuli, aurea denique in ea ſunt omnia: participes namque illius gloriæ ſunt, qui illum circunſtant, illique charitate, & ſanctitate tanquam affixi ſunt, & vſum præbent: quales illi ſancti diſcipuli erant, qui vim diuinam ab eo accipiebant, & ſupernæ illius excellentiæ ſplendorem erant participando conſecuti. Itaque diuina ſigna ob eam cauſſam edebant. PALLADIVS. Rectè ſanè dicis. CYRILLVS. [Et præter arcam facies, inquit, propitiatorium, ſuperpoſitionem ex auro puro duorum cubitorum & dimidii longitudine, & cubiti & dimidii latitudine. Et facies duo Cherubim, aurea tornatilia: & impones ea ex vtroque latere propitiatorii, Cherub vnus ex latere, & Cherub vnus ex latere altero propitiatorii. Et facies hos duos Cherubim ſupra duo latera, extendentes manus ſupernè, obumbrantes alis ſuis ſupra propitiatorium, & vultus eorum alterius in alterum obuerſos, ad propitiatorium erunt vultus Cherubim, & impones propitiatorium in arcam ſupernè, & in arca repones teſtimonia, quæ tibi dabo: & cognoſcar à te inde, & loquar tecum ſuper propitiatorio inter duo Cherubim, quæ ſunt ſupra arcam teſtimonii, iuxta omnia, quæcunque mandauero tibi ad filios Iſraël.] PALLAD. Quid ergo tandem propitiatorium eſſe cenſes? CYRILLVS. Quod quidem ad literam pertinet, & vmbram, ex auro puro factum erat, & ſubiectæ arcæ erat impoſitum: ob eam quippe cauſſam, Superpoſitio, dictum eſt, ad quod cùm conuerſi eſſent, & illud aſpicerent, qui ſacerdotii gloriâ inſignes erant, ad Deum ipſum obuerti, eumque aſpicere videbantur. Id verò ſi ſpiritualiter intelligatur, propitiatorium eſſe dicemus eum, qui pro nobis eſt homo factus. [quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ:] Paulus enim hoc dicit. Scribit etiam ad nos Ioannes ille ſapientiſſimus diſcipulus, [Filioli, hæc ſcribo vobis, vt non pec-

Exod. 25.

Rom 3.

cetis: ſi autem peccauerit aliquis, aduocatum habemus ad Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi:] per ipſum enim propitiatio, ſupplicatioque omnis, ac bonorum petitio: nam [vſque modò, (Ioan. 16.) inquit, non petiiſtis quidquam in nomine meo; petite, & dabitur vobis.] Ipſe igitur eſt propitiatorium; per ipſum namque fit nobis propitius Pater, & in ipſum deſinit omnis precationis finis, & per ipſum accedimus, cùm haud alia ratione admitti poſſimus. Itaque ait, (Ioan. 14.) [Ego ſum via; &, Ego ſum ianua; &, Nemo venit ad Patrem, niſi per me.] Ceterùm, tametſi noſtri ſimilis factus ſit, cùm ſeſe ad humanitatem exinanitionemque demiſit illud vnigenitum Dei Verbum; eſt tamen illi nihilominus naturæ ſuæ ratione proprium, in ea gloria, ac maieſtate, quæ Deum deceat, intelligi; & in ea excellentia, qua creaturis omnibus præſtat, permanere, quemadmodum ſine dubio erat, antequam carnem accepiſſet. Ob eam igitur cauſam Cherubim circunſtant propitiatorium, & tegunt alis, & ad illud verſa ſunt, atque vultus in illud figunt; ac ſatellitium quidem euidenter oſtendit illa ad dexteram, ſiniſtramque ſtatio: quod verò ſemper Cherubim propitiatorium aſpiciunt, illud ſupernarum virtutum intentum, & inexplebile Dei videndi deſiderium indicare videtur: deſcribit etiam Propheta Eſaias filium proprio (Eſai. 6.) quodam habitu, dicens, [Vidi Dominum Sabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum, & eleuatum, & Seraphim ſtabant circa illum: & ſenas quidem alas, inquit, cuique fuiſſe; iiſque tegere, duabus quidem pedes, duabus facies, ceteris volare. Ac, ſi quis putet Dei faciem, ac pedes contegere Seraphim, nihil abſurdi eſt ita exiſtimare. Nam, ſi huius nominis Seraphim ſignificationem in Græcam vocem transferamus, ſcientiæ plenitudinem, aut effuſionem ſapientiæ, ſignificare deprehendemus. Sapientiſſimæ igitur illæ, ac ſupremæ virtutes eo habitu illud euidentiſſimè præ ſe ferunt, haud eſſe fas à quoquam Dei faciem conſpici. Inuiſibilis enim eſt om- (Philip. 4.) nino natura illa, quæ ſuperat omnem intelligentiam, & lucem inacceſſibilem habitat, vt beati Pauli voce vtar; (1. Tim. 6.) &, [Nemo videbit faciem Dei, &

A καὶ ἐάν τις δὲ ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. δι' αὐτοῦ γὰρ ἱλασμὸς, εὐχή τε πᾶσα, καὶ αἴτησις ἀγαθῶν. ἕως γὰρ ἄρτι, φησὶν, οὐκ ᾐτήσατε οὐδὲν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. αὐτὸς οὖν ἄρα τὸ ἱλαστήριον. δι' αὐτοῦ γὰρ ἡμῖν ἵλεως ὁ πατὴρ, καὶ εἰς αὐτὸν καταλήγει πᾶν πέρας εὐχῆς, B καὶ δι' αὐτοῦ προσίεμεν, οὐχ ἑτέρως ὄντες δεκτοί. τοιγάρτοι φησὶν, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· καὶ, ἐγώ εἰμι θύρα, καὶ, οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. πλὴν εἰ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ἀνθρωπότητά τε καὶ κένωσιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' ἔστι καὶ ἴδιον αὐτοῦ φυσικῶς τὸ ἐν δόξῃ νοεῖσθαι τῇ θεοπρεπεῖ, καὶ ἐν ὑπεροχαῖς ὑπάρχειν ταῖς ὑπὲρ τὴν κτίσιν, καθάπερ ἀμέλει καὶ πρὸ τῆς σαρκός. διὰ τοῦτο τὰ Χερουβὶμ C περιεστᾶσι τὸ ἱλαστήριον, πυκάζοντα ταῖς πτέρυξι, καὶ πρὸς αὐτὸ τετραμμένα, καὶ αἰεὶ τὸ πρόσωπον ἐπερείδοντα, καὶ δορυφορίας μὲν ἀπόδειξις ἐναργὴς, ἡ εἰς δεξιά τε καὶ εὐώνυμα στάσις. τὸ δὲ τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων οἱονεί πως ἔντονόν τι καὶ ἀκόρεστον εἰς θεοπτίαν, ὑπεμφαίνειν ἔοικεν, τὸ βλέπειν αἰεὶ τὰ Χερουβὶμ ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον. ἐν τῷ ἰδίῳ δὲ σχήματι γράφει τὸν υἱὸν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, λέγων. εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ Σεραφὶμ εἱ- D στήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, καὶ ἓξ μὲν ἑκάστῳ πτέρυγας ἐκπεφυκέναι, φησὶ, καλύπτειν δὲ αὐτὰ, ταῖς μὲν δυσὶ τοὺς πόδας, ταῖς δὲ δυσὶ τὰ πρόσωπα, πέτεσθαι δὲ ταῖς ἑτέραις. καὶ εἰ μὲν οἴοιτό τις ὅτι τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, καὶ μὴν καὶ τοὺς πόδας κατεκάλυπτον τὰ Σεραφὶμ, οὐδὲν ἀπεικὸς ἐννοεῖν τι τοιοῦτον. μεταστρέποντες γὰρ εἰς Ἑλλήνων φωνὴν, τοῦ E Σεραφὶμ τὴν δήλωσιν, γνώσεως πληθυσμὸν ἤτοι σοφίας χύσιν σημαινομένην εὑρήσομεν. ὑπεμφαίνουσι τοιγαροῦν τῷ σχήματι καὶ μάλα σαφῶς, αἱ πάνσοφοί τε καὶ ἀνωτάτω δυνάμεις, ὅτι Θεοῦ πρόσωπον οὐ θέμις ὁρᾶσθαι πρός τινος. ἀθέατος γὰρ παντελῶς ἡ ὑπὲρ πάντα νοῦν ἐστι φύσις, καὶ φῶς ἀπρόσιτον οἰκεῖ, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, καὶ, οὐδεὶς ὄψεται Θεοῦ πρόσωπον, καὶ

ζήσεται, κατά γε τὸ παρ' αὐτοῦ πρὸς Μωσέα τὸν ἱερώτατον εἰρημένον ὀρθῶς. ἀλλ' οὐδ' ἄν τις νοοίη τά τε ἴχνη καὶ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. γέγραπται γάρ, ὢ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. ψάλλει δὲ καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ, καὶ σοφὸν ἀνακρούει μέλος. ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἄν τις ἴδοι ἴχνος ἐν ὕδασιν, ἢ ἀνθρώπου τυχὸν ἢ νεώς, ἢ τῶν ἐν αὐτοῖς νηχομένων, οὕτως οὐκ ἂν καταθρήσειέ τις θείας τε καὶ ἀπορρήτους ὁδούς. ὧν ἂν εἶεν εἰς τύπον οἱ πόδες. Εἰ δὲ δὴ καὶ τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα καὶ τοὺς πόδας κατεπυκάζειν ταῖς πτέρυξιν ὑποτοπήσαιμέν τις τὰ ἅγια Σεραφίμ, ἐννοῶμεν ὅτι τῆς περὶ Θεοῦ σοφίας, ἤτοι γνώσεως ἀρχὴν ἢ τέλος ἰδεῖν οὐ θέμις. ἀκατάληπτος γὰρ καὶ αὐτή, καὶ ὑπὲρ νοῦν ἐστὶ τὸν ἀνθρώπινον. ἀρχὴ δὲ παντὸς σώματος, κεφαλή. τέλος δὲ οἱ πόδες. τὸ ἱλαστήριον οὖν ἄρα Χριστός, ὃς καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνώς, οὐδὲν ἧττόν ἐστι Θεός, καὶ Κύριος, φύσει τε καὶ ἀληθῶς, περιεστώσας ἐν κύκλῳ δουλοπρεπῶς καὶ αὐτὰς ἔχων τὰς ἀνωτάτω δυνάμεις. ἔφη δέ που καὶ λόγος ἡμῖν ἱερός, ὡς μετά γε τὸ ἐκστῆναι τὸν σατανᾶν τὴν ἐν Χριστῷ μεθέντα πεῖραν, ὅτε νενήστευκεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ. πνεύματα γάρ εἰσι λειτουργικὰ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. ἄνωθεν δὲ τοῦ ἱλαστηρίου, γνωσθήσομαί σοι, φησί, καὶ λαλήσω σοι, δύο που καθάπερ ἐγῷμαι καὶ διὰ τούτου δηλῶν. ἢ γὰρ ὅτι ἄνθρωπος ὢν ὁ Χριστός, τὰ ὑπὲρ ἀνθρώπου λαλήσει φύσιν, καὶ οὐχὶ μόνοις ἐμμενεῖ τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις, διά γε τὸ εἶναι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν. ἐγὼ γὰρ ἔφασκε, καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καί, ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἢ ἐκεῖνό που τάχα· γινώσκεται γὰρ ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου καὶ τῶν Χερουβίμ, τουτέστιν, ἐν ὑπεροχῇ καὶ δόξῃ τῇ ὑπὲρ ἀνθρώπους, καὶ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ, ὧν τὸ ἀκρότατόν τε καὶ ὑπέρτατον τὰ Σεραφίμ, εἰ καὶ γέγονε σάρξ. ἐκ χρυσοῦ δὲ τὸ ἱλαστήριον, καὶ αὐτὰ τὰ Σεραφίμ. ἡ μὲν γὰρ εὐκλεής τε καὶ περικαλλεστάτη φύσις, Θεός. ἐν ὁμοιώσει δὲ τῇ πρὸς αὐτὸν κατὰ μέθεξιν, τὰ γενητά. τοῖς δὲ ἐν

A viuet,] vt ipſe idem rectiſſimè beato » Moyſi dixit. Exod. 33. Neque verò quiſquam poteſt illius veſtigia, & vias noſſe: ſcriptum eſt enim, [O altitudo diui- » Rom. 11. tiarum, & ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! » quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia » eius, & inueſtigabiles viæ eius!] » pſallit etiam beatus Dauid, & ſapiens carmen concinit, [In mari via » Psalm. 76. tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, » & veſtigia tua non cognoſcentur:] » vt enim in aquis videre veſtigium aut B hominis fortaſſe, aut nauis, aut innatantium belluarum nemo poteſt; ſic nemo diuinas & ineffabiles vias aſpicere, quarum figuram pedes aptiſſimè gerunt. Quòd ſi quis exiſtimet ſuas facies, ac pedes alis contegere ſancta Seraphim, illud cogitemus, non eſſe fas Dei ſapientiæ, ſeu ſcientiæ initium, aut finem videre: eſt enim ipſa quoque incomprehenſibilis, & hominis intelligentiam ſuperat. Eſt autem totius corporis initium caput, vt finis C pedes. Propitiatorium igitur eſt Chriſtus, qui, quamuis apparuit in carne, nihilominus tamen verè, ac naturâ Deus eſt, & Dominus: cùm ſupremas illas virtutes circum ſe ſeruilem in modum ſtantes habeat. Sacræ etiam literæ teſtantur, poſteaquam receſſit Matth. 4. Satanas, illa tentatione, quam Chriſto intulit, omiſsâ, cùm ille pro nobis ieiunaſſet, angelos acceſſiſſe, & illi miniſtraſſe: [ſpiritus namque adminiſtra- » Heb. 1. tores ſunt, in miniſterium miſſi propter » D eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.] » Supra propitiatorium autem cognoſcar à te, inquit, & loquar tecum. Quibus verbis, vt ego arbitror, duo quædam ſignificauit, aut Chriſtum, quamuis homo eſſet ille quidem, tamen ſupra hominis naturam locuturum, neque intra exinanitionis modum duntaxat eſſe manſurũ, cùm Deus ſit, & ex Deo ſecundum naturam, [Ego enim, dicebat, & Pater » Ioan. 10. vnum ſumus; &, Qui vidit me, vidit & » Ioan. 14. patrem meum:] aut illud fortaſſe: co- » E gnoſcitur enim ſuper propitiatorium, & ſuper Cherubim, id eſt, in excellentia, & gloria, ſupra hominem, & quicquid eſt ortum, in quo genere primum, ac ſummum locum tenent Seraphim, quamuis caro ſit factus. Eſt autem ex auro propitiatorium, & ipſa quoque Seraphim: natura quippe præclariſſima, atque pulcherrima Deus eſt, quæ autem orta ſunt, ea ſimilitudinem eius per participationem retinent; iis porrò, qui

circa ac prope ipſum ſunt, ſuæ naturalis claritatis conſortium impertitur, vt luminis, cùm ad obiectum aliquod corpus appulſum reflectitur, & ſuo ſplendore, quicquid obuium eſt, illuminat. PALLAD. Rectè ſanè habet, & eſt ad veritatem expolita oratio. CYRILL. Iam verò, extructo propitiatorio, aliter quoque nobis Chriſti myſterium adumbrat, dicens, [Et facies menſam ex auro mundo.] Cumque iuſſiſſet, vt annuli menſæ affigerentur, in quos aurei vectes immitterentur, cúmque menſuras etiam illius, & artificii rationem, qua ad ſummam elegantiam inſignis fieret, apertiſſimè præſcripſiſſet, denique, [Et impones, inquit, ſuper menſam panes propoſitionis coram me perpetuo.] Aureaque eius vaſa, & acetabula, & mortariola, & cyathos, & libatoria fieri iuſſit. An verò parum euidenter ille panis è cœlo nobis demonſtrabatur, qui aliquando in ſanctis Eccleſiarum menſis proponendus eſſet, & vitam mundo daturus? PALLAD. Imò verò maximè. CYRILL. Acetabula porro, & mortariola, cyathi quoque, & libatoria, & ea omnia, quorum ad menſam illam ſacram, ac myſticam vſus erat, nonne, Palladi, diuinorum theſaurorum figura ſunt? PALLAD. Sanè verò. CYRILL. Sed hæc quidem in Exodo: de menſa verò & panibus propoſitionis Legiſlator in Leuitico ſanxit, atque ibi quodammodo explicat hoc præceptum, &, quemadmodum propoſitio fieri debeat, planè docet his verbis; [Et accipietis ſimilam, & facietis ex ea duodecim panes; è duabus decimis erit panis vnus; & imponetis eos duas poſitiones, & ſex panes vna poſitio ſuper menſam puram coram Domino. Et imponetis ad poſitionem vnam thus mundum cum ſale, & erunt in panes recordationis propoſita domino; die Sabbatorũ apponetur coram Domino perpetuò à filiis Iſraël teſtamentum æternum; & erunt Aaron, & filiis eius: & comedent ea in loco ſancto; eſt enim ſancta ſanctorum hoc ipſis, & ab immolatis Domino legitimũ ſempiternum.] In Numeris verò vt vnum rurſus panem, qui de cœlo, & ex nobis eſt, (Verbum enim, cum Deus ſecundum naturam eſſet, factum eſt noſtri ſimile, & habitauit in nobis) tanquam vnum nobis panem demonſtrauit, cùm ſic dixit Moyſi illi ſacro-

Exod. 25.

Leuit. 24.

A κύκλῳ καὶ ἄγχου γεγονόσιν αὐτοῦ, τὴν τῆς ἰδίας καὶ φυσικῆς φαιδρότητος ἐπιμερίζει μέθεξιν, ὡς φωτὸς ἐπί τι τῶν πέλας ἀποτελεσθέντος ἀνακλωμένου, καὶ λαμπρότητι τῇ ἰδίᾳ τὸ προστυχὸν καταυγάζοντος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔχει, καὶ ἀπεξεσμένος ἡμῖν εἰς τἀληθὲς, ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ ἱλαστηρίου κατασκευὴν, καὶ ἑτέρως ἡμῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον σκιαγραφεῖ, λέγων· καὶ ποιήσεις τράπεζαν χρυσοῦ καθαροῦ. δακτυλίους τε αὐτῇ
B προσηρμόσθαι δεῖν ἐπιτάξας, καὶ χρυσοῦς ἐμβάλλεσθαι τοὺς ἀναφορέας, μέτρα τε αὐτῆς καὶ εὐτεχνίας τοὺς τρόπους, καθ' οὓς ἂν γένοιτο λαχοῦσα τὸ ἐκπρεπὲς εἰς εἶδος τὸ ἀνωτάτω σαφέστατα διαγράψας, καὶ ἐπιθήσεις, φησὶν, ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἄρτους ἐνωπίους, ἐναντίον μου διαπαντός. χρυσᾶ δὲ αὐτῆς τὰ σκεύη, τρυβλία τε καὶ θυΐσκας, καὶ μὴν καὶ κυάθους, καὶ σπονδεῖα γενέσθαι προστέταχεν. ἆρ' οὐκ ἐναργῶς ὁ ἄρ-
C τος ἡμῖν ὁ ἐξ οὐρανοῦ κατεδείκνυτο, προκείσεσθαι μέλλων κατὰ καιροὺς ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ; ΠΑΛ. Καὶ μάλα. ΚΥΡ. Τρυβλία τε καὶ θυΐσκαι, κύαθοί τε καὶ σπονδεῖα, καὶ τὰ δι' ὧν τῆς ἁγίας τραπέζης ἡ μυστικὴ καὶ ἱερωτάτη πληροῦται χρεία, οὐ τῶν θείων κειμηλίων τύποι ἂν εἶεν, ὦ τᾶν; ΠΑΛ. Ναὶ μὴν οὕτω. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἐν τῇ Ἐξόδῳ. τραπέζης δὲ πέρι καὶ μὴν καὶ προθέσεως ἄρτων, κεχρησμῴδηκεν ὁ νομο-
D θέτης ἐν τῷ Λευιτικῷ. ἀναρριπίζει δὲ ὥσπερ τὴν ἐντολὴν, τίνα τε τρόπον ἡ πρόθεσις ἔσται, διδάσκει σαφῶς, λέγων οὕτως. καὶ λήψεσθε σεμίδαλιν, καὶ ποιήσετε αὐτὴν δώδεκα ἄρτους. δύο δεκάτων ἔσται ὁ ἄρτος ὁ εἷς. καὶ ἐπιθήσετε αὐτοὺς δύο θέματα, καὶ ἓξ ἄρτους τὸ ἓν θέμα ἐπὶ τὴν τράπεζαν τὴν καθαρὰν ἔναντι κυρίου. καὶ ἐπιθήσετε ἐπὶ τὸ θέμα λίβανον καθαρὸν καὶ ἅλα, καὶ ἔσονται εἰς ἄρτους εἰς ἀνάμνησιν προκείμενα τῷ κυρίῳ. τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων προσθήσε-
E ται ἔναντι κυρίου διαπαντὸς ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, διαθήκην αἰώνιον· καὶ ἔσται Ἀαρὼν καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. καὶ φάγονται αὐτὰ ἐν τόπῳ ἁγίῳ. ἔστι γὰρ ἅγια τῶν ἁγίων τοῦτο αὐτῶν, καὶ ἀπὸ τῶν θυσιαζομένων τῷ κυρίῳ, νόμιμον αἰώνιον. ἐν δέ γε τοῖς Ἀριθμοῖς, ὡς ἕνα πάλιν ἄρτον ἡμῖν τὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἐξ ἡμῶν, γέγονε γὰρ Θεὸς ὢν φύσει καθ' ἡμᾶς ὁ λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, κατεδείκνυ λέγων πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα.

λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. ἐν τῷ πορεύεσθαι ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν, εἰς ἣν ἐγὼ εἰσάγω ὑμᾶς ἐκεῖ, καὶ ἔσται, ὅταν ἐσθίητε ὑμεῖς, ἀπὸ τῶν ἄρτων τῆς γῆς ἀφαιρεῖτε ἀφαίρεμα ἀφόρισμα κυρίῳ ἀπαρχὴν φυράματος ὑμῶν· ἄρτον ἀφαίρεμα ἀφοριεῖτε αὐτὸ ὡς ἀφαίρεμα ἀπὸ ἅλωνος, οὕτως ἀφαιρήσετε ἀπαρχὴν φυράματος ὑμῶν, καὶ δώσετε τῷ κυρίῳ ἀφαίρεμα εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. καὶ ἀπόκειται μὲν διὰ τούτων καταθρῆσαι τις ἂν τὸ τῆς ἀληθείας μυστήριον. λελέξεται δὲ πρὸς ἡμῶν ἐν ἰδίῳ καιρῷ λεπτῶς καὶ ἀπηκριβωμένως, εἰς ἕτερον ἡμῖν ἱδρῶτα συγγραφῆς μετερρηκότες τὸν λόγον. πλὴν ἐκεῖνο, οἶμαί που, κατατεθήποι τις ἂν εἰς γε τὸ παρὸν ἡμῖν, ὦ Παλλάδιε. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τὸ ποῖον τί φής; ΚΥΡ. Πολυειδῶς γὰρ ἡμῖν ἐμφανῆ καταστήσας τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ δι' ἑτέρου πάλιν αὐτὸν ἀναπλάττει λόγου. πρὸς γάρ τοι Μωσέα φησί· καὶ ποιήσεις λυχνίαν ἐκ χρυσίου καθαροῦ. τορευτὴν ποιήσεις τὴν λυχνίαν, ὁ καυλὸς αὐτῆς καὶ οἱ καλαμίσκοι, καὶ οἱ κρατῆρες, καὶ οἱ σφαιρωτῆρες, καὶ τὰ κρίνα ἐξ αὐτῆς ἔσται· ἓξ καλαμίσκοι ἐκ τοῦ κλίτους τοῦ δευτέρου. καὶ αὖ ἐπὶ τούτοις τὰ εἰς κόσμον τε καὶ χρείαν τῷ τεχνήματι τελοῦντα προστεθεικὼς, κρίνα τέ φημι, καὶ σφαιρωτῆρας καὶ καρυΐσκους, ἐπιφέρει πάλιν. ὅλη τορευτὴ, ἐξ ἑνὸς χρυσίου καθαροῦ, καὶ ποιήσεις τοὺς λύχνους αὐτῆς ἑπτὰ, καὶ ἐπιθήσεις τοὺς λύχνους αὐτῆς. καὶ φανοῦσιν ἐκ τοῦ ἑνὸς προσώπου. καὶ τὸν ἐπαρυστῆρα αὐτῆς, καὶ τὰ ὑποθέματα αὐτῆς ἐκ χρυσίου καθαροῦ, ποιήσεις πάντα τὰ σκεύη ταῦτα ταλάντου χρυσίου καθαροῦ. ὅρα, ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον σοι ἐν τῷ ὄρει. χρυσῆ μὲν οὖν ἡ λυχνία τύπον ἐπέχουσα τοῦ Χριστοῦ. φύσει γὰρ καὶ ἀληθείᾳ Θεὸς ὁ υἱός. χρυσῷ δὲ προσεικαστέον, καθὰ καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω διωριζόμεθα, τὴν θείαν λαμπρότητα καὶ ὑπεροχήν. τορευτὴ δὲ ὅτι περικαλλὴς καὶ πέρα λόγου παντὸς, τό γε ἧκον εἰς εὐμορφίαν τὴν νοητὴν, ὁ Ἐμμανουήλ. γέγραπται γὰρ ὅτι ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. οὐκοῦν τὸ ἐκτετορνεῦσθαι τὴν λυχνίαν, τὸ εἰς εἶδος ἐκπρεπὲς, δῆλον δὲ ὅτι τὸ θεοπρεπὲς, κατεδείκνυεν ἂν εὖ μάλα τοῦ Ἐμμανουήλ. εἰς δεξιὸν δὲ καὶ εὐώνυμον, οἷά περ ἐκ δένδρου καλαμίσκους ἐκπεφυκότας, συναναθρώσκειν δὲ τῷ μέσῳ καυλῷ, καὶ εἰς ὕψος αἴρεσθαι, φησὶ, τὸ ἰσοστατοῦν. εἷς γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὁ μονογενὴς,

rum interpreti, [Loquere ad filios Iſraël, & dices eis, Cùm ingrediemini in terram, in quam ego induco vos, & erit, cum ederitis vos, è panibus terræ ſeparabitis ſeparationem ſegregationem Domino primitias maſſæ veſtræ; panem ſeparationem ſegregabitis ipſum, tanquam ſeparationem ab area, ſic ſeparabitis ipſum. primitias maſſæ veſtræ, & dabitis Domino ſeparationem in generationes veſtras.] Licet ex his verbis facillimè veritatis myſterium perſpicere, de quo tamen à nobis ſubtiliter, & accuratè ſuo loco dicetur, hancque orationis partem in alterius commentationis laborem transferamus. Illud tamen, vt opinor, admirari licet in præſens, Palladi. PALLAD. Quid iſtud tandem? CYRILLVS. Cum etenim variè nobis illum Emmanuel ſpectandum propoſuiſſet, rurſus aliis quoque verbis eundem effingit; Moyſi enim dicit [Et facies candelabrum ex auro mundo; tornatile facies candelabrum; haſtile ipſius, & calami, & crateres, & ſphęrulæ, & lilia ex ipſo erunt: ſex calami prodeuntes ex aduerſo; tres calami candelabri ex latere vno, & tres calami ex latere altero.] Adhæc, cùm adiunxiſſet ea, quæ ad ornatum, & vſum operis pertinerent, lilia, inquam, & ſphærulas, & ſcyphos, rurſum adiecit, [Totũ tornatile ex vno auro mundo; & facies ei lucernas ſeptem, & impones lucernas ipſius, & lucebũt ex vna facie, & emunctorium eius, & ſuppoſitiones eius ex auro mundo: facies omnia vaſa eius talentum auri mundi. Vide, facies omnia iuxta figuram, quæ tibi in monte oſtenſa eſt] Aureum igitur candelabrum, Chriſti figuram tenet; Filius enim natura ac verè Deus eſt; auro autem ſimilis eſſe putanda eſt, vt in ſuperioribus definiebamus, illa diuina claritas atque præſtantia: tornatile autem, quia ſpecioſiſſimus eſt, pluſquam verbis explicari poſſit, ille Emmanuel, ſi pulchritudinem animo ſpectabilem cogites. Scriptum eſt enim, [Specioſus forma præ filiis hominum] Quod igitur candelabrum tornatile factum eſt, id verò illam pulchritudinis præſtãtiam, id eſt, diuinam illam noſtri Emmanuelis dignitatem aptiſſimè ſignificabat. Calamos porro ex dextro, ſiniſtroque latere tanquam ex arbore prodeuntes, inquit, cum medio ſtipite ſimul exurgere, & ad parem altitudinem tolli. Quamuis enim Vnigenitus ille ſecundum naturam vnus ſit,

Num. 15.

Exod. 25.

Pſal. 44.

& vt Deus ſimplicem habeat eſſentiam, diuerſitate tamen operationum, quaſi multiplex eſſe videtur: neque vero aliquid in eo externum eſt, & aduentitium, tametſi diuinis attributis quodammodo haud ſimplex intelligatur: lux enim, & vita, & vis, & incorruptio eſſe intelligitur. Nam cum docere vellet nihil eſſe in eo adſcititium, intulit,
„ vt opinor, illud, [Sphærulæ, & calami,
„ & lilia ex ipſo ſint, totum tornatile ex
„ auro puro,] id eſt, totus vndique Deus, non perinde atque ea, quæ orta ſunt, ſanctificatus: neque vt angeli, qui cum in ſua quadam natura intelligantur, illius gratia, & gloria decorati ſunt, ac tanquam auro mundo, ſpiritus munere quodammodo illiti; ſed quod ſuaptè natura ſit illa ipſa res, nempè Deus, illa nimirum puriſſima, & ſuprema natura. Septem porro lucernæ ſunt; multis namque modis à Chriſto illu-
1. Cor. 12. „ minatio tribuitur: & [alij quidem da-
„ tur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo
„ ſcientiæ, & diſcretio ſpirituum,] & reliqua. Perfectionis autem ſignum eſt numerus ſeptenarius: perfectiſſimus verò eſt ſuapte natura Emmanuel tanquam Deus, & chariſmatum ab ipſo fluentium diſtributio perfectè iis propoſita eſt qui merentur accipere; ne-
Ioan. 3. „ que enim [ad menſuram dat ſpiritum,]
„ vt beatus Ioannes ait; ſed [ex eius pleni-
„ tudine nos omnes accepimus.] Dein-
Exod. 25. „ de ait, [Et impones lucernas, & lu-
„ cebunt ex vna facie.] Qualis autem ſit hæc poſitio, in Numeris planius
„ explicauit, ſic dicens, [Et locutus eſt
Numer. 8. „ Dominus ad Moyſen, dicens, Loque-
„ re Aaron, & dices ad eum, Cùm im-
„ poſueris lucernas, ex parte ſecundum fa-
„ ciem candelabri lucebunt ſeptem lu-
„ cernæ: & fecit ſic Aaron ex vna parte
„ ſecundum faciem candelabri, & ac-
„ cendit lucernas ipſius vt conſtituit Do-
„ minus Moyſi.] Intellige ergo ſeptem illas lucernas ad faciem candelabri verſas, lumen in aſpicientes immittere; non enim, quià tergo ſunt, ac quodammodo à Deo auerſi, eos diuinum illud, ac ſpirituale lumen illuſtrat; ſed eos, qui in illius conſpectum per ſanctificationem perducti ſunt, ac iam per fidei libertatem, & honeſtatem rectè viuendi præclaram ora illi obuerterunt: vt enim abominandi ſunt, & execrandi, qui in nequitia, & peruicacia verſantur: ita rurſus cari, & in Dei conſpectu poſiti obtemperantes, atque tractabiles.

A καὶ ἐν ἁπλότητι τῇ κατ' οὐσίαν ὡς Θεός, διαφόροις ἐνεργείαις πολλοστὸς εἶναι δοκεῖ, ἀλλ' οὐδὲν εἰσκεκριμένον ἢ ὀθνεῖον ἐν αὐτῷ, κἂν εἰ νοοῖτό πως τοῖς θεοπρεπέσιν ἀξιώμασιν οὐχ ἁπλοῦς. φῶς γὰρ καὶ ζωή, καὶ δύναμις καὶ ἀφθαρσία νοεῖται. ὅτι γὰρ οὐδὲν εἰσποιητὸν ἐν αὐτῷ διδάξαι βεβουλημένος, προσεπήνεγκεν οἶμαί που, τό, οἱ σφαιρωτῆρες καὶ οἱ καλαμίσκοι ἐξ αὐτῆς ἔστωσαν. ὅλη τορευτὴ ἐκ χρυσίου καθαροῦ, τοῦτ' ἔστιν, ὅλος δι' ὅλου Θεός, οὐκ ἐν ἴσῳ τοῖς γενητοῖς ἡγιασμένος, οὐδὲ ὥσπερ ἄγγελοι τυχὸν ἐν
B ἰδίᾳ νοούμενοι φύσει, κατηγλαϊσμένοι δὲ ἐκείνου χάριτί τε καὶ δόξῃ, καὶ οἷά περ χρυσίῳ καθαρῷ, τῇ τοῦ πνεύματος δόσει κατακεχρυσωμένοι, ἀλλ' αὐτὸ τῇ φύσει τὸ χρῆμα, Θεός, ἡ καθαρωτάτη τε καὶ ὑπερτάτη φύσις. ἑπτὰ δὲ οἱ λύχνοι. κατὰ πολλοὺς γὰρ τρόπους ὁ παρὰ Χριστοῦ φωτισμός. καί, ᾧ μὲν δίδοται λόγος σοφίας, ἑτέρῳ δὲ λόγος γνώσεως, διάκρισίς τε πνευμάτων καὶ τὰ λοιπά. τελειότητος δὲ σημεῖον, ὁ ἑπτὰ πάλιν
C ἐστὶν ἀριθμός. παντέλειος δὲ καὶ κατὰ φύσιν ἰδίαν ὁ Ἐμμανουήλ, ὡς Θεός, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ χαρισμάτων ἐν διανομῇ, τελείως ἔγκειται τοῖς ἑλεῖν ἀξίοις· οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα, κατὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου φωνήν, ἀλλ' ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. εἶτα φησί· καὶ ἐπιθήσεις τοὺς λύχνους, καὶ φανοῦσιν ἐκ τοῦ ἑνὸς προσώπου. ἀλλὰ τίς ἂν γένοιτο τυχὸν ἡ τοιάδε θέσις, ἐν τοῖς ἀριθμοῖς ἐδήλου σαφῶς, οὕτω λέγων. καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς
D Μωσῆν λέγων. λάλησον Ἀαρών, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτόν. ὅταν ἐπιθῇς τοὺς λύχνους ἐκ μέρους κατὰ πρόσωπον τῆς λυχνίας, φωτιοῦσιν οἱ ἑπτὰ λύχνοι· καὶ ἐποίησεν οὕτως Ἀαρὼν ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους κατὰ πρόσωπον τῆς λυχνίας, καὶ ἐξῆψε τοὺς λύχνους αὐτῆς, καθὰ συνέταξε Κύριος τῷ Μωσῇ. συνίες δὲ οὖν, ὅτι κατὰ πρόσωπον τῆς λυχνίας, οἱ ἑπτὰ τεταγμένοι λύχνοι, τὸ φῶς τοῖς ὁρῶσιν ἐνίεσαν. οὐ γὰρ τοῖς κατόπιν καὶ οἱονείπως ἐν ἀποστροφῇ κειμένοις
E τῇ παρὰ Θεῷ, τὸ θεῖόν τε καὶ νοητὸν ἐπιλάμπει φῶς, ἀλλὰ τοῖς εἰς ὄψιν ἠγμένοις δι' ἁγιασμοῦ, καὶ αὐτοπροσώποις ἤδη γεγονόσι διὰ τῆς ἐν πίστει παῤῥησίας, καὶ τῆς ἔν γε τῷ βιοῦν ὀρθῶς παγκάλου σεμνότητος. βδελυροὶ μὲν γὰρ καὶ ἀπηχθημένοι πάνυ ὅσοι εἰσὶν ἐν φαυλότητι τε καὶ ἀπειθίᾳ. τίμιοι δὲ καὶ ἐν ἐπισκέψει Θεοῦ, τὸ εὐπειθὲς καὶ εὐήνιον. Ἰουδαίοις

A μὲν γὰρ ἐμπαροινεῖν ἑλομένοις ἀπαραδέκτως αὐτῷ, καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου φησίν· ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. ὀφθαλμοὶ δὲ κυρίου ἐπὶ δικαίους, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμνούμενον. ΠΑΛ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τῆς ἁγίας ταυτησὶ λυχνίας μέμνηται σαφῶς καὶ ὁ θεσπέσιος Ζαχαρίας· ἔφη γὰρ ὅτι, καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον ἐξηγέρθη ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶ-B πε πρός με, τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπα, ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ λύχνοι ἐπάνω αὐτῆς, καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω αὐτῆς. μία ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου αὐτῆς, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων καὶ ἐπηρώτησα, καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοὶ, λέγων, κύριε, τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπε πρός με, λέγων, οὐ γινώσκεις τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπα, οὐχὶ, κύριε. ὁ μὲν οὖν μακάριος προφήτης διεπυνθάνετο λέγων, τί ἐστι ταῦτα, κύριε; βραχὺ δὲ διήγημα προσθεὶς ὁ θεσπέ-C σιος ἄγγελος διερμηνεύει τὴν ὅρασιν, καὶ τὴν τῆς λυχνίας κατασκευὴν εἰς Χριστὸν ἀναφέρει λέγων περὶ τῶν ἐν αὐτῇ λύχνων ἑπτὰ, οὗτοι οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου, ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Εἰ γὰρ χρή τι καὶ τῶν παχυτέρων εἰπεῖν, μυρίοις ὅσοις ἡμᾶς ὀφθαλμοῖς ὁ θεὸς ὁρᾷ καὶ κατασκέπτεται τὰ ἀνθρώπινα, γινώσκων τὰ ἐν τῷ σκότει, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τὸ φῶς μετ' αὐτοῦ ἐστιν. Εἰ γὰρ καὶ ἡμῖν τοῖς ἐν κόσμῳ τὸ φῶς ἐνίησι Θεὸς, καταπλουτήσειεν ἂν D αὐτὸ καὶ παρά γε τῶν ἄλλων ἐν ἰδίᾳ φύσει λαχών. ἢ εἴπερ οὐχ ὧδε ἔχειν ὑποπτεύουσί τινες, ἄρα που τάχα τοῖς ὧδε φρονεῖν ἑλομένοις ἐπιφωνεῖν, σύνετε δὴ ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροί ποτε φρονήσατε. ὁ φυτεύσας τὸ οὖς, οὐχὶ ἀκούει; ἢ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν, οὐχὶ κατανοεῖ; ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ ἠκονημένος μᾶλλον μαχαίρας διστόμου, διικνούμενος μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς E ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. φωτίζει δὴ οὖν καὶ ἐφορᾷ πάντα Χριστός. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν. Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόρρωθεν. μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι; λάθοι γὰρ

Iudæis enim, qui intemperanter illum iniuriâ violare conſtituiſſent, per Eſaiæ quoque vocem dicit, [Cùm extende- » Eſai. 1.
ritis manus ad me, auertam oculos »
meos à vobis:] [oculi autem Domi- » Pſal. 33.
ni ſuper iuſtos,] vt in Pſalmis canitur. »
Pallad Verum eſt. Cyrillvs. Huius ſancti candelabri etiam beatus Zacharias apertè meminit; ſic enim dixit, [conuerſus eſt Agelus, qui » Zach. 4.
loquebatur in me, & excitauit me, »
ſicut excitatur homo à ſomno ſuo, & »
dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, »
Vidi, & ecce candelabrum aureum, & »
lampas ſuper illud, & ſeptem lucernæ »
ſuper illud, & duæ oleæ ſuper ipſum, »
vna è dextris lampadis eius, & vna à »
ſiniſtris. Et rogaui, & dixi ad Ange- »
lum, qui loquebatur in me, dicens, »
Domine, quid ſunt hæc? Et dixit ad »
me, Non noſti quid ſint hæc? Et »
dixi, Non, domine.] Atque ille quidem beatus propheta percunctatus eſt, dicens, Quid ſunt hæc? Sed ille beatus Angelus, breui narratione interpoſita, viſionem interpretatur, & candelabri conſtructionem ad Chriſtum refert, dicens de ſeptem lucernis, quæ in eo ſunt, [Hi ſunt oculi Domini »
aſpicientes in omnem terram. Vt enim »
nonnihil rudiore ſenſu dicamus, in- »
numeris nos oculis Deus aſpicit, & »
res humanas conſiderat, & cognoſcit »
quæ in tenebris ſunt, vt ſcriptum eſt, »
[Et lux cum ipſo eſt.] Nam, ſi no- » Dan. 2.
bis quoque, qui in hoc mundo ſumus, lumen immittit Deus, proculdubio eodem præ ceteris omnibus abundare ex naturæ ſuæ conditione credendus eſt; aut ſi qui non ita ſe rem habere ſuſpicantur, iam verò ita ſentientes illis verbis alloqui licebit, [Intelligite inſi- » Pſal. 93.
pientes in populo, & ſtulti, aliquando »
ſapite; qui plantauit aurem, non audit? »
aut qui finxit oculum, non conſiderat? »
[Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, » Heb. 4.
& acutus magis quàm gladius anceps, »
pertingenſque vſque ad diuiſionem a- »
nimæ, ac ſpiritus, compagum quo- »
que, & medullarum, & diſcretor co- »
gitationum, & intentionum cordis; »
& non eſt creatura aliqua inuiſibilis in »
conſpectu eius; omnia autem nuda, »
& aperta ſunt oculis eius.] Illuminat »
igitur Chriſtus, & aſpicit omnia: ideoque dixit per quendam è prophetis, [Deus è proximo ſum ego, dicit Dominus, & non Deus à longe: num à me occultabitur aliquid?] Nihil enim latere

latere poteſt mentem illam omnia ſcientem. An tibi parum conſiderate hæc dicere videor? PALLAD. Imò verò maximè. CYRILL. Sed Propheta, cùm inuſitatum quiddam in candelabro videret (olearum enim in eo inerant rami) denuo ſciſcitatus eſt, dicens, [Quid ſunt hæ duæ oliuæ à dextris candelabri, & à ſiniſtris? Et rogaui, inquit, denuo, & dixi ad eum, Quid ſunt illi duo rami olearum, qui ſunt in manibus duarum narium aurearum infundentium, & retrahentium ſuffuſoria aurea? Et dixit ad me, inquit, Neſcis quid ſint hæc? Et dixi, Non, domine. Et dixit ad me, Hi duo filii pinguedinis aſtant ante Dominum vniuerſæ terræ.] PALLAD. Quid tandem opus fuit beato Prophetæ, vt iterum interrogaret? Interrogaui, namque, inquit, denuo. CYRILL. An tu, Palladi, minimè putas eſſe ſapientis, & ad eos qui recte ſentire velint, non maximè pertinere cenſes, de vnaquaque re neceſſaria diligenter, & accurate interrogare? PALLAD. Puto equidem. CYRILL. Ramos igitur olearum tenero, recentique germine virentes cùm aſpexiſſet Propheta, oleas, non olearum ramos appellauit. Itaque tacuit beatus Angelus, cùm prudentiorem, ac veriorem interrogationem expectaret: poſtea verò quam excitatus iam, duos ramos olearum appellauit, & ſe doceri flagitauit, cuius rei eſſent illa ſymbola, didicit ilico, dicente Angelo,] Hi duo filii pinguedinis aſtant ante Dominum vniuerſæ terræ.] duos porro pinguedinis filios tum illum ex Iſrael, tum verò alterum ex gentibus populum appellauit, quos etiam ante Dominum vniuerſæ terræ aſtare dicit: in quo manifeſte & euidenter illud candelabri opificium pro Chriſti figura poſuit, ad cuius dextram ſiniſtramque partem oliuarum rami tanquam circum illud eſſent collocati, impinguantur oleo, quod ſancti Spiritus figuram gerit; mentem credentium irrigantis, iuxta illud, [Impinguaſti in oleo caput meum.] PALLAD Sed cur non oleas eas potius, quàm ramos olearum vocauit? CYRILL. Ob eam cauſſam, Palladi, quia fideles tanquam ex oleis tenues, ac pubeſcentes ſurculi detracti ſunt, & ſimul cum fide ad pietatem prope tranſplantantur: alii quidem ex Iudæorum Synagoga, alii autem ex Gentium turba detracti: neque enim omnes, qui ſunt ex Iſrael, crediderunt;

Zach. 4.

A ἂν οὐδὲν τὸν πάντα εἰδότα νοῦν. ἢ οὐκ ἀρίστα σοι ταῦτα διεσκέφθαι δοκῶ; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Παντάπασι μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛ. Ἀσυνήθες δέ τι περὶ τὴν λυχνίαν ὁ προφήτης ὁρῶν, ἐλαιῶν γὰρ ἦσαν κλάδοι, προσεπυνθάνετο λέγων, τί αἱ δύο ἐλαῖαι αὗται αἱ ἐκ δεξιῶν τῆς λυχνίας καὶ ἐξ εὐωνύμων, καὶ ἐπηρώτησα, φησὶν, ἐκ δευτέρου, καὶ εἶπα πρὸς αὐτόν. τί οἱ δύο κλάδοι τῶν ἐλαιῶν, οἱ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυξωτήρων τῶν B χρυσῶν, τῶν ἐπιχεόντων καὶ ἐπαναγόντων τὰς ἐπαρυστρίδας τὰς χρυσᾶς. καὶ εἶπε πρός με, φησὶν, οὐ γινώσκεις, τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπα οὐχί, κύριε. καὶ εἶπέ μοι. οὗτοι οἱ δύο υἱοὶ τῆς πιότητος παρεστήκασι τῷ κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. ΠΑΛΛ. Τίς οὖν ἄρα γέγονε χρεία τῷ μακαρίῳ προφήτῃ, τοῦ καὶ εἰς αὖθις ἀναπυνθάνεσθαι δεῖν; ἐπηρώτησα γὰρ, φησὶν, ἐκ δευτέρου. ΚΥΡΙΛ. Ἢ γὰρ οὐχὶ φαίης ἄν, ὦ Παλλάδιε, σοφόν τε εἶναι καὶ C πρέπον, τοῖς γε ὅλως ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένοις, ἀκριβῶς καὶ ἀπηκριβωμένως τὰ ἐφ' ὅτῳ οὖν τῶν ἀναγκαίων ποιεῖσθαι πεύσεις; ΠΑΛΛΑΔ. Φημί. ΚΥΡΙΛ. Κλάδους δὴ οὖν ἐλαιῶν θαλλῷ βρύοντας ἁπαλῷ καὶ νεοθαλεῖ τεθεαμένος ὁ προφήτης, ἐλαίας αὐτούς, καὶ οὐκ ἐξ ἐλαιῶν ὠνόμαζε κλάδους. εἶτα σεσιώπηκεν ὁ θεσπέσιος ἄγγελος, τὴν ἐμφρονεστέραν καὶ ἀληθῆ περιμένων πεῦσιν. ἐπειδὴ δὲ διεγηγερμένος, δύο κλάδους ἐλαιῶν ὠνόμαζε λοιπόν, καὶ ἀναμαθεῖν ἐλιπάρει, τίνος ἂν D εἴη σύμβολα ταυτί. ἐδιδάσκετο παραχρῆμα, τοῦ ἀγγέλου λέγοντος. οὗτοι οἱ δύο υἱοὶ τῆς πιότητος παρεστήκασι τῷ κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. υἱοὺς δὲ πιότητος δύο, τόν τε ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ μήν τοι τὸν ἐξ ἐθνῶν ἀποκαλεῖ λαὸν, οὓς καὶ τῷ κυρίῳ πάσης τῆς γῆς παρεστάναι φησὶ, σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς εἰς τύπον Χριστοῦ, τὸ ἐπὶ τῇ λυχνίᾳ τέχνημα τιθεὶς, ἧς οἱ κλάδοι τῶν ἐλαιῶν, εἰς δεξιά τε καὶ εὐώνυμα, καὶ οἱονεὶ τὴν ἐν κύκλῳ λαχόντες στάσιν τῷ ἐλαίῳ καταπιαίνονται, ὅ ἐστιν ἁγίου Πνεύματος τύπος, τὸν τῶν πιστευόντων καταρδεύοντος E νοῦν, κατὰ τὸ, ἐν ἐλαίῳ ἐλίπανας τὴν κεφαλήν μου. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εἶτα τί μὴ μᾶλλον ἐλαίας αὐτάς, κλῶνας δὲ μᾶλλον ἐλαιῶν ἀποκαλεῖ; ΚΥΡ. Ὅτι, ὦ ἑταῖρε, καθάπερ ἐξ ἐλαιῶν μόσχια λεπτὰ καὶ ἀρτιθαλεῖς ἐξήρτηνται κλάδοι, μόνον δὲ οὐχὶ μεταβεβλαστημένοι μετὰ πίστεως εἰς εὐσέβειαν οἱ πεπιστευκότες, οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἰουδαίων οὔσης συναγωγῆς, οἱ δὲ, τοῦ ἐξ ἐθνῶν πλήθους ἐξηρημένοι. πεπιστεύκασι γὰρ οὐχὶ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ

οὔτε μὴν ἅπασα τῶν ἐθνῶν εἰσέφρησεν ἡ πληθύς. κλάδοι τοίνυν ἐλαιῶν, οἱ ὡς ἐκ δένδρων ἀποσπασμένοι πληθύος Ἰουδαϊκῆς, καὶ μὴν καὶ Ἑλληνικῆς, καὶ ἐν φωτὶ τῷ θείῳ γεγενημένοι, καὶ ἐναπανθοῦντες ἤδη πως τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀφθονωτέρᾳ χύσει. τοῦτο γάρ οἶμαι δηλοῦσθαι τὸ, ὡς ἐν μυξωτῆρσι τῶν λύχνων τοὺς τῶν ἐλαιῶν κεῖσθαι κλάδους, ὧν καὶ ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς διαμέμνηταί που, πρὸς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν ἀναμελῳδῶν τε, καὶ λέγων περί τε τῆς συνηρμοσμένης αὐτῷ νύμφης, τουτέστι, τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἐν πίστει τέκνων αὐτῆς. ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου. οἱ υἱοί σου, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης σου. ζωοποιούμεθα γὰρ ἐν μεθέξει πνεύματος, καὶ ἐν ἁγίᾳ τραπέζῃ Χριστοῦ, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν εἰσδεδεγμένοι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ναὶ λέγεις ὀρθῶς· ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν, ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀλλὰ λυχνίας μὲν πέρι, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ, τοσαῦτα πρὸς ἡμῶν εἰς τὸ παρὸν εἰρήσθω. ἴτω δὲ ὁ λόγος ἐπὶ τὸ χαλκοῦν ἤδη θυσιαστήριον, τῆς κατὰ νόμον λατρείας τὸ χρειωδέστατον. ποιήσεις γάρ, φησὶ, θυσιαστήριον ἐκ ξύλων ἀσήπτων. πέντε πηχῶν τὸ μῆκος, καὶ πέντε πηχῶν τὸ εὖρος. τετράγωνον ἔσται τὸ θυσιαστήριον, καὶ τριῶν πηχῶν τὸ ὕψος αὐτοῦ· καὶ ποιήσεις τὰ κέρατα ἐπὶ τῶν τεσσάρων γωνιῶν, ἐξ αὐτοῦ ἔσται τὰ κέρατα, καὶ καλύψεις αὐτὰ χαλκῷ. καὶ ποιήσεις στεφάνην τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τὸν καλυπτῆρα αὐτοῦ, καὶ τὰς φιάλας αὐτοῦ, καὶ τὰς κρεάγρας αὐτοῦ, καὶ τὸ πυρεῖον αὐτοῦ, πάντα τὰ σκεύη αὐτοῦ ποιήσεις χαλκᾶ. πεντάπηχυ μὲν οὖν εἰς εὖρός τε καὶ μῆκος τὸ θυσιαστήριον. ἔδει γὰρ ἔδει μέτρων αὐτῷ, καὶ λίαν ἀφθονωτάτων. ξύλα τε γὰρ ἐπ' αὐτῷ καὶ βοῶν ἔμελλον ἀναφέρεσθαι τμήματα, καὶ ὁλοκαυτώσεις, οἰῶν τε καὶ τράγων ἀναφοραὶ καθιερουμένων Θεῷ. ταύτῃ τοι χαλκῆ καὶ ἐσχάρα καὶ πυρεῖον αὐτῷ, κρεάγραι τε καὶ φιάλαι, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ σκεύη, ὡς ἂν δύναιντο ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις, τὴν παρά γε σφῶν αὐτῶν εἰσκομίζοντα χρείαν, τοῖς τοῦ παμφάγου πυρὸς μὴ καταφθείρεσθαι προσβολαῖς. στεφάνην δὲ καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς γωνίαις κέρατα, ὡς τοῦ σχήματος κάλλει προσθήσομεν. ἄχαρι γὰρ οὐδὲν παρά γε τῷ πανσόφῳ Θεῷ.

A neque vniuerſa multitudo Gentium eſt ingreſſa. Rami ſunt igitur olearum, qui vel ex multitudine Iudæorum, vel etiam è turba Gentium tanquam ex arboribus detracti, & ad diuinum lumen traducti ſunt, & abundantiore iam Spiritus ſancti effuſione quodammodo luxuriant. Id enim ſignificare arbitror, quod tanquam in naribus lucernarum ſint olearum rami collocati, quorum beatus quoque Pſalmorum auctor meminit, cùm ad Chriſtum omnium Saluatorem carmen conuerteret, ac tum de ſponſa, quæ B illi coniuncta eſt, hoc eſt, Eccleſia, tum etiam de illius per fidem filiis diceret, [Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ; filii tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ:] participando namque Spiritum, & ſancta Chriſti menſa fruendo, viuificamur, poſteaquam illius fidem amplexi ſumus. PALLADIVS. Rectè verò dicis. [Ego enim, inquit, ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi, & vitam do mundo.] CYRILL. Ac C de candelabro, & iis, quæ in eo ſunt, hactenus ad præſens dixiſſe ſufficiat. Iam verò ad altare æneum pergat oratio, cuius vſus in illo legali cultu maximus erat. [Et facies, inquit, altare de lignis imputribilibus: quinque cubitorum longitudo, & quinque cubitorum latitudo; quadratum erit altare, & trium cubitorum altitudo eius; & facies cornua in quatuor angulis, D ex ipſo erunt cornua: & operies illa ære: & facies coronam altari, & tegumentum eius, & phialas eius, & fuſcinulas eius, & focum eius, omnia vaſa eius facies ex ære.] Quinque igitur cubitorum eſt altare per longitudinem ac latitudinem. erat enim opus profectò vt haberet menſuras, & eas ampliſſimas: namque & ſciſſa ligna ſuper illud, & boum cæſorum fruſta, & holocauſta o- E uiumque, & hircorum Deo conſecratorum oblationes erant imponendæ. Hanc ob cauſſam & craticula, & focus, & fuſcinulæ, & phialæ, & omnia denique eius vaſa ænea ſunt; vt legalibus ſacrificiis ſuum vſum præbere poſſent, neque tamen voracis ignis appulſu conſumerentur. Coronam verò, & angulorum cornua ipſius figuræ pulchritudini tribuemus; nam apud illum omnium ſapientiſſimum Deum deforme nihil eſt.

Pſal. 127.

Ioan. 6.

Exod. 27.

Illud tamen rurſus agedum dicamus, A iis, quæ de re quaque præcepta ſunt, accuratè animum adiicientes. Altare præcepit fieri, quod legalibus hoſtiis conueniret, atque aptum eſſet; ſed aureum in eo nihil, quale profectò & in arca, & candelabro, & menſa, & iis, quæ in illa erant, videre licet. PALLAD. Quæ tandem eſt rei iſtius cauſſa? CYRILL. An verò, Palladi, non illius diuinæ, & immortalis naturæ, ſupra res omnes præſtantiam, ac ſplendo- B rem incomparabilem (de eo loquor, qui poteſt intellectu percipi) auro dicebamus aptiſſimè ſignificari? PALLAD. Fateor. CYRILLVS. Conſidera igitur, illud legalis cultus altare expers omnino auri fuiſſe: qua in re apertiſſime nobis innuit Deus, Legis beneficio Spiritum ſanctum minime conciliari nobis, neque vim illam figurati cultus eſſe eiuſmodi gratia decoratam: Spiritus enim ſeruitutis erat ſuper Iſrael. Nobis autem C hoc donum per Chriſtum tributum eſt, poſteaquam à mortuis reuixit, inſufflauit enim, dicens, [Accipite Spiritum
Ioan 20. „ ſanctum.] Itaque Paulus alloquebatur
Rom. 8. „ credentes, [Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater.] Illam porro cultus legalis facultatem non fuiſſe ſancti Spiritus participatione præditam, eumque iis potius datum eſſe, qui fide iuſtificati ſunt, confirmat ſapien- D
Ioan. 7. „ tiſſimus Ioannes, cùm dicit, [Nondum enim erat Spiritus ſanctus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.] Nondum enim reuixerat Chriſtus: tum enim hominis natura Spiritu, & eius communicatione propemodum inaurata eſt. Hac igitur de cauſſa ſine auro fieri iuſſit altare, vt opinor. Ceterùm rationem æris, ex quo illud extructum fuit, prætermittere non ſine ſtudioſorum, vt opinor,
Eccl. 14. „ iactura poſſumus: nam hæc inquiſitio „ aliquid vtilitatis pariet, vt eſt à quodam ſapienter dictum, [in omni ſolicito ineſt vtilitas. [PALLAD. Quid E igitur hac de re dicere habes? CYRILL. Audi igitur: Aaron enim virum illum admirabilem, cœleſti ſuffragio ſacerdotem, ac principem electum fuiſſe, ſacræ literæ teſtantur. Core tamen, & Dathan, eorumque ſociorum effrenata illa multitudo contra ſupernum
Num. 16. illud decretum petulantiſſime obnixa, & aduerſus diuinas leges excitata, turibula detulerunt, cùm inuocati, ſuaque

A πλὴν, ἐκεῖνο πάλιν δὴ φέρε λέγωμεν, ἀκριβῆ τὸν νοῦν ἐπερείδοντες τοῖς ἐφ' ἑκάστῳ τεθεσπισμένοις. θυσιαστήριον προστέταχε ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις ἐοικὸς καὶ πρέπον, ἀλλ' οὐδὲν ἐν αὐτῷ χρυσίον, καθάπερ ἀμέλει καταθρήσαιτο τις ἂν ἐπί τε τῆς κιβωτοῦ, λυχνίας τε αὖ καὶ τραπέζης, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτήν. ΠΑΛΛ. Τί δὴ οὖν ἄρα καὶ τοῦτό ἐστι; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐ γὰρ δὴ τῆς θείας τε καὶ ἀκηράτου φύσεως τὴν κατὰ B πάντων ὑπεροχὴν, καὶ ἀσύγκριτον λαμπρότητα, ὡς ἐν νοητοῖς λέγω, τὸ χρυσίον ἂν μάλα καταδηλοῦν ἐλέγομεν, ὦ Παλλάδιε; ΠΑΛΛ. Ὧδε ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄθρει δὴ οὖν, ἀχρύσωτον παντελῶς τῆς κατὰ νόμον λατρείας τὸ θυσιαστήριον, αἴνιγμά που τὸ χρῆμα τιθέντος ἡμῖν τοῦ Θεοῦ, καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι πνεύματος ἁγίου μέτοχος ἥκιστα μὲν ὁ νόμος, τετίμηται δὲ οὐχὶ τοιαύτῃ χάριτι τῆς ἐν τύπῳ λατρείας C ἡ δύναμις. πνεῦμα γὰρ ἦν δουλείας ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. ἡμῖν δὲ τὸ δῶρον ἀπονενέμηται διὰ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν. ἐνεφύσησε γὰρ, λέγων, λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. τοιγάρτοι καὶ Παῦλος προσεφώνει τοῖς πεπιστευκόσιν, οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, ἀββᾶ ὁ πατήρ. ὅτι δὲ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἡ δύναμις τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐκ ἐπλούτει μέθεξιν, δέδοται δὲ μᾶλλον τοῖς ἐν πί- D στει δεδικαιωμένοις, πληροφορήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης. οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. οὔπω γὰρ ἀνεβίω Χριστός. μονονουχὶ γὰρ τότε κατεχρυσοῦτο τῷ πνεύματι, καὶ κοινωνίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν, ἡ ἀνθρώπου φύσις. χρυσοῦ μὲν δὴ δίχα, τοῦτο γενέσθαι προστέταχε τὸ θυσιαστήριον, καθάπερ ἐγῷμαι. τὸν δὲ ἐπὶ τῷ χαλκῷ λόγον, ἐξ οὗ καὶ πεποίητο, παρεκδραμεῖν, ὡς ἔοικε, τοῖς φιλομαθέσιν οὐκ ἀζήμιον. ἐντίκτει γὰρ αὖ τι τῶν ἀναγκαίων ἡ βάσανος, καθάπερ τὸ ὑπό του σοφῶς εἰρημένον, E ἐν παντὶ μεριμνῶντι ἔνεστι περισσόν. ΠΑΛΛ. Τί οὖν ἂν ἔχοις εἰπεῖν καὶ ἐπὶ τῷδε πάλιν; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄκουε δή· ψήφῳ μὲν γὰρ τῇ ἄνωθεν εἰς ἱερέα καὶ ἡγούμενον τὸν θαυμάσιον Ἀαρὼν κεχειροτονῆσθαί φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. Κορέ γε μὴν καὶ Δαθάν, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτοὺς, ἡ ἀγελαία πληθὺς τῆς ἄνωθεν ψήφου παραλέγοντα καταθέοντες, καὶ τὸν θεῖον κατεξανιστάμενοι νόμον, πυρεῖα προσ-

οἵγε ἄκλητοι καὶ αὐτόμολοι πρὸς τοῦτο ἰόντες, A καὶ τιμὴν ἁρπάζοντες, οὐ νενεμηθεῖσαν αὐτοῖς, αὐτῇ τε προσεξάγοντες καὶ μάλα θερμῶς, τὰ ἐξ ἀπονοίας καὶ θράσους, ἱερεῖ τῷ προὔχοντι, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπολελεγμένῳ ἐξῃρημένῳ. ἐσκιαγραφεῖτο δὲ διὰ τούτων ἡ ἐσομένη κατὰ Χριστοῦ τῶν Ἰουδαίων ἀπόνοια. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡμῶν ἀρχιερεύς, ψήφῳ πρὸς τοῦτο ἠγμένος τῇ παρὰ πατρός, καὶ οἱ μὲν τῶν οὕτως αἰσχρῶν ἐπιχειρημάτων ἐκτετίκασι δίκας· ἀποτίσουσι δὲ καὶ B μετ' αὐτοὺς Ἰουδαῖοι τοῖς ἴσοις ἐγκλήμασι γεγονότες ἔνοχοι. Θεὸς δὲ δὴ τότε πρὸς Μωσέα τε τὸν ἱερόν, καὶ μὴν καὶ πρὸς Ἐλεάζαρ ἔφη, τὸν ἐξ Ἀαρὼν τὸν ἱερέα, ἀνέλεσθε τὰ πυρεῖα τὰ χαλκᾶ ἐκ μέσου τῶν κατακεκαυμένων, καὶ τὸ πῦρ τὸ ἀλλότριον τοῦτο σπεῖρον ἐκεῖ, ὅτι ἡγίασαν τὰ πυρεῖα τῶν ἁμαρτωλῶν τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν. καὶ ἐποίησαν αὐτὰ λεπίδας ἐλατάς, περίθεμα τῷ θυσιαστηρίῳ, ὅτι προσηνέχθησαν ἔναντι κυρίου, καὶ ἡγιάσθησαν. καὶ ἐγένοντο εἰς C σημεῖον τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. ταῦτα μὲν οὖν ἔφη τὸ τηνικάδε Θεός. ἐν τῇ Ἐξόδῳ δὲ γέγραπται περὶ τοῦ Βεσελεήλ, ὃς ἦν ἐκ πατρὸς μὲν Οὐρίου, φυλῆς δὲ τῆς Δάν, καὶ πάσης ἀρχιτεχνίας ἡγούμενος. οὗτος ἐποίησε τὸ θυσιαστήριον τὸ χαλκοῦν ἐκ τῶν πυρείων τῶν χαλκῶν, ἃ ἦν τοῖς ἀνδράσι τοῖς καταστασιάσασι μετὰ τῆς Κορὲ συναγωγῆς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τί οὖν τοῦτό γε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πολλὴν ἂν ἔχοι τὴν D ὄνησιν, εἰ ἐννοοῖτο ὅτι πεποίηται μὲν ἡ κιβωτὸς εἰς τύπον Χριστοῦ, καὶ μήν τοι καὶ τὰ ἕτερα, λυχνία, φημί, καὶ τὸ ἱλαστήριον, καὶ ἐκ χρυσίου τράπεζα, προσκομισάντος τοῦ λαοῦ καὶ ἀναθέντος ἑκάστου, τὸ ἐν χερσί. δεκτοὶ γὰρ λίαν εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ πατρός, οἱ καρποφοροῦντες Χριστῷ, καὶ δωροφορίας προσάγοντες τὰς πνευματικάς, ὧν ἦσαν ἐκεῖνοι τύποι καὶ σκιαί. τῆς δὲ κατὰ νόμον λατρείας τὸ θυσιαστήριον, παροξυ- E σμοῦ καὶ ἀντιλογίας, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω λοιπόν, ἀντάρσεως τῆς καθ' ἱερέως τοῦ μεγάλου γεγενημένης, οἱονείπως ὑπόμνημα καὶ προαναφώνησις, ἐν αὐτῇ κειμένη τῇ κατασκευῇ, μυστικῶς τε καὶ οἰκονομικῶς σημαίνεται. ἆρά σοι σαφὲς τὸ αἴνιγμα; Χριστοῦ γὰρ εἰς τύπον ὁ Ἀαρών· πεφιλονεικήκασι δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ δόξῃ καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ ἀντιλέγεται διὰ τοῦτο τὸ κατὰ νόμον θυσιαστήριον. πέπαυται γάρ ἐστιν ὡς ἐν σκιαῖς λατρεία·

A ſponte ad id munus properarent, honoremque ſibi minimè tributum arriperent, ac ſacerdoti principi, & ex vniuerſis lecto nimis præcipiti furore ſuam amentiam, atque audaciam opponerent. Deſignabatur autem hoc facto futura aduerſus Chriſtum Iudæorum audacia: ipſe enim eſt noſter ſummus Sacerdos, qui ad hoc dignitatis culmen Patris ſuffragio eſt prouectus; atque illi quidem conatuum adeo turpium pœnas dederunt, dabuntque B etiam poſt eos Iudæi, cùm iiſdem criminibus teneantur. Deus autem Moyſi, tum & Eleazaro Arron filio, ac ſacerdoti dixit, [Sumite thuribula ænea » Num. 17.
» de medio combuſtorum, & ignem » hunc alienum ſparge ibi, quia ſanctificauerunt » thuribula horum peccatorum » in animabus ſuis; & fecerunt ipſa » laminas ductiles, circumpoſitionem altari, » quia allata ſunt coram Domino, » & ſanctificata ſunt, & facta ſunt in ſignum » filiis Iſrael.] Atque hæc quidem C eo tempore dixit Deus. In Exodo autem ſcriptum eſt de Beſeleel, qui patre quidem erat Vria, ſed de tribu Dan, & vniuerſi operis princeps, [Hic » Exod. 38.
» fecit altare æneum ex thuribulis æneis, » quæ fuerant hominum, qui ſeditionem » concitauerunt cum Synagoga » Core.] P A L L A D. Quid igitur iſtud eſt? C Y R I L L. Maximam id verò vtilitatem continet, ſi animaduerterimus, arcam quidem, quæ Chriſti fi- D guram gereret, alia præterea, candelabrum, inquam, & propitiatorium, & ex auro menſam, hæc facta eſſe omnia offerente populo, ſingulis, quod in manibus erat, Deo dicantibus: accepti enim ſanè ſunt in gloriam Dei, & Patris, qui Chriſtum donis venerantur, & ſpirituales oblationes offerunt, quorum illi figuræ, vmbræque erant: ſed illud culturæ legalis altare irritationis atque contradictionis, conſpi- E rationis eius denique, vt ita dicam, quæ aduerſus ſacerdotem ſummum facta eſt, veluti monimentum quoddam eſſe, atque prædictionem in ipſa altaris conſtructione poſitam, myſticè, & diſpenſatiuè ſignificatur. Nonne tibi figura perſpicua eſt? Chriſti namque figuram tenet Aaron. Aduerſus autem Chriſti gloriam contentione ſumma Iudæi quoque certauerunt: cauſſaque contradicendi eſt eis legale hoc altare; ablatus eſt enim ille tanquam in vmbra cultus,

& in Chriſto potius illum ſpiritualem odorem Patri adolemus. Idque rurſus tanquam in vmbris deſignauit, dicens
Exod. 30. 1. » [Et facies mihi altare thymiamatis ex » lignis imputtribilibus ; & facies illud » cubiti longitudine , & cubiti latitu- » dine ; quadratum erit , & duorum » cubitorum altitudine ; ex ipſo erunt » cornua eius : & inaurabis illud au- » ro puro , craticulam eius , & parie- » tes eius circumquaque , & cornua » eius.] Cumque illi amites , & cir- culos , & vectes , & cetera eiuſmodi » adieciſſet , ait , [Et pones illud con- » tra velum , quod eſt ſuper arcam » teſtimoniorum , in quibus cognoſcar » à te inde Deus : & incendet ſuper ipſo » Aaron incenſum compoſitum tenue » mane, mane ; cùm componet lucernas, » adolebit ſuper ipſo ; & cùm accendet » Aaron lucernas veſperi , incendet ſu- » per illud incenſum continuationis in » perpetuum coram Domino in gene- » rationes eorum ; & non impones ſu- » per eo incenſum aliud : oblationem » hoſtiæ , & libationem non libabis ſu- » per ipſo : & propitiabitur ſuper ipſo » Aaron in cornibus eius , ſemel per » annum de ſanguine purgationis pec- » catorum propitiationis : ſemel in an- » no purgabit illud in generationes eo- » rum : ſanctum ſanctorum eſt Domino.]
PALLADIVS. In figuram ergo Chriſti hoc accipiemus ? CYRILLVS. Maximè verò, Palladi. Nam id verum eſſe , ex præclaro & ſublimi eius myſterio patere , & quidem facillimè poterit , ſi qui ſubtiliter , & ſolerter huiuſmodi res perueſtigare voluerint: factum enim erat ex lignis imputribilibus , totumque auro tectum ; incorruptibile namque eſt Chriſti corpus , & diuinam in ſe ipſo naturam
Ioan. » habet : [Verbum caro factum eſt, » & habitauit in nobis.] Primitiæ porro noſtræ , atque radix noſtri generis Chriſtus eſt : quod genus hoc ipſo, quod cum Deo iunctum eſt , ad incorruptionem recreatur ; quamuis in illo præcipuè ea res intelligatur. Sunt etiam altari cornua , ac veluti manus extentæ , glorioſæ crucis habitum præfigurantes. Quod ſi quis quatuor eſſe cornua dixerit , nihil impedimenti ſtudioſo ea res affert , quominus rectè intelligatur Nam , cum altare quadratum ſit, & æqualibus vndique lateribus ; atque ex omni parte cornua conſpiciuntur ; hoc vero quid ſignificat?

A καὶ ἐν Χριστῷ δὴ μᾶλλον εὐωδιάζομεν τῷ πατρὶ τὴν νοητὴν εὐοσμίαν· καὶ τοῦτο ἡμῖν ὡς ἐν σκιαῖς πάλιν ὑπεκτετύπου, λέγων. Καὶ ποιήσεις μοι θυσιαστήριον θυμιάματος ἐκ ξύλων ἀσήπτων, καὶ ποιήσεις αὐτὸ πήχεως τὸ μῆκος, καὶ πήχεως τὸ εὖρος. τετράγωνον ἔσται, καὶ δύο πήχεων τὸ ὕψος. ἐξ αὐτοῦ ἔσται τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ καταχρυσώσεις αὐτὸ χρυσίῳ καθαρῷ, τὴν ἐσχάραν αὐτοῦ, καὶ τοὺς τοίχους αὐτοῦ κύκλῳ, καὶ τὰ κέρατα αὐτοῦ. σκυτάλας δὲ αὐτῷ καὶ κρίκους, καὶ ἀναφορέας, ἕτερά τε τοιαῦ-
B τα προστεθεικώς, καὶ θήσεις αὐτό, φησίν, ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος τοῦ ὄντος ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τῶν μαρτυρίων. ἐν οἷς γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖ ὁ Θεός. Καὶ θυμιάσει ἐπ᾽ αὐτοῦ Ἀαρὼν θυμίαμα σύνθετον λεπτὸν τὸ πρωΐ, πρωΐ, ὅταν ἐπισκευάζῃ τοὺς λύχνους, θυμιάσει ἐπ᾽ αὐτοῦ. Καὶ ὅταν ἐξάπτῃ Ἀαρὼν τοὺς λύχνους τὸ ὀψέ, θυμιάσει ἐπ᾽ αὐτοῦ θυμίαμα ἐνδελεχισμοῦ διὰ παντὸς ἔναντι κυρίου εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. καὶ οὐκ ἀνοίσεις ἐπ᾽ αὐτοῦ θυμίαμα ἕτερον· κάρπω-
C μα θυσίας, καὶ σπονδὴν οὐ σπείσεις ἐπ᾽ αὐτοῦ. Καὶ ἐξιλάσεται ἐπ᾽ αὐτοῦ Ἀαρὼν ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ ἐξιλασμοῦ. ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ καθαριεῖ αὐτὸ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν, ἅγιον τῶν ἁγίων ἐστὶ τῷ κυρίῳ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εἰς τύπον ἄρα Χριστοῦ καὶ τοῦτο παραδεξόμεθα; ΚΥΡΙΛΛΟΣ.
D Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Παλλάδιε. ἀληθὲς γὰρ ὅτι τὸ χρῆμά ἐστι, τὸ τίμιον αὐτοῦ καὶ βαθὺ μυστήριον ἐνδείξειεν ἂν καὶ μάλα ῥᾳδίως τοῖς γε ἡρημένοις τὰ τοιάδε πολυπραγμονεῖν ἰσχνῶς τε καὶ κατηρινημένως. πεποίηται μὲν γὰρ ἐκ ξύλων ἀσήπτων, χρυσῷ δὲ ὅλον ἀλήλειπται. ἄφθαρτον γὰρ τὸ σῶμα Χριστοῦ, καὶ φύσιν ἐν ἑαυτῷ τὴν θείαν κατεπλούτει. γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· ἀπαρχὴ δὲ ἡμῶν ὁ Χριστός, καὶ ῥί-
E ζα τοῦ γένους ἀνακτιζομένου πρὸς ἀφθαρσίαν, διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἑνώσεως, εἰ καὶ ἐξαιρέτως ἐπ᾽ αὐτοῦ τὸ χρῆμα νοοῖτο. κέρατα δὲ τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ οἱονεὶ χεῖρες ἐκπεπετασμέναι, καὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸ σχῆμα προαναπλάττοντα. Εἰ δὲ δὴ τέτταρα λέγοι τὰ κέρατα, ἀδικοῦμεν οὐδέν, εἴς γε τὸ νοεῖν ὀρθῶς τὸ φιλομαθές. τετραγώνου τε γὰρ καὶ ἰσοπλεύρου πάντῃ τοῦ θυσιαστηρίου τυγχάνοντος, ἴση πανταχόθεν τῶν κεράτων ἡ θέα· καὶ τίς ὁ τοῦδε λόγος;

ἐν παντὶ γὰρ τόπῳ Χριστὸς γινώσκεται, καὶ ὅτι ἐσταυρωμένος. αὔχημα δὲ τοῦτο λαμπρὸν τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. προσέκειται δὲ τῷ τεχνήματι, τὰ τελοῦντα πρὸς κόσμον, στεφάνη στρεπτή. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ὁ Ἐμμανουήλ. ἐπενήνεκται δὲ καὶ τὰ εἰς χρείαν αὐτοῦ, οἱ ἀναφορεῖς τε, καὶ τὰ λοιπά. φέρεσθαι γὰρ ἐν κόσμῳ κατὰ τοὺς τῶν ἀναζεύξεων καιρούς, τὸ θεῖον ἔδει θυσιαστήριον. ἔδρων δὲ τοῦτο καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, Χριστὸν περιφέροντες διὰ τοῦ κηρύγματος, εὐσχημόνως τε καὶ κατὰ τάξιν, ὡς Θεοῦ διάκονοι καὶ οἰκονόμοι μυστηρίων Χριστοῦ. Θήσεις δέ, φησί, τὸ θυσιαστήριον ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος τοῦ ὄντος ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τῶν μαρτυρίων, ἐν οἷς γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εἶτα τί τὸ ἀναγκαῖον, καὶ χώρων αὐτῶν οἶμαι τῶν τεταγμένων; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὡς βαθὺς μὲν ὁ λόγος καὶ ἀμυδρὸς ἄγαν. ἐρῶ δὲ ὡς ἔνι, Θεῷ πεποιθὼς τῷ καὶ αὐτοὺς σοφοῦντι τοὺς τυφλούς. κιβωτὸν γενέσθαι ἐκ ξύλων ἀσήπτων καὶ χρυσίου καθαροῦ, φησί, καὶ ἦν ὁ νόμος ἐν αὐτῇ, τουτέστιν, ὁ θεῖος λόγος, ἤτοι τὰ μαρτύρια. τύπος γὰρ ἦν τὸ χρῆμα, τοῦ ἐκ Θεοῦ φύντος λόγου, κατασκηνώσαντος ἐν ἡμῖν, καὶ σαρκὸς ἐν ὁμοιώματι γεγονότος, κατὰ τὰς γραφάς. εἶτα καταπέτασμά τι τέσσαρσι στύλοις ἐπιτεταμένον, ἀπαιωρεῖσθαι τῇ κιβωτῷ δεῖν ἔφη. ὄνομα δὲ τῷ καταπετάσματι, τὸ ἱλαστήριον. Χριστὸς δὲ καὶ τοῦτο. ἱλασμὸς γάρ ἐστιν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἱλαστήριον διὰ πίστεως. ὠνόμαζε γὰρ οὕτως ὁ Παῦλος αὐτόν. γεγράφαται δὲ καὶ οἱονεί πως ἐν κύκλῳ τοῦ ἱλαστηρίου τὰ Χερουβίμ, τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων τὴν ὑπὸ Θεῷ δουλείαν. Θεὸς γὰρ ὁ λόγος· καὶ τὸ ἀγχοῦ δὴ μάλα, καὶ μὴν καὶ τὸ παρεστάναι λειτουργικῶς, εὖ μάλα σημαίνοντα. Εἶπε Θεὸς ἔφη πρὸς Μωσέα· καὶ γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν, καὶ λαλήσω σοι ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου ἀνὰ μέσον τῶν δύο Χερουβίμ, τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἦν μέν, ὡς ἔφην, ἡ κιβωτὸς ὁ Χριστός, ὡς ἐν ἀφθάρτῳ σώματι Θεὸς λόγος, πλὴν ἐπὶ γῆς ἦν ἡ κιβωτός. γέγονε δὲ καὶ ἐν ὑφέσει καὶ ἐν ταπεινότητι τῇ καθ' ἡμᾶς, ὁ μονογενής. μορφὴν γὰρ ὑπέδυ τὴν δουλοπρεπῆ, καὶ κεκένωκεν ἑαυτόν.

A nempe in omni loco Chriſtum agnoſci, cumque crucifixum: id autem in eum credentibus illuſtris eſt gloriatio. Itaque beatus Paulus, [Mihi autem, inquit, abſit gloriari, niſi in cruce Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.] Adiuncta ſunt prætereà huic operi, quæ ad ornatum pertinent, nempè corona tortilis; eſt enim ſanè Emmanuel [ſpecioſus forma præ filiis hominum.] Addita ſunt etiam, quæ ad eius vſum pertinerent, vectes inquam, & reliqua inſtrumenta; nam B diuinum illud altare, quo tempore proficiſcendum erat, decenter ferri oportebat. Id verò faciebant beati illi diſcipuli, cùm prædicãdo Chriſtum circumferebant: honeſtè autem, & ordinatè, vt Dei miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum Chriſti. [Pones autem altare, inquit, contra velum, quod eſt ſuper arcam teſtimoniorum, in quibus cognoſcar à te inde.] PALLAD. Sed quid tandem opus fuit locis certa ra- C tione definitis? CYRILL. Latet quidem in profundo, & obſcura nimis eſt huius rei ratio: dicam tamen, Deo fretus, qui ipſis quoque cæcis ſapientiam tribuit. Arcam ex lignis imputribilibus, & auro mundo factam eſſe ait, in qua Lex erat, id eſt, diuinus ſermo, ſeu teſtimonia: figura quippe ea res erat Verbi ex Deo geniti, quod habitauit in nobis, & in carnis ſimilitudine factum eſt, vt Scripturæ teſtantur; deinde ve- D lum quoddam in quatuor columnis expanſum ſupra arcam pendere iuſſit, idque velum propitiatorium appellabatur. Quod etiam Chriſtum ſignificat [Nam ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & propitiatorium per fidem:] ſic enim illum Paulus appellauit. Depicta porrò erant, ac veluti circum propitiatorium Cherubim, quæ ſupremarum virtutum ſeruitutem, quam Deo exhibent (Deus enim eſt Verbum) hoc E ipſo, quod prope ſunt, atque etiam quod ad miniſtrantium ſpeciem aſſiſtunt, optimè ſignificant. Tum dixit Moyſi, [Et cognoſcar à te inde, & loquar tecum deſuper propitiatorium inter duo Cherubim, quæ ſunt ſupra arcam teſtimonii.] Arca quidem, vt dixi, Chriſtus erat, tanquam in incorruptibili corpore Deus Verbum; ſed tamen in terra ſita eſt arca, ad noſtram enim ſubmiſſionem, & humilitatem deſcendit ille Vnigenitus: nam ſeruilem formam ſubiit, & ſemetipſum exinaniuit.

Gal. 6.
Pſal. 44.
1. Cor. 4.
1. Ioan. 2. Rom. 3.
Ioan. 1.

Ipſe eſt prætereà propitiatorium in ſublimi poſitum, & à ſupernis virtutibus circumſeptum. Non enim è ſolo nobis duntaxat exinanitionis modo notus eſt *Philipp. 2.* Filius, ſed etiam ex eo quòd Deus eſt, & vniuerſorum dominus: etſi enim ex humana natura ſe ipſum humiliauit, atque ſapienti gubernatione ad noſtram conditionem deſcendit; *Ibid.* attamen [Deus illum ſuperexaltauit, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.] Huius autem rei non abſurdè figura eſt, quod in ſublime poſitum eſt propitiatorium, Cherubim ad eius dextram, ſiniſtramque partem depictis: nam, vbi miniſterium Deo proprie conueniens adeſſe cernitur, ibi profectò diuinitatis quoque gloria prorſus adeſt, & ea dignitatis excellentia, quæ orationem omnem ſuperet. [Deſuper autem Cherubim cognoſcar à te,] inquit ille vniuerſorum Dominus; in quo illam ineffabilem naturam non inter creaturas quæri iuſſit; ſed vltra id omne prorſus, quicquid vt ſit vocatū eſt. Dei enim, qui natura Deus eſt, ratio, & locus eſt ille decentiſſimus, præter, ac ſupra id omne eſſe, quod ortum eſt. Igitur ille ſupra Cherubim locus in illo ſancto tabernaculo noſtris etiam ſenſibus diuinam propè naturam oſtendit, ob eamque cauſſam altare illud aureum, quod in figuram Chriſti factum fuerat, è regione eius collocari iuſſit, qui ſupra Cherubim & edebat oracula, & intelligebatur: qua in re locus ipſe ſignificabat, in Dei quodammodo conſpectum, & ante oculos Patris nos in Chriſto eſſe perductos: hominem enim, cùm in auerſione eſſet, ac propter tranſgreſſionem, peccatorumque multitudinem Deum offendiſſet, rurſus in ſe ipſo, ac primo Chriſtus in conſpectu Patris conſtituit: *Heb. 6.* [præcurſor namque pro nobis in cœlum eſt ingreſſus, vt nunc appareat vultui Dei pro nobis:] vt ille ſapiens vir Paulus ſcriptum reliquit. Nam, qui ſemper eſt vnà cum Patre, nunc apparere dicitur, vt pote qui in ſe ipſo, ac primo in conſpectu Patris naturam humanam collocarit, & veterem illam auerſionem reuocauerit: *Ephes. 2.* [ipſe enim eſt pax noſtra,] vt Scripturæ tradunt. PALLAD. Effectum eſt igitur, altare illud aureum, eſſe Chriſti rurſus imaginem. CYRILL. Adhæc non abſurdè idem ipſe intelligi poteſt illud eſſe thymiama compoſitum, ac tenue; ipſe enim eſt princeps ille ſacerdotum. [Incendet enim, inquit, ſuper eo Aaron thymiama compoſitum, tenue:]

A αὐτὸς δὲ πάλιν ἐστὶ τὸ ἱλαστήριον, τὸ ὑψοῦ κείμενον, καὶ ὑπὸ τῶν ἄνω δυνάμεων δορυφορούμενον. οὐ γὰρ ἐκ μόνων ἡμῖν τῶν τῆς κενώσεως τρόπων, γνώριμος ὁ υἱός, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ἐστι Θεὸς καὶ τῶν ὅλων κύριος. εἰ γὰρ καὶ τεταπείνωκεν ἑαυτὸν διὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς καταβεβηκὼς, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. τύπος δὴ ἂν εἴη καὶ τοῦδε, τὸ ὑψοῦ τεθεῖσθαι τὸ ἱλαστήριον. εἰς δεξιὸν καὶ εὐώνυμον ἀναγεγραμμένων τῶν Χερουβίμ. ἔνθα

B γὰρ ἂν ἡ Θεῷ πρέπουσα μόνῳ φαίνοιτο λειτουργία, ἐκεῖ δή που εἴη ἂν πάντως καὶ ἡ τῆς θεότητος δόξα, καὶ ἡ ὑπὲρ λόγον ἀξιωμάτων ὑπεροχή. ἄνωθεν δὲ τῶν Χερουβίμ, γνωσθήσομαί σοι, φησὶν ὁ πάντων δεσπότης, τὴν ἄρρητον φύσιν μὴ ἐν τοῖς ἐν κτίσει ζητεῖσθαι προστάττων, ἀλλ' ἐπέκεινα πάντως τοῦ κεκλημένου πρὸς ὕπαρξιν. Θεοῦ γὰρ φύσει λόγος τε καὶ τόπος ὁ πρεπωδέστατος, τὸ πέρα

C τε καὶ ἄνω παντὸς γενητοῦ. οὐκοῦν ὁ ὑπεράνω τῶν Χερουβὶμ τόπος καὶ αἰσθητῶς, ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ μονονουχὶ τὴν θείαν ἡμῖν κατεδήλου φύσιν. ταύτῃ τοι τὸ χρυσοῦν θυσιαστήριον εἰς τύπον Χριστοῦ γεγονὸς, ἀποκεῖσθαι προστέτακται ἀπέναντι τοῦ ὑπεράνω τῶν Χερουβὶμ χρηματίζοντός τε καὶ νοουμένου τοῦ οἱονείπως εἰς ὄψιν Θεοῦ καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ πατρὸς ἐν Χριστῷ γενέσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς τοῦτό που

D σημαίνοντος. ἐν ἀποστροφῇ γὰρ ὄντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ προσκεκρουκότα Θεῷ διὰ τὴν παράβασιν καὶ πολλὴν ἁμαρτίαν, ἔστησε πάλιν ἐν προσώπῳ τοῦ πατρὸς ὡς ἐν ἑαυτῷ καὶ πρώτῳ Χριστός. πρόδρομος γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν εἰσβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, καθὰ γράφει Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφός. ὁ γὰρ ὑπάρχων ἀεὶ μετὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς, νῦν ἐμφανισθῆναι λέγεται ὡς ἐν ἑαυτῷ γε καὶ πρώτῳ παραθεὶς ἐν ὄψει τοῦ πατρὸς τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τὴν ἀρ-

E χαίαν ἐκείνην ἀποστροφὴν μεθιστάς. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς. ΠΑΛΛ. Ἄρ' οὖν ὅτι Χριστοῦ πάλιν εἰκὼν τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ προσέτι γε δὴ τούτῳ νοοῖτ' ἂν εἰκότως αὐτὸς τὸ θυμίαμα τὸ σύνθετον καὶ λεπτόν. αὐτὸς γὰρ ὁ ἀρχιερεύς. θυμιάσει γὰρ, φησὶν, ἐπ' αὐτοῦ Ἀαρὼν θυμίαμα σύνθετον, λεπτόν. καὶ

σύνθετον μὲν τὸ θυμίαμα. Θεὸς γὰρ ὢν ὁ Λόγος, γέγονε σάρξ. καὶ συντέθειταί πως ἡμῖν ὁ Ἐμμανουήλ, θείας φύσεώς τε καὶ ἀνθρωπότητος εἰς ἑνότητα τὴν ὑπὲρ νοῦν, ἀπορρήτως συνενηνεγμένων. λεπτὸν δὲ, ὅτι τὸ παχὺ τῆς κατὰ νόμον λατρείας οὐκ ἔχει. θυσίας γὰρ καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας· ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας. σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, φησὶ, τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω, τοῦ ποιῆσαι ὁ Θεὸς τὸ θέλημά σου. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, αὐτὸς ἡμᾶς ἐν Εὐαγγελίοις μεμυσταγώγηκε λέγων, ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. προσκεκόμικε γὰρ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, κεχρημάτικέ τε διὰ τοῦτο καὶ ἀρχιερεύς. οὐκοῦν αὐτὸς ὁ ἀρχιερεὺς, αὐτὸς τὸ θυμίαμα τὸ σύνθετόν τε καὶ λεπτόν· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ Παῦλος. τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ, ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ ἐκ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. προσεπιφώνει δὲ καὶ ἡμῖν. γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. καὶ τόν γε τοῦ θυμιᾶν ἐναργῆ καθίστη καιρὸν, ἅπαντα δὲ δεῖν ἐν τάξει τε καὶ εὐκοσμίᾳ περαίνεσθαι νομοθετῶν, καὶ δι' ὧν ἂν ἡμῖν ἡ τῶν εἰς τὸ εἴσω θεωρημάτων ἂν ἔχοι δύναμις. τὸ πρωῒ γὰρ, φησὶ, καὶ τὸ ὀψὲ τῶν λύχνων ἐξαπτομένων καὶ ἐπισκευαζομένων, τοῦ μὲν ὀψὲ καὶ πρωῒ, τὸ ἀδιάλειπτόν τε καὶ διηνεκὲς ἐμφαίνοντος, τοῦ δὲ ὑπὸ λύχνοις χρῆναι θυμιᾶν, ἐκεῖνό που τάχα παραδηλοῦντος ἂν μάλα, ὅτι φωτὶ τῷ θείῳ καταλαμπόμενοι, τότε δὴ τότε, τῆς εὐωδίας Χριστοῦ πλουσίως ἀναπιμπλάμεθα, ἴωμέν τε οὕτω πρὸς αἴσθησιν τῶν ἔσω σκηνῆς ἀγαθῶν, ἤγουν τῆς τῶν

A ac compoſitum quidem eſt thymiama; nam, cùm Deus eſſet Verbum, caro factum eſt, & compoſitus eſt nobis quodammodo ille Emmanuel, cum diuina ſimul, humanaque natura in vnitatem, quæ omnem intelligentiam ſuperat, ineffabili modo conuenerint. Deinde tenue eſt, quia illam legalis cultus craſſitiem non habet: [ſacrificium enim & oblationem noluiſti; holo- Pſal.39.
B cauſta, & pro peccato non placuerunt tibi; corpus autem aptaſti mihi; tunc dixi, Ecce venio, vt faciam, Deus, voluntatem tuam.] Quæ autem eſſet ea Patris voluntas, ipſe nos in Euangeliis docuit, [Quia deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me; hæc eſt autem voluntas eius qui miſit me, Patris, vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſu- Ioan.6.
C ſcitem illud in nouiſſimo die:] nam ſemetipſum obtulit pro nobis in odorem ſuauitatis. Ob eamque cauſſam etiam ſummi Sacerdotis eſt dignitate inſignitus. Ipſe igitur eſt ſummus Sacerdos, ipſe Thymiama compoſitum, ac tenue, quod ipſum Paulus his verbis teſtatus eſt, [Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco; Chriſti enim bonus odor ſumus Deo in iis qui ſalui fiunt; & in iis qui pereunt; his quidem odor mortis in mor- Ephes.5. 2 Cor.2.
D tem; illis verò odor vitæ in vitam.] Nos etiam alloquebatur, dicens, [Eſtote igitur imitatores Dei, vt filii chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſe ipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis.] Tempus prӕterea incenſi adolendi manifeſtum fecit, ac ſancit, vt omnia ordinatè, & honeſtè fiant, & ita vt iis ad internarum rerum contemplationem noſtræ vires adiuuen- Ephes.5.
E tur, Mane, inquit, & veſperi cum lucernæ accenduntur, & componuntur; ac mane quidem, & veſpere continuum, perpetuumque tempus indicant: porrò cùm accenduntur lucernæ, adolendum eſſe incenſum, illud fortaſſis aptè ſignificat, cùm diuino lumine illuſtramur, tum demum Chriſti bono odore nos abunde compleri, & ita ad interioris tabernaculi bona,

id eſt, ad diuina munera percipienda pergere, quæ Chriſtus iis, qui digni ſunt, largitur. Itaque, ſi quis nondum eſt in lumine per fidem, eſt proculdubio ſpiritualis odoris expers, cùm adhuc Chriſti myſterium ignoret: [Niſi enim credideritis, inquit, non intelligetis.] Eſt enim fides velut primus aditus ad ſapientiam perducens, mentemque quodammodo ad diuini luminis receptionem aperit. Continuationis autem incenſum appellat; nullum quippe tempus eſt, quin Chriſtus in ſancto tabernaculo, hoc eſt, in Eccleſia, odorem ſpiret. Interdicit autem prorſus, ne ſuper illud, nimirum ſuper altare Chriſti, libamen imponatur, aut offeratur oblatio; nam in Chriſto abolita ſunt, quæ legis erant, & ad finem perueniunt vmbræ, hoc eſt, vt opinor, libamen, & oblatio; idque Propheta teſtatur, dicens, [Ablata ſunt de domo Domini ſacrificium, & libamen.] Namque, manifeſtato iam illo adorationis, & cultus genere, quod exhibetur in ſpiritu & veritate, ſuperuacuæ ſunt vmbræ quodammodo, & inanes figuræ, ac prorſus inutiles; noua quippe creatura in Chriſto: à gratia enim exciderunt, qui poſt declarationem veritatis in Lege iuſtificantur. [Non impones præterea, inquit, ſuper altare incenſum aliud,] alium enim recipiemus in Chriſto prorſus neminem, neque, Rabbi, cuiquam alteri dicemus; vnus eſt enim magiſter noſter, ac præceptor; eique ſoli inhærebimus, dicentes, [Vnguentum exinanitum nomen tuum: propterea adoleſcentulæ dilexerunt te: traxerunt me poſt te: in odorem vnguentorum tuorum curremus.] Annon hoc illud eſt, [Non impones ſuper illud incenſum aliud?] Solius enim Chriſti bonus odor in Eccleſia ſatis erit iis, qui ſani reuera ſunt, quique alium odorem minime quærunt, vt certè infelices Iudæi faciunt, qui illud thymiama compoſitum, ac tenue, id eſt, Chriſtum præ ſuperbia, ludibrio habent. & ſacri huius, ac ſane diuini odoris expertes remanſerunt, alium autem pro eo recipient, [illum nempe filium iniquitatis, qui aduerſatur, & extollitur ſuper omnem, qui dicitur Deus, aut quod colitur; ita, vt ipſe in templo Dei, vt ſcriptum eſt, ſedeat, oſtendens ſe, tanquam ſit Deus] qui diuinum tabernaculum etiam inquinat, cùm ſit fumus alienus, &, vt ita dicam, diabolicus fœtor;

Eſai. 7. — Ioel. 1. — 2. Cor. 5. Galat. 5. — Matth. 23. — Cant. 1. — 2. Theſſ. 2.

A θείων χαρισμάτων διανομῆς, ἣν τοῖς ἀξίοις ὀρέγει Χριστός. ὥστε εἴ τις οὔπω γέγονεν ἐν φωτὶ διὰ πίστεως, ἔστι που πάντως καὶ τῆς νοητῆς εὐωδίας ἀμέτοχος, ἔτι τὸ Χριστοῦ μὴ εἰδὼς μυστήριον. ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, οὐδ᾽ οὐ μὴ συνῆτε, φησί. προσβολὴ γὰρ ἡ πίστις, εἰς σύνεσιν ἀποφέρουσα, καὶ οἱονεὶ πρὸς παραδοχὴν τοῦ θείου φωτὸς ἀπλοῦσα τὸν νοῦν. ἐνδελεχισμοῦ δὲ ὀνομάζει τὸ θυμίαμα. καιρὸς γὰρ οὐδεὶς, καθ᾽ ὃν οὐκ εὐωδιάζει Χριστὸς ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, τουτέστιν, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἀποφάσκει
B δὲ παντελῶς, τὸ δεῖν ἐπ᾽ αὐτοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ Χριστοῦ, σπονδὴν καταχεῖσθαι, καὶ ἀναφέρεσθαι κάρπωμα. κατήργηται γὰρ ἐν Χριστῷ τὰ ἐν νόμῳ, καὶ εἰς τέλος ἔρχονται αἱ σκιαί. τοῦτο οἶμαι ἐστὶ σπονδὴ καὶ κάρπωμα. καὶ μαρτυρεῖ λέγων ὁ προφήτης. ἐξῆρται ἐξ οἴκου Κυρίου θυσία καὶ σπονδή. ἀναδεδειγμένης γὰρ ἤδη τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως καὶ λατρείας, περιτταί πως αἱ σκιαί, καὶ
C τὸ ἐν τύποις εἰκαῖον καὶ ἀνόνητον παντελῶς. καινὴ γὰρ κτίσις ἐν Χριστῷ. τῆς γὰρ χάριτος ἐκπεπτώκασιν οἱ ἐν νόμῳ δικαιούμενοι μετὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἀνάδειξιν. οὐκ ἀνοίσεις δὲ, φησὶν, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον θυμίαμα ἕτερον. παραδεξόμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ ἕτερον παντελῶς οὐδένα. ῥαββὶ δὲ τῶν ὄντων ἐροῦμεν οὐδενί. εἷς γὰρ ἡμῶν διδάσκαλος καὶ καθηγητὴς, καὶ αὐτῷ δὲ μόνῳ προσκεισόμεθα, λέγοντες, μύ-
D ρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε. εἵλκυσάν με, ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμαι. ἢ οὐχὶ τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ, οὐκ ἀνοίσεις ἐπ᾽ αὐτὸ θυμίαμα ἕτερον; μόνου γὰρ Χριστοῦ τὸ εὐῶδες ἐν ἐκκλησίᾳ τοῖς γε ἀληθῶς ἐχέφροσιν ἐξαρκοίη ἂν, ἑτέρας ὀσμῆς οὐκ ἐφιεμένοις· καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι. τὸ μὲν γὰρ θυμίαμα τὸ σύνθετον καὶ λεπτὸν, τουτέστι, Χριστὸν, ταῖς ἀπονοίαις περιυβρίζουσιν. καὶ ἀμέτοχοι μὲν τῆς ἱε-
E ρᾶς ταύτης ἢ καὶ θείας ἀληθῶς μεμενήκασιν εὐωδίας· ἕτερον δὲ ἀντ᾽ αὐτοῦ παραδέξονται, τὸν τῆς ἀνομίας υἱὸν, τὸν ἀντικείμενον καὶ ὑπεραιρόμενον ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καθίσαι, ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεὸς, ὃς καὶ τὴν θείαν σκηνὴν καταμιαίνει, καπνὸς ὢν ἀλλότριος, καὶ ἵν᾽ οὕτως εἴπω, κακοσμία διαβολική· ἔσται

γὰρ αὐτοῦ, φησὶν, ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι ὃ φής. καὶ γάρ ἐστιν ἐναργὴς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐξιλάσασθαί γε μὴν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος, προστάττει τὸν Ἀαρὼν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ καταχρίοντα τῷ αἵματι τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν, τὰς τῶν κεράτων ἀρχάς. ἅγιον γὰρ, φησι, τῶν ἁγίων ἐστί. καὶ τοῦτό σοι σαφὲς καταστήσει, λέγων, ὁ θεσπέσιος Παῦλος· Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως· οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησὶν, ἅπαξ ἀποθανὼν, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύσει. ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. εἰσῄει τοίνυν ὁ θαυμάσιος Ἀαρὼν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, δι' αἵματος τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν· καὶ ὅρα Χριστὸν ἐν τούτοις πάλιν, αἵματι τῷ ἰδίῳ τῆς ἁπάντων σωτηρίας καὶ ζωῆς, μονονουχὶ τὸν ἴδιον καταρραίνοντα σταυρόν. σταυροῦ γὰρ τύπος τὰ κέρατα, τὸ δὴ καίτοι ὡς ἐν τάξει χειρῶν ἀποτάδην ἐκτετακότα. Οὐκοῦν ἀποθανόντα μὲν ἅπαξ νόει Χριστὸν, ἅγιον δὲ τῶν ἁγίων ὄντα, κατὰ φύσιν, ὡς Θεόν. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὴς Ἰωάννης, λέγων, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. Χριστοῦ γὰρ μέτοχος ἡ πᾶσα ἐστὶν ὁρατὴ καὶ ἀόρατος κτίσις. ἄγγελοί τε γὰρ καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἐπέκεινα, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Χερουβὶμ, οὐχ ἑτέρως ἅγια, πλὴν ὅτι διὰ μόνου Χριστοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. αὐτὸς οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ θυσιαστήριον, αὐτὸς δὲ τὸ θυμίαμα, καὶ ἀρχιερεύς. αὐτὸς δὲ ὁμοίως, τὸ αἷμα τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν. ΠΑΛ. Ναὶ λέγεις ὀρθῶς. πλὴν ὅ, τι ποτέ ἐστι τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν τὸ αἷμα, σαφῶς ἐννοεῖν οὐκ ἔχω. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προανατυπῶν ὁ νόμος τὴν δι' αἵματος ἀποκάθαρσιν καὶ τὸ θῦμα τὸ ἱερὸν, φημὶ δὴ Χριστὸν, δι' οὗ καὶ σεσώσμεθα, τὸν ἐξ ἁμαρτίας ἐντετηγμένον ἡμῖν ἀποδιδράσκοντες μολυσμὸν, ὧδέ πη φησὶν ἐν τῷ Λευιτικῷ. ἐὰν δὲ πᾶσα, φησὶ, συναγωγὴ Ἰσραὴλ ἀγνοήσῃ, καὶ λάθῃ ῥῆμα ἐξ ὀφθαλμῶν τῆς συναγωγῆς, καὶ ποιήσωσι μίαν

A [Erit enim, inquit, illius aduentus ſecundum operationem Satanæ.] PALLAD. Quid dicis, intelligo; eſt enim perſpicua tua oratio. CYRILLVS. Propitiari autem ſuper altare thymiamatis iubet Aaron ſemel in anno, vngentem ſanguine purificationis peccatorum capita cornuum [Sanctum enim ſanctorum eſt,] inquit. Quod tibi perſpicuum faciet beatus Paulus, dicens: [Chriſtus verò aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis; B neque per ſanguinem hircorum, & taurorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta. [Nam, vt idem rurſus dicit,] ſemel mortuus, non amplius moritur, mors illi vltra non dominabitur; quod enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel; quod autem viuit, viuit Deo.] Ingrediebatur itaque vir ille admirabilis Aaron in Sancta ſanctorum ſemel in anno per ſanguinem purgationis peccatorum. Vide autem rurſus in hoc ipſo C Chriſtum, ſanguine ſuo pro ſalute omnium ac vita, ſuam crucem quodammodo aſpergentem; crucis quippe figura ſunt cornua, quæ manuum inſtar vtrinque exporrecta prominent. Igitur mortuũ quidem ſemel Chriſtum intellige, ſed eundem ex natura ſanctũ ſanctorum eſſe tanquã Deum. Eſt enim verax Ioannes, qui ait, [Ex plenitudine D eius nos omnes accepimus:] eſt enim Chriſti particeps vniuerſa non modò viſibilis, ſed etiam inuiſibilis creatura. Angeli namque, & Archangeli, illæ etiam quæ ſupra hos ſunt naturæ, ipſa denique Cherubim non aliter, quàm per Chriſtum ſolum in ſancto Spiritu ſancta ſunt. Ipſe igitur eſt altare, ipſe thymiama, ſummuſque Sacerdos; ipſe item ſanguis purgationis peccatorum. PALLADIVS. Rectè E ſanè dicis. Sed quid tandem ſit ſanguis purgationis peccatorum, perſpicuè intelligere nequeo. CYRILL. Cùm præfiguraret Lex illam per ſanguinem purgationem, & ſacram illam victimam (Chriſtum intelligo) per quem ſalui facti ſumus, & maculas, ex peccato nobis inuſtas, eluimus, ad hunc fere modum dixit in Leuitico, [Si autem vniuerſa congregatio Iſrael ignorauerit, & abſconditum fuerit verbum ab oculis congregationis, & fecerint vnum

Heb. 9. Rom. 6. Ioan. 1. Matth. 3. Leuit. 4.

» ab omnibus mandatis Domini, quod
» non oportet fieri, & deliquerint, &
» cognitum fuerit ipſis peccatum, in
» quo peccauerunt, adducet congrega-
» tio vitulum ex bobus immaculatum
» pro peccato, & adducet eum prope
» oſtium tabernaculi teſtimonii, & im-
» ponent ſeniores congregationis manus
» ſuas ſuper caput vituli coram Domi-
» no, & immolabunt vitulum coram
» Domino, & inferet ſacerdos vnctus
» de ſanguine vituli in tabernaculum
» teſtimonii, & intinget ſacerdos digi-
» tum de ſanguine vituli, & aſperget
» ſepties coram Domino è regione con-
» tra velum ſanctuarii, & de ſanguine im-
» ponet ſacerdos ſuper cornua altaris
» incenſi compoſitionis, quod eſt coram
» Domino, quod eſt in tabernaculo
» teſtimonii.] Quibus de rebus copioſius à nobis aliàs dicetur. Conſidera rurſus illum Emmanuel vt in vitulo pro nobis immolari, & nos à peccatis liberare, & à ſupplicio eximere, & à pœnis eripere, & per maius, atque perfectius tabernaculum ingredi, non per vitulos, aut hircos, ſed per proprium ſanguinem, & mortem ſemel guſtare: nam, cùm ſublimis in ligno penderet, eius latus lancea perfoſſum ſanguine & aqua manauit. Figuram porro crucis non abſurde tenent cornua altaris eminentia, vt in ſuperioribus diximus. PALLAD. Rectè ais. CYRILL. Atqui non ſanguine ſolum, ſed ſancta quoque aqua purgari oportere, Lex per ænigma iuſſit, quæ via eſt ad purgationem perfectiſſima, ſi myſterium, quod eſt in Chriſto, conſideres. PALLADIVS. Quomodo tandem, aut qua ratione id oſtendit? CYRILLVS.
Exod 30. » Scriptum eſt enim, [Et locutus eſt
» Dominus ad Moyſen, dicens, Fac
» labrum æneum, & baſim illius
» æneam ad abluendum: & pones illud
» inter tabernaculum teſtimonii & in-
» ter altare; & effundes in illud a-
» quam, & abluent Aaron; & filii
» eius in eo manus, & pedes aqua;
» cum ingredientur in tabernaculum
» teſtimonii, abluentur aqua, & non
» morientur, vel cùm ingredientur
» vt miniſtrent ad altare, & offerant
» holocauſta Domino, abluent manus,
» & pedes aqua. Cum ingredientur
» in tabernaculum teſtimonii, lauabunt
» aqua, vt non moriantur: & erit

A ἀπὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν κυρίου, ἣ οὐ ποιηθήσεται, καὶ πλημμελήσωσι, καὶ γνωσθῇ αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία, ἣν ἥμαρτον ἐν αὐτῇ, καὶ προσάξει ἡ συναγωγὴ μόσχον ἐκ βοῶν ἄμωμον περὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ προσάξει αὐτὸν παρὰ τὰς θύρας τοῦ μαρτυρίου τῆς σκηνῆς, καὶ ἐπιθήσουσιν οἱ πρεσβύτεροι τῆς συναγωγῆς τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ μόσχου ἔναντι κυρίου, καὶ σφάξουσι μόσχον ἔναντι κυρίου, καὶ εἰσοίσει ὁ ἱερεὺς χριστὸς ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ μόσχου εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. καὶ βάψει ὁ ἱερεὺς τὸν δά- B κτυλον ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ μόσχου, καὶ ῥανεῖ ἑπτάκις ἔναντι κυρίου κατενώπιον τοῦ καταπετάσματος τοῦ ἁγίου, καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου τῶν θυμιαμάτων τῆς συνθέσεως, ὅ ἐστιν ἐνώπιον κυρίου, ὅ ἐστιν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. Καὶ πλατύτερον μὲν περὶ γε τούτων ἡμῖν κατὰ καιροὺς εἰρήσεται· ἄθρει δὲ ὡς ἐν μόσχῳ πάλιν, ὑπὲρ ἡμῶν σφαζόμενον τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ ἁμαρτίας ἡμᾶς ἀ- C παλλάττοντα, καὶ ἐξιστῶντα δίκης, καὶ ποινῆς ἀποφέροντα, καὶ διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας ἰόντα σκηνῆς, οὐ διὰ μόσχων καὶ τράγων, ἀλλὰ δι' αἵματος τοῦ ἰδίου, καὶ θανάτου προσάπαξ ἀπογευσάμενον. ἐπὶ ξύλου γὰρ ἄνω λόγχῃ διανοιγεὶς τὴν πλευράν, αἷμά τε καὶ ὕδωρ ἐξέβλυσεν. τύπος δ' ἂν εἶεν σταυροῦ, καθὰ καὶ φθάσαντες εἴπομεν, αἱ τῶν κεράτων ἐξοχαί. ΠΑΛ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡ. Ἀλλ' οὔτι που μόνῳ τῷ αἵματι D καθαίρεσθαι δεῖν αἰνιγματωδῶς ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ ὕδατι τῷ ἁγίῳ προσέταττε. τελεωτάτη γὰρ ἤδη πρὸς καθαρσιν ὁδὸς, κατά γε τὸ ἐν Χριστῷ μυστήριον. ΠΑΛΛΑΔ. Πῶς δὲ δὴ ἄρα καὶ τοῦτ' ἔδειξεν, ἢ τίνα τρόπον; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Γέγραπται γὰρ οὕτω, καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· ποίησον λουτῆρα χαλκοῦν, καὶ βάσιν αὐτοῦ χαλκῆν, ὥστε νίπτεσθαι. καὶ θήσεις αὐτὸν ἀνὰ μέσον τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ θυσιαστηρίου. καὶ ἐκχεεῖς E εἰς αὐτὸν ὕδωρ· καὶ νίψονται Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας ὕδατι. ὅταν εἰσπορεύωνται εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, νίψονται ὕδατι, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνωσιν, ἢ ὅταν προσπορεύωνται πρὸς τὸ θυσιαστήριον λειτουργεῖν, καὶ ἀναφέρειν τὰ ὁλοκαυτώματα κυρίῳ, νίψονται τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ὕδατι. ὅταν εἰσπορεύωνται εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, νίψονται ὕδατι, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι. καὶ ἔσται αὐτοῖς

νόμιμον αἰώνιον αὐτῷ, καὶ ταῖς γενεαῖς αὐτοῦ μετ' αὐτόν. ὅτι μὲν οὖν ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ὡς ἐν γε δὴ τούτῳ προανεγράφετο χάρις, οὐκ ἀσυμφανές. βαπτιζόμεθα γάρ, οὐ σαρκὸς ἀπόθεσιν ῥύπου ἀποκερδαίνοντες, ἀλλὰ τῶν νοῦ καὶ καρδίας ἀπαλλαττόμενοι μολυσμῶν. καὶ τὰς τῶν πλημμελημάτων ἀπολουόμενοι κηλῖδας χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ καλοῦντος εἰς σωτηρίαν. δεδικαιώμεθα γὰρ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, κατὰ τὰς γραφάς, ἀλλ' ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. θέα δὲ δή, ὅπως καίτοι κατὰ νόμον ἅγιος ὢν ὁ Ἀαρών, καὶ μὴν καὶ οἱ σὺν αὐτῷ λειτουργεῖν ἐπιτεταγμένοι, προσαπονίζονται χεῖράς τε καὶ πόδας ὕδατι, τότε δὲ οὕτως ἅπτονται τῶν ἱερῶν. καὶ μήν, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰστρέχουσι, δειμάτων ἐλεύθεροι, σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς καταδηλοῦντος, οἶμαι, που καὶ τούτου τοῦ νόμου, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ αὐτοῦ διακεκραγότος τοῦ πράγματος, ὡς ἀνίερος παρὰ Θεῷ, καὶ ὁ δοκῶν εἶναί τις κατὰ νόμον ἱερός, εἰ μὴ ἀπολούσαιτο τῷ ὕδατι, καὶ ὅτι τῆς ἐν νόμῳ λατρείας ἡ δύναμις οὐκ ἀπόχρη πρὸς κάθαρσιν. προσαπονίζονται γοῦν καίτοι κατὰ νόμον ἡγιασμένοι, καθαίρεται δέ, οὔτι που τὸ καθαρόν, ἀλλὰ τὸ ῥυπῶν καὶ ἀκάθαρτον. τοιουτονὶ δὲ καὶ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Χριστός, ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει, εἰ μὴ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἔστι γὰρ καθαρός. γράφει δὲ καὶ σοφώτατος Παῦλος, ὡς ἐστιν ἀδύνατον αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. ἀτελὴς οὖν ὁ νόμος εἰς ἁγιασμόν, εἰ μὴ προσγένοιτο τοῖς δεδιψηκόσι τὴν πρὸς Θεὸν οἰκειότητα, τὸ σωτήριον βάπτισμα. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης καίτοι τοῖς ἄγαν αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένος, καὶ ἀρετῆς εἰς τοῦτο διέρπων εἴδους ὡς εἰς λῆξιν ἤδη γενέσθαι τὴν ἀνωτάτω, βαπτίζεσθαι παρεκάλει τὸν σωτῆρα λέγων, ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Χεῖρες δὲ καὶ πόδες ἀπονιπτόμενοι, ἔργου καὶ πορείας τῆς εἰς ἕκαστα τῶν πρακτέων, τὸ καθαρὸν καὶ ἀκίβδηλον ὑποσημαίνουσιν. τουτὶ δὲ ἡμῖν ἐξησκηκόσιν, ἐφεῖται μὲν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐσωτέραν σκηνήν, προσκομίζειν δὲ τῷ Θεῷ θυσίας πνευματικάς, καὶ ὡς ἐν τάξει θυμιαμάτων τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας καθιεροῦν οἱονεί πως τὴν εὐοσμίαν. παρεγγυᾷ δὲ χρησίμως ἀπονίζεσθαι δεῖν τοὺς εἰς τὰ

A legitimum ſempiternum ipſi, & generationibus eius poſt eum.] Gratiam igitur ſancti baptiſmatis in ea re præfiguratam eſſe, non eſt obſcurum. Nam, cùm baptizamur, non ſordium carnis depoſitionem conſequimur, ſed inquinamentis animi & cordis liberamur, & maculas delictorum abluimus illius gratia atque benignitate, qui nos ad ſalutem vocat. Iuſtificamur enim non ex operibus Legis, vt ſcripturæ teſtantur, ſed ex fide Ieſu Chri- Rom. 3.
B ſti. Illud autem animaduertas velim, Aaron & eos, quibus vnà Deo miniſtrare iuſſum erat, quamuis ex Lege ſancti eſſent, adhuc tamen aqua manus, ac pedes abluere, ita denique ſacra munera obire, & in Sancta ſanctorum ingredi omni formidine liberatos. In quo illud quoque Lex aperte & euidenter oſtendit, atque ipſa res geſta propemodum voce teſtatur, eum etiam, qui ex Lege ſacer eſſe videatur,
C profanum apud Deum haberi, niſi abluatur aqua, vimque illam legalis cultus non eſſe ad purgandum ſatis efficacem. Itaque, tametſi Lege ſanctificati eſſent, adhuc tamen abluebantur; purgatur autem certè, quod purum eſt, nihil, ſed quod immundum & impurum: eiuſmodi quidpiam ipſe quoque Chriſtus dixit, [Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet; eſt quippe mundus:] ſcribit etiam vir ſapientiſſimus Paulus, impoſſibile eſſe Ioan. 13. Heb. 10.
D ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Imperfecta eſt igitur Lex ad ſanctificationem, niſi iis, qui Dei coniunctionem ardenter expetunt, baptiſmus quoque ſalutaris acceſſerit. Itaque Ioannes quoque ille vir diuinus, quamuis ſummis ornamentis eſſet inſignitus, & ad eam virtutem progreſſus, vt iam ad ſummum verticem peruenisſet, ſe tamen baptizari poſcebat, cùm Saluatori diceret, [Ego opus habeo à te baptizari.] Matth. 3.
E PALLADIVS. Ita eſt. CYRILL. Manus autem, & pedes abluti, operum, & ad vnamquamque rem gerendam inceſſus quodammodo puritatem, atque ſinceritatem ſignificant. Quod vbi accuratè præſtiterimus, permittitur, vt interius tabernaculum ingrediamur, offeramuſque Deo hoſtias ſpirituales, eique bonum odorem euangelicæ conuerſationis, thymiamatis inſtar, conſecremus. Neque verò inutiliter præcipit, vt, qui velint in

Sancta ſanctorum ingredi, quique ſacra munera procurant, abluantur, ne moriantur. Periculoſum eſt enim, & haud impunitum, ad Deum non purgatos accedere. Itaque nobis vir ille ſapiens Paulus mandat, vt, ſi myſticæ benedictionis participes eſſe velimus, nos ipſos probemus, atque ita denique accedamus: eſſe autem hanc in eiuſmodi rebus negligentiam, rem periculi plenam aperit, dicens, [Ideo multi infirmi inter vos, & imbecilles, & dormiunt multi: ſi enim nos iudicaremus, non vtique iudicaremur: dum iudicamur autem à Domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.] PALLADIVS. Certum eſt igitur ſacrum illud labrum ſancti baptiſmatis gratiam præfiguraſſe. CYRILLVS. Sic ſe habet, neque prorſus ambigendum putes. At, ſi eius præterea opificii rationem conſideres, multo etiam magis, niſi fallor, admirabere: ſic enim ſcriptum eſt de Beſeleel, qui tabernaculi opera fabricatus eſt, [Hic fecit labrum æneum, & baſim eius æneam è ſpeculis ieiunantium mulierum, quæ ieiunabant prope oſtia tabernaculi teſtimonii in die, qua fixit illud; & fecit labrum, vt abluerent ex eo Moyſes, & Aaron, & filii eius manus ſuas, & pedes, cum ingrederentur in tabernaculum teſtimonii, aut cum pergerent ad altare, vt miniſtrarent Deo, abluebantur ex ipſo, vt conſtituit Dominus Moyſi.] PALLADIVS. Quid autem ſpeculis opus erat? quæve etiam illæ, quæ ieiunauerant, fuere? CYRILL. Multæ res geſtæ haud aperte in Scriptura ſacra explicantur, ſed obiter tamen ſignificantur; quale hoc eſt, quod in manibus habemus: nam vbi, quîve ieiunauerint, dum ſanctum tabernaculum erigeretur, id Moyſes non expoſuit; ſed quin factum ſit, nemini dubitare licet: etſi enim parum perſpicue, dictum eſt tamen. Sed, hoc prætermiſſo, ad illud pergamus. PALLADIVS. Quodnam illud? CYRILLVS. Nempè, cuius rei figura fuerint mulieres, quæ ieiunauerunt; cuius etiam, quod è ſpeculis labrum æneum factum eſt. PALLAD. Atqui tui muneris eſt, id etiam explicare. CYRILL. Accipe igitur. Genus Iſraëlitarum, cùm ſeruiret Ægyptiis, ac diu in illorum legibus vitam traduceret, idola coluit:

1. Cor. 11.

A ἅγια τῶν ἁγίων εἰσελαύνειν ἐθέλοντας, καὶ τῶν ἱερῶν ἔργων ἐπιμελητάς, ἵνα μὴ ἀποθάνωσιν. Χρῆμα γὰρ ἐπισφαλὲς καὶ ἐπιζήμιον ἀληθῶς, τὸ ἐγγίζειν Θεῷ μὴ κεκαθαρμένους. Τοιγάρτοι καὶ σοφὸς ἡμῖν ἐπισκήπτει Παῦλος, εἰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας μεταλαχεῖν ἐθέλοιμεν, ἑαυτοὺς δοκιμάζειν, προσιέναι τε οὕτω λοιπόν. Πρᾶγμα δὲ ὅτι καὶ κινδύνου μεστὸν τὸ ἀτημελὲς ἐν τούτοις, ἐκκαλύπτει λέγων. Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. B εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. ΠΑΛ. Ἄραρεν οὖν ὅτι τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ὁ ἱερὸς ἡμῖν λουτὴρ προκατεδείκνυε χάριν. ΚΥΡ. Ὧδε ἔχει· μὴ γὰρ ἐνδοιάσῃς ὅλως. καὶ τόν γε τῆς τούτου κατασκευῆς περιαθρήσας τρόπον, καταπεπληγὼς ἂν οἶμαι καὶ ἔτι μειζόνως ἔσῃ. γέγραπται γὰρ ὧδε περὶ τοῦ Βεσελεήλ, τοῦ τὰ ἐν τῇ σκηνῇ τετεχνουργηκότος. Οὗτος ἐποίησε τὸν C λουτῆρα τὸν χαλκοῦν, καὶ τὴν βάσιν αὐτοῦ χαλκῆν, ἐκ τῶν κατόπτρων τῶν νηστευουσῶν, αἳ ἐνήστευσαν παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἔπηξεν αὐτήν. καὶ ἐποίησε τὸν λουτῆρα ἵνα νίπτωνται ἐξ αὐτοῦ, Μωσῆς τε καὶ Ἀαρών, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ τοὺς πόδας, εἰσπορευομένων αὐτῶν εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἢ ὅταν προσπορεύωνται εἰς τὸ θυσιαστήριον, λειτουργεῖν, ἐνίπτοντο ἐξ αὐτοῦ, καθάπερ συνέταξεν ὁ Κύριος τῷ Μωσῇ. D ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τί τῶν κατόπτρων τὸ χρῆμα; τίνες δὲ ἄρα καὶ αἱ νηστεύσασαι; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πολλὰ τῶν γεγενημένων σαφῆ μὲν οὐκ ἔχει παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ τὴν ἀφήγησιν. σημαίνεται δέ πως ἐκ παραδρομῆς, καθάπερ ἀμέλει καὶ τόδε τὸ ἐν χερσί. ποῦ γάρ, ἢ τίνες νενηστεύκασι τῆς ἁγίας ἐγηγερμένης σκηνῆς, οὐ λελάληκεν ὁ Μωσῆς. ὅτι δὲ γέγονεν, οὐκ ἐνδοιάσαι τις ἄν· εἴρηται γάρ, εἰ καὶ μὴ σαφῶς. ἀλλὰ ταυτὶ δὴ μεθέντες, ἐπ' ἐκεῖνο ἴωμεν, εἰ δοκεῖ. ΠΑΛ. Τὸ ποῖον; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὰ E νενηστευκότα γύναια, τίνος ἂν εἶεν εἰς τύπον; τί δὲ τὸ ἐκ τῶν κατόπτρων τὸν λουτῆρα πλάττεσθαι τὸν χαλκοῦν; ΠΑΛ. Καὶ μὴν σὸν ἤδη πως καὶ τοῦτο εἰπεῖν. ΚΥΡ. Ἄκουε δή· λελατρεύκασιν εἰδώλοις οἱ ἐξ Ἰσραήλ, τὴν ὑπὸ τοῖς Αἰγυπτίοις ἀνατλάντες θητείαν, καὶ τοῖς ἐκείνων διαβιοῦντες νόμοις, μακροὺς διατετελέκασι χρόνους.

ἔθος τοίνυν Αἰγυπτίων μάλιστα γυναιξὶν, εἰσφοιτᾶν ἱεροῖς, λευκῇ μὲν ἐσθῆτι κατεσταλμέναις, κατόπτρῳ δὲ τὴν ἀριστερὰν, καὶ σείστρῳ τὴν δεξιὰν ἱεροπρεπῶς κατεστεμμέναις, αἳ ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων ἐξειλεγμέναι καὶ ἱερομύστιδες, τῆς τοιαύτης μόλις ἠξιοῦντο τιμῆς, ὕβρεως μὲν οὖν, ὧδε γὰρ ἄμεινόν τε καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν. γυναῖκα δὲ οὖν τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ λείψανα τῆς ἐν Αἰγύπτῳ λατρείας ἐν ἰδίοις σκεύεσιν εὑρηκότα, ταυτὶ δὲ τὰ κάτοπτρα προσκεκόμισαν εἰς καρποφορίαν, ἃ καὶ εἰς τὸ τοῦ λουτῆρος μετεσκευάσθη (B) χρῆμα. σκηνῆς δὲ τῆς ἁγίας ἐγηγερμένης νενηστεύκασι προσεζησάμεναί που ταῖς θύραις, καὶ πάντα ἁγνῶς διαβιτώμεναι, ὑποδηλοῦντος οἶμαι τοῦ πράγματος, ὅτι τῆς ἀληθεστέρας ἀναδεδειγμένης σκηνῆς, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἐκκλησίας ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, καιρὸς ἤδη πως τοὺς ἀνακειμένους εἰς δόξαν ποτὲ τῆς τῶν δαιμονίων ἀγέλης, εἰς ἱερὰ μεταπλάττεσθαι σκεύη, καὶ ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς (C) παραδοχὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὡς καὶ διαπρέπειν δύνασθαι τοῖς ὑπὲρ νόμον αὐχήμασιν. τουτὶ γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἐκ κατόπτρων Ἑλληνικῶν, ἤτοι κειμηλίων διαβολικῶν, τὸν λουτῆρα πλάττεσθαι τὸν χαλκοῦν, ἐν ᾧ δὴ καὶ τὸ ὕδωρ, ὃ καὶ αὐτὸν ἀποκαθαίρει Μωσέα, καὶ τῇ κατὰ νόμον ἱερωσύνῃ χρήσιμον εἰς ἀπόνιψιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν νοητήν. ἢ γὰρ, οὐχὶ σκεύη διαβολικὰ, τοὺς πεπλανημένους, καὶ τοῖς δαιμονίοις λελατρευκότας (D) φαίης ἂν εἶναι καὶ αὐτὸς, ὦ Παλλάδιε; ΠΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΚΥΡ. Νενηστεύκασι δὲ τὰ γύναια παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τῆς ἁγίας. εἴη δ' ἂν καὶ τόδε καλὸν αἴνιγμα καὶ σοφὸν, τοὺς μὴ δι' αἱμάτων εἰστρέχειν ἐν ἐκκλησίαις τοὺς ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένους, θυσίαις δὲ μᾶλλον πνευματικαῖς ἐκπρέποντας, καὶ δωροφορίαν ὥσπερ τινὰ προσκομίζοντας τῷ Θεῷ, τὴν ἐγκράτειαν, τὴν οἱονεὶ νέκρωσιν τῆς σαρκός. παραστήσατε γὰρ, φησὶ, τὰ σώματα ὑμῶν, θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον (E) τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. καὶ πάλιν· δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. οὐκοῦν αἱ νηστεύσασαι τῆς ἁγίας ἐγηγερμένης σκηνῆς, εἰς εἰκόνα τελοῦσι ψυχῶν, οὐ Μωσαϊκοῖς ἐντάλμασι παιδαγωγουμένων ἔτι, πνευματικὴν δὲ μᾶλλον καὶ εὐαγγελικὴν ἀναδεδειγμένων τὴν πολιτείαν ἤδη, καὶ πατουσῶν οὐκ ἀϊδρωτὶ τὰς ἐπιγείους ἡδονὰς, καὶ ἀναμορφουμένων εὖ μάλα πρὸς τὸ ἀκέραιον κάλλος, διὰ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι παθεῖν τὰ

A mos igitur erat præcipue apud mulieres Ægyptiorum linea veſte inductas, adire templa, ſpeculum ſiniſtra, ſiſtrum dextra ſacro habitu geſtantes, eumque honorem, imò, vt verius ac melius dicam, contumeliam illæ quidem, quæ inter ceteras maxime excellerent, & ſacris eſſent initiatæ, vix obtinebant. Mulieres igitur ex genere Iſraël reliquias illius cultus, quem in Ægypto ſeruauerant, cùm in ſua ſupellectili reperiſſent, hæc ipſa, in- B quam, ſpecula oblationis cauſſa detulerunt, eaque ad labri vſum tranſlata ſunt: cúmque ſanctum tabernaculum erigeretur, illæ ieiunauerunt, ad oſtium aſſidentes, & per omnia caſte degentes: quo facto ſignificabatur, veriore iam tabernaculo manifeſto, id eſt, Eccleſia, quod tabernaculum fixit Deus, & non homo, vt beatus Paulus ſcribit, tempus iam eſſe profectò, vt, qui ad venerationem Dæmoniorum gregis dicati erant, in ſacra vaſa mutentur, C quæ ſint ad ſancti baptiſmatis receptionem apta; adeo vt ornamentis, quæ ſupra Legem ſunt, excellere poſſint: hoc enim eſt, vt opinor, è gentilium ſpeculis, ſeu diabolicis theſauris labrum æneum formari, in quo iam aqua ſit, qua ipſe quoque Moyſes purgetur, quæque ad ablutionem nimirum ſpiritualem legali ſacerdotio ſit vſui. An tu ipſe, Palladi, qui in errore ſeducti erant, & dæmonia colu- D erant, eos non vaſa fuiſſe diabolica cenſes? PALLADIVS. Ego verò quidni fatear? CYRILLVS. Ieiunauerunt porro ex mulieres ad oſtia ſancti tabernaculi, idque præclarum eſt, ac ſcitum ænigma, qui in Chriſto iuſtificati ſunt, eos non per ſanguinem ingredi in Eccleſias, ſed potius ſpiritualibus hoſtiis inſignitos, & temperantiam atque continentiam & mortificationem quandam carnis, quaſi donum quoddam offerentes, [Exhibete enim, inquit, corpora veſtra hoſtiam E viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum:] & iterum, [Glorificate igitur Deum in corpore veſtro.] Igitur, quæ cùm tabernaculum erigeretur ieiunauere mulieres, animarum imaginem referunt, quæ non Moſaicis adhuc mãdatis inſtituuntur, ſed iam ſpiritualem potius, euangelicamque conuerſationem oſtendunt, terrenaſque voluptates non ſine labore calcant, &, dum execranda illa,

Hebr. 8.

Rom. 12.

1. Cor 6.

atque nefaria carnalis libidinis crimina ſubire non ſuſtinent, præclare ad illam incorruptam pulchritudinem reformantur. An verò non hæc eſt noſtra in Chriſto viuendi ratio, qui ad ſanctificationem, gracilitatemque illam ſpiritualem vocati ſumus? PALLAD. Maximè verò. CYRILLVS. Atque hæc quidem hactenus de ſacris inſtrumentis dixiſſe ſufficiat. Iam verò ipſum tabernaculum quomodo poſitum ſit & extructum, conſideremus: quamuis autem ea res recondita ſit, noſtrumque modum ſuperet, nihil tamen officit omnino, quominus vndique ſtudioſe colligamus, quod vtile ſit, & ea etiam quæ longe ſublimiora ſunt, quoad poſſumus, aggrediamur. PALLAD. Rectè ais. CYRILL. Ac, ſi quis hæc velit nimium ſubtiliter explicare, longa erit vnaquaque de re ac multiplex oratio. Illud tamen ſciendum eſt ex illis inſtrumentis quædam contemplationem attingere, & ad rationes myſticas pertinere, quædam eſſe ad ornatum, & vſum tabernaculi fabricata. Orationis itaque longitudine, quoad fieri poterit, circumciſa, breuiter dicam; narrationemque perſtringam:

Exod. 26. " dicit igitur, [Et facies tabernaculum, " decem aulæa ex byſſo torta, & hyacintho, & purpura, & coccino neto: " Cherubim opere textorum facies ipſa: " longitudo vnius aulæi octo & viginti " cubitorum, & latitudine quatuor cubitorum erit aulæum vnum: eadem " menſura erit omnibus aulæis: quinque autem aulæa erunt ſibi inuicem " cohærentia, alterum ex altero, & quinque aulæa erunt cohærentia alterum " alteri.] Decem itaque cortinæ ſunt, & inter ſe arctius conſertæ: multæ namque manſiones ſunt apud Patrem: & qui in illis habitant, vnum profectò omnibus eſt, ac pium propoſitum, vna etiam de Deo cognitio; in pace namque vocauit nos Deus, vt ſcriptum eſt. (1. Cor. 7.) Poteris autem decem aulæa, ſi placet, accipere, atque exiſtimare ſummam eſſe omnium, quæ vbique ſunt, Eccleſiarum, quæ minime in diuerſas ſententias, & compugnantes opiniones diuiſæ ſunt, ſed coniunctæ ſpiritu, & per vnitatem, quæ eſt in Chriſto per fidem, quaſi in vnum conſtrictæ: vbique enim, & in omnibus vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. (Ephes. 4.) Vniuſcuiuſque autem aulæi latitudo quatuor cubitorum eſt, & viginti & octo longitudo;

A μυσαρά τε καὶ βέβηλα τῆς φιλοσαρκίας ἐγκλήματα. ἢ οὐχ οὕτως ἡμῖν ὁ τοῦ βίου τρόπος τοῖς ἐν Χριστῷ κεκλημένοις εἰς ἁγιασμὸν καὶ ἰσχνότητα τὴν πνευματικήν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν εἰς τὸ παρὸν, σκευῶν ἱερῶν εἰρήσθω πέρι. φέρε δὲ εἰ δοκοῖ καὶ αὐτὴν ἡμῖν ὅπως ἔχει θέσεώς τε καὶ κατασκευῆς κατασκεψόμεθα τὴν σκηνήν. καὶ βαθὺ μὲν τὸ χρῆμα, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπέκεινα μέτρων, B βλάβος δὲ οἶμαι τὸ σύμπαν οὐδὲν, πανταχόθεν ἡμᾶς ἐρανίζεσθαι φιλεῖν τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν, καὶ τοῖς ἄγαν ὑπερκειμένοις ὡς ἔνι προσβάλλοντας. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἰ μὲν οὖν ἕλοιτό τις ἄγαν ἰσχνομυθεῖν, μακρὸς ἂν γένοιτο καὶ πολυσχιδὴς ὁ ἐφ' ἑκάστῳ λόγος. ἰστέον δὲ ὅτι, τὰ μὲν σκευῶν καὶ θεωρίας ἅπτου καὶ λόγων ἐστὶ μυστικῶν, τὰ δὲ εἰς κόσμον τε καὶ χρείαν ἐκμεμηχάνηται τῆς σκηνῆς· ὑποτεμὼν δὲ, ὡς C ἔνι, τὸ μῆκος τοῦ λόγου, ἐν βραχέσιν ἐρῶ, καὶ συστελῶ τὸ διήγημα. ἔφη τοίνυν, ὅτι καὶ τὴν σκηνὴν ποιήσεις δέκα αὐλαίας, ἐκ βύσσου κεκλωσμένης, καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου. Χερουβὶμ ἐργασίας ὑφαντοῦ ποιήσεις αὐτάς. μῆκος τῆς αὐλαίας τῆς μιᾶς, ὀκτὼ καὶ εἴκοσι πήχεις. καὶ εὖρος τεσσάρων πηχῶν ἡ αὐλαία ἡ μία ἔσται, μέτρον τὸ αὐτὸ ἔσται πάσαις ταῖς αὐλαίαις. πέντε δὲ αὐλαῖαι ἔσονται ἐξ ἀλλήλων συνεχόμεναι, ἑτέρα ἐκ τῆς ἑτέρας, καὶ πέντε αὐλαῖαι ἔσον-D ται συνεχόμεναι, ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ. δέκα μὲν οὖν αἱ αὐλαῖαι καὶ ἀλλήλων ἀπρὶξ ἡμμέναι· πολλαὶ γὰρ μοναὶ παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ τῶν ἐνοικούντων αὐταῖς εἷς που πάντων καὶ ὅσιος ὁ σκοπὸς, μία δὲ καὶ ἡ περὶ Θεοῦ γνῶσις. ἐν γὰρ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐνδείξῃ δὲ, εἰ δοκεῖ, τὰς δέκα αὐλαίας, ἤγουν τι οἴσῃ τὸ E πλήρωμα τῶν εἰς κόσμον ἐκκλησιῶν, οὐ διεσπαρμένων εἰς διχόνοιαν, οὐδ' εἰς ἀσύμφωνον δόξαν, ἀλλ' ἡνωμένων ἐν πνεύματι, καὶ οἱονεί πως συνεσφιγμένων εἰς ἓν καθ' ἑνότητα τὴν ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως. πανταχοῦ γὰρ καὶ ἐν πάσαις εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. πλάτος δὲ ἑκάστη τῶν αὐλαιῶν πήχεις τέσσαρες, καὶ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τὸ μῆκος.

καὶ περίεργον μὲν καὶ ἰσχνὸν τὸ αἴνιγμα, πλὴν οἶμαι καταδηλοῦν αὐτὸ, σκοτεινῶς τε καὶ ἀμυδρῶς, ὅτι καὶ ἡ διὰ νόμου παίδευσις δεκτή πως ἐν ἐκκλησίαις, στενοτάτη μὲν οὖσα διά γε τὸ ἀσυμφανὲς τοῦ γράμματος· προϊόντος γε μὴν εἰς μῆκος τοῦ χρόνου, τέλος ἕξει τὸ περὶ Χριστοῦ μυστήριον, τοῦτ' ἔστι, τὴν ὀγδόην, ἤτοι τὴν ἐν ὀγδόῃ γενομένην ἀνάστασιν. τέλος γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστὸς, πρὸς ὃν καὶ ὁ θεῖος διακέκραγε Δαβίδ. πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα· γράφει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τοῖς τὴν ἐν νόμῳ λατρείαν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως προτετιμηκόσι, τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται, οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. ὁρᾷς ὅτι τὸ προσκεῖσθαι θέλειν τοῖς ἀπειθήσασιν Ἰουδαίοις καὶ λαλοῦσιν ἔτι τὰ ἐν νόμῳ μετὰ τὴν πίστιν, στενοχωρεῖσθαι ποιεῖ; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι. ΚΥΡ. Ἰστέα δὲ ταῖς αὐλαίαις ἐκ βύσσου κεκλωσμένης, καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου. παμποίκιλος γὰρ τῆς ἐκκλησίας ὁ κόσμος. τοῦτό τοι καὶ ὁ θεσπέσιος ψάλλει Δαβὶδ, ὡδί πῃ λέγων περὶ αὐτῆς. παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. κόσμημα δὲ καὶ ὡραϊσμὸς ἐν αὐτῇ πολυειδὴς, ὁ Χριστὸς, εἷς μὲν κατὰ φύσιν ὑπάρχων, αἰνίγμασι δὲ πολλοῖς καὶ διαφόροις νοούμενος, οἷον φέρε εἰπεῖν, καὶ βύσσος κεκλωσμένη. ἰσχνὸς γὰρ ὢν καὶ ἀσώματος κατὰ φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ τοῦ πατρὸς λόγος, κέκλωσται τρόπον τινὰ διὰ τῆς οἱονεὶ πρὸς σάρκα συμπλοκῆς. οὐκοῦν καὶ βύσσος κεκλωσμένη, καὶ μὴν, καὶ ὡς ὑάκινθος, ὅτι μὴ ἐκ γῆς, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ· ὑακίνθῳ γάρ πως προσεικάζεται τὸ ὑψοῦ τε καὶ ἄνω καὶ αἰθέριον σῶμα, τὸ καὶ μέχρις αὐτοῦ διῆκον τοῦ στερεώματος. οὐκοῦν ὡς ὑάκινθος διὰ τὸ ἐξ οὐρανοῦ, πορφύρα δὲ, ὅτι μὴ δοῦλος, ὡς γενητὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ βασιλεὺς, καὶ τῶν ὅλων Κύριος. κεκλωσμένον δὲ κόκκινον. ἐν συμπλοκῇ γὰρ, ὡς ἔφην, τῇ πρὸς σάρκα νοούμενος, καὶ ὑπάρχων ἀληθῶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὸ ἴδιον αἷμα δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν. αἵματος γὰρ σημεῖον, τὸ κόκκινον. Χερουβὶμ δὲ, τῶν δερρέων ἡ γραφὴ, τὸ συνῆφθαι τάχα που τοῖς ἄνω τὰ κάτω,

A & id quidem ænigma operoſius eſt, atque ſubtilius: illud tamen obſcure, ac latenter eo ſignificari arbitror, Legis inſtitutionem admitti in Eccleſias, anguſtam quidem illam propter literæ obſcuritatem, ſed tempore in longum progrediente, finem habituram in ipſo Christi myſterio, id eſt, octauo die, ſeu in reſurrectione, quæ octauo die contigit: finis quippe Legis, ac Prophetarum, Chriſtus; ad quem etiam beatus Dauid clamabat, [Latum man- Psal. 118.
B datum tuum nimis.] Scribit etiam beatus Paulus ad eos, qui cultum Legis, Chriſti fidei præferebant, [Os noſtrum 2. Cor. 6. apertum eſt ad vos, Corinthii; cor noſtrum dilatatum eſt: non anguſtiamini in nobis; anguſtiamini autem in viſceribus veſtris: eandem autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini & vos; nolite iugum ducere cum infidelibus.] Vides igitur quemadmodum velle Iudæis incredulis adhærere poſt fidem, ea, quæ
C in Lege ſunt, loquentibus, in anguſtum adducat? PALLAD. Intelligo. CYRILLVS. Sunt autem aulæorum vela ex byſſo torta, & hyacintho, & purpura, & coccino neto. Varius eſt enim Eccleſiæ ornatus. Idque etiam beatus Dauid pſallendo canit, ſic de illa, dicens, [Aſtitit regina à dextris Psal. 44. tuis in veſtitu deaurato, circundata, variegata:] ornamentum autem ipſius, ac multiplex decor, Chriſtus eſt, qui, cùm vnus ſecundum naturam ſit, fi-
D guris tamen multis, ac diuerſis intelligitur, velut, ne longius abeam, & byſſo torta, quod illud ex Deo Patre genitum Verbum, cùm tenue ſit, & incorporeum ſecundum naturam, tortum eſt quodammodo, eo quod cum carne quaſi conſertum eſt; byſſus eſt igitur torta: hyacintho præterea ſimile, quia non ex terra, ſed ſupernè, ac de cœlo: nam hyacintho perſimile eſt hoc ſublime, & ſupernũ, & æthereum corpus, quod ad ipſum vſque firmamẽtũ perti-
E net. Vt hyacinthus igitur, quia de cœlo eſt: purpura verò, quia minime ſeruus, tanquam factus, ſed ex Deo rex, & vniuerſorum dominus: tortum porro coccinum, quia cùm eſſet cum carne conſertum, vt modò dixi, & tamen verè Dei Verbum, ſuum ſanguinem pro nobis dedit; ſanguinis quippe ſignum eſt coccinum. Cherubim autem depicta erant in pellibus; qua in re aptiſſime fortaſſe ſignificatur, ſummis ima coniuncta,

A atque cœleſtibus virtutibus terreſtrem eccleſiam eſſe connexam. Illud autem ſcitu dignum eſt, ſapientiſſimum quoque virum Salomonem in parietibus templi Cherubim inſculpſiſſe, atque ad hunc eundem modum effectam illam eſſe domus deſcriptionem, quæ Ezechielis voce ſignificatur. Aulæorum porro tegmina ſunt vela capillacia anſis & circulis conſtricta: operimenta præterea ſuperiecta hyacinthinæ pelles, & pelles arietum rubricatæ, quæ Chriſtum Eccleſiæ protectorem indicant; per hyacinthum rurſus, vt B pote qui è cœlo ſit, ſuperiſque locis, per colorem autem rubrum, vt qui in carne ſit ortus; talis eſt enim quodammodo carnis color. PALLAD. Harum rerum contemplationem non abſurde ſe habere cenſeo. CYRILLVS. Columnæ autem aulæorum in latitudine quidem cubitũ ac dimidium habent, in longitudine denos; earumque tum capita, tum corpora erant auro conſperſa, biniſque baſibus, iiſque argenteis innitebantur. In ſingulis porro columnis C rurſus Chriſtus intelligitur, Eccleſiæ fulcrum, ac veritatis firmamentum, vt Paulus ait. Omnia verò ipſe confirmat, & continet; nam per vnum cubitum atque dimidium tum perfectus, quod ad naturam diuinitatis pertinet, tum verò minor, in menſura humanitatis oblique ſignificatur. Neque verò abſurdum eſt, ſi dicamus perfectiſſimum quidem eſſe Chriſtum, vt in integro cubito, cùm Deus ſecundum naturam ſit; eundem tamen vt in dimidio cubito ex D humana natura ſubmiſſiorem. Nihil eſt enim in rebus ortis perfectum: porrò ille Vnigenitus, cùm diues eſſet, pauper in nobis factus eſt, ac ſeſe ad exinanitionem demiſit. PALLADIVS. Ita eſt. CYRILL. Non igitur æquare poterit diuinitatis excellentiam humana natura; id enim fieri minime poteſt. Itaque, vt qui noſtri ſimilis factus eſſet, atque etiam intelligeretur, dicebat, [Pater maior me eſt:] cum tamen ex natura diuinitatis æqualis ſit, & nihilo inferior E excellentia genitoris. Longitudo verò columnæ decem cubitorum erat; eſt enim Chriſtus, quod ad diuinitatis ſublimitatem pertinet, perfectiſſimus; porrò in diuinis literis denarius numerus perfectionem ſignificat. Aureum eſt præterea columnæ caput, & item corpus; eſt illud viciſſim de Virgine templum ſummæ illius naturæ inhabitatione prædiues:

1. Thes. 3.

Philip. 2.

Ioan. 14.

A καὶ ταῖς ἐν οὐρανῷ δυνάμεσι τὴν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκκλησίαν ἑνῶσθαι λοιπὸν κατὰ δηλουμένου τοῦ πράγματος εὖ μάλα. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ὁ σοφώτατος Σολομὼν, ἐνεκόλαψε τοῖς τοίχεσι τοῦ ναοῦ τὰ Χερουβίμ. ἐκπεποίηται δὲ τὸν αὐτὸν τουτονὶ τρόπον καὶ ἡ διατύπωσις τοῦ οἴκου τοῦ σημαινομένου, διὰ φωνῆς Ιεζεκιήλ. καλύμματα δὲ ταῖς αὐλαίαις δέρρεις, ἀγκύλαις τε καὶ κρίκοις συνεσφιγμέναι. καὶ μὴν καὶ ἐπικαλύμματα, δέρματα ὑακίνθινα, καὶ δέρματα κριῶν, B ἠρυθροδανωμένα, τῆς ἐκκλησίας τὸν σκεπαστὴν Χριστὸν ὑπεμφαίνοντα, διὰ μὲν τοῦ ὑακίνθου πάλιν, ὡς ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄνωθεν, διὰ δέ γε τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος, ὡς ἐν σαρκὶ γεγονεν. τοιουτονὶ γάρ πως ἐστὶ τὸ τῆς σαρκὸς χρῶμα. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐκ ἔξω λόγου ταυτὶ τεθεωρῆσθαι φημί. ΚΥΡ. Στῦλοι δὲ ταῖς αὐλαίαις, εὖρος μὲν εἰς πῆχυν ἰόντες ἕνα τε καὶ ἥμισυ. μῆκος δέ γε μὴν εἰς δέκα, κεφαλὰς μὲν καὶ σώματα χρυσῷ διαπεπασμένοι, βάσεσι δὲ διC πλαῖς καὶ ἀργυραῖς ἐπηρεισμένοι. νοεῖται δὲ πάλιν ὡς ἐν ἑκάστῳ στύλῳ Χριστὸς, τῆς ἐκκλησίας τὸ ἔρεισμα, τὸ τῆς ἀληθείας ἑδραίωμα, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. ἵστησι δὲ καὶ συνέχει τὰ πάντα αὐτός. διὰ μὲν γὰρ τοῦ ἑνός τε καὶ ἡμίσεως πήχεως, ὡς τέλειος κατὰ φύσιν θεότητος, μείων δὲ αὖ, ὡς ἐν ἀνθρωπότητος μέτρῳ, πλαγίως ὑποσημαίνεται. οὐκ εὔηθες δὲ εἰπεῖν, ὅτι παντέλειος μὲν, ὡς ἐν ὁλοκλήρῳ πήχει Χριστὸς, ἐπεί τοι Θεός ἐστι κατὰ φύσιν. ὡς δὲ ἐν ἡD μίσει πήχεως, ὑφειμένος διὰ τὸ ἀνθρώπινον. τέλειον γὰρ ἐν γενητοῖς οὐδέν. πλούσιος δὲ ὢν, ἐπτώχευσεν ἐν ἡμῖν, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν ὁ μονογενής ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν οὐκ ἰσοστατήσει ταῖς τῆς θεότητος ὑπεροχαῖς τὸ ἀνθρώπινον, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονὼς καὶ νοούμενος· ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστὶ, καίτοι κατὰ φύσιν θεότητος, ἰσομέτρως ἔχων, καὶ τῆς τοῦ τεκόνE τος ὑπεροχῆς οὐχ ἡττώμενος. μῆκος δὲ τῷ ξύλῳ, δεκάπηχυ. παντέλειος γὰρ ὡς ἐν ὑψώμασι τῆς θεότητος, ὁ Χριστός. τελειότητος δὲ σημεῖον, ὁ εἰς δέκα τρέχων ἀριθμὸς παρά γε τῇ θείᾳ λαμβάνεται γραφῇ. χρυσῆ δὲ τῷ ξύλῳ κεφαλὴ, καὶ μὴν καὶ σῶμα χρυσοῦ φύσεως, γε μὴν τῆς ἀνωτάτω καταπλουτεῖ τὸν ἐναυλισμὸν, ὁ ἐκ παρθένου ναός. σῶμ-

σύμβολον δὲ θεότητος, ὁ χρυσὸς, ὑπεροχὴν A ἔχων τὴν κατὰ πάντων, ὡς ἐν ὕλης τυχὸν τῆς τοιᾶσδε λόγῳ. ἐξ ἀργύρου δὲ καὶ ἐκ δυοῖν ἡ βάσις. λαμπρὸς δὲ καὶ διαφανὴς ἐν γῇ ὁ Χριστὸς, κατά γε τὸ, Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν· καὶ οἱονεὶ διφυᾶ τὴν γνῶσιν ἔχει. νοεῖται γὰρ ἐν αὐτῷ Θεός τε καὶ ἄνθρωπος. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐστι, τὸ διπλῆν ὥσπερ ἔχειν καὶ ἐξ ἀργύρου τὴν βάσιν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εἰκάζεις ὀρθῶς. ΚΥΡΙΛ. Θέα γε μὴν ἐκεῖνο, ὦ τᾶν. B ΠΑΛ. Ὁ, τί δή; ΚΥΡ. Εἰς αὐλαίας γὰρ δέκα περιτετραγώνως ὅλην ἐκτείνεσθαι τὴν σκηνὴν, ἐπιλέγει μεταξύ. καὶ ποιήσεις δέῤῥεις τριχίνας, σκέπην ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἕνδεκα ποιήσεις αὐτὰς δέῤῥεις, τὸ μῆκος τῆς δέῤῥεως τῆς μιᾶς ἔσται τριάκοντα πήχεων. καὶ τεσσάρων πήχεων τὸ εὖρος τῆς δέῤῥεως τῆς μιᾶς. τὸ αὐτὸ μῆκος ἐπὶ ταῖς ἕνδεκα δέῤῥεσι. καὶ συνάψεις τὰς πέντε δέῤῥεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ τὰς ἓξ δέῤῥεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἐπιδιπλώσεις τὴν δέῤῥιν τὴν ἕκτην κατὰ πρόσωπον τῆς σκηνῆς. C καὶ ποιήσεις ἀγκύλας πεντήκοντα ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς δέῤῥεως τῆς μιᾶς, τῆς ἀνὰ μέσον κατὰ τὴν συμβολήν. καὶ πεντήκοντα ἀγκύλας ποιήσεις ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς δέῤῥεως τῆς συναπτούσης τῆς δευτέρας. τί τὸ χρῆμα λοιπὸν, ὦ Παλλάδιε; δέκα μὲν γὰρ ἐγείρει τὰς αὐλαίας. εἶτα πῶς οὐκ ἰσάριθμοι ταύταις αἱ δέῤῥεις· περιττεύει δὲ μία, τοῦτ' ἔστιν, ἡ ἑνδεκάτη. συνάψεις γὰρ, φησὶν, τὰς πέντε δέῤῥεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ τὰς ἓξ δέῤῥεις ἐπὶ τὸ αὐτό. ΠΑΛ. Οὐκ ἔχω φράσαι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀλλ' ἥ D γε θέσις σαφηνιεῖ τὸ ζητούμενον. ΠΑΛ. Πῶς ἔφης; ΚΥΡ. Πέντε μὲν γὰρ αὐλαίας ἀλλήλαις συνεσφιγμένας ὅτι προσῆκε γενέσθαι φησίν· ἑτέρας δὲ πέντε κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ σχῆμα, καὶ ἐν ἴσῳ τρόπῳ ἀντιτεταγμένας. τοιγαροῦν ἀλλήλαις καὶ ἀντιπροσώπως ἀντεγηγερμένων, ὡς ἐκ βοῤῥᾶ τυχὸν καὶ νότου, ἤγουν ἐξ ἠοῦς καὶ μέν τοι καὶ δυσμῶν, ἑνδεκάτη τις ἡ διὰ μέσου λοιπὸν ἐχαρακτήριζε πλευρὰ, ἀνὰ μέρος ποιουμένη τὰς δέκα, διῃρημένας εἰς δύο, ἐφ' ᾗ τάχα που καὶ E δέῤῥις ἡ ἑνδεκάτη περιεπετάννυτο, κρίκοις τε καὶ ἀγκύλαις ἄμφω συνέχουσα τὰς πλευράς· καθ' ὁμοιότητα δὲ τῶν ἄλλων, καὶ οἱ ταύτης στῦλοι. πλὴν, ἥττους ἐν ἀριθμῷ. αἱ μὲν γὰρ δέκα αὐλαῖαι καθάπερ ἤδη προέφην, εἰς μῆκος ἐξετείνοντο πήχεων ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν, ἥγε μὴν ἑνδεκάτη καὶ μεσαιτάτη τῶν ἄλλων, τὸ εὖρος τῶν πέντε, τετρα-

A diuinitatis quippe ſymbolum eſt aurum, cùm omnibus præſtet, ſi metalli rationem conſideres. Baſis præterea ex argento, ac duobus conſtat, ſplendet item in terris, & illuſtris eſt Chriſtus, vnde illud eſt, [Deus dominus, & illuxit nobis,] geminaque *Psal. 117.* eſt eius cognitio, vtrumque enim in eo Deus & homo intelligitur; hoc enim eſt, vt opinor, duplicem habere quodammodo & argenteam baſim. PALLADIVS. Rectè conicis. CY- B RILLVS. Illud tamen animaduertas velim. PALLAD. Quid iſtud tandem? CYRILL. Nam, cùm ad decem aulæa totum tabernaculum porrigi iuſſiſſet, hæc interponit verba, [Et facies vela capillacia tegumentum ſuper tabernaculum: vndecim facies *Exod. 26.* ipſa vela, longitudo vnius veli erit triginta cubitorum, & quatuor cubitorum latitudo veli vnius: eadem longitudo erit velis vndecim; & coniunges quinque vela inter ſe, & ſex vela in idipſum; & duplicabis velum ſextum in facie ta- C bernaculi; & facies anſas quinquaginta in ora veli vnius, quod eſt intermedium in commiſſura: & quinquaginta anſas facies in ora veli cohærentis ſecundi.] Quidnam eſt hoc, Palladi? nam, cùm decem aulæa erigat, quæ cauſſa eſt, cur non totidem ſint vela, ſed vnum ſuperfluat, nimirum vndecimum? Coniunges enim, inquit, quinque vela inter ſe, & ſex vela inter ſe. PALLAD. Ego verò quid dicam, non habeo. CYRILLVS. D Atqui ipſa collocatio perſpicuum faciet, quod quæritur. PALLADIVS. Quo tandem modo? CYRILLVS. Nam quinque aulæa, inquit, inter ſe connexa fieri oportere, quinque itidem altera, eadem figura, eodemque modo oppoſita, quibus è regione, atque ex aduerſo erectis, ex aquilonari latere verbi gratia, & auſtrali, aut certe ab ortu & ab occaſu, vndecimum iam intermedium latus efficiebat, quod illa decem aulæa ſeiungeret, duas in partes diuiſa, quo ex latere vndecimum velum ten- E debatur, annulis atque anſis vtrumque latus continens: huius quoque lateris columnæ ceteris ſimiles erant, numero tantum pauciores; nam illa quidem decem vela, vt iam dixi, per longum porrigebantur cubitis octo & viginti, ſed vndecimum, quod medium erat inter cetera, cum longitudine latitudinem quinque reliquorum æquaret,

quæ ſingula quaternos cubitos habebant, ad vicenum cubitorum ſpatium protēdebatur. Hanc ob cauſſam inquit, Et duplicabis velum ſextum ante faciem tabernaculi: ne, quod protenſum redundabat, tabernaculi pulchritudini officeret. In hoc igitur, quod ceteris medium interiectum erat, & tanquam vndecimum, ſacra illa diuinaque vaſa collocata erant, quæ in ſe ipſis vario modo illum Emmanuēl figurabant: ac fortaſſis ille numerus hoc quoque ſignificabat, in extremis ſæculi temporibus, & vndecima ferme hora, Chriſtum & illud tabernaculum, quod Chriſtum continebat, ideſt Eccleſiam, apparuiſſe. PAL. Nihil abſurdi eſt, vt videtur, exiſtimare huius quoque rei rationem apte redditā eſſe. CYR. Poſtquam igitur verba de tabernaculo fecit, ac figuras præbuit,
„ [Et facies, inquit, atrium taberna-
„ culo in latere, quod reſpicit ad Au-
„ ſtrum, & tentoria atrii ex byſſo tor-
„ ta: longitudo centum cubitorum erit
„ vni lateri, & columnæ eorum vigin-
„ ti, & baſes earum viginti æneæ, &
„ circuli earum, & arcus earum argen-
„ tei: ſic etiam in latere, quod eſt ad
„ Aquilonem, tentoria longitudine cen-
„ tum cubitorum, & columnæ eorum
„ viginti, & baſes earum viginti æneæ,
„ & circuli earum, & arcus columna-
„ rum, & baſes earum inargentatæ ar-
„ gento: latitudo autem atrii, quæ vergit
„ ad mare, tentoria quinquaginta cubito-
„ rum, columnæ eorum decem, & baſes
„ eorum decem.] Animaduerte igitur anguſta quidem priora illa aulæa fuiſſe, & quæ ad tres cubitorum decadas peruenirent: latitudine namque quatuor cubitorum erant, longitudine octo & viginti; quæ verò poſt illa ſequuntur, lata adeo ac longa; centum enim per centum habebant, & quinquaginta, per quinquaginta, pertinebantque hoc quidem ad Ortum, illud vero ad Occaſum & Auſtrum. PAL. Quidnam tādem hoc ænigma ſignificat? CYR. An nō hoc illud eſt plane, quod olim per Eſaiæ vocem, Eccleſiæ in extremis temporibus
Eſai. 54. „ declaratæ promiſſum eſt, [Dilata lo-
„ cum tabernaculi tui, & vela aulæorum
„ tuorum, fige, ne parcas adhuc in dex-
„ tram, & in ſiniſtram extende:] anguſta enim erat initio Chriſti Eccleſia, poſtea ad Ortum, & Occaſum, & Septentrionem, & Auſtrum dilatatur, & ad omnem locum peruenit.

A πήχεις δὲ αὐταῖς, πρὸς δὲ εἰκοσάπηχυν τὸ διαπεπταμένον μέτρον. διὰ τοῦτό φησι, καὶ ἐπιδιπλώσεις τὴν δέῤῥιν τὴν ἕκτην κατὰ πρόσωπον τῆς σκηνῆς, ἵνα μὴ τὸ περιττῶς ἐκτεταμένον τῷ τῆς αὐλῆς κάλλει διαλυμαίνοιτο. ἐν ταύτῃ δὲ οὔσῃ τῇ μεταξὺ τῶν ἄλλων, καὶ ὡς ἑνδεκάτῃ τά ἱερά τε καὶ θεῖα τετάχατο σκεύη, διαμορφοῦντα ποικίλως ἔν γε δὴ σφίσιν αὐτοῖς, τὸν Ἐμμανουήλ· τάχα που τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τόδε κατασημαίνοντος, ὡς ἐν τελευταίοις τοῦ αἰῶ-
B νος καιροῖς, καὶ ὡς ἐν ὥρᾳ τῇ ἑνδεκάτῃ τυχὸν ἀναφαίνεται Χριστὸς, καὶ ἡ Χριστὸν ἔχουσα σκηνὴ, τοῦτ' ἔστιν, ἡ ἐκκλησία. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐδὲν ὡς ἔοικεν ἀπεικὸς ἐννοεῖν δεῖ ἔχειν καὶ τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Μετὰ δέ γε τοὺς ἐπὶ τῇ σκηνῇ λόγους τε καὶ τύπους, καὶ ποιήσεις, φησὶν, αὐλὴν τῇ σκηνῇ, εἰς τὸ κλίτος τὸ πρὸς λίβα· καὶ ἱστία τῆς αὐλῆς ἐκ βύσσου κεκλωσμένης μῆκος ἑκατὸν πηχῶν τῷ ἑνὶ κλίτει.
C καὶ οἱ στῦλοι αὐτῶν εἴκοσι, καὶ αἱ βάσεις αὐτῶν εἴκοσι χαλκαῖ. καὶ οἱ κρίκοι αὐτῶν καὶ αἱ ψαλίδες ἀργυραῖ. οὕτως τῷ κλίτει τῷ πρὸς ἀπηλιώτην ἱστία ἑκατὸν πηχῶν μῆκος. καὶ οἱ στῦλοι αὐτῶν εἴκοσι, καὶ αἱ βάσεις αὐτῶν εἴκοσι χαλκαῖ. καὶ οἱ κρίκοι καὶ αἱ ψαλίδες τῶν στύλων, καὶ αἱ βάσεις αὐτῶν περιηργυρωμέναι ἀργυρίῳ. τὸ δὲ εὖρος τῆς αὐλῆς τὸ κατὰ θάλασσαν, ἱστία πεντήκοντα πηχῶν. στῦλοι αὐτῶν δέκα. καὶ βάσεις αὐτῶν δέκα. ἄθρει δὲ
D οὖν, ὅτι στεναὶ μὲν αἱ πρῶται γεγόνασιν αὐλαῖ, καὶ εἰς τρίτην διήκουσαι δεκάδα πηχῶν. εὖρος μὲν γὰρ αὐταῖς τέσσαρες, μῆκος δὲ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι. αἱ δὲ μετ' ἐκείνας, εὐρεῖαί τε οὕτω καὶ μακραί. ἑκατὸν γὰρ ἐφ' ἑκατὸν, καὶ πεντήκοντα ἐπὶ πεντήκοντα, τρέχουσαί τε ἡ μὲν εἰς ἠῶ, ἡ δὲ εἰς ἑσπέραν τε καὶ λίβα. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εἶτα τί τὸ αἴνιγμα; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐχὶ δὴ τοῦτό ἐστιν ἐναργῶς, ὃ πάλαι διεπηγγελμένον διὰ
E φωνῆς Ἡσαΐου πρὸς τὴν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἀναδεδειγμένην ἐκκλησίαν· πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου, καὶ τὰς δέῤῥεις τῶν αὐλαιῶν σου. πῆξον, μὴ φείσῃ ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. στενουμένη γὰρ ἐν ἀρχαῖς ἡ ἐκκλησία Χριστοῦ, λοιπὸν εἰς ἠῶ τε καὶ δύσιν, καὶ βοῤῥᾶν τε καὶ νότον ἐξευρύνεται, καὶ διὰ παντὸς ἥκει τόπου,

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐπιτήρει δὲ ὅτι τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας στύλους τῶν δέκα αὐλαιῶν, καὶ τὸν ἀνὰ μέσον, χρυσῷ μὲν ἔφη διαπάττεσθαι δεῖν, βάσεσί γε μὴν ἐπηρεῖσθαι διπλαῖς, ἀργύρου πεποιημέναις. καὶ τίς ὁ τοῦδε λόγος, εἴρηται, καθάπερ ἐγῷμαι. τῶν δὲ μακρῶν καὶ πλατειῶν αὐλαιῶν τοὺς στύλους, ἑτέρῳ διαποικίλλει λόγῳ. ἀργύρῳ μὲν ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας καταγλαΐζεσθαι δεῖν αὖ μάλα φησὶ, βάσεσι δὲ αὖ ἐπηρεῖσθαι χαλκαῖς καὶ περιαργύροις. τύπος δ' ἂν εἴη καὶ τοῦδε Χριστός. φωτὸς μὲν ὅτι διέλαμψε δίκην, αὐγαῖς δηλονότι ταῖς νοηταῖς ἀστράπτων ὡς Θεὸς, τοῦ ἀργύρου σημαίνοντος. ὅτι δὲ λαμπρὸς καὶ εὐηχὴς ὁ περὶ γῆν αὐτοῦ πεποίηται λόγος, τοῦτ' ἔστι, τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, τοῦ περιαργύρου χαλκοῦ πλαγίως ἡμῖν ὑπεμφαίνοντος. εὐηχὴς μὲν γὰρ καὶ ὁ χαλκὸς, λαμπρὸν δὲ δὴ λίαν καὶ διαφανὲς τοῦ ἀργύρου τὸ χρῆμα. ἔνεστι δὲ τοῦτο τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι. καὶ κατίδοι τις ἂν, τοῦ σωτῆρος τὸν λόγον, ἔχοντα μὲν τῆς εἰς ἄκρον εὐσεβείας τὸ διειδές τε καὶ καθαρὸν, ὅλην δὲ ὥσπερ περιβομβοῦντα τὴν οἰκουμένην. εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστὰς ὡς ἐν τοῖς τοιοῖσδε τυχὸν ἀνατυποῦσθαι στύλοις, λογιεῖται τὰ εἰκότα. καὶ γάρ εἰσιν ἀληθῶς, ὥσπερ ἠργυρωμένοι, διὰ τὸ ἐν μεθέξει γενέσθαι Χριστοῦ, τοῦ φωτίζοντος. τοιγάρτοι, φησὶ, καὶ ἔσται ἡ λαμπρότης κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς. ὀνομάζονται δὲ καὶ τοῦ κόσμου φῶς, χαλκῷ δὲ περιαργύρῳ μονονουχὶ καὶ ἐμβεβηκότες. ἔρεισμα γὰρ αὐτοῖς, ὥσπερ τῷ λαμπρῷ καὶ εὐηχεστάτῳ κεχρῆσθαι λόγῳ. κύριος γὰρ, φησὶ, δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. ὡραῖοι δὲ καὶ οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθὰ, γέγραπται. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Βαθὺς μὲν ὁ λόγος, πλὴν, ἀληθείας ἐγγύς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συμπεπερασμένων δὲ τῶν, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς αὐλαῖς τεθεσπισμένων, εἰς ἐλαίου τε καὶ μύρου, καὶ μὴν καὶ θυμιαμάτων μετατρέπει κατασκευὴν, οὕτω λέγων. καὶ σὺ, σύνταξον τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. καὶ λαβέτωσάν σοι ἔλαιον ἐξ ἐλαιῶν ἄτρυγον, καθαρὸν, κεκομμένον εἰς φῶς καῦσαι, ἵνα καίηται λύχνος διαπαντὸς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ἔξωθεν τοῦ καταπετάσματος τοῦ ἐπὶ τῆς διαθήκης, καὶ καύσει αὐτὸ Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἀφ' ἑσπέρας ἕως

PALLADIVS. Vera dicis. CYRILLVS. Animaduerte autem alias omnes columnas decem aulæorum, & illius intermedii auro contegi iuſsiſſe, ſed baſibus duplicibus inniti ex argento factis: atque huius rei quoque ratio iam reddita eſt, vt opinor; ceterum longorum, latorumque aulæorum columnas alia ratione exornari iubet; nam à capite ad pedes ornari argento præcipit; ſed baſibus niti æneis, ac deargentatis: id quoque non abſurde Chriſti figuram gerit; atque argento quidem ſignificatur, luminis inſtar illum ſplenduiſſe, cùm vt Deus radiis nimirum ſpiritualibus fulgeret. Claram verò, ac reſonantem in terris eius prædicationem, id eſt, præconium euangelicum fuiſſe, æs illud deargentatum obliquè nobis indicat; nam æs quidem reſonat, ſed argentum clarum eſt, ac lucidum. Ineſt autem vtrumque in euangelico præconio: ac videre licet Saluatoris noſtri prædicationem ſumma pietate claram, ac puram eſſe, & per vniuerſum orbem terrarum reſonare. Quod ſi quis velit ſanctos Apoſtolos, & Euangeliſtas, vt in eiuſmodi columnis præfigurari, is non abſurde cogitabit: ſunt enim ſane quaſi deargentatæ, cùm ſint Chriſti illuminantis participes. Itaque ait, [Et erit » Pſal. 89.
» ſplendor Domini Dei noſtri ſuper » nos.] Appellantur præterea, Lux mundi. Quid? nonne iidem æri deargentato inſiſtunt? nam velut firmamentum quoddam illorum eſt, quod ſplendida, reſonantique prædicatione vtuntur, [Dominus enim, » Pſal. 67. Eſai. 52.
inquit, dabit verbum euangeli- »
zantibus virtute multa.] Specio- »
ſos item eſſe pedes euangelizantium bona, ſcriptum eſt. PALLADIVS. Recondita eſt iſta quidem expoſitio; ſed tamen ad veritatem proxime accedit. CYRILLVS. Cùm igitur de aulæis præcipere deſiiſſet, ad olei, & vnguenti, & thymiamatum compoſitionem tranſit, ita dicens, [Et » Exod. 27.
tu præcipe filiis Iſraël, & accipiant »
tibi oleum ex oliuis, defœcatum, »
purum, contuſum, ad lumen, vt ar- »
deat lucerna ſemper in tabernaculo »
teſtimonii extra velum, quod eſt ſuper »
arcam teſtimonii, & accendet illam »
Aaron, & filii eius à veſpera vſque »

mane coram Domino, legitimum ſempiternum in progenies veſtras à filiis Iſraël.] PALLADIVS. Quid iſtud tandem eſt? CYRILL. Neceſſarium ſane in primis, vt declaretur, & ſcitum eſſe ænigma cenſeo: nam ſeptem lucernis ardentibus, ac ſemper in tabernaculo lucentibus, Chriſti illuminatio aptiſſime comparatur, quæ ad animos fidelium illuſtrandos, atque accendendos, complendoſque ſufficit: nam ſeptenarius numerus vbique ſignificationem perfectionis inſi-
1. Reg. 2. „ nuat, vt, cùm verbi gratiâ dicit, [Ste-
„ rilis autem peperit ſeptem,] id eſt, plurimos & quot opus erat, vt ſatis eſſent. Accendunt porro lucernas Aaron, & reliqui ſacerdotes, qui ei ſucceſſerunt; non enim extinguitur illa Chriſti illuminatio, quæ in Eccleſiis, eorum qui ad ſacerdotii munus eliguntur, probitate ſeruatur, dum rectis diſciplinis animos credentium illuſtrant: hoc enim, vt opinor, eſt à veſpera vſque mane ardere lucernas: Tenebras autem eſſe puto errorem, ad quem Diabolus impellit, ac ſpiritualem quodammodo noctem animis hominum offuſam, cenſeo nefariorum hæreticorum obſcuras, tenebricoſaſque fabulas. Perpetuum igitur, ac iuge noſtri Saluatoris lumen in Eccleſiis videbitur, ſi earum magiſtri diuina euangelicaque præconia recte interpretentur. Purgatum porro eſt oleum; nam ab omni fæce atque craſſitudine prorſus remota eſt illa de diuinis dogmatis recta ac vera, & omnis vitii expers prædicatio, quæ illam Saluatoris noſtri illuminationẽ ſemper excitat; non quòd ipſa per ſe aliquid ad Chriſti ſplendorem addiiciat, (nam illum putare hominis operâ indigere, ſummæ dementiæ eſt) ſed quod, cùm lux vera, & ſplendor Patris ſit Chriſtus, doctorum rectis prædicationibus idipſum, quod reuera eſt, credentium mentibus appareat. PALLAD. Cur autem oleum ex oliuis eſſe dicit? nam verba tam accurate dicta fortaſſe contemplationem aliquam neceſſariam continent. CYRILL. Optime exiſtimas. Dicam itaque, quod in mentem venit. Non ex oliuis ſolum, Palladi, olei vſum quærere ſolent eiuſmodi rerum periti, ſed ex aliis quamplurimis alienis, terreſtribuſque ſeminibus: atque illud quidem ſincerum ex oliuis eſt probatiſſimis; adulterinum porro, & vi quadam, & ex arte factum,

A πρωῒ, ἐναντίον Κυρίου, νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν, παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ΠΑΛ. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀναγκαιοτάτην ἔχει τὴν δήλωσιν, καὶ σοφὸν εἶναί φημι τὸ αἴνιγμα· ἑπτὰ μὲν γὰρ λύχνοις καιομένοις τε ἀεὶ καὶ φαίνουσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, τὸν διὰ Χριστοῦ φωτισμὸν παρεικαστέον εὖ μάλα, διαρκῶς ἔχοντα πρὸς τὸ ἐλλάμπειν δύνασθαι καὶ ἀνακαίειν, ἤτοι ἀναμεστοῦν, τὸν τῶν πιστευόντων νοῦν. ἀριθμὸς γάρ πως ὁ εἰς ἑπτὰ τὴν τῆς
B πληρώσεως δήλωσιν ὑπεμφαίνει πανταχῇ. ὡς ἔν γε τῷ φάναι τυχὸν, στεῖρα δὲ ἔτεκεν ἑπτὰ, τοῦτ᾽ ἔστι, πλεῖστά τε καὶ ὅσα ἐχρῆν εἶναι πρὸς αὐτάρκειαν. ἀνακαίουσι δὲ τοὺς λύχνους Ἀαρών τε καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἱερεῖς. ἄσβεστος γὰρ ὥσπερ ὁ παρὰ Χριστοῦ φωτισμὸς ἐν ἐκκλησίαις σώζεται, ταῖς τῶν ἱερᾶσθαι κεκληρωμένων ἐπιεικείαις, ἐν ταῖς εἰς ὀρθότητα μυσταγωγίαις, τὸν τῶν πιστευόντων καταλαμπρυνούσαις νοῦν.
C τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἀνακαίεσθαι τοὺς λύχνους ἀπὸ ἑσπέρας, ἕως πρωΐ. σκοτίαν δὲ οἶμαι τὴν ἐκ διαβόλου πλάνησιν, καὶ νοητὴν ὥσπερ τινὰ νύκτα κατὰ νοῦν ἀνθρώποις συμβαίνουσαν, τὰ τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν ἀφεγγῆ τε καὶ ἀμυδρὰ μυθάρια. διηνεκὲς οὖν ἄρα καὶ ἀκατάληκτον τοῦ σωτῆρος τὸ φῶς ὁρᾶται δὴ ἐν ἐκκλησίαις, διερμηνευόντων ὀρθῶς τὰ θεῖά τε καὶ εὐαγγελικὰ κηρύγματα, τῶν ἐν αὐταῖς διδασκάλων. καθαρὸν δὲ τὸ ἔλαιον. τρυγὸς γὰρ ὥσπερ καὶ ῥύπου παντὸς
D ἀπήλλακται παντελῶς, ὁ περί γε τῶν θείων δογμάτων ὀρθός τε καὶ ἀληθὴς καὶ ἀμιγὴς τοῦ χείρονος λόγος, ὃς ἀεὶ τοῦ Σωτῆρος ἐγείρει τὸν φωτισμὸν, οὐκ αὐτὸς οἴκοθέν τι προστιθεὶς εἰς λαμπρότητα τῷ Χριστῷ· κομιδῆ γὰρ εὔηθες τὸ, ἀνθρώπου δεῖσθαι νομίζειν αὐτόν· ἀλλ᾽ ὅτι φῶς τὸ ἀληθινὸν καὶ ἀπαύγασμα τοῦ πατρὸς ὑπάρχων ὁ Χριστὸς, τοῖς εἰς ὀρθότητα τῶν διδασκάλων λόγοις, τοῦθ᾽ ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς, ταῖς τῶν πιστευόντων διανοίαις φαίνεται. ΠΑΛ. Καὶ
E διατί τὸ ἔλαιον ἐξ ἐλαιῶν εἶναί φησι; τὸ γάρ τοι λίαν ἀκριβὲς τοῦ λόγου, τάχα τι τῶν ἀναγκαίων ὑποδίνει θεωρημάτων. ΚΥΡ. Ἄριστα διενοῆ, καὶ τόγε εἰς νοῦν ἧκον ἐρῶ. Οὐκ ἐκ μόνων ἡμῖν ἐλαιῶν, ὦ Παλλάδιε, τὴν τοῦ ἐλαίου χρείαν ἐπιτηδεύειν ἔθος, τοῖς τὰ τοιαῦτα σοφοῖς, ἀλλ᾽ ἃ καὶ ἐξ ἑτέρων ὅσων, νόθων τε καὶ γεωδεστέρων σπερμάτων. καὶ τὸ μὲν γνήσιον ἀληθῶς ἐξ ἐλαιῶν ἔσται τῶν δοκιμωτάτων, κίβδηλον δέ πως τὸ ὡς ἐκ μοχλείας καὶ τέχνης.

καὶ οἰονείπως οὐκ ἀληθὲς, τὸ ἐκ σπερμάτων τῶν γεωδεστέρων φημί. ὁ γοῦν λόγος ὁ τοῦ ἀκιβδήλου καὶ ἀληθοῦς, καὶ διὰ σοφίας τῆς ἄνωθεν τοῖς ἀξίοις χορηγούμενος, τὸ ἐξ ἐλαιῶν ἔλαιον ἂν μάλα παρεικαστέον. τό γε μὴν ἐξ ἀνθρωπίνων ἐννοιῶν καὶ δαιμονιώδεις ἐμπνοίας ἐξευρημένον, τὸ ἐκ τῆς τινῶν τέχνης καὶ καπηλείας, καὶ νόθην ἔχον τὴν χρῆσιν· ἀχρεῖος δὲ καὶ ἀπόβλητος ὁ τοιόσδε λόγος, καὶ ἀσυντελὴς παντελῶς πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ. τοιγάρτοι καὶ ἀπαράδεκτος ἐν ἐκκλησίαις, οὔτε τὸ εὐῶδες ἔχων τοῦ ἁγίου Πνεύματος. οὐδεὶς γὰρ λέγει, Κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὔτε μὴν τὸ γνήσιον καὶ ἄδολον τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς χρησίμην τὴν ὄνησιν ἀναγκαῖον. ἐπιτήρει δὲ ὅτι παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ προσκομίζεσθαι δεῖν τὸ ἐξ ἐλαιῶν ἔλαιον ὁ νόμος φησίν· ὡς γὰρ ἔφην φθάσας, καρπὸς ἔσται παρ' ἡμῶν καὶ δωροφορία πνευματικὴ τῷ Θεῷ, λόγος ἀληθὴς, τὸν παρὰ Χριστοῦ φωτισμὸν οὐκ ἀφιεὶς ἀποσβῆναι ἐν τοῖς μυσταγωγουμένοις· ἔξωθεν δὲ τοῦ καταπετάσματος, ἥτε τῶν λύχνων θέσις, καὶ μὴν καὶ ἡ καῦσις. φῶς γὰρ ὑπάρχων κατὰ φύσιν ὁ Χριστὸς, οὐ δεῖται φωτὸς, ἀλλ' ἡμῖν αὐτοῖς τοῖς ἔξω θεότητος, καθὸ γεννητοῖς, τὸ ἴδιον ἐνίησι φῶς. ὡς ἐσωτέρω δὲ τοῦ καταπετάσματος ἡ κιβωτὸς ἦν, εἰς ὑποτύπωσιν καὶ εἰκόνα κειμένη Χριστοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἶτα φησί· καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν· καὶ σὺ λάβε ἡδύσματα, ἄνθος σμύρνης ἐκλεκτῆς πεντακοσίους σίκλους, καὶ κινναμώμου εὐώδους τὸ ἥμισυ τούτου, διακοσίους πεντήκοντα, καὶ καλάμου εὐώδους διακοσίους πεντήκοντα, καὶ ἴρεως πεντακοσίους σίκλους τοῦ ἁγίου, καὶ ἔλαιον ἐξ ἐλαιῶν ἔσται, καὶ ποιήσεις αὐτὸ ἔλαιον χρίσμα ἅγιον μύρον μυρεψικὸν τέχνῃ μυρεψοῦ. ἔλαιον χρίσμα ἅγιον ἔσται. καὶ χρίσεις ἐξ αὐτοῦ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, καὶ τὴν λυχνίαν καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, καὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος, καὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν ὁλοκαυτωμάτων, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ σκεύη, καὶ τὴν τράπεζαν καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, καὶ τὸν λουτῆρα, καὶ τὴν βάσιν αὐτοῦ, καὶ ἁγιάσεις αὐτά· καὶ ἔσται ἅγια τῶν ἁγίων. πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῶν, ἁγιασθήσεται. καὶ Ἀαρὼν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ χρίσεις, καὶ ἁγιάσεις αὐτοὺς ἱερατεύειν μοι. καὶ τοῖς

& quodammodo minimè verum, illud nimirum, quod è terreſtribus ſeminibus conficitur. Sinceræ igitur, ac veræ prædicationi, quæ per ſupernam ſapientiam iis, qui ſunt idonei, ſubminiſtratur, oleum ex oliuis confectum aptiſſime comparatur. Illud verò genus, quod ex humanis cogitatis, & inſtinctu dæmoniaco repertum eſt, ei perſimile oleo videtur, quod ex quorundam arte, & tabernariorum opera conficitur, cuiuſque vſus eſt minime legitimus. Inutilis porro eſt eiuſmodi prædicatio & reiicienda, & omnino ad ſcientiæ Chriſti illuminationem inefficax. Itaque in Eccleſiis minime recipitur, neque fragrantiam ſancti Spiritus habet, [nemo quippe dicit, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto] neque ſinceritatem, ac puritatem veritatis, aut vſum aliquem, qui intelligentiam adiuuet. Illud autem obſerues velim, Legem præcipere, vt à filiis Iſraël eiuſmodi ex oliuis oleum afferatur: vt enim paulo ante dixi, prædicatio veritatis Deo tanquam fructus quidam, atque oblatio ſpiritualis à nobis offertur, quæ Chriſti illuminationem in iis, qui myſteriis imbuuntur, extingui non ſinit. Ceterùm extra velum lucernæ & imponuntur & accenduntur. Nam Chriſtus, quia ſecundum naturam lumen eſt, non indiget lumine; ſed nobis, qui eo ipſo, quod ſumus orti, extra diuinitatem ſumus, ſuum lumen immittit. Intra velum porro arca poſita erat, ad Chriſti figuram, atque imaginem referendam. PALLAD. Rectè dicis. CYRILL. Deinde, inquit, [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Et tu accipe aromata, florum myrrhæ electæ quingentos ſiclos, & cinnamomi fragrantis eius dimidium, ducentos quinquaginta, & calami fragrantis ducentos quinquaginta, & caſiæ quingentos ſiclos ſanctuarii, & oleum ex oliuis, & facies illud oleum vnctionis, ſanctum vnguentum compoſitum arte vnguentarii; oleum vnctio ſancta erit: & vnges ex eo tabernaculum teſtimonii, & arcam, & candelabrum, & omnia vaſa eius, & altare incenſi, & altare holocauſtorum, & omnia vaſa eius, & menſam, & omnia vaſa eius, & labrum, & baſim eius, & ſanctificabis ea; & erunt ſancta ſanctorum; & omnis qui tetigerit ea, ſanctificabitur: & Aaron, & filios eius vnges, & ſanctificabis eos, vt ſacerdotio fungantur mihi; & ad

Exod. 30.

» filios Iſraël loqueris, dicens, Oleum » linitio vnctionis ſanctum hoc erit vo» bis in progenies veſtras: ſuper car» nem hominis non linietur ex eo; & » ſecundum hanc compoſitionem non » facietis vobis ipſis ſimiliter: ſanctum » eſt, & ſanctificatio erit vobis: quiſ» quis fecerit ſimiliter, & quiſquis de» derit ex eo alienigenæ, extermina» bitur à populo ſuo.] De qualitate igitur, & compoſitione, inæqualitate etiam, quod ad pondus pertinet, dictorum aromatum, nihil equidem habeo dicere; ſapientibus enim veritas chara eſt; oleum porro cum aromatibus miſtum ſignificat, vt mihi certe videtur, illam in Chriſto per Spiritum ſanctificationem, quæ miſericordiam conſecutis tribuitur. Vnde eſt illud,

Pſal. 50. » [Impinguaſti in oleo caput meum.] Vngitur autem tabernaculum, & omnia, quæ in eo ſunt; nam locus quoque fit ſanctificationis particeps per eum, qui in eo habitat. Sanctificantur vaſa quoque, eo qui illis conuenit, modo; vt ad exhibendum Deo cultum, vſum præbeant. Et qui tangit ea, ſanctificabitur. Ab iis igitur, qui profani adhuc ſunt, ſanctas ſacraſque res contingi nefas eſt:

2. Cor. 6. » [quæ enim ſocietas luci ad tenebras?] ſicut ſcriptum eſt. Interdicit autem omnino, ne ſimilem huic olei compoſitionem ſibi faciant; ſolius enim Dei proprium eſt ſanctificare, eaque res illi tanquam eximia tribuenda eſt; nam ortæ conditæque naturæ qui tandem ineſſe poterit facultas ſanctificandi ceteros, quæ cælitus impartitam ſanctificationem vix aſſequi poteſt? Cui potius conuenit vocem illam ſan-

1. Cor. 4. » ctorum virorum inſonare, [Quid ha» bes, quod non accepiſti?] Quinetiam de vnigenito Filio inquit Ioannes,

Ioan. 1. » [Ex plenitudine eius nos omnes acce-

Ioan. 3. » pimus;] &, [Non ad menſuram dat » Spiritum:] ſed potius, cum ſit ipſe fons ſanctificationis, iis, qui digni, & idonei ſunt, Spiritum admetitur, & » rationalem creaturam ſanctificat. [Su» per carnem vero hominis, inquit, non » linietur ex eo.] Atqui iuſſerat, vt ex ipſo tum Aaron, tum eius in ſacerdotali munere ſocii vngerentur. Eſt igitur ſacrum illud genus ſupra hominem, vtpote quod Chriſti particeps eſt, qui creaturis omnibus excellit, ob eamque cauſſam, cum ad ſuperiorem ipſa quoque natura dignitatem nos eueheret,

A υἱοῖς Ἰσραὴλ λαλήσεις, λέγων. ἔλαιον ἄλειμμα χρίσεως ἅγιον ἔσται τοῦτο ὑμῖν εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. ἐπὶ σάρκα ἀνθρώπου οὐ χρισθήσεται. καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν ταύτην οὐ ποιήσετε ὑμῖν ἑαυτοῖς ὡσαύτως. ἅγιόν ἐστι, καὶ ἁγίασμα ἔσται ὑμῖν. ὃς ἂν ποιήσῃ ὡσαύτως, καὶ ὃς ἂν δῷ ἀπ' αὐτοῦ ἀλλογενεῖ, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. ποιότητος μὲν οὖν πέρι, καὶ μὴν καὶ συνθήκης, ἀνισότητός τε αὖ τῆς εἰς ὁλκὴν δὴ λέγω τῶν ὠνομασμένων εἰ-

B δῶν, οὐδὲν ἂν ἔχοιμι φράσαι. φίλη γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῖς εὖ φρονεῖν εἰωθόσιν. ἔλαιον δὲ μύροις ἀνακραθὲν, κατασημαίνει ἄν, ὥσπερ οὖν ἐγῷμαι, τὸν ἐν Χριστῷ διὰ πνεύματος ἁγιασμὸν τοῖς ἠλεημένοις χορηγούμενον. κατά γε τὸ, ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. καταχρίεται δὲ ἡ σκηνὴ, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ, μετάσχοι γὰρ ἂν ἁγιασμοῦ καὶ τόπος, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ. ἁγιάζεται δὲ καὶ τὰ σκεύη, κατά γε

C τὸν αὐτοῖς πρέποντα τρόπον, ὅτι ταῖς Θεοῦ λειτουργίαις χρήσιμα, καὶ ὁ ἁπτόμενος αὐτῶν, ἁγιασθήσεται. ἀνέπαφα δὲ οὖν τοῖς ἔτι βεβήλοις, τὰ ἅγιά τε καὶ ἱερά. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀποφάσκει δὲ παντελῶς τὸ δεῖν ἑαυτοῖς τὴν ὁμοίαν ἐλαίου ποιεῖσθαι κατασκευήν. ἴδιον γὰρ μόνου τὸ ἁγιάζειν ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς ἐξαίρετον ἀληθῶς ἀνακείσεται τὸ χρῆμα αὐτῷ, γενητῇ δὲ καὶ πεποιημένῃ φύσει τὸ ἁγιά-

D ζειν ἑτέρους δύνασθαι, πῶς ἂν ἔχοι ποτέ. πλουτεῖ γὰρ μόλις ἐκ μετοχῆς τῆς ἄνωθεν τὸν ἁγιασμόν. πρέποι δ' ἂν αὐτῇ διὰ τῆς τῶν ἁγίων ἐπιβοᾶσθαι φωνῆς. τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; καὶ γὰρ Ἰωάννης φησὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. καὶ, οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα, πηγὴ δὲ μᾶλλον ὑπάρχων αὐτὸς ἁγιασμοῦ, ἐπιμετρεῖ τοῖς ἀξίοις τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν λο-

E γικὴν ἁγιάζει κτίσιν. ἐπὶ σάρκα δὲ ἀνθρώπου, φησὶν, οὐ χρισθήσεται, καίτοι προστεταχὼς καταχρίεσθαι δεῖν ἀπ' αὐτοῦ, τόν τε Ἀαρὼν καὶ τοὺς συνιερατεύοντας. οὐκοῦν ὑπὲρ ἄνθρωπον τὸ γένος ἤδη τὸ ἱερόν, ἅτε δὴ καὶ Χριστοῦ μέτοχον τοῦ ὑπὲρ τὴν κτίσιν. τοιγάρτοι καὶ πρὸς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἡμᾶς διακομίζων ἀξίωμα, καὶ οἱονεὶ τῶν

ἐπιγαίων ἀποτεμὼν, τοῖς ἄνω προσνέμει. πατέρα γὰρ, φησὶ, μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. ὄλεθρος δὲ ἡ δίκη τοῖς ἀπ' αὐτοῦ παρέχουσιν ἀλλογενέσι. μὴ δῶτε γὰρ, φησὶ, τὰ ἅγια τοῖς κυσί· μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. τὸ γάρ τοι προσάγειν ἀτημελῶς τοῖς ἀπίστοις ἔτι τὰ κεκρυμμένα, καὶ τὰ μόνοις ἁγίοις πρέποντα, κινδύνου μεστόν· ἁγιάζεται γὰρ οὐ τὸ βέβηλον ἔτι, καὶ νοσοῦν ἐκτόπως τὴν ἀκαθαρσίαν, ἀλλὰ τὸ ἤδη κεκαθαρμένον διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Κατὰ τὸν ἴσον τουτονὶ τρόπον καὶ λόγον, τὴν τοῦ θυμιάματος ποιεῖσθαι κατασκευὴν διετύπου, λέγων. καὶ σὺ λάβε σεαυτῷ ἡδύσματα, στακτὴν καὶ ὄνυχα, καὶ χαλβάνην ἡδυσμοῦ, καὶ λίβανον διαφανῆ, ἴσον ἴσῳ ἔσται, καὶ ποιήσουσιν αὐτὸ θυμίαμα μυρεψικόν. ἔργον μυρεψοῦ μεμιγμένον, καθαρόν, ἔργον ἅγιον. καὶ συγκόψεις ἐκ τούτων λεπτῶς, καὶ θήσεις ἀπέναντι τοῦ μαρτυρίου ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ὅθεν γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν· ἅγιον τῶν ἁγίων ἔσται ὑμῖν θυμίαμα. κατὰ τὴν σύνθεσιν ταύτην οὐ ποιηθήσεται ὑμῖν ἑαυτοῖς. ἁγίασμα ἔσται ὑμῖν κυρίῳ. ὃς ἂν ποιήσῃ ὡσαύτως, ὥστε ὀσφραίνεσθαι ἐν αὐτῷ, ἀπολεῖται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. ὑποφαίνει δὲ πάλιν ἡμῖν ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος, ὅτι τὰ ἰδικῶς ἐξαίρετα τῆς ἁπασῶν ἐπέκεινα φύσεως, μέτεστι μὲν τῶν πεποιημένων οὐδενὶ οὐσιωδῶς, κοινὸν δὲ τῇ κτίσει παντελῶς οὐδὲν, πρὸς τὸν ποιητὴν καὶ δεσπότην, τοῦτ' ἤγουν εἰς ἀξίας λόγον καὶ γεραίρων ὑπεροχήν. μεμνήσμεθα δὲ καὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ σύνθετον καὶ λεπτὸν θυμίαμα Χριστὸν εἰρηκότες, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν Ἐμμανουὴλ δι' ἀμφοῖν σημαίνεσθαι. οὐκοῦν εἰς Χριστὸν ἀναφερομένου τοῦ θυμιάματος, εὐώδους γὰρ ἀσυγκρίτως, οὐ ποιήσομεν ἑαυτοῖς κατ' αὐτὸ δὴ τὸ θυμίαμα. ἕτερον γὰρ ἐπ' αὐτῷ παντελῶς οὐδένα παραδεξόμεθα, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, τὸν τῆς ἀνομίας υἱόν. ἑαυτοῖς γὰρ οἱ τοιοίδε συνθέντες ἁλώσονται, καὶ κατ' ἐκεῖνο δὴ τὸ εὐῶδες καὶ ἐξαίρετον ἀληθῶς θυμίαμα, τοῦ Θεοῦ καὶ

A atque à terrenis rebus quodammodo præcideret, ſuperiſque coniungeret, [Patrem, inquit, ne vocetis vobis » Matth. 23.
ſuper terram; vnus eſt enim pater ve- » ſter, qui eſt in cœlis; omnes autem » vos fratres eſtis.] » Exterminationis autem pœna iis conſtituta eſt, qui ex eo alienigenæ dederint. [Ne detis » Matth. 7.
enim, ait, ſancta canibus, neque pro- » iiciatis margaritas veſtras ante porcos.] » Nam; quæ recondita ſunt, & ſanctis duntaxat conueniunt, ea nulla ratione habita, iis qui ſunt adhuc infideles, prodere, periculi plenum eſt: neque enim, qui profani ſunt adhuc, & immodica impuritate laborant; ſed, ſancto baptiſmate purgati ſanctificantur. PALLADIVS. Vera dicis. CYRILLVS. Eademque ratione ac modo thymiamatis compoſitionem fieri iuſſit, dicens, [Et » Exod. 30.
tu cape tibi ipſi aromata, ſtacten, & » onychem, & galbanum ſuaue olens, » & thus lucidum; paria inter ſe erunt; » C & facient ex ipſis thymiama vnguentarium, » opus compoſitionis vnguentarii » miſtum, purum, opus ſanctum: » & comminues de illis minutim, & pones » è regione teſtimonii in taberna- » culo teſtimonii, vnde innoteſcam ti- » bi inde: Sanctum ſanctorum erit vo- » bis thymiama. Secundum hanc com- » poſitionem non facietis vobis ipſis; in » ſanctificationem erit vobis Domino. » Quiſquis fecerit ſimiliter, vt eius » odore fruatur, peribit de populo ſuo.] » D Rurſus hic locus latenter nobis indicat, quæ propria ſunt, ac præcipua illius præſtantiſſimæ omnium naturæ, ea ad nullam rem creatam eſſentiæ ratione pertinere poſſe, omninoque quod ad dignitatis rationem, & honorum excellentiam pertinet, commune creaturæ cum factore atque Domino nihil eſt. Meminerimus autem dixiſſe nos, altare aureum & ipſum thymiama tenue, atque compoſitum Chriſtum eſſe, atque ipſum Emmanuel nobis vtroque ſignificari. E Igitur, ſi ad Chriſtum refertur thymiama, cùm mirum in modum ſuaui odore ſit, non faciemus nobis thymiama illi ſimile, nam alterum præter ipſum recipiemus neminem, ſicut nimirum infelices Iudæi filium iniquitatis; ii namque ſibi compoſuiſſe deprehenduntur ad ſimilitudinem illius odorati atque eximii thymiamatis, quod Deo & Patri

Patri dicatum eſt, qui odorem notitiæ ſuæ nobis manifeſtauit in Filio, per quem nos quoque bene olemus; non quaſi nobis thymiama illud tenue compoſuerimus, ſed tanquam illius participes, cum & gratia ſancti Spiritus vncti ſimus, & per Chriſtianam conuerſationem commendari ſtudeamus. PALLADIVS. Per omnia igitur ea, quæ in tabernaculo erant, Chriſti nobis, vt videtur, myſterium adumbratur. CYRILLVS. Præterea admirabere, ſi didiceris, etiam ipſos opifices tabernaculi in ſe ipſis Chriſti imaginem referre. PALLADIVS. Quomodo tandem? nam iſtud quidem excogitare nequeo. CYRILLVS. Scriptum eſt enim iterum,

Exod. 31.

[Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filium Vriæ, filii Or ex tribu Iuda, & repleui eum ſpiritu diuino, ſapientiæ, & intelligentiæ, & ſcientiæ, ad excogitandum in omni opere, & fabrefaciendum, & operandum aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, & coccinum netum, & byſſum tortam, & ad lapides elaborandos, & ad lignorum opera fabrilia, ad operandum iuxta omnia opera; & ego dedi ipſum, & Eliab filium Achiſama, ex tribu Dan; & omni qui ſapiens eſt corde, dedi ſapientiam; & facient omnia quæcunque præcepi.] Animaduerte igitur præeſſe quidem opificiis Beſeleel, Eliab verò opera efficere. PALLADIVS. Quid verò iſtud eſt? CYRILLVS. Audies iam; Iudas & Dan ambo quidem ex genere Iacob fuere; ſed ille quidem ex Lia libera ſuſceptus, hic ex ancilla Bala. Beſeleel igitur figura eſt euidens Chriſti, qui ſecundum carnem ex tribu Iuda extitit, atque ex natura verè libera, nimirum diuina illa atque ſuprema. Eliab quoque illorum figuram optime præ ſe fert, qui ex Hieruſalem ancilla nati, Chriſto cooperati ſunt, Apoſtolos dico & Euangeliſtas; Dei enim cooperatores fuerunt, in conſtituendis Eccleſiis propemodum laborantis, atque operam dantis. Conferebant etiam ex ſtudio ac probitate operas ad tabernaculum conficiendum

A πατρὸς, τοῦ τὴν μὲν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ πεφανερωκότος ἡμῖν ἐν τῷ υἱῷ, δι' οὗ καὶ ἡμεῖς εὐωδιάζομεν, οὐχ ἑαυτοῖς συνθέντες τὸ θυμίαμα τὸ λεπτὸν, ἀλλ' ὡς μέτοχοι τοῦ θυμιάματος, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι καταχεχρισμένοι, καὶ διὰ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας εὐδοκιμεῖν σπουδάζοντες. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Διὰ πάντων οὖν ὡς ἔοικεν τῶν γεγονότων ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαμορφοῦται μυστήριον. ΚΥ-

B ΡΙΛΛΟΣ. Καὶ πρός γε δὴ τούτῳ καταθαυμάσειας ἂν, εἰ μάθοις ὅτι καὶ αὐτοὶ τῆς ἁγίας σκηνῆς οἱ τεχνουργοὶ Χριστὸν διαπλάττουσιν, ὡς ἔν γε σφίσιν αὐτοῖς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τίνα φὴς τρόπον; ἐννοεῖν γὰρ οὐκ ἔχω. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Γέγραπται γὰρ αὖ· καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων, ἰδοὺ ἀνακέκλημαι ἐξ ὀνόματος τὸν Βεσελεὴλ τὸν τοῦ Οὐρίου υἱὸν, υἱοῦ Ὢρ τῆς φυ-

C λῆς Ἰούδα, καὶ ἐνέπλησα αὐτὸν πνεῦμα θεῖον σοφίας καὶ συνέσεως καὶ ἐπιστήμης. καὶ ἐν παντὶ ἔργῳ διανοεῖσθαι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν χαλκὸν, καὶ τὴν ὑάκινθον, καὶ τὴν πορφύραν, καὶ τὸ κόκκινον τὸ νηστὸν, καὶ τὴν βύσσον τὴν κεκλωσμένην, καὶ τὰ λιθουργικὰ, καὶ εἰς τὰ ἔργα τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων ἐργάζεσθαι κατὰ πάντα τὰ ἔργα. καὶ ἐγὼ δέδωκα αὐτὸν, καὶ τὸν Ἐλιὰβ τοῦ Ἀχισαμὰ, ἐκ φυλῆς Δὰν, καὶ παντὶ συνετῷ καρδίᾳ,

D δέδωκα σύνεσιν, καὶ ποιήσουσι πάντα ὅσα συνέταξα. ἄθρει δὴ οὖν ὅπως καθηγεῖται μὲν τῶν τεχνουργημάτων ὁ Βεσελεὴλ, Ἐλιὰβ δὲ ἐργάζεται. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τί οὖν τοῦτό γε; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πεύσῃ δὴ οὖν· Ἰούδας τε καὶ Δὰν, ἄμφω μὲν ἦσαν ἐξ Ἰακὼβ, ἀλλ' ὁ μὲν, ἐξ ἐλευθέρας τῆς Λείας, ὁ δὲ, ἐκ θεραπαίνης τῆς Βάλας. τύπος οὖν ἄρα καὶ ἐναργὴς ὁ Βεσελεὴλ, τοῦ πεφηνότος ἡμῖν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, τὸ κατὰ σάρκα Χριστοῦ,

E καὶ ἐκ φύσεως ἀληθῶς τῆς ἐλευθέρας, δῆλον δὲ ὅτι τῆς θείας καὶ ὑπερτάτης. ἐμφαίνοι δ' ἂν εὖ μάλα καὶ Ἐλιὰβ, τοὺς ὡς ἐκ δούλης τῆς Ἱερουσαλὴμ, Χριστῷ, συνεργασαμένους Ἀποστόλους καὶ Εὐαγγελιστάς; Θεοῦ γὰρ γεγόνασι συνεργοὶ τὰ εἰς σύστασιν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν μονονουχὶ πονοῦντί τε καὶ τεχνωμένῳ. συνεκόμιζον δὲ τὰ ἐξ οἰκείας σπουδῆς καὶ ἐπιεικείας εἰς τὰ τῆς σκηνῆς ἔργα πάντες

οἱ σοφοὶ τῇ καρδίᾳ, τὴν κατὰ καιροὺς διδασκάλων ἀποπληροῦντες εἰκόνας, οἳ ἐν σπουδῇ καὶ φροντίδι τὸ ἐργάζεσθαι τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅσα πρὸς ὠφέλειαν προσήκοντα τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ.

A omnes, qui erant ſapientes corde doctorum imaginem tenentes, qui ſuo quiſque tempore futuri erant, quique ad Dei opera, & quæcunque ad vtilitatem Chriſti Eccleſiæ pertinent, efficienda omni ſtudio, curaque incumbunt.

FINIS LIBRI NONI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER DECIMVS.

De iis iterum, quæ erant in Tabernaculo.

NVm igitur perſpicua tibi, Palladi, ac ſatis plena videtur oratio, quam de tabernaculo, & iis, quæ in illo erãt habuimus? Pal. Perſpicua illa ſane quidẽ; ſed certè haud ſatis plena. Cyr. Placetne igitur, vt ad id rurſus redeamus, quod tibi in iis, quæ de tabernaculo narrata ſunt, deeſſe videtur? nã fortaſſe, niſi fallor, exiſtimas eam orationis partem eſſe adiungendam, qua planũ fiat, quomodo illud erectum ſit; quo etiam tẽpore, quáve ratione, quæ in illo erant, compoſita ſint: de iuſtificationib⁹ etiam ac legibus & encæniis & ſanctificatione, ac denique de iudiciis eſſe nonnihil dicendum. Pal. Igitur denuo de ſingulis diſſere.

A

Περὶ τῶν αὐτῶν ἔτι, καὶ περὶ τῶν ἐν ἁγίᾳ σκηνῇ.

Ἆρα σοι σαφὴς, ὦ Παλλάδιε, καὶ ἀπόχρεων ὁ λόγος, ὃν ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πεποιήμεθα; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Σαφὴς μὲν οὖν μάλα, πλὴν ἀπόχρεων ἥκιστά γε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Βούλει δὴ οὖν ἐπ' ἐκεῖνο πάλιν προθυμότατα διαστείχωμεν, ὃ τοῖς ἐπ' αὐτῇ διηγήμασιν ἐλλελοιπέναι δοκεῖ; οἴει γάρ που, κατὰ τὸ εἰκὸς, προσεπάγεσθαι δεῖν τὸν σαφηνιοῦντα λόγον, τίνα μὲν ἡμῖν ἐγήγερται τρόπον, ποῖα δὲ καὶ ὅπως τὰ ἐν αὐτῇ συντέθειται, δικαιώματά τε καὶ νόμοι, καὶ ἐγκαινισμὸς καὶ ἁγιασμὸς, καὶ κρίσις. ΠΑΛ. Φράζε δὴ οὖν τὰ ἐφ' ἑκάστῳ πάλιν.

διανοῇ γὰρ ὀρθῶς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἐρῶ μὲν ἐγώ. σὺ δὲ αὖ συγγνώμων ἔσο, τὴν εἰσάπαν δυσχέρειαν τῶν θεωρημάτων ἐννενοηκώς, κἂν εἴ πού τι λέγοιμι τυχὸν τῆς ἀκριβείας ἡμαρτηκότων, καὶ λόγου τοῦ δέοντος ἐκπεφοιτηκότων, μετάπλαττε καὶ μεθάρμοζε. συλλήπτορα γάρ σε καὶ ἀρωγὸν τῶν ἐμαυτοῦ ποιήσομαι λόγων. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἴθι Θεῷ πίσυνος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συμπεπερασμένων δὴ οὖν ἤδη μάλα τῶν ἔργων τῆς ἁγίας σκηνῆς, καὶ μὴν καὶ ἑκάστου τῶν ἐν αὐτῇ σοφῶς καὶ εὐτέχνως ἐκπεποιημένων, πρός γε τὸ παραδειχθὲν ἐν τῷ ὄρει κάλλος, ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μηνὸς τοῦ πρώτου, νεομηνίᾳ, στήσεις τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν. καὶ ἐγένετο, φησίν, ἐν τῷ μηνὶ τῷ πρώτῳ, τῷ δευτέρῳ ἔτει ἐκπορευομένων αὐτῶν ἐξ Αἰγύπτου νεομηνίας, ἐστάθη ἡ σκηνή, καὶ ἔστησε Μωσῆς τὴν σκηνήν. ἐγήγερται μὲν οὖν, κατὰ τὸ Θεῷ δοκοῦν, ἡ ἀρχαία σκηνὴ τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης ἐκκλησίας, ἐφ' ἑαυτῇ τοὺς τύπους εὖ μάλα προαναφαίνουσα. πολυπραγμονητέον δέ, εἰ δοκεῖ, τὰς αἰτίας τοῦ διὰ Μωσέως ἐγηγέρθαι μᾶλλον αὐτήν, σεσιγημένου πρός γε τὸ παρὸν Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καίτοι παρεστηκότος ἀεὶ τῷ πανα-ρίστῳ Μωσῇ, καὶ συναναβεβηκότος μὲν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, πολεμοῦντος δὲ καὶ ἀντιτάξαντος τῷ Ἀμαλὴκ διὰ φωνῆς Μωσέως. ἔφη γάρ που πρὸς αὐτόν, ἐπίλεξαι σεαυτῷ ἄνδρας δυνατούς, καὶ ἐξελθὼν παράταξαι τῷ Ἀμαλὴκ αὔριον, καὶ παρετάξατο, καὶ νενίκηκε. τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ τοῦδε λόγος, οὐ δοκιμάζειν ἄξιον; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛ. Οὐκοῦν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν δρωμένων τὸν τοῦ μυστηρίου λόγον εἴπερ ἕλοιτό τις ἐξακριβοῦν ὡς ἔνι, καταπεθηπὼς ἐρεῖ τό, ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. ἄθρει γὰρ ὅπως λεπτός τε καὶ διαυγὴς ὁ ἐφ' ἑκάστῳ νοῦς. ἀναβαίνοντι μὲν γὰρ εἰς τὸ ὄρος τῷ θεσπεσίῳ Μωσῇ, συναναβαίνει Ἰησοῦς. οὐ γὰρ προσιτὸς ἑτέρως ὁ πατὴρ εἰ μὴ δι' υἱοῦ. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. ἐν Χριστῷ τοιγαροῦν καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις, ἡ πρόσοδος, καὶ οὐκ ἄν τις δύναιτο καθάπερ εἰς ὄρος, ἀναπηδᾶν εἰς ὑψηλήν τινα καὶ ὑπερτέραν θεωρίαν, ἀλλ' οὐδ' ἄν, ἄρα, τις ἀγχοῦ φθαίη Θεοῦ,

A rectè enim cogitas. CYRILLVS. Ego verò dicam. Sed tu te ad ignoſcendum facilem eſſe velim, illud cogitantem, ſummam eſſe rerum ad contemplandum propoſitarum difficultatem: ac, ſi quid fortaſſe dixero, quod à certa ratione aberret, & à recta veraque expoſitione diſcedat, emenda & corrige: te enim ſocium adiutoremque meæ orationis adhibebo. PALLADIVS. Perge, Dei auxilio fretus. CYRILLVS.

B Completis igitur operibus tabernaculi, & ſingulis, quæ in eo continebantur, ad illius pulchritudinis in monte demonſtratæ ſimilitudinem ſapienter & artificioſè factis, locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, [In die vna menſis primi nouilunio eriges tabernaculum teſtimonii :] Et poſt alia rurſus, [Et factum eſt, inquit, in menſe primo, ſecundo anno, poſteaquam egreſſi ſunt ex Ægypto, nouilunio erectum eſt tabernaculum: & erexit Moyſes tabernaculum.] Erectum eſt igitur vetus illud tabernaculum Dei voluntate, quod Eccleſiæ quæ in Chriſto intelligitur, in ſe ipſo figuras optimè præferret. Sed perueſtigemus, ſi videtur, quibus de cauſſis per Moyſen potius erectum ſit. Ac de Ieſu filio Naue ad præſens ſileatur, quamuis ille ſemper beato Moyſi præſto fuerit, & vnà in montem Sina conſcenderit, & ad Moyſi iuſſum bellum geſſerit, & cum Amalec ſigna contulerit; ſic enim illi dixit, [Elige tibi viros fortes, & egreſſus pugna cum Amalec cras: & congreſſus eſt, ac vicit:] Quænam ſit igitur huius rei ratio, nonne exquirendum putas? PALLAD. Maximè verò. CYRILL. Si igitur in vnaquaque re geſta myſterii rationem quis velit, quoad fieri poterit, accurate tractare, obſtupefactus dicet, [O altitudo diuitiarum & ſapientiæ & ſcientiæ Dei!] Vide enim quam ſubtilis, & quam vtilis ſit in vnaquaque re ſenſus: nam, aſcendente in montem beato Moyſe, ſimul aſcendit Ieſus: neque enim aliter adiri ad Patrem poteſt niſi per Filium: vere enim dicit, [Nemo venit ad Patrem niſi per me.] In Chriſto igitur ipſis quoque ſanctis viris patet aditus; neque cuiquam fas eſt ad excelſam ſublimemque contemplationem quaſi in montem aſcendere, neque verò propius ad Deum accedere,

Exod. 40. — Exod. 17. — Rom. 11. — Ioan. 14.

eo nimirum coniunctionis modo, qui A in ſpiritu & ſanctitate conuerſationis efficitur, niſi illi adſit Emmanuel, &, quæ hominibus ardua ſunt & inacceſſa, peruia reddat ac plana: idque eſſe arbitror, quod eſt Eſaiæ
Eſai. 40. » voce dictum, [Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & omnia praua erunt in directa, & aſperæ in vias planas:] in Chriſto enim nobis ardua omnia plana ſunt, & aſpera peruia: facilia item ac prona, quæ ſunt inacceſſa: B vt enim propheta ille idem alibi di-
Pſal. 26. „ cit, [Via piorum recta facta eſt: parata eſt via piorum.] Neceſſario igitur vnà cum beato Moyſe conſcendit Ieſus; nam, vt modò dixi, per Filium adiri poteſt ad Patrem, & ipſe Filius mediator eſt, qui nos per ſe coniungit, & ad illam ſublimitatem, quæ eſt natura excellentior, attollit: aciem quoque cum illis ſelectis egregiiſque viris inſtruxit, & vicit Amalec. Chriſtus enim, cùm ſanctos viros elegiſ- C ſet, quorum primitiæ beati illi diſcipuli fuerunt, vicit ille quidem Principem huius ſæculi; ſed Moyſe iubente; factus eſt enim ſub Lege Filius, quamuis idem Legiſlator eſſet, qua Deus erat. Pugnæ præterea tempus non ipſo die fuit, quo Moyſes iuſſit, ſed poſtridie; ideſt, dilata eſt in aliud tempus: nam Lex futura prænuntiabat, & Saluatoris noſtri res præclare geſtas ſplendide demonſtrat, ſi ſpiritualiter intelligatur. Hac de cauſſa, D niſi fallor, etiam tabernaculum erexit Moyſes: neque enim illa Legis diſciplina eſt ad Eccleſiæ conſtitutionem inutilis; nam ad Chriſtum homines ducit, qui Eccleſiæ caput eſt, & omnis conſtitutio, & columna & firmamentum veritatis, ſicut ſcriptum
1 Tim. 3. Ioan. 5. eſt. Ideoque Iudæos alloquebatur » Chriſtus, [Si crederetis Moyſi, crederetis vtique & mihi; de me enim » ille ſcripſit.] Ædificat igitur Moyſes, id eſt, illa per Legem inſtitutio, E Chriſti Eccleſiam, cùm eius myſterium tanquam adhuc in vmbris præmonſtret. Moyſi porro perſona nonnunquam Legem per ipſum datam deſignat. Vnde illud eſt recte in euan-
Luc. 16. » gelicis parabolis dictum, [Habent » Moyſen & Prophetas.] PALLAD. Rectè dicis. CYRILLVS. Quid verò ſibi vult, quod vno die & nouilunio menſis primi, & ſecundo anno

A κατὰ τρόπον δὲ δηλονότι συναφείας, τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἁγιασμῷ πολιτείας, μὴ οὐχὶ συνόντος τι αὐτῷ τοῦ Ἐμμανουήλ, καὶ τὰ ἀνθρώποις ἀνέφικτα, βάσιμα τιθέντος καὶ ἱππήλατα. καὶ τοῦτό, οἶμαι, ἐστὶ τὸ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου εἰρημένον, πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ πάντα τὰ σκολιὰ ἔσται εἰς εὐθείαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας. ἐν Χριστῷ γὰρ ἡμῖν καὶ τὰ ἀνάντη λεῖα, καὶ βάσιμον τὸ τραχύ. ψιλὰ δὲ καὶ ὕπτια, τὰ δυσπόρευτα. καὶ γὰρ B ὥς αὐτός που πάλιν φησὶν ὁ προφήτης, ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. οὐκοῦν ἀναγκαίως συναναβαίνοι Ἰησοῦς τῷ θεσπεσίῳ Μωσῇ. προσιτὸς γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ πατὴρ δι' υἱοῦ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ μεσίτης, συνάπτων ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν ὑψώμασιν ἀνακομίζων. παρετέτακτο δὲ σὺν ἀπολέκτοις ἀνδράσι, καὶ ἐνίκα τὸν Ἀμαλήκ. ἐπιλεξάμενος γὰρ τοὺς ἁγίους ὁ Χριστὸς, ὧν ἀπαρ- C χὴ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, νενίκηκε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου· Μωσῆς δὲ ὁ κελεύων ἦν· γέγονε γὰρ ὑπὸ νόμον ὁ υἱός, καίτοι νομοθέτης ὑπάρχων ὡς Θεός. καὶ τῆς παρατάξεως ὁ καιρὸς, οὐ κατ' αὐτὴν ἐκείνην ἐπράττετο τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν οἱ Μωσέως γεγόνασι λόγοι, ἀλλ' εἰς τὸ αὔριον, τοῦτ' ἔστιν, εἰς ὑπέρθεσιν ἑτέρου καιροῦ. προηγόρευσε γὰρ ὁ νόμος τὰ ἐσόμενα, καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος κατορθωμάτων λαμπρὰν ἔχει τὴν ἀφήγησιν, εἰ νοοῖτο πνευματικῶς. ταύ- D τητοι, καθάπερ ἐγῷμαι, καὶ τὴν ἁγίαν σκηνὴν ἀνέστησεν ὁ Μωσῆς. ἔστι γὰρ οὐκ ἀσυντελὴς ἡ διὰ νόμου παίδευσις εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας σύστασιν. παιδαγωγεῖ γὰρ εἰς Χριστὸν, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἡ πᾶσα σύστασις, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, κατὰ τὸ γεγραμμένον. καὶ γοῦν Ἰουδαίοις προσπεφώνηκεν ὁ Χριστός. εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε καὶ ἂν ἐμοί, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. οἰκοδομεῖ τοιγαροῦν καὶ ὁ Μωσῆς, τοῦτ' ἔστιν, ἡ διὰ νόμου E παίδευσις, τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ, τὸ ἐπ' αὐτῇ μυστήριον ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι προαναφαίνουσα. πρόσωπον δὲ τὸ Μωσέως, ἔσθ' ὅτε τὸν δι' αὐτοῦ παρίστησι νόμον, κατά γε τὸ ἐν εὐαγγελικαῖς παραβολαῖς ὀρθῶς εἰρημένον, ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας. ΠΑΛ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡ. Τί δ' ἂν βούλοιτο κατασημαίνειν πάλιν τὸ, ἐν ἡμέρᾳ χρόνων μιᾷ, καὶ μὴν καὶ τὸ, νουμηνίᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου, καὶ τὸ, ἐν δευτέρῳ ἔτει τὴν

μον, ἁγίαν διαπήγνυσθαι σκηνὴν, φέρε δὴ λέγωμεν ἐξηλατοῦντες τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ὡς ἄριστα ἔχειν τοῖς ἐντευξομένοις δοκοῦν. ἡμέρα μὲν γὰρ ἡ μία, τὸν πολύευκτον ἡμῖν καὶ σωτήριον ὑποφαίνει καιρὸν, καθ' ὃν ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς, τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς, κατεκτήσατο τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς τῷ Θεῷ καὶ πατρί. εἷς δὲ δὴ πάντως ὁ τοῦδε καιρός· ἅπαξ γὰρ ἀπέθανεν, οὐκέτι ἀποθνήσκει· θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύσει, κατὰ τὰς γραφάς· οὐ γὰρ ἔτι προσδοκήσομεν ὑπέρ τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἐν ᾅδου πνευμάτων τεθνήξεσθαι τὸν υἱὸν, ἀλλ' οὐδὲ ἀπαρχὴν ἔσεσθαι τῶν κεκοιμημένων δευτέραν. οὐ γὰρ ἐσομένου θανάτου, πῶς ἂν γένοιτο καὶ ἀνάστασις; ἔστι τοίνυν οὐ ψευδεπῆσαι λέγοντας, ὡς εἷς ὁ τοῦδε καιρὸς, καθὰ καὶ ἔφην ἀρτίως, καὶ ἡμέρα μία, ἧς καὶ ὁ προφήτης ἐμνήσθη λέγων ὡς ἐκ προσώπου Θεοῦ, καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. γράφει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας, καθ' ἣν ἐκ νεκρῶν ἀνεβίω Χριστὸς, τὸ ἀμειδὲς τοῦ θανάτου καταλύσας κράτος. ὅτε καὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας οἰκοδόμους ὥσπερ τινὰς καὶ τεχνίτας πνευματικοὺς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καθίστη, λέγων, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. ἢ γὰρ, οὐχὶ τοῦτο εἶναι φὴς, τῆς ἐκκλησίας τὴν σύστασιν; ΠΑΛ. Τὸ τί δὴ φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὴν διὰ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν παραδοθεῖσαν πίστιν, καὶ κεκηρυγμένην πολιτείαν, φημὶ δὴ τὴν ἐν Χριστῷ, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πρὸς Θεὸν ἕνωσιν, διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. οὕτω γὰρ ἡμῖν προσπεφώνηκε, λέγων ὁ Παῦλος, καὶ ὑμεῖς ὡς λίθοι ζῶντες ἐποικοδομεῖσθε οἶκος πνευματικὸς, εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι. πάλαι μὲν γὰρ ὡς ἐν διαφόροις σκεύεσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ προεμορφοῦτο Χριστὸς, ὡς χρυσοῦν θυμιατήριον, ὡς κιβωτὸς, ὡς λυχνία, καὶ μὴν καὶ ὡς τράπεζα, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ· ἕκαστος δὲ, οἶμαι, τῶν πεπιστευκότων, κατά γε τὸν ἐνεστηκότα καιρὸν, οἶκος καὶ ναὸς χρηματίζει Θεοῦ, Χριστὸν ἔχων ἐνοικιζόμενον. κατοικεῖ γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ

A ſacrum illud tabernaculum figitur, age iam dicamus, inueſtigemuſque, quod verum ſit, & lector probet. Igitur ille vnus dies, tempus illud nobis exoptatum & ſalutare demonſtrat, quo ille Vnigenitus homo factus, carnis ſuæ morte, eos, qui in terris verſabantur, homines Deo ac Patri acquiſiuit. Vnum autem eius rei plane tempus fuit; ſemel namque mortuus, non amplius moritur, *Rom. 6.* mors illi vltra non dominabitur, vt ſcriptum eſt; neque B enim amplius expectamus, vt pro nobis ipſis, & ſpiritibus, qui apud inferos ſunt, ille Dei filius moriatur; neque vt ſecundæ ſint primitiæ mortuorum. Nam, ſi mors futura nulla eſt, quæ fuerit reſurrectio? Licet igitur veriſſime dicere, vnum eſſe huius rei tempus, vt modò dixi, & diem vnum; quem propheta quoque, tanquam ex perſona Dei, commemorat, dicens, [Tempore accepto exaudiui te, & in *Eſai. 49.* die ſalutis adiuui te.] Scribit etiam C beatus Paulus, [Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis:] quo die Chriſtus ex mortuis reuixit, ac *2. Cor. 6.* triſte mortis deſtruxit imperium; cùm eccleſiæ ex Gentibus velut ædificatores quoſdam, & ſpirituales artifices ſanctos Apoſtolos conſtituit, dicens; *Matth. 28.* [Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæ præcepi vobis; & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque D ad conſummationem ſæculi.] An tu id minime eſſe cenſes Eccleſiæ conſtitutionem? PALLAD. Quodnam iſtud tandem? CYRIL. Fidem, inquam, per ſanctos Doctores traditam, atque illam in Chriſto conuerſationem ab iiſdem prædicatam, illam quoque cum Deo cōiunctionem, qua illi per ſacrum baptiſma ſanctiq; Spiritus participationem iungimur. Ita namque nos alloquebatur Paulus, dicens, [Et vos tan- *1. Pet. 2.* quam lapides viui ſuperædificamini, E domus ſpiritualis in templum ſanctum, in habitaculum Dei in ſpiritu.] Olim namque per diuerſa vaſa tabernaculi Chriſtus præfigurabatur; nempe tanquam aureum turibulum, tāquam arca, tanquam lucerna, tanquam denique menſa, & quæ in ea poſita erant. Sed præſenti tempore, vt opinor, vnuſquiſque fidelium domus eſt ac templum *Ephes. 3.* Dei, cùm Chriſtum habeat inhabitantē; habitat enim in cordibus noſtris per

fidem, ſicut ſcriptum eſt; vnus idemque per naturam, quamuis cum carne intelligatur; 1. Cor. 8. [vnus enim Deus Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem omnia.] ſed tamen diuerſis deitatis proprietatibus veluti multiplicitatem quandam in ſe ipſo habens, varie intelligitur. Eſt enim in nobis vt Dei verbum & ſapientia, & lumen, & vita, & panis viuus, ac de cœlo deſcendens. PALLADIVS. Quod dicis, intelligo. CYRILL. Incarnationis itaque tempus & dies optatiſſimus reſurrectionis ex mortuis nobis rurſus præfigurabatur in eo quod dixit Deus, [Die vno ſtatues tabernaculum.] Illa porro verba, [Et in nouilunio menſis primi;] vtiliter atque neceſſario adiuncta eſſe, facile perſpici poteſt, Palladi: vt enim menſis initium primus eſt eius menſis dies, id eſt, nouilunium; ſic quaſi initium quoddam recentis ſæculi, ac primus aditus ad nouitatem temporum eſt id tempus, quo ille aduenit: 2. Cor. 5. [noua namque in Chriſto creatura; vetera tranſierunt] effulgetque nobis quodammodo, illud ſæculum, quod poſt hoc præſens proxime cõſequitur, quod nunc quidem ſpe conſpicitur, tunc autem re ipſa præſto erit, cum Chriſtus nobis iterum affulſerit cum ſanctis Angelis in gloria Patris; & eos, qui in nouitate vitæ ambulare ſtuduerint, & illam egregiam euangelicæ conuerſationis pulchritudinem per patientiam acquiſierint, ſecum aſſumet, atque ad illam olim expectatam gloriam, ac regnum introducet. Eſſe autem creaturam nouam, ac veluti temporum & rerum in Chriſto nouum germen, ænigma primi menſis optime demonſtrat, quo terra teneris ac recentibus herbis conueſtitur, ſtirpes germinant, & in pratis varia florum ſpecies conſpicitur, ridẽte ſimul verni temporis fragrantia: tali namque quodammodo tẽpore Chriſtus Eccleſiã ex gentibus vocauit, ſic dicens, Cant. 2. [Surge, veni propinqua mea, pulchra mea, columba mea, quia ecce iam hiems tranſiit, imber abiit, abiit ſibi; flores viſi ſunt in terra, tempus putationis aduenit:] germinauit enim denuo tanquam arbor, hominum natura, quæ morte exaruerat tum propter Adæ tranſgreſſionem, tum propter peccatum, quod nobis omnibus tyranni more dominabatur. Audio etiam Chriſtum per quendam è ſanctis ſuis prophetis, dicentem, [Ego, qui loquebar, adſum, ſicut vernum tempus in montibus:]

A τῆς πίστεως, καθὰ γέγραπται, εἷς μὲν καὶ ὁ αὐτὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων, εἰ καὶ νοοῖτο μετὰ σαρκός. εἷς γὰρ Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, ταῖς δὲ τῆς θεότητος διαφόροις ἰδιώμασιν, τὸ οἱονεὶ πολυειδὲς ἔχων ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ διαφόρως νοούμενος. ἔστι γὰρ ἐν ἡμῖν ὡς λόγος Θεοῦ καὶ σοφία, καὶ φῶς, καὶ ζωὴ, καὶ ἄρτος ὁ ζῶν καὶ ἐξ οὐρανοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνῆκα ὃ φής. ΚΥΡ. Οὐκοῦν ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρὸς ἡμῖν, καὶ B ἡ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἡ περιπόθητος ἡμέρα, προανετυποῦτο πάλαι διὰ τὸ φάναι Θεὸν, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ στήσεις τὴν σκηνήν. τὸ δὲ καὶ ἐν νουμηνίᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου, χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως προσηνωμένον κατίδοι τις ἂν, ὦ Παλλάδιε. ὥσπερ γὰρ ἀρχὴ μηνὸς, ἡμερῶν ἡ ἐν αὐτῷ πρώτη, τοῦτ' ἔστιν, ἡ νουμηνία, οὕτως καὶ ἀρχή τις ὥσπερ αἰῶνος νέου, καὶ προσβολὴ καινότητος χρόνων, ὁ τῆς ἐπιδημίας καιρός. καινὴ γὰρ κτίσις ἐν Χριστῷ· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν. C ἀναλάμπει δὲ ὥσπερ ἡμῖν ὁ μετὰ τοῦτον αἰὼν, νῦν μὲν ὡς ἐν ἐλπίσιν ἔτι βλεπόμενος, τότε δὲ καὶ παρεσόμενος ἀληθῶς, ὅταν ἡμῖν ὁ Χριστὸς ἐπιλάμψῃ πάλιν μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς, τοὺς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατεῖν ἑλομένους, καὶ τὸ ἐκπρεπέστατον κάλλος τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἐν ὑπομονῇ πλουτήσαντας, παραληψόμενος μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ εἰς τὴν πάλαι προσδοκωμένην δόξαν καὶ βασιλείαν εἰσκομιῶν. ὅτι δὲ καινὴ κτίσις καὶ οἱονεὶ καιρῶν καὶ πραγμάτων βλάστη νέα τὴν ἐν D Χριστῷ, καταδείξειεν ἂν εὖ μάλα τὸ αἴνιγμα τοῦ πρώτου μηνὸς, καθ' ὃν πόαι μὲν καὶ ἁπαλαὶ καὶ ἀρτιφανεῖς ἐν γῇ, φυτῶν δὲ ἀναθήλησις, καὶ τῶν ἐν λειμῶσιν ἀνθέων τὸ πολυειδὲς ἐμφαίνεται κάλλος, ἐαρινῆς γελώσης εὐωδίας· οἱονεὶ γάρ πως ἐν τοιῷδε καιρῷ, κέκληκεν ὁ Χριστὸς τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, οὕτω λέγων, ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν ἀπῆλθεν, ὁ ὑε- E τὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἐν αὐτῷ, τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ· καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασεν. ἀνέθαλε γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις αὖ, ὥσπερ τι φυτὸν καταμαρανθεῖσα θανάτῳ, διά τε τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ τὴν κατὰ πάντων ἡμῶν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν. ἀκούω δὲ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ καὶ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν, αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι, ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων.

A ὅπερ γὰρ ἐν ὄρεσι καὶ δρυμοῖς τὸ ἔαρ ἐργάζεται, βλάστη νέα στεφανοῦν τὰ φυτά, τοῦτο καὶ ἐφ' ἡμῶν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποτετελήρωκε παρουσία, γενομένη κατὰ καιρούς, ὡς ἐν ἔτει δευτέρῳ, καὶ οὐκ ἐν γε τῷ πρώτῳ καιρῷ, καθ' ὃν ἦν ὁ νόμος, καὶ τῶν προφητῶν ὁ χορός, καὶ καθ' ὃν ἐκράτει θάνατος. βεβασίλευκε γὰρ ἀπὸ Ἀδάμ, καὶ μέχρι Μωσέως. οὐκοῦν ὡς ἐν δευτέρῳ ἔτει, τουτέστιν, ὡς ἐν χρόνῳ τῷ μετὰ τὸν πρῶτον, καθ' ὃν ἦν ὁ νόμος, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἀνέ- B λαμψεν ἐκκλησία, Χριστὸν ἔναυλον ἔχουσα, τὸ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ νόμου τέλος. ἆρά σοι δοκεῖ πρὸς τὸ εὐθύ τε καὶ ἀληθὲς διαθεῖν ἡμῶν ὁ λόγος; ΠΑΛ. Παντάπασι μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οἶμαι δ' ἔγωγε τὴν ἀληθεστέραν ἡμῖν προκατηγγέλθαι σκηνὴν διὰ φωνῆς Ἡσαΐου λέγοντος ὡς πρὸς ἕκαστον τῶν ἐν πίστει κεκλημένων εἰς δικαιοσύνην, οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται Ἱερουσαλήμ, πόλεις πλουσίας, σκηναὶ αἳ οὐ μὴ σεισθῶσιν, οὐδὲ μὴ κινηθῶσιν οἱ πάσ- C σαλοι τῆς σκηνῆς αὐτῆς· οὐδὲ τὰ σχοινία αὐτῆς οὐ μὴ διαρραγῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Θεοῦ γὰρ πόλις ἡ ἐκκλησία, ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐπεμνήσθη λέγων, δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. πλουσία γὰρ αὕτη, καὶ τοῖς ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ χαρίσμασι κατηγλαϊσμένη, καὶ ἄρρηκτον ἔχουσα τὴν ἐν βεβαίῳ στάσιν, ἵδρυσίν τε καὶ διαμονήν. πύλαι γὰρ ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. ΠΑΛ. Ὀρθότατα καὶ εἰκότα διανοῇ. D ΚΥΡ. Ἐγηγερμένης δὲ τῆς σκηνῆς ὅτι προσῆκεν ἐν κόσμῳ κεῖσθαι τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ μὴ χύδην καὶ ἀτημελῶς, διδάσκει λέγων ὁ πάντων δεσπότης Θεός. καὶ θήσεις τὴν κιβωτὸν τοῦ μαρτυρίου, καὶ σκεπάσεις τὴν κιβωτὸν τῷ καταπετάσματι. καὶ εἰσοίσεις τὴν τράπεζαν, καὶ προθήσεις τὴν πρόθεσιν αὐτῆς. καὶ εἰσοίσεις τὴν λυχνίαν, καὶ ἐπιθήσεις τοὺς λύχνους αὐτῆς. καὶ θήσεις τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν, εἰς τὸ θυμιᾶν ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ. καὶ ἐπιθήσεις κάλυμμα κα- E ταπετάσματος ἐπὶ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν καρπωμάτων θήσεις παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ περιθήσεις τὴν σκηνήν, καὶ πάντα τὰ αὐτῆς περιθήσεις κύκλῳ. ἀλλ' ἔνεστι μὲν ἐν τούτοις εἰσκεκομίσθαι μὲν ἰδεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ τὰ σκεύη τὰ ἱερά· οὐ μὴν ἔτι καὶ σαφῶς τὸν ἑκάστῳ πρέποντά τε καὶ ἐκνεμηθέντα τόπον.

A quod enim in montibus vernum tempus efficit, vt arbores nouo germine coronentur, hoc idem in nobis Saluatoris noſtri aduentus effecit, qui in ordine temporum quaſi anno ſecundo fuit, non autem primo tempore, quo Lex, & Prophetarum chorus vigebat, & quo mors dominabatur: regnauit enim ab Adam vſque ad Moyſen. (Rom. 5.) igitur tanquam ſecundo anno, id eſt, tempore, quod poſt illud primum, quo fuit Lex, proxime B conſequitur, Eccleſia ex gentibus emicuit, quæ Chriſtum inhabitantem habet, qui eſt Legis ac prophetarum finis. Videturne tibi noſtra oratio recto curſu ad veritatem ferri? PALLADIVS. Maximè verò. CYRILL. Equidem puto verius illud tabernaculum Eſaiæ voce prænunciatum eſſe, cùm vnicuique per fidem ad iuſtitiam vocato diceret, [Oculi tui (Eſai. 33.) videbunt Hieruſalem, ciuitates opulentas, tabernacula, quæ non con- C cutientur, neque mouebuntur paxilli tabernaculi eius; neque funiculi eius dirumpentur in ſempiternum tempus:] Dei namque ciuitas Eccleſia eſt, cuius etiam beatus Dauid meminit, dicens, [Glorioſa dicta ſunt de te, (Pſal. 86.) ciuitas Dei:] diues enim ea eſt, ſupernis cæleſtibuſque muneribus decorata, neque vnquam dimoueri poteſt, cùm firmiſſime conſtituta ſit, & fixa permaneat: [neque enim portæ Inferi præualebunt aduerſus eam,] vt (Matth. 16.) D Saluator ait. PALLADIVS. Rectè atque conuenienter exiſtimas. CYRILL. Iam verò, erecto tabernaculo, eius inſtrumenta eſſe non diſperſe & negligenter, ſed ordine collocanda, docet ille dominus vniuerſorum, cùm dicit, [Et pones arcam teſtamenti, (Exod. 40.) & teges arcam velo: & inferes menſam, & propones propoſitionem eius, & inferes candelabrum, & impones lucernas eius, & pones altare aureum ad adolendum coram tabernaculo E teſtimonii, & impones tegumentum veli ad oſtium tabernaculi teſtimonii: & altare holocauſtorum pones iuxta portam tabernaculi teſtimonii: & circumpones tabernaculum, & omnia, quæ in eo ſunt, circumpones in circuitu.] Sed in his ſacra vaſa fuiſſe illa quidem in ſacrum tabernaculum illata videre licet; non item plane quis cuique vaſi locus pro eius conuenientia ſit attributus.

Viſne igitur eiuſmodi præceptorum quæ ad tabernaculum pertinent, ſubtilem & accuratam cognitionem colligamus? PALLADIVS. Ego verò libentiſſime. CYRILLVS. Ait itaque ad Moyſen Deus, [Et facies velamen ex hyacintho & purpura, & cocco torto, & byſſo neta; opus textile facies illud Cherubim, & ſuperimpones illud ſuper quatuor columnas imputribiles inauratas auro, & capita earum aurea, & baſes earum quatuor argenteæ: & pones velamen ſuper columnas, & induces intra velamen arcam teſtimonii, & diuidet vobis velamen inter Sanctum, & inter Sanctum ſanctorum; & cooperies velamine arcam teſtimonii in Sancto ſanctorum, & pones menſam extra velamen, & candelabrum contra menſam in parte tabernaculi, quæ reſpicit ad Auſtrum; & menſam pones in parte tabernaculi, quæ reſpicit ad Aquilonem. Et facies adductorium ex hyacintho & purpura, & cocco torto, & byſſo torta, opus variatoris: & facies velamini quinque columnas, & inaurabis eas auro, & capita earum aurea; & conflabis eis quinque baſes æneas] Ac de his quidem hactenus. De labro autem hæc dicit, [Facies labrum æneum, & baſim ipſius æneam, vt lauentur, & pones illud inter tabernaculum teſtimonii & altare.] Num tibi perſpicue de ſingulis dictum videtur? PALLAD. Minimè verò: dubito enim ſane, & qua de re, non habeo dicere. CYRILLVS. Singulorum igitur verborum, quæ modò poſui, vbi ea ſumpſero quæ ad eorum contemplationem vtilia ſunt, dilucidam atque perſpicuam in primis expoſitionem afferam. Erectum namque eſt in deſerto ſacrum illud tabernaculum, Palladi, duplici quodammodo ſitu ac figura; atque vna quidem eius pars intima erat, eaque Sancta ſanctorum appellabatur: huius erat veluti primus quidam aditus, & circa eam poſita pars illa prior, quæ Sancta vocabatur; atque in intimo illo tabernaculo erat arca repoſita, de quatuor columnis velamen ſuſpenſum habens artificioſe ex hyacintho, purpura, cocco torto, ac byſſo neta confectum. Sed, quia iam de byſſo & purpura & cocco torto,

Exod. 26. Exod. 30.

A βούλει δὴ οὖν τῶν ἐπὶ τῇ σκηνῇ προστεταγμάτων λεπτήν τε καὶ ἀκριβῆ τὴν τοιάνδε τὴν γνῶσιν ἐρανιζώμεθα; ΠΑΛ. Ὡς ἥδιστά γε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔφη τοίνυν πρὸς τὸν ἱερὸν Μωσέα Θεός· καὶ ποιήσεις καταπέτασμα ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου, καὶ βύσσου νενησμένης, ἔργον ὑφαντὸν ποιήσεις αὐτὸ Χερουβίμ. καὶ ἐπιθήσεις αὐτὸ ἐπὶ τεσσάρων στύλων ἀσήπτων κεχρυσωμένων χρυσίῳ. καὶ αἱ κεφαλίδες αὐτῶν χρυσαῖ, καὶ αἱ βάσεις αὐτῶν τέσσαρες ἀργυραῖ. καὶ θήσεις τὸ καταπέτασμα ἐπὶ B τῶν στύλων, καὶ εἰσοίσεις ἐκεῖ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος τὴν κιβωτὸν τοῦ μαρτυρίου. καὶ διορίσει τὸ καταπέτασμα ὑμῖν ἀναμέσον τοῦ ἁγίου, καὶ ἀναμέσον τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων. κατακαλύψεις τῷ καταπετάσματι τὴν κιβωτὸν τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ ἁγίῳ τῶν ἁγίων. καὶ ἐπιθήσεις τὴν τράπεζαν ἔξωθεν τοῦ καταπετάσματος, καὶ τὴν λυχνίαν ἀπέναντι τῆς τραπέζης ἐπὶ μέρους τῆς σκηνῆς τὸ πρὸς νότον. καὶ τὴν τράπεζαν θήσεις C ἐπὶ μέρους τῆς σκηνῆς τὸ πρὸς βορρᾶν. καὶ ποιήσεις ἐπίσπαστρον τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου, καὶ βύσσου κεκλωσμένης, ἔργον ποικιλτοῦ. καὶ ποιήσεις τῷ καταπετάσματι πέντε στύλους, καὶ χρυσώσεις αὐτοὺς χρυσίῳ· καὶ αἱ κεφαλίδες αὐτῶν χρυσαῖ, καὶ χωνεύσεις αὐτοῖς πέντε βάσεις χαλκᾶς. Καὶ ταυτὶ μὲν περὶ τούτων. περὶ δέ γε τοῦ λουτῆρος ὧδέ πη φησί. ποίησον λουτῆρα χαλκοῦν, καὶ βάσιν αὐτῷ χαλκῆν, ὥστε νίπτεσθαι, καὶ θήσεις αὐτὸν D ἀναμέσον τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἀναμέσον τοῦ θυσιαστηρίου. ἆρά σοι σαφὴς ὁ ἐφ᾽ ἑκάστῳ λόγος; ΠΑΛ. Οὐ μὲν οὖν· διηπόρηκα γὰρ ἴσθι, καὶ τί τὸ χρῆμα, εἰπεῖν οὐκ ἔχω. ΚΥΡ. Οὐκοῦν ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν προκειμένων ῥητῶν, εἰς θεωρίαν τὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς τὸ τελοῦν ἁρπάσας σαφῆ καὶ εὐκρινεστάτην ὡς ἂν οἷός τε ὦ, ποιήσομαι τὴν ἀφήγησιν. ἐγήγερται μὲν γὰρ, ὦ Παλλάδιε, κατὰ τὴν ἔρημον ἡ ἁγία σκηνή, ὡς ἐν θέσει τε καὶ ἐν εἴδει διπλῷ. καὶ μία μὲν ἦν ἡ ἐσωτάτω· ὄνομα δὲ αὐτῇ, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. προεισβολὴ δὲ E ὥσπερ τις καὶ περὶ αὐτήν, ἡ προτέρα, τὰ ἐπίκλην ἅγια. καὶ εἰς μὲν τὴν ἐσωτάτω σκηνήν, ἡ κιβωτὸς ἀπετέθειτο, ἐπὶ τεσσάρων στύλων χρυσῶν ἔχουσα καταπέτασμα πεποικιλμένον ἐντέχνως ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου, καὶ βύσσου νενησμένης. εἰρηκότες δὲ ἤδη, καὶ καθάπερ ἐγνώκαμεν, διαφρόνως τὰ ἐπί τε τῇ βύσσῳ καὶ τῇ πορφύρᾳ, καὶ τῷ κεκλωσμένῳ κοκκίνῳ,

καὶ μέν τοι καὶ ὑακίνθῳ, παραιτησόμεθα μὲν τὸ ταυτοεπές· ἐκεῖνό γε μὴν ἐροῦμεν εἰς τὸ παρόν, τὸ καταπέτασμα τὸ ἐπὶ τεσσάρων στύλων χρυσῶν, ὧν αἱ βάσεις ἀργυραῖ, τὸ Χριστοῦ μυστήριον ὑπεδήλου τότε. τί γάρ; οὐχὶ καταπέτασμα, τὸ σῶμα Χριστοῦ καὶ σοφὸς ἡμῖν ὀνόμασε Παῦλος οὕτω λέγων, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ; ΠΑΛ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄθρει δὴ οὖν ὡς ἐν σκιαῖς καὶ αἰνίγμασιν, ὅτι Θεὸς ὢν καὶ ἐκ Θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν ὁ λόγος, ὡς ἐν χρυσῇ καὶ ἀσήπτῳ γέγονε κιβωτῷ, τῷ ἐκ παρθένου ναῷ. ἄσηπτον γὰρ καὶ τίμιον τὸ σῶμα Χριστοῦ, μονονουχὶ δὲ καὶ ἐκρύπτετο, καθάπερ ἐν τάξει καταπετάσματος τὴν σάρκα λαβών· κρύπτεσθαι δέ φαμεν τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, οὐχ ὡς ἐν βραχεῖ περιορισθέντα σώματι, πανταχῇ γὰρ καὶ ἐν πᾶσιν ὁ υἱός, ἀλλὰ τῷ λανθάνειν οἰκονομικῶς, καὶ τὸν τῆς ἀναδείξεως ἀναμένειν καιρόν. ἀναδείξεως δὲ τῆς εἰς ἅπαντας ὁ καιρὸς, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις. πρὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμίου σταυροῦ, τοῖς ἁγίοις ἐπέταττε μαθηταῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιῶσι. γέγραπται γὰρ ὧδε. μετὰ δέ γε τὸ ἀναβιῶναι, παθόντα τὸν θάνατον, πορευθέντες, φησί, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐκοῦν ἐπεκρέματο μὲν τοῖς στύλοις τὸ καταπέτασμα, κατακαλύπτον ἔσω τὴν κιβωτόν. τύπος δ' ἂν εἴη Χριστοῦ, τοῖς τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν κηρύγμασιν αἰρομένου τε ὑψοῦ, καὶ ἐν δόξῃ θεότητος ὁρωμένου τοῖς ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, τουτέστι, τῇ ἐκκλησίᾳ. τέσσαρες δὲ οἱ στύλοι χρυσοῖ, καὶ περιάργυροι. ἰσάριθμοι δὲ αὐτοῖς οἱ εὐαγγελισταί, λαμπροί τε καὶ τίμιοι. Οὐκοῦν ἔκειτο μὲν ἡ κιβωτός, ἄνωθεν δὲ, κάτω διῆκον τὸ καταπέτασμα, τὸ ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ τῶν ἄλλων, οὐχ ὁρατὴν ἐτίθει. ἄνωθεν δὲ τοῦ καταπετάσματος καὶ τῶν εἰς δεξιά τε καὶ εὐώνυμα Χερουβίμ, ἐχρημάτιζε Θεὸς, δεικνὺς ὅτι καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν ἐστί· καὶ αὐτὰ δὲ πάντα τὰ τῶν λογικῶν ἀνώτατα, τουτέστι, τὰ Σεραφίμ, τὴν θείαν τε καὶ ἄρρητον ὑποκάθηται δόξαν, καὶ αὐτὸν δορυφορεῖ τὸν υἱόν, εἰ καὶ γέγονε σάρξ, καὶ ὡς ἐν ὑφέσει τυχὼν τῆς πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος, καθὸ πέφυκεν ἄνθρωπος. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν αὐτός.

A & de hyacintho ſatis, vt arbitror, diximus, vitandum puto, ne eadem repetamus. Illud tamen in præſenti dicemus, velamen illud, quod in quatuor columnis deauratis poſitum erat, quarum erant baſes argenteæ, Chriſti tum ſignificaſſe myſterium. Quid enim? nonne Paulus quoque vir ſapiens Chriſti corpus velamen appellauit, cum dixit, [Quam initiauit nobis viam nouam & " Heb. 10.
" viuentem per velamen, ideſt, carnem "
B ſuam?] PALLAD. Rectè dicis. CYR. " Vide igitur tanquam in vmbris & ænigmate, Verbum illud, quod Deus erat, & ex Deo patre ſecundum naturam, in aurea atque imputribili arca, in eo nimirum templo, quod erat ex Virgine, fuiſſe; imputribile namque ac precioſum eſt Chriſti corpus; atque ſuſcepta carne, tanquam velo quodam propemodum occultari: occultari autem dicimus illud ex Deo Verbum, non quod exigui corporis terminis definiretur; (vbique enim & in omnibus eſt Filius)
C ſed quod diſpenſationis ratione lateret, & declarationis tempus expectaret. declarationis autem tempus, quo erat omnibus oſtendendus, illud fuit, cùm à mortuis reuixit: nam ante precioſam illam crucem ſanctis ſuis diſcipulis præcepit, ne ſe manifeſtum facerent: ſic enim ſcriptum eſt: poſtea vero quam mortem pertulit, ac reuixit, [Euntes, " Matth. 16.
" inquit, docete omnes gentes, baptizan- "
" tes eos in nomine Patris & Filii & Spi- " Matth. 28.
" ritus ſancti.] Igitur ſuſpenſum erat de "
D columnis velamen illud, quod arcam interius occultabat, ac figura Chriſti erat, qui ſanctorum Euangeliſtarum prædicatione in ſublime tollitur, & ab iis, qui ſunt in tabernaculo, in ſancta nimirum Eccleſia, in diuinitatis gloria videtur. Quatuor autem ſint deauratæ deargentatæque columnæ; totidem Euangeliſtæ, clari ſimul ac pretioſi. Poſita erat igitur arca: ſupernè autem velamen deorſum vſque pertinens ex byſſo & purpura ceteraque materia confectum, non ſinebat, vt ea videretur: ſupra ve-
E lum autem & ſupra Cherubim, quæ à dextra læuaque erant, reſponſa dabat Deus, oſtendens ſe & ſupra omnem creaturā eſſe, & ipſa quoque Seraphim, quæ ſunt inter rationales creaturas præſtantiſſima, eſſe diuina illa atque ineffabili gloria inferiora, ſtipatique illis ipſum Filium, quamuis ſit caro factus, & qua ratione homo eſt, Patris æqualitate ſubmiſſior; ideoque ipſe dicebat,

Ioan. 14. „ [Pater meus maior me eſt.] Cum verò A ſit genitori ſecundum naturam par, minorem ſe eſſe dicit propter humanam dumtaxat naturam. ob eam cauſſam in ſacro quoq; tabernaculo in circuitu velaminis erant Cherubim, & ipſa perinde ac ſi Filium tanquam Deum ſuo ſatellitio ſtiparent. Supra ipſum quoque velamen, quod Chriſti figurã gerebat, Deus „ cognoſcitur: [Et innoteſcam, inquit, in- „ de & loquar tecum:] nam præter omnẽ creaturam eſt pater, præter ipſum quoque Emmanuel, non ea ratione, qua & B eſt & cognoſcitur Deus, nam æqualis eſt per omnia Deo; ſed ex ea parte, quæ ad ſerui formam, & humanitatis mẽſuram pertinet. PAL. Subtilis ſane & recondita expoſitio. CYR. Sed tamen non aberrat à propoſito. PAL. Fateor. CYR. Area igi- „ tur ad hunc modum compoſita. [Pones, „ inquit, altare aureum ad adolendum „ contra arcam:] atque Chriſtum quidem ſignificari altari illo aureo, ſatis dictum à nobis puto. Poſitum eſt autem contra arcã, ſupra quam erat velamen, in cuius circuitu erant Seraphim, & in ſummi- C tate Deus, tanquam illius Emmanuel ſingularem odoris ſuauitatem exciperet: neque enim peccatum fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius, vt Eſai. 53. Ioan. 3. „ ſcriptum eſt: ideoque dicebat ipſe, [Pa- „ ter diligit Filium.] Accepti etiam Deo nos ipſi ſumus, cum Chriſti vnguentum redoleamus; cuius rei fidem facit Pau- 2. Cor. 2. „ lus ſcribens, Deo autem gratias, qui „ ſemper triumphat nos in Chriſto; & „ odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo.] D PALLADIVS. Rectè ſanè. CYRILL. Quod ſi in ea, quæ ſcripta ſunt, accurate animi aciem intenderimus, illud videbimus, arcam quidem in latere tabernaculi, quod ad Occaſum reſpiciebat, fuiſſe collocatam; & contra eam aureum altare in loco, qui ad Orientem ſpectabat: Ortus enim & Occaſus Aquilo item & Auſter Chriſto repletus eſt. Itaque candelabrum ad Auſtrum tabernaculi locatum erat, menſa autem ad Aquilonem: vtroque verò Chriſtum E ſignificari, longa iam oratione demonſtrauimus: nam lumen quidem eſſe Chriſtum, lucerna declarat; menſa vero, & quæ in ea continebantur, eundem eſſe vitam, ac panem viuum oſtendunt. Illud tamen myſterium conſideres atque contempleris velim, maxime ad Auſtrum eſſe Iudæorum regionem, vt contra Gentilium ad Aquilonem.

A ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν. ἴσος δὲ ὢν κατὰ φύσιν τῷ γεγεννηκότι, τὸ ἐν μείοσι γενέσθαι φησί, διὰ μόνον τὸ ἀνθρώπινον. διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, κύκλῳ μὲν τοῦ καταπετάσματος, τὰ Χερουβίμ, καὶ αὐτὰ ὡς Θεὸν δορυφοροῦντα τὸν υἱόν. καὶ μὴν καὶ αὐτοῦ τοῦ καταπετάσματος ἄνωθεν ὃ ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ, νοεῖται Θεός, καὶ γνωσθήσομαι γάρ, φησίν, ἐκεῖθεν, καὶ λαλήσω σοι. ἐπέκεινα γὰρ πάσης κτίσεως ὁ πατήρ, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἐμμανουήλ, οὐ καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστι Θεός, ἴσος B γάρ ἐστι κατὰ πάντα Θεῷ· ἀλλ' ὅσον ἧκεν εἰς δούλου μορφήν, καὶ εἰς ἀνθρωπότητος μέτρον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὡς λεπτὸς ὁ λόγος καὶ βαθύς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔρχεται δὲ ὅμως οὐκ ἀπὸ σκοποῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Σύμφημι. ΚΥΡ. Ἐχούσης δὲ ὧδε τῆς κιβωτοῦ, Καὶ θήσεις, φησί, τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν, εἰς τὸ θυμιᾶν ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ. καὶ Χριστὸς μὲν ὅτι τὸ θυσιαστήριόν ἐστι τὸ χρυσοῦν, διαρκῶς ἡμῖν εἰρῆσθαι δοκῶ. τέθειταί γε μὴν ἀπέναντι τῆς C κιβωτοῦ, ἐφ' ᾗ τὸ καταπέτασμα, καὶ κύκλῳ τὰ Σεραφίμ, καὶ ἀνωτέρω Θεός, ὡσεὶ δεχόμενος τὴν ἀπαράβλητον εὐωδίαν τοῦ Ἐμμανουήλ. οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν αὐτός, ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱόν, δεκτοὶ δὲ τῷ Θεῷ καὶ ἡμεῖς αὐτοί, τὸ Χριστοῦ μύρον εὐωδιάζοντες. πιστοῦται δὲ καὶ ὁ Παῦλος γράφων. τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς D γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμᾶς, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐννοῶμεν δὲ οὕτως ἀκριβῶς τοῖς γεγραμμένοις ἐνιέντες τὸν ὀφθαλμόν, ἱδρύσθαι μὲν τὴν κιβωτὸν ἐν τῷ πρὸς λίβα, καὶ δυσμαῖς κλίτει τῆς ἁγίας σκηνῆς· ἀπέναντι δὲ αὐτῆς, τὸ χρυσοῦν θυσιαστήριον, ἐν τῷ πρὸς ἀκτῖνα τόπῳ. πᾶς γὰρ καὶ δύσις μεμέστωται τοῦ Χριστοῦ, βορρᾶς τε καὶ νότος. καὶ γοῦν τέθειται μὲν ἡ λυχνία, τὰ E νότια τῆς σκηνῆς. ἡ δὲ τράπεζα, τὰ πρὸς βορρᾶν. καὶ ὅτι δι' ἀμφοῖν ὁ Χριστὸς σημαίνεται, πολὺς ἡμῖν ἤδη προαπέδειξε λόγος· ὅτι μὲν γὰρ φῶς ὁ Χριστός, ἡ λυχνία δηλοῖ. ὅτι δὲ ζωή, καὶ ἄρτος ὁ ζῶν, ἡ τράπεζα μὲν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ. πλὴν ἐκεῖνο διασκοποῦ, καὶ ἄθρει τὸ μυστήριον. νοτιωτάτη μὲν γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, βορειοτέρα δὲ πάλιν ἡ τῶν ἐθνῶν.

Sancta ſanctorum, id eſt, interius illud A tabernaculum velamine tegebatur: adhærebat vero proxime atque coniunctum erat illi ſecundo, primum quoque tabernaculum, quod altare ſacrificiorum continebat, in quo omnis per ſanguinem exhibebatur oblatio, laganaque & thura & ſacrificium omne atque libatio; & præter altare, labrum quoque æneum. Erat autem hoc altare ſitum propter tabernaculi oſtium, exterioris nimirum, labrum verò in ipſo medio tabernaculi loco. PALLAD. B Quid autem latentis intelligentiæ continet hæc obſeruatio? CYRILLVS. Accurate ſunt omnia, Palladi, in ſacris literis perſcripta; nihilque prorſus in illis eſt temere poſitum: vide enim vt hoc ænigma nobis oſtendat Legis inſtitutionem ad Chriſtum perducere: nam illud legalis religionis altare ad ipſos aditus, per quos ad Sancta ſanctorum tendebatur, collocatum erat. Lex enim vix ad ipſa nos initia myſteriorum Dei, atque, vt ita dicam, ad prima accuratæ Chriſti cognitionis per- C ducit; ſed nullo modo inducit in Sancta ſanctorum, id eſt in interius tabernaculum, in quo multipliciter Chriſtus continetur, vt Dei verbum, vt lumen, vt panis viuus, vt redolens odor Deo ac Patri oblatus. Quid enim? nonne cenſes prǽludia illa legalis cultus, elementa eſſe & initia ſermonum Dei? PAL. Ita eſt. CYRILL. Nihil autem ad perfectum adduxiſſe Legem, (impoſſibile Hebr. 10. ſiquidem eſt, ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata) continuo diſces, & quidem ſine vllo negotio; ſi modò la- D bri etiam illius vſum cõſideraueris: erat enim in medio primo tabernaculo ſitum ſplendidum atque conſpicuum, cuius aqua ingredientes in Sancta ſanctorum abluebantur: id enim ſacerdotibus Lege præceptum erat. Igitur illa etiam, quæ in Lege perfectio videtur, imperfecta eſt, ac ſancti baptiſmatis purificationem inſinuat, quo ſacrum illud genus abluitur, eorum, inquam, qui fide iuſtificati ſunt, quos etiam beatus ille diſci- E pulus alloquebatur, 1. Pet. 2. „ [Vos autem, inquit, „ genus electum, regale ſacerdotium, gens „ ſancta, populus in acquiſitionem, vt vir„ tutes annuncietis eius, qui de tenebris „ vos vocauit in admirabile lumen ſuum.] Illud etiam ſciendum, oſtium quoque exterius tabernaculi velamine obtentum fuiſſe, ne iis, qui extra eſſent, aperta atque perſpicua fierent Sancta,

A ἅγια τῶν ἁγίων, τοῦτ' ἔστιν, ἡ ἐσωτέρα σκηνὴ κατεκαλύπτετο τῷ καταπετάσματι. περιήρειστο δὲ εὐθὺς καὶ συνήρμοστο τῇ δευτέρᾳ, καὶ ἡ προτέρα σκηνή, τὸ θυσιαστήριον ἔχουσα τῶν καρπωμάτων, ἐν ᾧ πᾶσα ἡ δι' αἱμάτων ἐτελεῖτο προσαγωγή, πόπανά τε καὶ οἱ λιβανωτοί, καὶ πᾶσα θυσία καὶ σπονδή, καὶ πρός γε τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τὸν λουτῆρα τὸν χαλκοῦν. τόπος δὲ αὖ τῷ μὲν θυσιαστηρίῳ παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς, δῆλον δὲ ὅτι τῆς ἐξωτέρας. B τῷ δέ γε λουτῆρι, τὸ μεσαίτατον τῆς σκηνῆς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τίς αὖ νοοῖτο πάλιν ἡ ἐπιτήρησις; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀκριβὲς, ὦ Παλλάδιε, τὸ γράμμα τὸ ἱερόν, καὶ εἰκαῖον ἐν αὐτῷ παντελῶς οὐδέν. θέα γὰρ ὅπως ἡμῖν τὸ αἴνιγμα, παιδαγωγοῦντα δείκνυσιν ἐπὶ Χριστὸν τὸν νόμον. τέθειται γὰρ παρ' αὐταῖς ταῖς εἰσόδοις ταῖς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, τῆς κατὰ νόμον λατρείας τὸ θυσιαστήριον. ἀποφέρει γὰρ ὁ νόμος μόλις ἡμᾶς εἰς ἀρχὰς τῶν τοῦ C Χριστοῦ μυστηρίων, καὶ οἱονείπως παρὰ τὰς πρώτας εἰσβολὰς τῆς ἐπ' αὐτῷ γνώσεως ἀκριβοῦς. εἰσκομίζει δὲ οὐδαμῶς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὴν ἐσωτέραν σκηνήν, ἐν ᾗ πολυειδῶς ὁ Χριστός, ὡς Θεοῦ λόγος, ὡς φῶς, ὡς ἄρτος ζῶν, ὡς εὐωδίας ὀσμὴ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ἢ γὰρ οὐχὶ φαίης ἂν ὅτι στοιχεῖά τε καὶ ἀρχαὶ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, τῆς κατὰ νόμον λατρείας, ἡ προμελέτησις ἦν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι δὲ τετελείωκεν ὁ νόμος οὐδέν· ἀμήχανον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ D τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας· ἀναμάθοις ἂν εὐθύς, καὶ λίαν ἀμογητί, καὶ τὴν τοῦ λουτῆρος χρείαν ἐννενοηκώς. ἔκειτο γὰρ ἐν μέσῃ τῇ πρώτῃ σκηνῇ λαμπρὸς καὶ περίοπτος, περιρραντίζων ὕδατι τοὺς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰστρέχοντας. τέθειτο γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν ὁ ἐπὶ τῷδε νόμος. οὐκοῦν καὶ ἡ ἐν νόμῳ δοκοῦσα πλήρωσις, ἀτελής, τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος κάθαρσιν ὑποδη- E λοῦσα, ᾗ τὸ ἱερὸν ἐκπλύνεται γένος, φημὶ δὲ τὸ τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων, οἷς καὶ ὁ θεσπέσιος μαθητὴς προσπεφώνηκε λέγων, ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτόν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ἡμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τῇ θύρᾳ τῆς ἔξω σκηνῆς περιεπετάννυτο καταπέτασμα, ὡς ἂν μὴ γυμνά τε καὶ ἐμφανῆ τοῖς ἔξωθεν εἴη τὰ ἅγια.

A τοῦτ' ἔστιν, ἡ πρώτη σκηνή, ἐν ᾗ τὸ ἐν νόμῳ θυσιαστήριον. καταδηλοῦντος οἶμαι τοῦ τύπου πάλιν, ὅτι μηδὲ αὐτὸς τοῖς τυχοῦσιν ἐμφανὴς ὁ νόμος. κατακάλυμμα γὰρ ἔχει τὸ γράμμα, καὶ κατακεκάλυπταί τε καὶ κατημφίασταί πως τῆς ὡς ἐν σκιαῖς ἀσαφείας. ΠΑΛ. Ὧδε ἔχει. ΚΥΡ. Οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ πρώτῃ σκηνῇ, λουτὴρ ἔκειτο καὶ θυσιαστήριον. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ καὶ ἐσωτάτω, ἡ κιβωτὸς καὶ ἡ λυχνία καὶ μέντοι καὶ τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον, ἐφ' ᾧ τὸ λεπτὸν θυμίαμα, τράπεζά τε καὶ ἄρτοι. B διαμέμνηται δὲ ὁ θεσπέσιος Παῦλος καὶ στάμνου χρυσῆς ἐχούσης τὸ μάννα. καὶ μὴν καὶ ῥάβδον ἡμῖν ὀνομάζει τὴν Ἀαρών, ἣν καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων ἀποτεθεῖσθαί φησιν, ἅτε δὴ καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἐντριβής, καὶ ἐγνωκὼς ὅτι μάλιστά γε τὰ τεθεσπισμένα κατὰ καιρούς, καὶ τῷ μακαρίῳ Μωσῇ προστεταγμένα θεόθεν. οἶδε δὲ οὖσαν καὶ τράπεζαν καὶ λυχνίαν ἐν τῇ πρώτῃ σκηνῇ· γράφει δὲ οὕτω, περὶ ταῖν δυοῖν διαθήκαιν, ἐν τῷ λέγειν, καινὴν πεπαλαίωκε τὴν πρώτην. C τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας, τό τε ἅγιον κοσμικόν· σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη, ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἅγια. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνή, ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων, χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ D αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον, περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος. ΠΑΛ. Ἆρ' οὖν εἴ τις ἕλοιτο φιλοπευστεῖν, χρῆναί τε λέγοι τὰς αἰτίας εἰπεῖν τῆς ὅλης κατασκευῆς, τίς ἂν γένοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ λόγος; ΚΥΡ. Ὅτι, ὦ Παλλάδιε, τὰ μὲν πρὸ τῆς κατασκευῆς τῆς ἁγίας σκηνῆς, τὰ δὲ μετὰ τοῦτο γενέσθαι προστέταχεν. ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἐξόδῳ καί τοι πρὶν ὅλως τοὺς περὶ τῆς ἁγίας σκηνῆς ὀφθῆναι τύπους, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς E γενέσθαι προστάγματα, τὸν ἐπὶ τῇ χρυσῇ στάμνῳ κατεχρησμῴδησε λόγον, εἰδὼς τὸ ἐσόμενον. μετὰ δέ γε τὴν πῆξιν τῆς ὅλης σκηνῆς, ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς εὑρήσομεν τὴν ῥάβδον τὴν Ἀαρὼν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσκεκομισμένην· ἐν δὲ τῷ Λευιτικῷ, προσεπενομοθέτει Θεὸς περί τε λυχνίας, καὶ μὴν καὶ τραπέζης τῆς ἐν τῇ πρώτῃ σκηνῇ.

id eſt, primum tabernaculum, in quo legale illud altare collocatum erat: qua rurſus figura declaratur, ne ipſam quoque Legem eſſe cuiuis perſpicuam: velamen enim habet litera, & quadam vmbrarum obſcuritate contecta eſt, atque veſtita quodammodo. Pallad. Sic ſe res habet. Cyrill. Itaque in primo quidem tabernaculo labrum erat poſitum, & altare; in ſecundo atque intimo, arca & candelabrum, aureum quoque thuribulum, in quo tenue illud thymiama adolebatur, menſa denique ac panes: meminit quoque beatus Paulus aureæ vrnæ, in qua erat manna; virgam quoque Aaron nobis commemorat, quam in Sanctis ſanctorum repoſitam fuiſſe dicit; vt qui in ſacris literis verſatus eſſet, & quæ olim ſancita, quæve beato Moyſi diuinitus præcepta eſſent, optimè noſſet: nouit etiam menſam atque candelabrum in primo tabernaculo fuiſſe. Scribit autem ad hunc modum de duobus teſtamentis, [In eo quod dicit, nouum, veterauit illud prius; quod autem veteraſcit & antiquatur, prope interitum eſt. Habuit quidem & prius illud iuſtificationes culturæ, & ſanctum ſæculare. Tabernaculum enim factum eſt primum, in quo candelabrum & menſa, & propoſitio panum, quæ dicitur, Sancta: poſt ſecundum autem velamentum, tabernaculum quod dicitur Sancta ſanctorum, aureum habens thuribulum & arcam teſtamenti, contectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ floruerat, & tabulæ teſtamenti: ſupra autem ipſam Cherubim gloriæ obumbrãtia propitiatorium: de quibus non eſt nũc dicendum per ſingula] Pallad. Sed, ſi cui placuerit diligentius quærere, dixeritque cauſſas reddi oportere totius conſtructionis, quænam à nobis afferri poterit ratio? Cyrill. Quia, Palladi, alia quidem ante tabernaculi conſtructionem, alia poſt, fieri præcepit; nam in Exodo antequam vllum adhuc omnino futuri tabernaculi exemplar oſtenſum, aut aliquid de eo præceptum eſſet, reſponſum de aurea vrna dedit, cum ſciret, quod futurum erat; poſtea verò quam totum tabernaculum fixum eſt, in Numeris virgam Aaron inueniemus fuiſſe in Sancta ſanctorum illatam, ſed in Leuitico inſuper ſancitum eſt tum de candelabro, cum etiam de menſa, quæ in primo tabernaculo poſita erat,

Hebr. 9. Exod. 16. Num. 17. Leuit. 24.

A Paulus autem vir ſapientiſſimus, cum Legis peritus eſſet, nihil prorſus ex iis, quæ facta ſunt, prætermiſit: ſed prima, media & extrema commemorauit. PALLAD. Optimè ſanè eſt à te dictum. Explica igitur ſingula dilucidè ac breuiter: abditus enim eſt ſermo, in quo de iis rebus agitur. CYRILLVS. Rectè dicis: ſic enim reuera ſe res habet. Itaque ab ipſa primum vrna narrandi exordium faciam. Imbris igitur inſtar demiſit Deus filiis Iſraël manna per deſertum; is enim cibus ac panis illis erat B ſuperne atq; de cœlo datus. Eam porro rem geſtam non vſque ad ſenſibilia illa eſſe progreſſam, ibique conſtitiſſe; ſed per illam figuram & vmbram eo perducere, vt intelligeretur fore, vt ſupernum illud, & ex Patre Verbum tanquam panis è cœlo ad nos tandem adueniret; diuinus quoque vir Dauid nobis indicat, (Pſal. 77.) dicens, [Panem cœli dedit eis: panem Angelorum manducauit homo:] neque verò cenſendum eſt, manna illud ſenſibile, panem illum de cœlo, & Angelo- C rum eſſe: nam ſpiritus quidem ſpiritualiter, corpus autem conuenienter ſuæ naturæ, id eſt, corporaliter paſcitur: cibus autem angelorum & panis, qui cœlis ſuperiſque ſpiritibus conueniat, illud Dei Patris eſt Verbum. Manna igitur Chriſtum ſignificabat. Sed figura nihil vtilitatis affert, niſi veritas demonſtrata fuerit; res enim illa vmbra huius eſt, neque propter ſe ipſam propriè geſta eſt; ſed, vt in ſe aliquid præſtantius exprimeret; ob eamque cauſſam Chriſtus D Iudæorum populos ſapienter increpauit, qui non ſe potius, vt qui veritas eſſet; ſed Moyſen, qui figurarum adminiſter fuiſſet, admirarentur: ſic enim dixit, (Ioan. 6.) [Amen amen dico vobis, Non Moyſes vobis dedit manna: nam panis Dei eſt ille, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mũdo. Ego ſum panis viuus.] Cum igitur in manna imaginem propoſuiſſet Verbi quod ſuperne & de cœlo deſcendit, tum deniq; de vrna præcepit Deus. E (Exod. 16.) Sic autem ſcriptum eſt, [Dixit autem Moyſes, Hoc eſt verbum, quod conſtituit Dominus, Implete gomor ex manna ad reponendum in progenies veſtras; vt videant panem, quem comederitis in deſerto, poſteaquam eduxit vos de Ægypto; & dixit Moyſes ad Aarõ, Accipe vas vnum aureum, & mitte in illud plenum gomor mannæ, & repones illud coram domino, vt ſeruetur in progenies veſtras, vt præcepit Dominus Moyſi:

νομομαθὴς δὲ ὑπάρχων ὁ σοφώτατος Παῦλος, παρίησι μὲν ὅλως τῶν γεγονότων οὐδὲν, διαμέμνηται δὲ πρώτων τε καὶ μέσων καὶ τελευταίων. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἄριστα ἔφης· φράζε δὴ οὖν ἕκαστα σαφῶς καὶ διεσταλμένως· βαθὺς γάρ που πάντως ὁ ἐπ' αὐτοῖς ἐστι λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ναὶ λέγεις ὀρθῶς. ἔχει γὰρ ὧδε τὸ χρῆμα κατὰ ἀλήθειαν. ποιησόμεθα δὲ τῆς διηγήσεως καὶ τὴν στάμνον ἀρχήν. ὑετοῦ μὲν γοῦν δίκην καθίει Θεὸς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸ μάννα κατὰ τὴν ἔρημον. τροφὴ γὰρ τοῦτο καὶ ἄρτος αὐτοῖς ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ. ἀλλ' ὅτι μὴ μέχρι τῶν αἰσθητῶν τὸ δρώμενον ἦν, ἀναφέρει γάρ τι ὥσπερ διά τύπου καὶ σκιᾶς ἐπὶ τὸ χρῆναι νοεῖν, ὅτι παρέσται κατὰ καιρὸν ὁ ἄνωθεν ἡμῖν καὶ ἐκ πατρὸς λόγος, ὡς ἄρτος ἐξ οὐρανοῦ, ὡς καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν Δαβὶδ ὑποφαίνει λέγων, ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. καὶ οὔτι που φαμὲν τὸ μάννα τὸν αἰσθητὸν ἄρτον εἶναι τὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἀγγέλων. τρέφεται μὲν γὰρ τὸ πνεῦμα πνευματικῶς, σῶμα δὲ αὖ, κατ' ἰδίαν φύσιν, τουτέστι, σωματικῶς. τροφὴ δὲ ἀγγέλων καὶ ἄρτος, ὁ πρέπων οὐρανοῖς καὶ τοῖς ἄνω πνεύμασιν, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος. τὸ μάννα δὴ οὖν ἐδήλου Χριστόν. οὐδὲν δὲ ὁ τύπος τὸ ὠφελοῦν ἔχει, μὴ τῆς ἀληθείας εἰσδεδεγμένης. σκιὰ γὰρ τοῦτο ἐκείνης, οὐ δι' ἑαυτὸ κυρίως γεγονὸς, ἀλλ' ἵνα τι τῶν ἀμεινόνων ἐφ' ἑαυτοῦ ζωγραφῇ. διὰ τοῦτο Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίων δήμοις σοφὴν ἐποιεῖτο τὴν ἐπίπληξιν, ὅτι μὴ μᾶλλον αὐτὸν ὡς ἀλήθειαν, ἀλλὰ Μωσέα θαυμάζουσι, τὸν τύπων τὸν ὑπουργόν. ἔφη γὰρ οὕτως, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Μωσῆς ὑμῖν δέδωκε τὸ μάννα· ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν. εἰκόνα δὴ οὖν τὸ μάννα τιθεὶς τοῦ ἄνωθεν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσαντος λόγου, τὰ ἐπί γε τῇ στάμνῳ κεχρημάτικε Θεός. γέγραπται δὲ οὕτως. εἶπε δὲ Μωσῆς. τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὃ συνέταξε κύριος, πλήσατε τὸ γομὸρ τοῦ μάννα, εἰς ἀποθήκην εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν, ἵνα ἴδωσι τὸν ἄρτον, ὃν ἐφάγετε ὑμεῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὡς ἐξήγαγεν ὑμᾶς κύριος ἐκ γῆς Αἰγύπτου. καὶ εἶπε Μωσῆς πρὸς Ἀαρών. λάβε στάμνον χρυσοῦν ἕνα, καὶ ἔμβαλε εἰς αὐτὸν πλῆρες τὸ γομὸρ τοῦ μάννα, καὶ ἀποθήσεις αὐτὸ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, εἰς διατήρησιν εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν, ὃν τρόπον συνέταξε κύριος τῷ Μωσῇ.

καὶ ἀπέθετο Ἀαρὼν ἔναντι τοῦ μαρτυρίου, εἰς διατήρησιν. ὥσπερ γὰρ ἐλέγομεν ὅτι τὸν θεῖον ἔχουσα λόγον ἡ κιβωτὸς, κατεδήλου τὸν Ἐμμανουήλ· Θεοῦ γὰρ ἦν λόγος ὡς ἐν ἁγίῳ ναῷ τῷ ἐκ παρθένου φημί· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡ στάμνος ἡμῖν ἡ χρυσῆ, τὸ μάννα τὸ αἰσθητὸν ὠδίνουσα, τὸν ἄνωθεν καὶ ζωοποιὸν ἐμφαίνει λόγον, δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἐκ πατρὸς, ὡς ἐν ἱερῷ καὶ ἀχράντῳ σώματι. ἐπίμεστος δὲ καὶ ἡ στάμνος τοῦ μάννα. ἐνῴκησε γὰρ ἐν αὐτῷ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, κατά γε τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. καὶ οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα. παντέλειος γὰρ ὁ Χριστός. ἀπέκειτο δὲ ἡ στάμνος, εἰς διατήρησιν εἰς τὰς γενεὰς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ἄφθαρτος γὰρ καὶ μένων ἀεὶ, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ τε καὶ χρόνῳ, γνωριμώτατος ὁ Χριστός. καὶ ἔστιν ἔναντι κυρίου, τουτέστιν, ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ πατρός. ὅτε γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς, τότε καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, τουτέστιν, εἰς τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, καθὰ γέγραπται. οὐ γὰρ ἑαυτὸν ἐν ὄψει καθίστησι τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἡμᾶς ὡς ἐν ἑαυτῷ, καί τοι γεγονότας ἐκ προσώπου καὶ οἱονείπως ἐξ ὀφθαλμῶν, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ τὴν κατὰ πάντων τυραννήσασαν ἁμαρτίαν. ἐν Χριστῷ τοιγαροῦν ἐσχήκαμεν τὴν προσαγωγὴν, καὶ τὴν παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων, καθάπερ ἡμῖν ὁ σοφὸς ἔφη Παῦλος. ὥσπερ γὰρ καὶ συνεγηγέρμεθα καὶ συνεκαθίσαμεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ, οὕτω πάλιν ἐν αὐτῷ καὶ ἐν προσώπῳ γεγόναμεν τοῦ πατρός. καὶ στάμνου μὲν πέρι τῆς ἱερᾶς εἰρήσθω ταδί· σημαίνει δὲ ὅτι καὶ αὐτὴ τὸν Χριστὸν ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, φέρε δὴ λέγωμεν, εἰ δοκεῖ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Κορὲ τοίνυν καὶ μέντοι καὶ Ἀβειρὼν, καὶ πρός γε τούτῳ Δαθὰν, φυλῆς τε καὶ αἵματος ἐξέφυσαν τῆς Λευί· συντεταγμένην δὲ, φησὶ, ταῖς ἄνωθεν ψήφοις ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ λειτουργίαν ἐγκεχειρισμένοι, τὴν Μωσέως τε καὶ Ἀαρὼν δεδιψήκασι δόξαν, ἑαυτοῖς ἁρπάζοντες τὴν τιμὴν, κεκλημένοι δὲ οὐχὶ πρὸς τοῦτο παρὰ Θεοῦ. καὶ μὴν καὶ εἰς ἀπειρὲς ἀπογαυρούμενοι θράσος, ἐξωφρυωμένοι τε ἄγαν, φορτικὴν μὲν οὐκέτι, δύσοιστον δὲ κομιδῆ κατ' ἀμφοῖν ἐποιοῦντο τὴν καταῤῥησιν· ἀτιμαγέλαι δ' ὥσπερ ἀπενοσφίζοντο ταῦροι,

A & repoſuit Aaron ante teſtimonium, vt ſeruaretur:] vt enim dicebamus, arcam, quod Dei ſermonem contineret, ſignificaſſe illum Emmanuel, nam Dei Verbum erat tanquam in ſacro templo, in eo, inquam, quod ex Virgine ſumpſerat; ſic aurea vrna, quæ manna ſenſibile continebat, illud ſupernum ac viuificans Verbum indicat, nimirum illud ex Patre, tanquam in ſacro & impolluto corpore. Plena eſt autem vrna mannæ; inhabitauit enim B in illo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, vt beatus Paulus ait; neque ad menſuram dat Spiritum; perfectiſſimus enim eſt Chriſtus: Repoſita eſt etiam vrna, vt ſeruaretur in progenies filiorum Iſraël: incorruptus enim ac ſemper manens, & omni tempore notiſſimus eſt Chriſtus, & eſt coram Domino, id eſt, in conſpectu Patris: nam, quando ille Vnigenitus eſt factus noſtri ſimilis, tum etiam introiuit in Sancta ſanctorum, per am- C plius ac perfectius tabernaculum, id eſt in cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, vt ſcriptum eſt; neque enim ſeipſum ſiſtit ad conſpectum Patris, ſed velut in ſe ipſo nos, quamuis ex illius conſpectu receſſiſſemus, ac veluti ex oculis eſſemus auerſi propter illam tranſgreſſionem, qua in Adam obſtricti eramus; & propter imperium peccati, quod omnibus dominabatur. In Chriſto igitur habuimus acceſſum & fiduciam in introitum Sanctorum, vt D nobis ſapientiſſime Paulus dixit. Vt enim & reſurreximus, & ſimul conſedimus in cœleſtibus in Chriſto, ſic itidem in ipſo ad conſpectum Patris venimus. Ac de vrna quidem ſacra hæc dicta ſufficiant. Ceterum ipſam quoque Aaron virgam, Chriſtum ſignificare, deinceps, ſi placet, dicamus. PALLADIVS. Sanè quidem. CYRILLVS. Core igitur atque Abiron, & Dathan præterea, ex Leui tribu ac genere orti erant; cumque Dei voluntate certum E atque conſtitutum ſacro tabernaculo miniſtrandi officium ipſis eſſet concreditum, Moyſi tamen & Aaron gloriam auide nimis expetierunt, eumque honorem ipſi rapuerunt, cum ad id munus à Deo minime vocati eſſent; quinetiam adeo inſolenter audacia ſunt elati, adeoque erexerunt ſupercilium, vt non iam mediocres, ſed minime ferendas aduerſus vtrumque calumnias iactarent; & velut aſpernantes gregem tauri,

Coloſſ. 2.
Ioan. 3.
Hebr. 9.
Hebr. 10.
Ephes. 2.

ſecederent; excuſſaque Dei ſeruitute, alijs quoque ſocijs impietatis, vt vna ſecũ abſcederent, ſuadebant: verum ij ſuæ audaciæ pœnas luerunt; nam terra, cum os aperuiſſet, ſimul cum cognatis, tabernaculis atque ſupellectili ad Inferos audacem populum demerſit. Cum igitur Legiſlator Deus declarare vellet cæleſti arbitrio ac iudicio, non Moyſi voluntate Aaron præſtantiſſimum ſacerdotii gradum eſſe ſortitum, dixit ad beatũ Moy-
Num. 17. ſen, [Loquere filiis Iſraël, & accipe ab eis virgam per domos familiarum ſuarum, duodecim virgas, & inſcribe vniuſcuiuſque nomen in virga eius, & nomen Aaron inſcribe in virga Leui; eſt enim virga vna: per tribum domus familiarum ipſorum dabũt. Et pones eas in tabernaculo teſtimonii coram teſtimonio, in quibus cognoſcar à te ibi; & erit homo, quem ego elegero, virga eius germinabit, & auferam à te murmurationem filiorum Iſraël, qua ipſi murmurant aduerſus vos. Et locutus eſt Moyſes filiis Iſraël; & dederunt illi omnes principes ipſorum, virgam, principi vni virgam per ſingulos principes, ſecundum domos familiarum ipſorum, duodecim virgas, & virga Aaron in medio virgarum ipſorum, & repoſuit Moyſes virgas ante Dominum in tabernaculo teſtimonii. Et factum eſt die poſtera, ingreſſus eſt Moyſes & Aaron in tabernaculum teſtimonii; & ecce germinauerat virga Aarõ in domo Leui, & extulerat germen, & emiſerat flores & germinauerat nuces: & eduxit Moyſes omnes virgas à conſpectu Domini ad omnes filios Iſraël: & viderunt & acceperunt vnuſquiſque virgam ſuam; & locutus eſt Dominus ad Moyſen, Repone virgã Aaron, quæ germinauit, ante teſtimonia, vt ſeruetur, in ſignum filiis inobedientiũ & ceſſet murmuratio eorum à me, & nõ moriantur.] Quod igitur virga germinauit, ſignũ id quidem non ob-
Hebr. 7. ſcurum fuit, quo declararetur ex tribu Leui admirandum illum virum Aaron ſplẽdide atque egregie eſſe ad ſacerdotii munus electum. Sed, ſi hæc rudior figura ad ſpiritualem contemplationem traducatur, Chriſti myſterium rurſus elucebit. PAL. Quo tãdem iſtud modò? CYR. Ille namque Emmanuel à Deo & Patre Legiſlator ſimul & Pontifex noſter electus eſt, qui ſe ipſum victimã pro nobis offerret: vt enim beatus Paulus
Heb. 8. ait, [Lex quidem per Moyſen data homines conſtituit pontifices, habẽtes infirmitatem; ſermo autem iuriſiurandi,

A καὶ τῆς ὑπὸ Θεῷ δουλείας ἀποσειόμενοι, συναποδιδράσκειν αὖθις ἑτέρους δυσσεβοῦντας ἀνέπειθον. ἀλλ' οἱ μὲν, τῶν σφίσι τετολμημένων εἰσεπράττοντο δίκας. διοιγνῦσα γὰρ ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, αὐτοῖς ὁμογενέσι, σκηναῖς καὶ περιουσίαις, εἰς ᾅδην κατῆξε τὸν ἀλαζόνα λαόν· ὅτι δὲ ψήφῳ τῇ ἄνωθεν καὶ οὐχὶ θελήμασι τοῖς Μωσέως, τὴν ὑπερέχουσαν ἐν ἱερωσύνῃ τάξιν Ἀαρὼν διεκληρώσατο, διαπεραίνειν ἐθέλων ὁ νομοθέτης, εἰς τὸν πανάριστον ἔφη Μωσέα. λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ λάβε παρ' αὐτῶν ῥάβδον, κατ'
B οἴκους πατριῶν παρὰ πάντων τῶν ἀρχόντων αὐτῶν, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, δώδεκα ῥάβδους, καὶ ἑκάστου τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπίγραψον ἐπὶ τῆς ῥάβδου. καὶ τὸ ὄνομα Ἀαρὼν ἐπίγραψον ἐπὶ τῆς ῥάβδου Λευί. ἔστι γὰρ ῥάβδος μία. κατὰ φυλὴν οἴκου πατριῶν αὐτῶν δώσουσι. καὶ θήσεις αὐτὰς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, κατέναντι τοῦ μαρτυρίου, ἐν οἷς γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖ. καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος ὃν ἂν ἐκλέξωμαι αὐτὸν, ἡ ῥάβδος αὐτοῦ ἐκβλαστήσει. καὶ περιελῶ ἀπ' ἐμοῦ τὸν γογγυσμὸν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἃ αὐτοὶ
C γογγύζουσιν ἐφ' ὑμῖν. καὶ ἐλάλησε Μωσῆς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. καὶ ἔδωκαν αὐτῷ πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ῥάβδον. τῷ ἄρχοντι τῷ ἑνὶ ῥάβδον κατ' ἄρχοντα, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, δώδεκα ῥάβδους. καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἀνὰ μέσον τῶν ῥάβδων αὐτῶν. καὶ ἀπέθηκε Μωσῆς τὰς ῥάβδους ἔναντι κυρίου ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἐγένετο τῇ ἐπαύριον, καὶ εἰσῆλθε Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἰδοὺ ἐβλάστησεν ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν εἰς οἶκον Λευί, καὶ ἐξήνεγκε βλαστὸν, καὶ ἐξήνθησεν ἄνθη, καὶ ἐβλάστησε κάρυα. καὶ ἐξήνεγκε Μωσῆς πάσας τὰς ῥάβδους
D ἀπὸ προσώπου κυρίου πρὸς πάντας υἱοὺς Ἰσραήλ. καὶ εἶδον, καὶ ἔλαβεν ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτοῦ. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν. ἀπόθες τὴν ῥάβδον Ἀαρὼν ἐνώπιον τῶν μαρτυρίων εἰς διατήρησιν, σημεῖον τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνηκόων. καὶ παυσάσθω ὁ γογγυσμὸς αὐτῶν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνωσι. σημεῖον οὖν οὐκ ἀσυμφανὲς τοῦ ἐξῃρῆσθαι λαμπρῶς καὶ ἐκκεκριμένως εἰς ἱερουργίαν, ὡς ἐξ αἵματος Λευὶ τὸν θεσπέσιον
E Ἀαρὼν, τὸ ἐξανθῆσαι τὴν ῥάβδον. περιτρεπομένης δὲ αὖθις εἰς θεωρίαν πνευματικὴν, ὡς ἐν τύποις ἔτι παχυτάτοις, τὸ Χριστοῦ μυστήριον ἀναλάμψει πάλιν. Π. Τίνα τρόπον. Κ. Κεχειροτόνηται μὲν γὰρ νομοθέτης ἅμα καὶ ἀρχιερεὺς ἐφ' ἡμᾶς παρὰ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ Ἐμμανουὴλ, ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσκομιῶν τὸ θῦμα. ὡς γὰρ ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος, ὁ μὲν νόμος διὰ Μωσέως, ἀνθρώπους καθίστησιν ἀρχιερεῖς ἔχοντας ἀσθένειαν. ὁ λόγος δὲ τῆς

ὁρκωμοσίας τῆς κατὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον. ἐκεῖνος καθίκετο μὲν ἐξ οὐρανοῦ ὁ λόγος, καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς, τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ἀλλ' οὐκ ἐδόκει φρονεῖν ὀρθὰ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. ἀντιτάξαντες δὲ ὥσπερ αὐτῷ τὸ ἴδιον θέλημα τοῖς ἐκ φθόνου βέλεσι πολυτρόπως ἔβαλλον, οὐ γλώττης, οὐ θράσους, οὐκ ἀνοσίων ἐπιχειρημάτων ἐπιφειδόμενοι, διολλύντες δὲ σφᾶς αὐτοὺς οἱ δείλαιοι, καὶ τελευταῖον ἐσταύρωσαν. πλὴν ἀνέθαλλεν ἡ ῥάβδος ἡ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαί. ἀνέφυ γὰρ δὴ καὶ ἀνεβίω Χριστὸς, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθὰ γέγραπται. ζωὴν γὰρ ὄντα κατὰ φύσιν ὡς Θεὸν, πῶς ἦν εἰκὸς κρατεῖσθαι θανάτῳ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον καταθλῆσαι φθορᾶς; ὥσπερ δὲ τὸ ἀναφῦναι τὴν ῥάβδον καὶ ἀναβλαστεῖν ἀδοκήτως τὸ αὐανθὲν ἤδη ξύλον, διαρκὲς τοῖς ἀρχαιοτέροις σημεῖον ἦν τοῦ διὰ ψήφου τῆς ἄνωθεν εἰς ἀρχιερέα κεχειροτονῆσθαι τὸν Ἀαρὼν, οὕτω φαμὲν, ὅτι λαμπρά τε καὶ ἐναργὴς καὶ ἀποχρῶσα λίαν ἀπόδειξις, τοῦ καὶ Θεὸν εἶναι κατὰ φύσιν τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸ πατῆσαι θάνατον, καὶ ἀναβιῶναι θεοπρεπῶς. καὶ γοῦν αὐτὸς ὁ Χριστὸς, καίτοι πᾶν ὁτιοῦν τῶν ὑπὲρ γε τὸ εἰκὸς καὶ λόγον ἀποπεραίνειν ἀμογητὶ καὶ εὐκόλως δυνάμενος, τοῖς τὸ σημεῖον αἰτοῦσιν ἔφασκεν, ἡ γενεὰ αὕτη, πονηρά ἐστι, σημεῖον αἰτεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. οὐκοῦν διαβόητον ἀληθῶς καὶ περιφανὲς σημεῖον, καὶ ἀρκοῦν εἰς πίστιν τοῖς γε ὡς ἀληθῶς εὐγνώμοσι, τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι Θεὸν καὶ ἐκ Θεοῦ πατρὸς πεφυκέναι τὸν υἱὸν, τὸ καταργῆσαι τὸν θάνατον καὶ φθορὰν, καὶ ἀναθάλλειν πρὸς ζωήν. γέγονε γὰρ αὐτὸς ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. καὶ δίδοται τὸ σημεῖον τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνηκόων, ὡς ἂν εἰδεῖεν ὅτι ψήφῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀρχιερεὺς γέγονεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀλλ' ἐξήνθησε μὲν ἡμῖν ἡ ῥάβδος ἡ Ἀαρών· τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀρτίως ὁ ἱερὸς ὑπέδειξε λόγος. ἐξήνθησε δὲ κάρυα καὶ τί δὴ τὸ αἴνιγμα, νοεῖν οὐκ ἔχω.

A qui poſt Legem eſt, Filium in æternum perfectū.] Igitur Verbum illud deſcēdit quidem è cœlis, & factū eſt noſtri ſimile, Sanctorum miniſter, & tabernaculi veri quod fixit Deus, & non homo. Sed ii, qui erant ex genere Iſraël, non rectè ſenſerūt: itaque cùm illi ſuam ipſorum voluntatē opponerent, in illum inuidiæ iacula multifarie coniecerunt, non linguæ, non audaciæ, non nefariis iam conatibus pepercerunt, ſed in ſuam ipſi perniciem miſeri poſtremò crucifixe-B runt. Sed refloruit virga de radice Ieſſe, reſurrexit Chriſtus, ſolutis doloribus Inferni, ſicut ſcriptum eſt: qui enim tanquam Deus ipſa vita ſecundum naturam erat, eum qua ratione æquum fuiſſet, morte detineri, ac non potius ab eo ipſum quoque interitum expugnari? ſed vt aridum iam illud lignum cùm germinaſſet, atque derepente floruiſſet, ſignum fuit efficax, quo veteribus illis declararetur ſuperno ſuffragio Aaron ſummum ſacerdotem eſſe creatum: ſic C dicimus præclarum & euidens atque idoneum eſſe argumentum, quo probetur Deum eſſe ſecundum naturam ipſum Emmanuel, in eo quo mortem calcauit, & , vt Deo dignum erat, reuixit. Itaque idem ipſe Chriſtus, quamuis nullo negotio ac facilè poſſet, quicquid ſupra opinionem ac rationem eſſet, perficere ſignum petentibus Iudæis, dicebat, [Generatio hæc praua eſt, ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ; ſicut enim fuit D Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.] Igitur celebre ſane & illuſtre ſignum eſt. & iis, qui reuera prudentes ſunt, ſatis efficax ad fidem faciendam ipſum Filium ſecundum naturam eſſe Deum, & ex Deo Patre ortum, hoc ipſum, quod mortem deſtruxit, & refloruit ad vitam: factus enim eſt ipſe primitiæ dormientium, & primogenitus ex mortuis; idque ſignum filiis inobedientium eſt datum, quo intel-E ligant Chriſtum Dei ac Patris ſuffragio ſummum ſacerdotum noſtrum eſſe factum, ſanctum, innocentem, impollutum, ſegregatum à peccatoribus & excelſiorem cœlis factum, ſicut ſcriptum eſt. PALLAD. Sed non ſolum germinauit virga Aaron, (id enim ſacræ literæ modò nobis oſtenderunt) ſed protulit nuces. Id vero ænigma quid ſignificet, intelligere nequeo.

Act. 2.

Luc. 11.

Hebr. 7.

CYRILL. Primum quidem, Palladi, nihil abſurdi eſt, de nuce aſſumptam eſſe virgam ſuſpicari; eratque priſcis illis in more poſitum talibus vti ſceptris: deinde verò, ſi rationem accommodare oporteat his contemplationibus congruentem, illud prope peruulgatum dixerim, quod etiam apud quoſdam fide dignum videtur, nuceam virgam vires habere ad vigilantiam tribuendam, ſi illam ad caput quiſpiam poſuerit, quod fortaſſe naturali quadam facultate ex voluntate Dei efficit, eiuſque rei ipſe quoque Deus, qui omnia & nouit & condidit, nobis quodammodo fidem facit,

Hier. 1. » cum Hieremiæ dicit. [Quid tu vides, Hieremia?] cumque is reſpondiſſet, [Virgam nuceam; ad hæc Deus, Recte vidiſti, inquit; vigilo enim ego ſuper verbis meis, vt faciam illa.] Pro vigilantiæ igitur ſymbolo ac nota non immerito virga nucea poterit accipi. Atqui illa Chriſti è mortuis reſurrectio, quaſi quædam è ſomno euigilatio fuit. Itaque per lyram quoque Pſallentis ait,

Pſalm. 3. » [Ego dormiui, & ſomnum cepi: euigilaui; quia Dominus ſuſcepit me.] PALLAD. Vera dicis. CYRILLVS. De lucerna quoque ac menſa, quæ in primo tabernaculo ſita erant, ſic præterea

Leuit. 24. » ſcriptum eſt, [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Præcipe filiis Iſraël, & accipiant tibi oleum purum, contuſum ad lumen, vt ardeat lucerna perpetuo extra velamen in tabernaculo teſtimonii; & accendet illud Aaron & filii eius à veſpera vſque mane in conſpectu Domini iugiter, legitimum ſempiternum in progenies veſtras: in candelabro puro accendetis lucernas coram Domino vſque mane: & accipietis ſimilam, & facietis ex ea duodecim panes; ex duabus decimis erit panis vnus: & imponetis eos duas poſitiones; ſex panes erunt vna poſitio ſuper menſam puram coram Domino: & imponetis ſuper poſitionem thus purum & ſal: & erunt panes in memoriam propoſiti Domino: die ſabbati proponetis coram Domino in perpetuum à filiis Iſraël, teſtamentum ſempiternum; & erunt Aaron & filiis eius, & comedent ea in loco ſancto; ſunt enim ſancta ſanctorum: hoc illi ab iis, quæ ſanctificantur Domino, legitimum ſempiternum.] Purum igitur quæritur oleum, atque oleaginum, id eſt, ex oleis,

A ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Μάλιστα μὲν, ὦ Παλλάδιε, τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν, ἐκ καρύας εἰλῆφθαι τὴν ῥάβδον ὑπονοεῖν. καὶ ἦν ἐν ἔθει τοῖς πάλαι, τὸ, τοιοῖσδέ τισιν ἀποχρῆσθαι σκήπτροις. εἰ δὲ δὴ τὸν λόγον ἡμᾶς ἐφαρμόσαι δεῖ τὸν τοῖς θεωρήμασι πρέποντα, φραίσαιμ' ἂν ἐκεῖνο πάλιν, ὃ ἐκτεθρύλληταί πως, δοκεῖ δὲ εἶναί τισι καὶ ὡς ἐν πίστει δεκτὸν, τὸ μὴ ἀνικήτως ἔχειν τὴν ῥάβδον τὴν καρυΐνην ἀϋπνίας ἐμποιεῖν, εἰ πρός γε τὸ κάρα κέοιτό τινων, τάχα που δυνάμεσι φυσικαῖς ἐνεργοῦσαν τὸ χρῆμα κατὰ θέλησιν Θεοῦ.

B πιστώσεται δέ πως εἰς τοῦτο ἡμᾶς καὶ αὐτὸς λέγων πρὸς Ἱερεμίαν ὁ πάντα εἰδὼς, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός. τί σὺ ὁρᾷς, Ἱερεμία; ὁ δὲ, βακτηρίαν λέγων καρυΐνην. καὶ δὴ πρὸς τοῦτο Θεός. ὀρθῶς ἑώρακας, φησὶν, ὅτι ἐγὼ ἐγρήγορα ἐπὶ τοὺς λόγους μου, τοῦ ποιῆσαι αὐτούς. ἀϋπνίας οὖν ἄρα σύμβολον νοοῖτ' ἂν εἰκότως ἡ ῥάβδος ἡ καρυΐνη. γρηγόρησις δὲ ὥσπερ ἐξ ὕπνου γέγονεν ἡ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις τοῦ Χριστοῦ. τοιγαροῦν καὶ διὰ

C τοῦ ψάλλοντος λύρας φησίν. ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντελάβετό μου. ΠΑΛ. Ἀληθὴς ὁ λόγος. ΚΥΡ. Λύχνου δὲ καὶ τραπέζης πέρι, τῆς ἔν γε τῇ πρώτῃ σκηνῇ, γέγραπται πάλιν ὡδί. καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων. ἔντειλαι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ λαβέτωσάν μοι ἔλαιον καθαρὸν, κεκομμένον εἰς φῶς, καῦσαι λύχνον διαπαντὸς, ἔξωθεν τοῦ καταπετάσματος ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. καὶ καύσουσιν αὐτὸ Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἀπὸ ἑ-

D σπέρας ἕως πρωῒ ἐνώπιον κυρίου ἐνδελεχῶς, νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. ἐπὶ τῆς λυχνίας τῆς καθαρᾶς καύσετε τοὺς λύχνους ἐναντίον κυρίου ἕως εἰς τὸ πρωΐ. καὶ λήψεσθε σεμίδαλιν, καὶ ποιήσετε αὐτὴν δώδεκα ἄρτους. δύο δεκάτων ἔσται ὁ ἄρτος ὁ εἷς. καὶ ἐπιθήσετε αὐτοὺς δύο θέματα, ἓξ ἄρτους τὸ ἓν θέμα ἐπὶ τὴν τράπεζαν τὴν καθαρὰν ἔναντι κυρίου. καὶ ἐπιθήσετε ἐπὶ τὸ θέμα λίβανον καθαρὸν καὶ ἅλα, καὶ ἔσονται εἰς ἄρτους εἰς ἀνάμνησιν

E προκείμενα τῷ κυρίῳ. τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων προθήσετε ἔναντι κυρίου διαπαντὸς ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, διαθήκην αἰώνιον καὶ ἔσται Ἀαρὼν καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. καὶ φάγονται αὐτὰ ἐν τόπῳ ἁγίῳ. ἔστι γὰρ ἅγια τῶν ἁγίων. τοῦτο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν θυσιαζομένων τῷ κυρίῳ. νόμιμον αἰώνιον. καθαρὸν οὖν τὸ ἔλαιον, καὶ μὴν καὶ ἐλάϊνον, τοῦτ' ἔστιν, ἐξ ἐλαιῶν, οὐκ

ἐξ ἑτερογενῶν σπερμάτων καὶ γεωδεστέρων, ἐξ ὧν ἔλαιον μὲν ἐθλίβετο, νόθον δὲ ὥσπερ καὶ οἱονεὶ κεκαπηλευμένον. ἀεὶ γάρ ἐστι καθαρὸν καὶ γνήσιον ἀληθῶς ἐν ἐκκλησίαις τὸ φῶς, δῆλον δὲ ὅτι τὸ διὰ Χριστοῦ, πνεύματι, κἂν εἰ διὰ τῆς τῶν ἁγίων διακονοῖτο φωνῆς, πρὸς οὓς ἔφη Χριστός· ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. οὓς γὰρ ἀδελφοὺς ὠνόμασε, καὶ μετόχους ἑαυτοῦ κατεστήσατο, τούτοις ἂν εἰκότως καὶ τῶν ἰδίων ἀξιωμάτων ἐπιμερίζοι τὴν δόξαν. καίεται δὴ οὖν ὁ λύχνος καὶ ἐν τῇ πρώτῃ σκηνῇ. καὶ διπλοῦν ἂν ἔχοι τὸ χρῆμα τὸν νοῦν. ἐν μὲν γὰρ τῇ ἐσωτέρᾳ σκηνῇ, λύχνοι φαίνουσιν ἑπτὰ ἐξαπτόμενοι τὸ πρωῒ, καὶ πλούσιον τοῖς εἰστρέχουσιν ἐνιέντες τὸ φῶς, καὶ ἦν ἡ λυχνία Χριστός, ὡς ἐν τύπῳ πάλιν τοὺς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰστρέχειν ἐθέλοντας πολλῷ καὶ ἀμφιλαφεῖ καταυγάζων φωτί. προσέλθετε γάρ, φησί, πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε. καὶ μὴν καὶ τὸ διακαίεσθαι τὸ πρωῒ τοὺς λύχνους, κατασημαίνει ἂν τὸν ἐνανθρωπήσεως τὸν καιρόν. διηύγασε γάρ, οἷά τις ἡμέρα καὶ φῶς ἀνέλαμψε νοητὸν, τῆς ἀρχαίας ἡμῶν ἀμαθίας ἐλαύνων τὸν σκότον, καὶ ὡς ἐν τάξει νυκτὸς, τὴν ἐπισκήψασαν ταῖς ἁπάντων καρδίαις κατασκεδαννύων ἀχλύν. οὕτω γὰρ ἡμῖν τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας τὸν καιρὸν καὶ ὁ προφήτης προανεκάλει λέγων· τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου, τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με. πότε γὰρ ἂν δεκταὶ γεγόνασιν αἱ ἁπάντων εὐχαὶ, καὶ οἱ πάλαι πλανώμενοι παρέστημεν οἱονεὶ τῷ Θεῷ, δι' οἰκειότητος δηλονότι τῆς πνευματικῆς καὶ ὑπακοῆς καὶ πίστεως, εἰ μὴ τὸ φῶς ἡμῖν ἐπέλαμψε τὸ ἐξ οὐρανοῦ, τουτέστι Χριστός; οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ ἐσωτέρᾳ σκηνῇ, πλούσιόν τε καὶ λεπτὸν τῶν ἑπτὰ λύχνων τὸ φῶς, ἐν δὲ τῇ πρώτῃ σκηνῇ, λύχνος ἦν ὁ φαίνων, ἐμφαίνων, οἶμαι, μὴ δίχα τοῦ θείου φωτὸς, μηδὲ αὐτοὺς εἶναι τοὺς ἐν νόμῳ παιδαγωγουμένους καταδηλοῦντος τοῦ πράγματος. ἐκάλει γὰρ ἐκ πολυθεΐας εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεοῦ, καὶ ὁ διὰ Μωσέως νόμος, καὶ ἀφίστα μὲν τοὺς ἀρχαιοτέρους τοῦ λατρεύειν ἔτι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, προσκεῖσθαι δὲ δεῖν ἀνέπειθε τῷ πάντων δημιουργῷ· φωτὸς δὲ οὐ δίχα τοῦ νοητοῦ ταυτὶ ταῖς τῶν παιδαγωγουμένων κατωρθοῦτο ψυχαῖς. οὐκοῦν, ἐρῶ γὰρ εἰσαῦθις· πλούσιος μὲν καὶ πολὺς τοῖς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων

A non ex alterius generis ſeminibus atque terreſtribus, è quibus exprimebatur quidem oleum, ſed nothum quodammodo, & quaſi adulteratum; ſemper enim eſt in Eccleſiis purum ac ſincerum vere lumen, illud nimirum, quod per Chriſtum in Spiritu ſancto accenditur, quamuis ſanctorum virorum voce miniſtretur, quibus dixit Chriſtus, [Vos eſtis lux mundi:] neque id mirum, nam, quos fratres appellauit, & participes ſui conſtituit, iis conuenienter ſuarum pro- B prietatum gloriam impartit. Ardet itaque lucerna, in primo tabernaculo ardet; eaque res duplicem habere ſenſum poteſt; nam in interiori tabernaculo ſeptem lucernæ lucent, quæ mane accenduntur, atque copioſum ingredientibus lumen immittunt. Ac lucerna quidem vt in figura, rurſus Chriſtus erat, qui multo copioſoque lumine in ſancta ſanctorum ingredi volentes illuſtrat; [Accedite enim, inquit, ad eum, & illuminamini.] Quinetiam quod mane accendebantur lucernæ, deſignare C poterit ipſum incarnationis tempus: tum enim velut dies quidam illuxit, & ſpirituale lumen effulſit, quod noſtræ veteris ignorantiæ tenebras diſpulit, illamque caliginem, quæ noctis inſtar vniuerſorum cordibus erat offuſa, diſſipauit; ſic enim tempus, quo Saluator aduenit, propheta quoque longe ante vocauit, dicens, [Mane exaudies vocem meam, mane aſtabo tibi, & videbo:] quando enim acceptæ fuiſſent vniuerſorum preces, & nos olim erran- D tes per coniunctionem nimirum ſpiritualem & obedientiam ac fidem aſtaremus Deo, niſi nobis illud è cœlo lumen, id eſt, Chriſtus, affulſiſſet? Igitur in interiore quidem tabernaculo copioſum ac purum ſeptem illarum lucernarum lumen erat; ſed in primo tabernaculo lucerna erat lucens; quo declarabatur, vt opinor, ne ipſos quidem, qui in Lege inſtituebantur, eſſe diuini luminis expertes: nam lex quoque Moyſi ex multorum deorum cultu vocabat ad agnitionem eius, qui natura vereque E Deus eſt; ac veteres illos homines abducebat à colenda creatura potiuſquam creatore, ſuadebatque, vt rerum omnium conditori adhærerent; id verò in eorum animis, qui illis imbuebantur inſtitutis, non ſine ſpirituali lumine perficiebatur. Igitur vt id repetam, quod paulo ante dixi, copioſa eſt ac plena illuminatio, quæ in Sancta ſanctorum

Matth. 5.

Pſal. 33.

Pſalm. 5.

ingredientibus à Chriſto tribuitur; minor autem eorum erat, qui in Lege viuebãt: idque veriſſimum eſt; neque enim illa Legis vmbra cum euangelicis inſtitutionibus illuminatione ſpirituali æquari vllo modo poteſt: hæ namque vniuerſum orbem terrarum illuſtrant, illa autem ſoli Iſraëlitarum generi nota erat. PAL. Rectè dicis. CYR. Videtur autem, Palladi, aliud quiddam deſignare menſa atque lucerna in primo tabernaculo collocata. PAL. Quid iſtud eſt tandem? CYR. Lucerna quidem fortaſſe Ioannem Baptiſtam virum admirabilem: panes verò duodecim, Apoſtolorum nobis chorum præfigurant. PAL. Quonammodo? CYR. An ignoras iis, qui in Lege & per Iudæam erant, inſtar lucernæ præeuntis fuiſſe beatum illum Baptiſtam? ac de illo à Deo & Patre prædictum eſſe,
Pſal. 131. » [Paraui lucernã Chriſto meo?] quinetiã ipſe Saluator hoc idem teſtatus eſt, cùm
Ioan. 5. » Iudæorum doctoribus de illo dixit, [Ille » erat lucerna ardẽs, & lucens; vos autem » voluiſtis exultare ad horam in lumine » eius.] Vide enim quemadmodum is, qui in Lege peritus erat, propemodum ad memoriam reuocat lucernã illam, quæ erat in primo tabernaculo. inextinctam enim ſeruari lucernam, Legiſlator præ» cepit his verbis [Et accendent eam Aa» ron, & filii eius à veſpera vſque mane iu» giter in conſpectu Domini.] Sed Iudæi, cum tempore admodum exiguo de illo gauiſi fuiſſent, hactenus certe, dum ad baptiſma illius accurrunt, & illum admiratione maxima proſequuntur; tandem mortis ſomno dederunt, ac propemodum iugiter lucentem illam lucernam extinxerunt: nam, licet Herodi illud facinus tribuatur, at is certè de Iſraël genus ducebat. Itaque Chriſtus, cùm Iudæorum populos de audacia, qua in om-
Luc. 13. » nes ſanctos vſi fuerant, accuſaret, [Non » fieri poteſt, inquit, propheram perire ex» tra Hieruſalem] PALLAD. Lux igitur ac lucerna per ſimilitudinem, Chriſtique participationem beatus quoque Baptiſta fuit iis, qui in Lege ac per Iudæam erant. CYRILL. Ita eſt. Ad eundem quoque modum panes, ſanctos Apoſtolos accipi putamus; vnus enim cum ſit ille per naturam & vere panis, qui de cœlo deſcendit, ac vitam præſtat, ex eius tamen imitatione participationéque, qui per naturam talis eſt, diuini illi myſteriorum doctores ac magiſtri panes ſunt ad pietatem nutrientes, cum verba vitæ nobis præbeant, &

A ὁ παρὰ Χριστοῦ φωτισμὸς, μείων δὲ τοῖς ἐν νόμῳ· καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. ἰσοστατεῖ γὰρ οὐδαμῶς εἰς λαμπρότητα τῆς πνευματικῆς, τοῖς διὰ τῆς κοινῆς διαταγήσμασιν, ἡ ἐν νόμῳ σκιά. τὰ μὲν γὰρ, ὅλην περιαστράπτει τὴν οἰκουμένην, ἡ δὲ, ἦν μόνοις γνώρισμα τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔοικε δὲ, ὦ Παλλάδιε, καὶ ἕτερόν τι παραδηλοῦν ἡ τράπεζα καὶ ὁ λύχνος, ὁ ἔν γε τῇ πρώτῃ σκηνῇ. ΠΑΛ. Τὸ τί δὴ φής; ΚΥΡ. Ἰωάννην τάχα που τὸν θεσπέσιον
B Βαπτιστὴν, ὁ λύχνος· ἄρτοι δὲ οἱ δύο καὶ δέκα, τὸν τῶν ἁγίων ἡμῖν ἀποστόλων προαναλυτυποῦσι χορόν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τίνα τρόπον; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι τοῖς ἐν νόμῳ καὶ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, λύχνος ἦν οἷά τις, Χριστοῦ προβαδίζων ὁ θεσπέσιος Βαπτιστὴς, καὶ περὶ αὐτοῦ προαναπεφώνηκεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου. μεμαρτύρηκε δὲ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, τοῖς τῶν Ἰουδαίων καθηγηταῖς περὶ αὐτοῦ λέγων, ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ
C καιόμενος καὶ φαίνων, ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ. θέα γὰρ ὅπως ὡς νομομαθὴς ὢν ὁ μακάριος Παῦλος, μονονουχὶ πρὸς ἀνάμνησιν ἀναφέρει λύχνου, τοῦ κατὰ τὴν πρώτην σκηνὴν ἄσβεστον μὲν γὰρ ὁ νομοθέτης διατηρεῖσθαι δεῖν κεκέλευκεν οὕτω λέγων· καὶ καύσουσιν αὐτὸν Ἀαρὼν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἀπὸ ἑσπέρας ἕως πρωῒ ἐνώπιον κυρίου ἐνδελεχῶς. χρόνον γε μὴν ἐπ' αὐτῷ κομιδῇ βραχὺν ἡσθέντες Ἰουδαῖοι, διά γε τὸ προσδραμεῖν τῷ
D δι' αὐτοῦ βαπτίσματι, καὶ θαῦμα ἐλθεῖν ἐπ' αὐτῷ πολὺ, κατεκοίμισαν τῷ θανάτῳ, μονονουχὶ τὸν ἀειφανῆ λύχνον καταςβεννύοντες. Εἰ γὰρ καὶ Ἡρῴδου τὸ τόλμημα λέγοιτο τυχὸν, ἀλλ' οὖν ὄντος ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· διὰ τοῦτο Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς τὸ κατὰ πάντος ἁγίου θράσος ἐγκαλῶν, οὐκ ἐνδέχεται, φησὶ, προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φῶς οὖν ἄρα καὶ λύχνος καθ' ὁμοιότητα καὶ κατὰ μέθεξιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ
E ὁ θεσπέσιος Βαπτιστὴς τοῖς ἐν νόμῳ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὕτω φημί. κατὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον, ἄρτους νοεῖσθαί φαμεν, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους. Εἷς μὲν γὰρ ὁ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἄρτος ὁ ἐξ οὐρανοῦ καὶ ζωοποιός· κατὰ μίμησιν δὲ τοῦ φύσει καὶ κατὰ μέθεξιν ἄρτοι τρέφοντες εἰς εὐσέβειαν, οἱ θεῖοι μυσταγωγοὶ, λόγους ἡμῖν ἐνιέντες ζωῆς, καὶ τὸν ἐκ

τῆς ἀμαθίας λιμὸν, τῆς τῶν πιστευόντων ἐξιστάντες ψυχῆς· ἰσάριθμοι δὲ τοῖς μαθηταῖς, οἱ ἄρτοι. δυοκαίδεκα γὰρ, καὶ εἰς δύο κείμενοι θέματα, ἓξ ἔνθεν, φησὶ, καὶ ἓξ ἔνθεν, μονονουχὶ καὶ ἐν κύκλῳ περιεστῶτες, καὶ ἐν μέσῳ τόπῳ κείμενον ἔχοντες ἕνα τε καὶ ἐξ οὐρανοῦ, τοῦτ' ἔστι, Χριστόν. καὶ δυοδεκάτων ἕκαστος, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ δύο μέτρων τελείων. τέλειοι γὰρ κατ' ἄμφω γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀρτίως ἔχοντες ἀγαθὸν, ἔργῳ τε διαπρεπεῖς καὶ λόγῳ. λίβανος δὲ καὶ ἅλες αὐτοῖς τὰ ἐπιπαττόμενα, τοῦ μὲν λιβανίου τὸ εὐῶδες ἐν ἁγιασμῷ, καὶ εὐωδίᾳ Χριστοῦ, τοῦ γε μὴν ἁλὸς, τὴν φρόνησιν ὑπεμφαίνοντος. οὐ γὰρ ἀσύνετος ἢ μωρὸς τῶν ἁγίων ὁ λόγος, ἀλλ' ἐν χάριτί τε καὶ ἅλατι ἠρτυμένος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ χάριν διδοὺς τοῖς ἀκούουσιν. εἴρηται δὲ πρὸς αὐτοὺς καὶ παρὰ Χριστοῦ. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ ἅλας τῆς γῆς. προτίθενται δὲ καὶ ἐν ἡμέρᾳ σαββάτων. ἡμέρα γὰρ ἀναδείξεως τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὁ τοῦ νοητοῦ σαββάτου καιρὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἡ Χριστοῦ παρουσία, ἣν ἐπειδήπερ οὐκ ἔγνωσαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ὁ Παῦλός φησι περὶ αὐτῶν, ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. οὐ γὰρ εἰσῆλθον εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, τὴν πίστιν οὐ προσηκάμενοι. σαββατισμὸς οὖν νοητὸς καὶ ἀληθὴς, ὁ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας καιρός. ἐν ὀφθαλμοῖς δὲ Θεοῦ τῶν ἄρτων ἡ πρόθεσις, καὶ μὴν καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς Ἰσραήλ. προθήσετε γὰρ, φησὶ, τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἔναντι κυρίου διαπαντὸς, παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ θεωμένου καὶ διηνεκῶς ἀξιοῦντος τοὺς ἁγίους ἐπισκοπῆς. ὀφθαλμοὶ γὰρ κυρίου ἐπὶ δικαίους, φησί. τοῦ δὲ Ἰσραὴλ, ὡς προσέχειν αὐτοῖς ὀφείλοντος, καὶ οἱονείπως ἐφιστῶντος τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν, οὗ καὶ εἰς τύπον ἂν εἴη ὁ σωματικός. ἀλλ' ἔσται, φησὶν, Ἀαρὼν, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ φάγονται αὐτά. πρόκειται γὰρ ἡμῖν εἰς τροφὴν τὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συγγράμματα, τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις, ἁγίῳ τε καὶ ἱερῷ γένει, λαοῖς τοῖς εἰς περιποίησιν, καὶ ἐξειλεγμένοις, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτι κατακεχρισμένοις. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης· συναινέσαιμι γὰρ ἄν. ἀλλὰ τοῦ δὴ χάριν, οὐκ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων,

A famem ex ignorantia proficiſcentem de credentium animis depellant. Eodem porro ſunt panes numero, quo diſcipuli, nempè duodecim, iique in duas poſitiones collocati; Sex hinc, inquit, & ſex inde, propemodum in orbem circumſtantes, & in medio loco poſitum habentes vnum illum & de cœlo panem, id eſt, Chriſtum. Singuli etiam ex duabus decimis, id eſt, ex duabus perfectis menſuris; nam ex vtraque parte perfecti illi
B beati diſcipuli fuerunt, ad omne opus bonum omnibus ſuis partibus abſoluti, & opere inſignes & verbo. Thus præterea & ſal illis aſpergitur; ac thus quidem illam ſanctitatis fragrantiam, & Chriſti bonum odorem; ſal verò prudentiam indicat; neque enim ſanctorum virorum ſermo inſipiens aut ſtultus eſt, (Coloſſ. 4. Epheſ. 4.) ſed gratia & ſale conditus, vt ſcriptum eſt, & gratiam dat audientibus: dictum eſt etiam illis à Chri-
C ſto, [Vos eſtis ſal terræ.] (Matth. 5.) Proponuntur etiam die Sabbati; dies enim, quo ſunt ſancti Apoſtoli declarati, Sabbati ſpiritualis tempus eſt, nempè Chriſti aduentus, quem quia non agnouerunt qui ex Iſraël genus ducebant, Paulus de illis dicit, [Igitur (Heb. 4.) relinquitur ſabbatiſmus populo Dei:] non enim ingreſſi ſunt in requiem eius, quia fidem non receperunt: ſabbatiſmus igitur verus ac ſpiritualis tempus illud eſt, quo Salua-
D tor noſter aduenit. In oculis etiam Dei eſt panum propoſitio, atque etiam in oculis Iſraël, [Proponetis (Leuit. 24.) enim, inquit, die Sabbatorum in conſpectu Domini in perpetuum, in conſpectu filiorum Iſraël:] cùm ille contempletur, ac perpetuo ſanctos viros ſua inſpectione dignetur: [Oculi enim, inquit, Domini ſuper (Pſal. 33.) iuſtos.] In oculis etiam Iſraël, quod eos attendere debeat, atque in illis animi oculos quodammodo figat, quorum figuram corporis oculi refe-
A nimirum in vmbris adhuc Legis; ſed, cũ iam diluxiſſet, ac tertium illud tempus apparuiſſet, atque orbis, qui ſub ſole eſt, vniuerſus intelligibili lumine, id eſt, Chriſti ſplendore circumfuſus eſſet iam veteri caligine diſcuſſa, illa cultus ratio, quæ eo tempore viguerat, non adhuc grata & accepta eſt, ſed adeps aut ſacrificium ſiue heſternum ſit, ſiue tertianũ, apud Deum execrabile eſt, & auerſatur ac reſpuit, & alieno tempore offerre volentibus pro inquinamento deputatur. B An, cùm Chriſtus euangelicis diſciplinis illuſtret ſanctorum animos, eoſque ſpiritualis cultus rationẽ optime perdoceat, minime putas ſuperuacuas eſſe iam quodammodo, atque inutiles Legis obſeruationes? PAL. Ego verò fateor, neque enim ignoro ſtercora ac detrimẽta beatum Paulum appellaſſe Legis ornamenta, propter eminentem ſcientiam Chriſti; video enim illum ad quoſdam ſcripſiſſe, [Dico autem vobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil C proderit.] CYR. Rectè ais. Igitur peccatum eſt, & inquinamenti plenum, manifeſtato iam Chriſto, cum tempus illud præterierit, quo Lex & prophetæ viguerunt, velle vmbratilem illum cultum retinere, audereque Deo ouem aut adipem, aut thus offerre; cum perſpicue dicat Filius Patri ac Deo, [Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: holocauſta & pro peccato non placuerunt tibi; tunc dixi, Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, vt D facerem, Deus, volũtatem tuam:] nam, poſteaquam Filius immaculatam victimam pro nobis obtulit, legalibus cæremoniis finem impoſuit, cum ea auferre peccata non poſſent; finis enim Legis ac prophetarum, Chriſtus. PALLAD. Rectè ais. CYRILL. Poſt illam igitur in Chriſto conſummationem accedi ad Patrem adhuc legali cultu non poteſt, ſed per Filium duntaxat ad eum accedimus, ideoque dicebat, [Nemo venit ad E Patrem, niſi per me.] Eſſe autem ad ſacrificãdum ineptum atque imperfectũ, quicquid in Chriſto non fuerit; & viciſſim acceptum & conſecrationi aptiſſimũ, quicquid per ipſum & in ipſo offertur, perſpicuum fiet per ea, quę Lex partim in Exodo edicit his verbis, [Non coques agnum in lacte matris ſuæ:] partim in Leuitico, [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Si vitulus aut ouis, aut capra cuiquam nata fuerit, erit ſeptem dies ſub matre eius; die autem

Philip. 3.
Galat. 5.
Pſalm. 39.
Ioan. 14.
Exod. 23.
Leuit. 22.

» octauo & deinceps acceptabilis erit in
» oblationes, ſacrificium Domino: & bo-
» uem & ouem; ipſam & filium eius non
» occidetis in vno die.] Agnum igitur re-
cens genitum ac lactentem adhuc, ma-
ctare nō permittit: qua in re illud oſten-
dit, quod imperfectum ſit adhuc, exi-
gua infirmaque prudentia; id nondum
eſſe ſacrū, ob eamque cauſſam ne acce-
ptum quidem & gratū Deo, cuiuſmodi
illi erant inſipientes ac rudes, ad quos
Hebr. 5. » beatus Paulus ſcribit, [Etenim, cum de-
» beretis eſſe magiſtri propter tēpus, ruſ-
» indigetis eo, qui vos doceat, quæ ſint ele-
» mēta initii ſermonum Dei; & facti eſtis,
» quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo;
» perfectorum eſt autem ſolidus cibus.]
Igitur imperfectum eſt, quicquid lacte
adhuc nutritur, & ſub vbere eſt, quod ad
prudentiam ſpiritualemque firmitatem
attinet. Iam igitur ex iis, quæ ſenſui ſunt
expoſita & conſpicua, tāquam ex figura,
ad eā quæ ſenſum fugiunt, & intellectu
capiūtur, perget oratio. Illud certè opti-
mè intelliges, omnia in Chriſto perfecta
& accepta fieri; nam ea animantia, quæ
offerrentur atque conſecrarentur Deo,
ſeptem dies ſub matre eſſe iubet, ſepti-
mo demum die ac deinceps ex eis dona
& ſacrificia Deo offerri licere. PAL. Non
ſatis perſpicua ſunt hęc verba. CYRILL.
An tu diem octauum reſurrectionis no-
ſtri Saluatoris diem eſſe minime fateris,
& initium quodammodo noui ſæculi,
quo iam illud Legis ſæculum tanquam
in diebus ſeptem prioribus pertranſiuit?
PALLAD. Ego verò fateor. CYRILL.
Igitur profanus eſt iam, & ad oblatio-
nem ineptus, quiſquis eſt tanquam in
Legis tempore, nimirū quiſquis in cul-
tu carnali verſatur: & apta viciſſim obla-
tio, eaque Deo acceptabilis: quiſquis
ex octauo iam die ac deinceps in Chri-
ſto eſt: nam illa in Chriſto vocatio, cum
ex eius reſurrectione initium ſumpſerit,
nunquam deſinet: idque ſciens Filius
Ioan. 12. » dicebat interdum quidem, [Cum exal-
» tatus fuero à terra, omnes traham ad me
Ibid. » ipſum:] interdum verò, [Amen dico vo-
» bis, niſi granum frumenti cadens in ter-
» ram, mortuum fuerit, ipſum ſolum ma-
» net: ſi autem mortuum fuerit, multum
» fructum affert.] PALLAD. Rectè ais:
illud verò non occidendam eſſe ma-
trem cum filiis eodem die, quidnam ſi-
gnificat? CYRILL. Cùm ea, quæ ad
Chriſtum pertinebant, optime conſti-
tuiſſet, ac perfectionem, quæ per illum
tribuitur, elegantiſſimè prædixiſſet;

A ὀγδόῃ καὶ ἐπέκεινα, δεχθήσεται εἰς δῶρα κάρπωμα τῷ Κυρίῳ, καὶ μόσχον καὶ πρόβατον, αὐτὴν καὶ τὸ παιδίον αὐτῆς οὐ σφάξετε ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Ἄρνα μὲν οὖν τὸ ἀρτιγενὲς καὶ ὑπομάστιον ἔτι σφάττεσθαι οὐκ ἐᾷ, δηλοῖς ὅτι, τὸ ἀτελὲς ἔτι καὶ ὡς ἐν συνέσει βραχύ τε καὶ ἀσθενές, οὔπω μὲν ἱερόν. ἔτι δὲ ἀπρόσδεκτον διὰ τοῦτο Θεῷ. Τοιοῦτοί τινες ἦσαν ἄσοφοί τε καὶ ὀλιγογνώμονες, πρὸς οὓς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος. Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν
B χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, οὐ στερεᾶς τροφῆς. τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή. Οὐκοῦν ἀτελὲς ἔτι, τὸ ἐν γαλακτί τε καὶ ὑπὸ μαστὸν, κατά γε τὸ ἐν συνέσει φημὶ καὶ εὐρωστίᾳ πνευματικῇ. Ἴτω δὲ αὖ ἡμῖν ὁ περὶ τῶνδε λόγος, ὡς ἐκ τύπου τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ ἐναργῶν πραγμάτων, ἐπὶ τὰ ὑπὲρ αἴσθησίν τε καὶ νοητά, πλὴν ὅτι τὰ πάντα γέγονεν ἐν Χριστῷ καὶ
C ἐν τελειότητι καὶ προσδοχῇ, συνήσεις εὖ μάλα. τὰ γάρ τοι προσκομιζόμενα ζῶα καὶ ἀνατιθέμενα τῷ Θεῷ, δεῖν μὲν εἶναι φησὶν ἑπτὰ ἡμέρας ὑπὸ τὴν μητέρα, τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ καὶ ἐπέκεινα, δῶρα γενέσθαι, καὶ εἰς κάρπωμα τῷ Θεῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐ, σφόδρα σαφὴς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἢ γὰρ οὐχὶ τὴν ὀγδόην τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Σωτῆρος ἡμέραν εἶναι φὴς, καὶ ἀρχὴν ὥσπερ αἰῶνος νέου, παρεισπαυσαμένου τοῦ κατὰ νόμον ὡς ἐν ἡμέ-
D ραις ἑπτὰ ταῖς προτέραις; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φημί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἀνίερόν τε καὶ ἀπροσκόμιστον ἔτι τὸ ὡς ἐν χρόνῳ τῷ κατὰ τὸν νόμον, δηλονότι τὸ ἐν λατρείᾳ σαρκικῇ. δῶρον δὲ ἤδη καὶ εὐπρόσδεκτον τῷ Θεῷ πᾶν εἴη λοιπὸν ἐν Χριστῷ κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ ἐπέκεινα. ἀκατάληκτος γὰρ ἡ ἐν Χριστῷ κλῆσις, ἀρχὴν ἔχουσα τὴν ἀνάστασιν. καὶ τοῦτο εἰδὼς αὐτὸς ἔφασκεν ὁ υἱὸς, ὅτε μὲν, ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς
E γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν, ὅτε δὲ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν πλείονα φέρει. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης· τὸ δέ γε μὴ συναπόλλυσθαι δεῖν μητέρα τοῖς τέκνοις ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, τί ἂν εἴη πάλιν; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Νομοθετήσας εὖ μάλα τὰ ἐπὶ Χριστῷ, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ τελείωσιν προαναφωνήσας ἀστείως,

οὐκ ἠγνόησεν, ὡς Θεός, τῶν Ἰουδαίων τὸ ἀπειθές, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ δυσήνιον, καὶ ὅτι ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, ὀλοθρευθήσονται μὲν ὡς κυριοκτόνοι, καὶ ἀγρίως πεπαρῳνηκότες εἰς τὸν υἱὸν οἱ ἐξ Ἰσραήλ, πλὴν οὐκ εἰσάπαν ὁλόρριζος Ἱερουσαλὴμ οἰχήσεται, μένει δὲ ὥσπερ ἔρημος τέκνων, τὸν τελευταῖον καὶ ἐν ἐσχάτοις περιμένουσα καιρόν, καθ' ὃν καὶ αὐτὴ σωθήσεται κατόπιν τρέχουσα τῶν ἐθνῶν, τέθειται γὰρ εἰς νῶτον, τοῦτ' ἔστιν, ὀπίσω, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν, ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον· πᾶς γὰρ Ἰσραὴλ σωθήσεται, τῆς ἐξ ἐθνῶν ἀγέλης τοῖς θείοις σηκοῖς περιεννυλισμένης. οὐκ ἐᾷ τοιγαροῦν ὁ νόμος τὴν ὡς ἐν ἐσχάτῃ πανωλεθρίᾳ γενέσθαι φθοράν, ἡμερότητι συγκεκραμένην τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπειθήσασι προαναφαίνων ὀργήν, ἐν ταυτῷ δὲ εἶναί μοι τύπον ὥσπερ τινὰ τὸ χρῆμα τῆς εἰδήσεως ἀναγκαίας. ἥκιστα μὲν γὰρ οἰχήσεται τὰ ὄντα πρὸς τὸ μηδὲν ἀκεράτῳ φθορᾷ τυραννούμενα, διαμένει δὲ ὥσπερ ταῖς διαδοχαῖς τοῦτο ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνο τυχὸν ἐν τούτῳ σωζόμενα, κατά γε τὸ συγγενὲς ἢ ὁμοειδές, τὸν εἰσάπαν ὄλεθρον τῶν ἰδίων κτισμάτων ἀποσοβοῦντος τοῦ Θεοῦ. ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔπρεπε δὲ καὶ τὴν τοιούτων ἡ προαγόρευσις, ἢ μὴν καὶ ἡ δήλωσις, τῶν περὶ Χριστοῦ λόγων, δι' ὃν καὶ ἐν ᾧ τὰ ἐφθαρμένα σώζεται, καὶ τὸ θανάτῳ τυραννούμενον ἀνατέθηλεν εἰς ζωήν. τετελεύτηκε μὲν γὰρ ἡ ῥίζα τοῦ ἀνθρωπείου γένους οἷά τις μήτηρ, ὡς ἐν Ἀδάμ, πλὴν οἱ ἐξ αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἡμεῖς, ἀνεθάλλομεν ἐν Χριστῷ, καί ἐσμεν καὶ σωζόμεθα, ζωὴν ἔχοντες αὐτὸν καὶ ῥίζαν ὥσπερ τοῦ γένους δευτέραν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὡς εὖ γε δὴ καὶ μάλα ἀπεξεσμένως ὁ λόγος ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄξιον δή, ὦ Παλλάδιε, τοῖς εἰρημένοις ἐπενεγκεῖν, τὸ οὐ φυτεύσεις σεαυτῷ ἄλσος. πᾶν ξύλον παρὰ τὸ θυσιαστήριον κυρίου τοῦ Θεοῦ σου οὐ ποιήσεις σεαυτῷ, οὐ στήσεις σεαυτῷ στήλην, ἃ ἐμίσησε κύριος ὁ Θεός σου. θέασαι γὰρ ὅπως εἰδωλολατρείας ἀπάτης ἐξοικίζει παντελῶς τὸν τῆς ἀληθείας προσκυνητήν, ἥκιστα μὲν ἐφιεὶς τοῖς Ἑλλήνων ἀποχρῆσθαι νόμοις, ἀποσείεσθαι δὲ δεῖν τὰ παρ' ἐκείνοις ἔθη παρεγγυῶν, κἂν εἰ μηδὲν ἔχοιεν τὸ λυποῦν, καὶ ἐπιτηδεύοιντο τυχόν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οἷον τί φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὰ εὐερνέστατα τῶν

A non ignorauit, vtpote cum Deus eſſet, Iudæorum contumaciam & effrænatam audaciam, ob eamque cauſſam perdendos eſſe Iſraëlitas, vt qui Dominicidæ, & in Dei filium immaniter contumelioſi fuiſſent, non tamen Hieruſalem funditus perituram, ſed filiis orbam fore, vltimum extremumque tempus expectantem, quo etiam ipſa ſalua fiet, ac poſt gentes accurret; poſita enim in dorſum, id eſt, retro, iuxta Pſallentis vocem, [Quoniam pones eos dorſum:] omnis quippe Iſraël ſaluus fiet, poſteaquam grex Gentium in ouilia ſe diuina receperit. Non igitur extremo excidio deleri Lex permittit, prædicitque ſupplicium de contumacibus ſumendum eſſe, clementia temperatum. Simul etiam, vt opinor, in ea re tanquam exemplum quoddam cognitionis neceſſariæ deſcribit; neque enim res omnes intereunt in nihilum, mero exitio tanquam ſæuo domino ſubiectæ, ſed permanent veluti ſucceſſionibus quibuſdam, & hoc in illo, illud rurſus in hoc ſeruatur, propterea quod ſuas creaturas per genera ac ſpecies funditus interire non patitur Deus: [creauit enim, vt eſſent omnia, & ſalutares generationes mundi,] ſicut ſcriptum eſt. Conuenientiſſimum porro erat, vt iidem ſermones, eiuſmodi quoque res prænuntiarent atque declararent, qui Chriſtum prædicabant, per quem & in quo, quæ interiere, ſeruantur; & quæ mortis dominatu ſunt oppreſſa, refloreſcunt ad vitam: nam ſtirps humani generis vt in Adam, veluti mater quædam, extincta eſt; qui tamen ex illa orti ſunt, id eſt, nos refloruimus in Chriſto, in eoque ſumus, & ſaluamur, ipſumque vitam & alteram quodammodo ſtirpem noſtri generis habemus. PAL. Præclara ſanè & expolita admodum oratio. CYR. Operæpretium verò, Palladi, eſt iis, quæ dicta ſunt, etiam illud adiungere, [Non plantabis tibi ipſi nemus, omne lignum prope altare domini Dei tui, non facies tibi atque cõſtitues ſtatuam; quæ odit Dominus Deus tuus.] Vide enim vt veritatis adoratorem ab omni errore idolorum prorſus abducat, cum Gentilium legibus vti minime permittat, & illorum mores abiicere præcipiat, etiamſi nihil offenſionis fortaſſe habeant, ſi ſeruentur. PALLAD. Quale tandem iſtud eſt, quod dicis? CYRILL. Gentiles, ſicubi denſas arbores, lucum-

Pſal. 20. Rom. 11.

Sap. 1.

Deut. 16.

lucumque totum abunde opacum deprehenderant, ibi aras ad Dæmonum ſacrificia extruebant; ſcilicet opus erat Dæmoniorum aris tanquam aberrationem quandam animi, ac ſæculares oblectationes adiunctas eſſe; nam falſitas ipſa per ſe infirma eſt; adhibitis autem extrinſecus perſæpe fucis, ornatur, vt turpes mulierculæ ſolent. Illud porro diuinum altare cum pulcherrima veritatis ſpecie fulgeret, quænam extrinſeca adiumenta, aut vana ornamenta requireret? neque enim per ſæcularia oblectamenta aditur ad Deum, neque ſoluto remiſſoque animo, & ad carnales voluptates proiecto atque reſupino, ſed vigilanti ac ſurſum intentiſſimè reſpicienti, & in cœlis fixo. Ac, ſi fortuitò ex illo diuino altari ſtirpes extitiſſent, ea res firmo ac fideli noſtri Saluatoris adoratori nihil obfuiſſet: ſed, quia Gentilium eſt prorſus id inſtitutum, refugienda eſt imitatio, atque conſuetudinis ſimilitudo, quemadmodum pro-
1. Cor. 8. culdubio fideli homini, & in vera cognitione atque ſcientia confirmato, nihil eſt idolum in mundo, neque aliquid eſt idolothytum, tamen vt alius quidam præcipit, eo veſci non licet propter infirmorum conſcientiam;
1. Cor. 10. „[vt quid enim ego iudicor ab alia „conſcientia? Si ego cum gratia participo, cur blaſphemor, pro quo ego „gratias ago?] Laudabile igitur eſt apud Deum cauere, ne in altarium ſitu, neve in religionis moribus atque ritu Gentiles imitemur. PALLADIVS. Aſſentior. CYRILLVS. Æquum eſſe autem, vt oblationes ad Dei gloriam offeramus, nec vacuis manibus ad ſacrum tabernaculum adeamus, eædem ſacræ literæ declarant, quæ ſic ha-
Numer. 7. „bent in Numeris, [Et factum eſt, „quo die conſummauit Moyſes erigere „tabernaculum, vnxit illud ac ſanctificauit, & omnia vaſa eius, & vnxit ea, „& ſanctificauit ea. & altare, & omnia „eius vaſa; & vnxit ac ſanctificauit ea; „& obtulerunt principes Iſraël, duodecim principes domorum familiarum „ſuarum: hi principes tribuum, hi ſunt, „qui adfuerunt recenſioni, & attulerunt „dona ſua ante Dominum; ſex vehicu„la tecta, & duodecim boues; vehicu„lum à duobus principibus, & bouem „à ſingulis, & adduxerunt ea ante ta„bernaculum. Et locutus eſt Dominus „ad Moyſen, dicens, Accipe ab ipſis,

A φυτῶν πάντα τε ἀμφιλαφῶς κομῶντα δρυμὸν καταλαμβάνοντες Ἕλληνες, βωμοὺς καὶ θυσίας τοῖς δαιμονίοις ἵστασαν. ἔδει γὰρ ἔδει τοῖς τῶν δαιμονίων βωμοῖς ἀποφορὰν ὥσπερ νοῦ, καὶ μὴν καὶ τέρψεις παραπεπῆχθαι κοσμικάς. νοσεῖ γὰρ τὸ ψεῦδος οἴκοθεν μὲν τὸ ἀνάλκι, καταγκαλλύνεται δὲ πολλάκις τοῖς εἰσποιητοῖς ὡραϊσμοῖς, καθάπερ ἀμέλει καὶ τῶν γυναίων τὰ ἄσημα. τῷ δὲ θείῳ θυσιαστηρίῳ τῷ τῆς ἀληθείας ἀπαστράπτοντι κάλλει, ποίων ἔδει τῶν ἔξωθεν ἐπικουρημάτων, ἢ γοῦν
B εἰκαίων ὡραϊσμῶν; οὐ γὰρ διὰ τέρψεως κοσμικῆς προσιτὸν τὸ θεῖον, οὐδὲ ἀνειμένῳ τρόπον τινὰ νῷ καὶ ἀνακλῶντι πρὸς τὰ σαρκικά, ἀλλ' ὡς ἐν νηφούσῃ διανοίᾳ καὶ πολὺ πρὸς τὸ ἄνω βλεπούσῃ καὶ ἐν οὐρανοῖς. εἴπερ ἦν ὅλως καὶ ὑπὸ πρέμνα τυχόν, ὡς ἐκ ταὐτομάτου γεγονὸς θεῖόν που θυσιαστήριον, ἠδίκησεν ἂν τὸ χρῆμα οὐδὲν τὸν ἀσφαλῆ καὶ γνήσιον τοῦ σωτῆρος προσκυνητήν· ἐπειδὴ δέ ἐστιν ὅλως Ἑλληνικὸν τὸ ἐπιτήδευμα, παραιτητέον τὴν μίμησιν, καὶ τῆς συνηθείας τὸ ἐμφερές,
C καθάπερ ἀμέλει, τῷ μὲν πιστῷ καὶ βεβηκότι νῷ πρὸς ἀληθῆ εἴδησιν, εἴδωλον μὲν οὐδὲν ἐν κόσμῳ, ἀλλ' οὐδὲ εἰδωλόθυτόν ἐστιν, ἐσθίειν γε μὴν οὐκ ἐφίεται παρεγγυῶντος ἑτέρου διὰ τὴν τῶν ἀσθενεστέρων συνείδησιν. ἵνα τί γὰρ ἐγὼ κρίνομαι ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι, ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; εὐδόκιμον τοιγαροῦν τὸ χρῆμα παρὰ Θεῷ τὸ παραιτεῖσθαί φημι τὴν πρὸς Ἕλληνας ἰσουργίαν, ὡς ἔν τε τῇ τῶν θυσιαστηρίων θέσει, καὶ ἐν τοῖς περὶ θρησκείας ἔθε-
D σί τε καὶ τρόποις. ΠΑΛ. Σύμφημι. ΚΥΡ. Τὸ δὲ δὴ χρῆναι καρποφορεῖν εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ μὴ κενὰς χεῖρας ἔχοντας εἰς τὴν ἁγίαν ἰέναι σκηνήν, διεσάφει πάλιν ἡμῖν τὸ γράμμα τὸ ἱερόν, ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς οὕτως ἔχον. καὶ ἐγένετο, ᾗ ἡμέρᾳ συνετέλεσε Μωσῆς, ὥστε ἀναστῆσαι τὴν σκηνήν, καὶ ἔχρισεν αὐτήν, καὶ ἡγίασεν αὐτήν, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτοῦ, καὶ ἔχρισεν αὐτά, καὶ ἡγίασεν αὐτά. καὶ προσήνεγκαν οἱ ἄρχοντες Ἰσ-
E ραὴλ δώδεκα ἄρχοντες οἴκων πατριῶν αὐτῶν. οὗτοι οἱ ἄρχοντες φυλῶν, οὗτοι οἱ παρεστηκότες ἐπὶ τῆς ἐπισκοπῆς. καὶ ἤνεγκαν τὸ δῶρον αὐτῶν ἔναντι κυρίου, ἓξ ἁμάξας λαμπηνικάς, καὶ δώδεκα βόας. ἅμαξαν παρὰ δύο ἀρχόντων, καὶ μόσχον παρὰ ἑκάστου. καὶ προσήγαγον ἐναντίον τῆς σκηνῆς. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων. λάβε παρ' αὐτῶν,

καὶ ἔσονται πρὸς τὰ ἔργα τὰ λειτουργικὰ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ δώσεις αὐτὰ τοῖς Λευίταις ἑκάστῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ λειτουργίαν. καὶ λαβὼν Μωσῆς τὰς ἁμάξας καὶ τοὺς βόας, ἔδωκεν αὐτὰ τοῖς Λευίταις. καὶ οὐ μέχρι τούτων τὰ ἐκ τῶν φυλάρχων ἦν. προσεπινενόηται δὲ καὶ ἕτερα. γέγραπται γάρ, καὶ προσήνεγκαν οἱ ἄρχοντες εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τοῦ θυσιαστηρίου, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἔχρισεν αὐτό, καὶ προσήνεγκαν οἱ ἄρχοντες τὰ δῶρα αὐτῶν ἀπέναντι τοῦ θυσιαστηρίου. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν ἄρχων εἷς καθ' ἡμέραν, ἄρχων καθ' ἡμέραν προσοίσουσι τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τοῦ θυσιαστηρίου. καὶ ἦν ὁ προσφέρων ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ τὸ δῶρον αὐτοῦ, Ναασσὼν υἱὸς Ἀμιναδάβ, ἄρχων τῆς φυλῆς Ἰούδα. καὶ προσήνεγκε τὸ δῶρον αὐτοῦ, τρυβλίον ἀργυροῦν ἕν, τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ὁλκὴ αὐτοῦ· φιάλην μίαν ἀργυρᾶν, ἑβδομήκοντα σίκλων κατὰ τὸν σίκλον τὸν ἅγιον. ἀμφότερα πλήρη σεμιδάλεως ἀναπεποιημένης ἐν ἐλαίῳ εἰς θυσίαν. θυΐσκην μίαν δέκα χρυσῶν, πλήρη θυμιάματος. μόσχον ἕνα ἐκ βοῶν, κριὸν ἕνα, ἀμνὸν ἕνα ἐνιαύσιον εἰς ὁλοκαύτωμα. καὶ χίμαρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας καὶ εἰς θυσίαν σωτηρίου δαμάλεις δύο, κριοὺς πέντε, τράγους πέντε, ἀμνάδας ἐνιαυσίας πέντε. τοῦτο δῶρον Ναασσὼν υἱοῦ Ἀμιναδάβ. προσεκόμιζον δὲ καὶ καθεξῆς ἄχρι τοῦ δυοκαιδεκάτου, κατά γε τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἐν ἀπαραλλάκτοις φιλοτιμίαις, ἐκνεμηθείσης ἑκάστῳ τῆς αὐτῷ συντεταγμένης ἡμέρας ἰδικῶς. διετύπου γὰρ ὧδε Θεός. ΠΑΛ. Καὶ τίς δὴ ἄρα ἐστὶ τῆς οὕτω πολυειδοῦς προσαγωγῆς ὁ λόγος; ΚΥΡ. Καρποφορία μὲν οὖν τὸ χρῆμα ἐστίν, ὦ Παλλάδιε, πλέκεται δέ, οἶμαι, καὶ λόγος αὐτῇ μυστικὸς εἰς τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς ἀνακομίζων τὸ αἴνιγμα· φράσω δὲ ὡς ἂν οἷός τε ὦ πάλιν. ἀναδεδειγμένης γὰρ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ τῆς ἁγίας καὶ ἀληθοῦς σκηνῆς, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἐκκλησίας, πολλαχῶς ἐν αὐτῇ διαπρέπων Χριστὸς ὁ μονογενὴς ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὸ ἡμῶν ὡς ἱερὸν προσάγεται θῦμα τῷ Θεῷ καὶ πατρί, λύτρον καὶ ἀντάλλαγμα τῆς ἁπάντων ζωῆς, εἷς ὁ πάντων ἀντάξιος. ἐπειδὴ γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, ἑαυτὸν προσκεκόμικε τῷ Θεῷ καὶ πατρί, ὥσπερ τι καὶ ἀπαρχὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως διασωζούσης ἐν ἁγιασμῷ, φυσικῶς μὲν καὶ οὐσιωδῶς ἐνυπάρχοντι, καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστι Θεός, εἰσκεκριμένως δὲ αὖ διὰ τὸ ἀνθρώπινον.

A & erunt ad opera miniſterii tabernaculi teſtimonii, & dabis ea Leuitis, ſingulis pro ſuo miniſterio. Et accipiens Moyſes vehicula, & boues dedit eas Leuitis.] Neque vero hucuſque duntaxat principum tribuum dona progreſſa ſunt, ſed his etiam alia adiuncta: ſcriptum eſt enim, [Et obtulerunt principes ad dedicationem altaris, die quo vnxit illud, & attulerunt principes dona ſua ante altare, & dixit Dominus ad Moyſen, Princeps vnus per ſingulos dies offert dona ſua ad dedicationem altaris: & fuit qui obtulit primo die donum ſuum, Naaſſon filius Aminadab princeps tribus Iudæ: & obtulit donum ſuum catinum argenteum vnum, centum & triginta pondus eius; phialam vnam argenteam ſeptuaginta ſiclorũ iuxta ſiclum ſanctum, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo ad ſacrificium; mortariolum vnum decem aureorum plenum incenſo; vitulum vnum de bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocauſtum; & hœdum de capris vnum pro peccato, & ad hoſtiam ſalutaris vitulas duas, & arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hoc fuit donum Naaſſon filii Aminadab.] Obtulerunt præterea ceteri deinceps vſque ad duodecimum eodem modo ſimilique magnificentia, cum ſuus cuique certus dies attributus eſſet: ſic enim præceperat Deus. PAL. Sed quæ tandem eſt huius adeo multiplicis oblationis ratio? CYRILL. Equidem, Palladi, ſi rem geſtam ſpectes, oblatio eſt, ſed illi coniuncta eſt, myſtica, mea quidem ſententia, ratio, per quam ad Emmanuel, & ad nos ipſos hoc ænigma refertur; id autem explicabo, vt potero. Namque manifeſtato iam in orbe terrarum ſancto illo veróque tabernaculo, id eſt, Eccleſia, Chriſtus in ea multis variiſque modis excellens Deo ac Patri à nobis propemodum ac pro nobis vt ſacra victima offertur, quæ pretium ſit ac pro vniuerſorum vita permutatio, quippe cùm ille vnus ſit pro vniuerſis æqua æſtimatio; nam, poſteaquam ille Vnigenitus factus eſt vt vnus è nobis homo, ſe ipſum obtulit Deo & Patri quaſi præcipuum quiddam ac primitias humanæ naturæ, ſanctitatem redolentis, quæ illi ſanctitas, qua parte intelligitur, atque adeo eſt Deus, ſecundum naturam & eſſentiam inerat, ſed eandem aduentitiam habebat, qua parte humana in eo natura ſpectatur:

(Margin: B, C, D, E section letters; "Ibid." beside "Et obtulerunt principes")

cúmque vnus idemque ſit, multis tamen modis in illa principum oblatione figurabatur: vt verò tunc, ſic hoc quoque tempore ſacrificatur Chriſtus per eos principes, qui pro temporum ſerie ſuccedunt, multiplici notione perceptus, variiſque nominibus ornatus: fiebat enim oblatio per ſingulos dies; quo facto ſignificabatur illa per ſingulos dies Chriſti hoſtiæ perennitas ac perpetuitas, atque etiam eorum, qui fide iuſtificati ſunt, in offerendo largitas; neque enim vnquam deerunt adoratores, neque erit oblationis inopia, ſed Chriſtus in ſanctis tabernaculis myſtice ſacrificatus à nobis & pro nobis offeretur. Ipſe eſt autem oblatio noſtra prima atque præcipua; ſeipſum enim obtulit hoſtiam Patri non pro ſe ipſo, vt vera fides docet, ſed pro nobis, qui ſub peccati iugo ac reatu tenebamur. Sumus deinde ad illius ſimilitudinem nos ipſi quoque ſacræ victimæ, cùm mundo morimur, quatenus peccatum in nobis mortuum eſt, Deo autem viuimus, illam in ſanctitate ac pietate vitam; hæc enim nobis præ ſe ferre videtur illa principum oblatio; quam placet-ne per partes, vt nobis optimè habere videbitur, congruentibus rationibus examinemus, atque, quoad fieri poterit, explicemus? PALLAD. Mihi ſanè placet. CYRILLVS. Allatus igitur eſt à ſingulis vitulus, vehiculaque ſex numero, ſacris operibus tabernaculi attributa ſunt; deinde à ſingulis catinus vnus argenteus, & phiala vna, & vtraque, inquit, plena ſimila conſperſa oleo; mortariolum vnum incenſi plenum, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum, hœdus è capris vnus pro peccato; atque hæc quidem holocauſta fuere. Obtulerunt præterea in hoſtiam ſalutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. PALLAD. Expone igitur illud in primis, quid interſit quidve differre dicendum ſit inter hoſtiam ſalutaris & holocauſtum. CYRILLVS. Accipe igitur. Nam illa ex animantibus holocauſta tota ex omni parte igni ſacro atque perpetuo cremabantur, nulla parte omnino excepta, ſed particulis fere omnibus ac membris omnibus in odorem ſuauitatis ad Deum aſcendentibus; quæ vero pro hoſtia ſalutari cædebantur, ea conſecrabantur ex parte,

Rom. 6.

A εἷς δὲ ὑπάρχων καὶ αὐτὸς, κατὰ πολλοὺς ἐγράφετο τρόπους, ὡς ἔν γε τῇ τῶν ἀρχόντων προσκομιδῇ, ἱερουργεῖται δὲ ὥσπερ καὶ νῦν ὁ Χριστὸς, διὰ τῶν κατὰ καιροὺς ἡγουμένων πολυτρόπως νοούμενος, καὶ διαφόροις ὀνόμασιν ἐκπεπιασμένος· καὶ καθ᾽ ἡμέραν προσφορὰ, τὸ διηνεκὲς οἱονεί πως καὶ ἀκατάληκτον τῆς Χριστοῦ θυσίας ἐν ἡμέρᾳ πάσῃ καὶ τὸ ἐν αὐτῇ καρποφόρον τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων ὑποδηλοῦντος τοῦ πράγματος. οὐ γὰρ ἐπιλείψουσιν οἱ B προσκυνηταὶ, ἀλλ᾽ οὐδὲ ποθὴν ἔσται δυσφορίας· προσκομισθήσεται δὲ πρὸς ἡμῶν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, μυστικῶς ἱερουργούμενος ἐν ταῖς ἁγίαις σκηναῖς. αὐτὸς δὲ ἡμῶν καρποφορία πρώτη καὶ ἐξαίρετος. προσκεκόμικε γὰρ ἑαυτὸν εἰς θυσίαν τῷ πατρὶ, καὶ οὐχ ὑπέρ γε μᾶλλον ἑαυτοῦ, κατὰ τὸν ἀμωμήτως ἔχοντα λόγον, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ὑπὸ ζυγὸν καὶ γραφὴν ἁμαρτίας. καθ᾽ ὁμοιότητα δὲ τὴν πρὸς αὐτὸν, ἱεραὶ θύματα καὶ ἡμεῖς, κόσμῳ μὲν ἀποθνήσκοντες, ὡς νενεκρωμένης τῆς ἁμαρτίας ἐν ἡμῖν, C ζῶντες δὲ τῷ Θεῷ, τὴν ἐν ἁγιασμῷ καὶ ὁσιότητι ζωήν. ταυτὶ γὰρ ἡμῖν ὑπεμφαίνειν ἔοικεν ἡ τῶν ἀρχόντων προσαγωγὴ, ἣν καὶ ἀνὰ μέρος ἐκβασανίζοντες τοῖς καθήκουσι λογισμοῖς, ὅπως ἂν ἡμῖν εὖ ἔχοι, βούλει λέγωμεν κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἡμῖν; ΠΑΛ. Καὶ μάλα. ΚΥΡ. Προσκεκόμισται μὲν οὖν παρὰ ἑκάστου μόσχος· ἐκνενέμηνται δὲ τοῖς ἱεροῖς ἔργοις τῆς ἁγίας σκηνῆς, ἓξ οὖσαι τὸν ἀριθμὸν αἱ ἅμαξαι. εἶτα παρ᾽ ἑκάστου τρυβλίον ἓν ἀργυροῦν, καὶ φιάλη μία, καὶ D ἀμφότερα, φησὶ, πλήρη σεμιδάλεως ἀναπεποιημένης ἐν ἐλαίῳ. θυΐσκη μία θυμιάματος ἔμπλεως, κριὸς εἷς, ἀμνὸς εἷς ἐνιαύσιος εἰς ὁλοκαύτωμα, χίμαρος ἐξ αἰγῶν περὶ ἁμαρτίας. καὶ ταυτὶ μὲν τὰ ὁλοκαυτώματα. προσεκόμιζον δὲ καὶ εἰς θυσίαν σωτηρίου, φησὶ, δαμάλεις δύο, κριοὺς πέντε, τράγους πέντε, ἀμνάδας ἐνιαυσίους πέντε. ΠΑΛ. Φράζε δὴ οὖν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τί τὸ μεταξὺ, καὶ ποίαν ἄν E τις εἴποι τὴν διαφορὰν τῆς τοῦ σωτηρίου θυσίας, καὶ ὁλοκαυτώματος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄκουε δή. τὰ μὲν γὰρ ὁλοκαυτώματα τῶν ζώων ὅλα δι᾽ ὅλων, ἱερῷ καὶ ἀσβέστῳ κατεφλέγετο πυρὶ, οὐδενὸς τὸ σύμπαν ἐξῃρημένου, ἀλλ᾽ οἱονεί πως πάντων μορίων καὶ μελῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀναβαινόντων τῷ Θεῷ· τὰ δέ γε ὑπὲρ τῆς σωτηρίου θυσίας σφαζόμενα, μερικὴν ἐδέχετο τὴν καθιέρω-

[A] σιν, ὡς ἐν ὤμῳ δεξιῷ, κεφαλῇ τε καὶ ποσί, νεφροῖς καὶ ἥπατι, καὶ ἑτέροις ἤτοι τοῖς εἰς τὸ εἴσω καὶ ἐνδοθιδίοις. πρέπει δὲ οὖν τὸ ὁλοκαυτοῦσθαι Χριστῷ. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς ὅλος ἅγιος, εὐώδης ἅπας καὶ ἱερός. ἡμῖν δὲ οἰκεῖον, τὸ οὐκ εἰσάπαν ἅγιον, καὶ οὐχ ὁλοκλήρως ἱερόν, οἷς ἔνεστί τι καὶ μολυσμοῦ διὰ τὴν ἐν ἡμῖν ἁμαρτίαν. καθαρὸς γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ ῥύπου, καὶ παραπτώματα τίς συνήσει; κατὰ τὸ γεγραμμένον. διὰ τοῦτο τὴν ὑπὲρ τοῦ σωτηρίου θυσίαν, οὐχ ὁλόκαυτον ὁ νόμος, [B] μερικῶς δὲ μᾶλλον καθιεροῦσθαι δεῖν εὖ μάλα προσέταττεν. ἆρ᾽ οὖν, ὦ Παλλάδιε, σαφής σοι καὶ ἀποχρῶν εἰς εὐμαθίαν ὁ λόγος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Φέρε δὴ οὖν, ἐπ᾽ ἐκεῖνο ἴωμεν εἴς γε τό, ἑκάστῳ φημὶ τῶν προσενηνεγμένων, φράσαι τι, καὶ μὴν καὶ συνιέναι τὴν ἀναγκαίαν εἰς ὄνησιν. ΠΑΛ. Ἴθι δὴ οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐστὶ τοίνυν τὰ παρὰ ἑκάστου τῶν φυλάρχων, τρυβλίον ἀργυροῦν ἓν καὶ φιάλη μία, καὶ ἀμφότερα πλήρη σεμιδά- [C] λεως ἀναπεποιημένης ἐλαίῳ. τὸ μὲν οὖν τρυβλίον ἐστὶ τοῖς ἐδωδίμοις ὑπηρετοῦν, καὶ εἰς ὀψοφαγίαν χρήσιμον, καθὸ καὶ αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ σωτὴρ φιλοπευστοῦντι Ἰωάννῃ τῷ γνησίῳ μαθητῇ τίς ὁ παραδώσων αὐτόν, ὁ ἐμβάψας, φησί, μετ᾽ ἐμοῦ τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ. φιάλης δὲ τί ἂν λέγοιμι τὴν χρείαν, διακεκραγότος αὐτοῦ τοῦ πράγματος; καὶ σημεῖον ἄρτου σεμίδαλις. ἔστι καὶ ἐξ αὐτῆς ἄρτος. ἄρτος δὲ ζωῆς, ὁ Χριστός. οὐκοῦν ὡς ἐν τῷ τρυβλίῳ καὶ [D] ἐν τῇ φιάλῃ, καὶ ὡς ἐν ἄρτῳ τῷ ἐν ἀμφοῖν, πλήρη γὰρ ἦν σεμιδάλεως, ὡς ἐν βρώσει τε καὶ πόσει, ζωὴ καὶ ζωοποιὸς ὁ Χριστὸς σημαίνεται. ἀμὴν γάρ, φησί, λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ἐλαίῳ δὲ τὴν σεμίδαλιν καταδεδεῦσθαί φησιν, αὐτό που τὸ ἐν ψαλμοῖς ἀναμελῳδοῦντος οἱονεί που τοῦ τύπου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου [E] ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. θυΐσκη δὲ αὖ, σχῆμά τε καὶ εἶδος θυμιατηρίου, θυΐας ἐν ἴσῳ πεποιημένου. ἐπίμεστον δὲ καὶ αὐτὸ θυμιάματος, εὐωδία γὰρ καὶ θυμιατήριον ὁ Χριστός, οὐκ ἔξωθεν δὲ τὸ εὐῶδες ἔχων, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ κατὰ μέθεξιν ἀρετῆς, καὶ τοῦ κατ᾽ εὐσέβειαν ἁγιασμοῦ τὸ ἐν τούτοις εἶναι κερδαίνοντες,

[A] vt dexter humerus, caput etiã ac pedes, renes ac iecur, nonnullę pręterea reconditæ partes & inteſtinæ. Chriſto igitur conuenit in holocauſtũ offerri: eſt enim reuera totus ſanctus, totus odore ſuauitatis plenus ac ſacer: nobis autem illa victima proprie conuenit, quæ non eſt ex omni parte ſancta, neque omnino ſacra, quibus nonnihil maculæ ineſt propter peccatum, quod eſt in nobis; [nemo enim mundus à ſorde:] &, [delicta quis intelliget?] vt ſcriptum eſt. ob [B] eam itaque cauſſam, hoſtiam, quæ pro ſalute offerebatur, non vniuerſam incendi, ſed potius ex parte conſecrari debere, Lex rectiſſimè iuſſit. Num igitur, Palladi, perſpicua tibi eſt mea oratio, & ad intelligendum ſatis apta? PALLAD. Sanè verò. CYRILL. Age igitur pergamus de iis, quæ à ſingulis oblata ſunt, aliquid dicere atque intelligere, quod fructoſum ſit futurum. PALLAD. Perge igitur. CYRILLVS. Hæc ſunt ergo à ſingulis tribuum principibus ob- [C] lata, Catinus argẽteus vnus, phiala vna, & vtraque plena ſimilæ confectæ oleo: catinus itaque ad eſculenta continenda eſt aptus, & ad pulmẽta vſum habet: quod etiam ipſe Saluator docuit, qui Ioanni illi fideli diſcipulo roganti, quiſnam ipſum traditurus eſſet, [Qui intinxerit, inquit, mecum manum in catino:] de phialæ autem vſu quid attinet dicere, quem ipſa res voce pæne teſtari videtur? ſimila porro panis eſt ſignum; ex illa namque fit panis: eſt autem panis [D] vitę Chriſtus. Igitur tanquam in catino, & in phiala, & tanquam in pane, qui in vtroque vaſe erat, cùm vtrumque plenum eſſet ſimilæ, nimirum tanquam in cibo ac potu Chriſtus, qui vita eſt, atque viuificator, ſignificatur: inquit enim, [Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.] Oleo autem ſimilam fuiſſe madefactam, inquit: in quo typus ipſe pene illud è Pſalmis concinere videtur, [Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ, [E] propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.] Mortariolũ verò figura eſt ac ſpecies thuribuli ad mortarii ſimilitudinem facti, ipſum quoque thure plenum: bonus enim odor ac thuribulum eſt Chriſtus, non extrinſecus odorem habens, vt nobis certe contingit, qui participatione virtutis atque ſanctificationis eius, quæ ex pietate eſt, hæc ipſa conſequimur:

Iob. 14.
Pſal. 18.
Matth. 26.
Ioan. 13.
Ioan. 6.
Pſalm. 44.

ſed ex ſe tanquam Deus, in ſuaque natura iis rebus præditum, per quæ illum admiramur, & odore, qui ſupra mundũ eſt, & ſupra creaturam omnẽ, totum replens orbem terrarũ: nam illum ſecũdum naturam ac reuera Deum eſſe, & in ſua ipſius natura paternæ cognitionis odorem accepiſſe, optime dignoſcitur: plenum igitur eſt incenſo mortariolum. Deinde adducitur bos, aries pręterea & hœdus è capris afferuntur; ac per hæc omnia animantia ipſe figuratur, in vitulo quidem propter ſummam firmitatem; & quod manſuetorum mundorumque animantium bos eſt præſtantiſſimus, ac magnitudine corporis excellit: omnia autem, quæ ad Chriſtum pertinẽt, ſpirituali excellentia prædita ſunt, & ipſe præſtantia per omnia minime comparãda eminet, atque ſuperior eſt; in ariete vero propter perfectionem, atque etiam propter innocentiam in agno. [Ego enim, inquit, tanquam agnus innocẽs, qui ducitur vt immoletur, neſciebam:] in hœdo rurſus, propterea quod pro peccatoribus occiſus eſt; hœdus enim ex Legis præſcripto ſacrificium eſt pro peccato: ille autem Emmanuël mortem pro nobis ſubiit, & ea nece, quam pro nobis pertulit, à veteribus delictis liberati ſumus. An verò nõ id eſſe verum putas? PALLAD. Quidni putem? CYRILL Illud autem obſerues velim, oblatos quidem eſſe boues; ceterum ad opera tabernaculi deſtinatos, vt, cùm caſtra moueri opus eſſet, ipſi onera vehiculis ferendo, ſacrorum adminiſtros labore ac moleſtia leuarent: in Chriſto enim conquieſcit Eccleſia, & nos ipſe fert, & laboribus, qui ſupra vires ſunt, ſacrum illud honoratumque genus, ac populum ſacrorum operum peritum ſuccumbere non permittit. Sic igitur ſupradicta ad Chriſtum referenda ſunt. Quæ autẽ pertinebant ad hoſtiam ſalutaris, ea pro ſeipſis quodammodo principes afferebant, ac tanquam tabernaculo conſecrabant, offerebantque Deo in odorem ſuauitatis; vitulæ autem erant duæ, arietes quinque, hirci quinque, agni quinque. Ac vitulus quidem Chriſtus eſt, nos viciſſim vitulæ: ratio etiam vtriuſque non eſt aliena, ſed vera potius atque perſpicua; ſemper enim fere mas principem locum tenet, & apud Deum honore ac gloria pręſtat, eamque rem ſuo teſtimonio natura comprobat; inferior eſt autem fœmina, illique ſubiecta, & viribus, & honore poſterior, & à tergo quodammodo marem ſequens.

Hier. 11.

A ἀλλ' οἴκοθεν ὡς Θεὸς καὶ ἐν ἰδίᾳ φύσει πλουτῶν τὰ δι' ὧν θαυμάζεται, καὶ ὅλην ἐμπίπλησι τὴν οἰκουμένην τῆς ὑπερκοσμίου καὶ ὑπὲρ κτίσιν ὀσμῆς. Θεὸς γὰρ ὢν φύσει καὶ ἀληθῶς, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως τοῦ πατρὸς ἐν ἰδίᾳ φύσει λαχὼν, εὖ μάλα διαγινώσκεται. ἔμπλεως οὖν ἡ θυΐσκη θυμιάματος. Ταύτῃ τοι προσάγεται μόσχος τε καὶ κριὸς, καὶ μὴν καὶ ἀμνὸς, καὶ χίμαρος ἐξ αἰγῶν, τὰ πρὸς τούτοις ἔτι προσκεκομισμένα, καὶ διὰ πάντων αὐτὸς ὁ γραφόμενος. B ἐν μὲν τῷ μόσχῳ, διὰ τὸ ἄγαν εὐσθενὲς, καὶ ὅτι τῶν ἐν ἡμερότητι καὶ καθαρότητι ζώων, τὸ προὔχον, ὁ μόσχος, καὶ ὡς ἐν μεγέθει σώματος, τὸ ὑπερτεροῦν. ἐν ὑπεροχῇ δὲ τῇ νοητῇ, πάντα ἐστὶ τὰ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸς ὁ προὔχων καὶ ὑπερκείμενος τῇ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἀσυγκρίτῳ διαφορᾷ. ἐν δὲ τῷ κριῷ, διὰ τὸ τέλειον, καὶ μέν τοι διὰ τὸ ἄκακον, ἐν τῷ ἀμνῷ· ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων. ἐν δὲ τῷ χιμάρῳ, διὰ τὴν C ὑπέρ γε τῶν ἡμαρτηκότων σφαγήν. χίμαρος γὰρ ὑπὲρ ἁμαρτίας τὸ θῦμα, κατὰ τὸν νόμον. εἰσέδυ δὲ δι' ἡμᾶς τὸν θάνατον ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ τῶν ἀρχαίων πλημμελημάτων ἐκλελυτρώμεθα, δι' ἣν ὑπέμεινεν ὑπὲρ ἡμῶν σφαγήν. ἢ οὐκ εἶναι φὴς καὶ τοῦτο ἀληθές; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πῶς γὰρ οὔ; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐπιτήρει δὲ ὅτι προσκεκομίσθησαν μὲν οἱ μόσχοι, δέδονταί γε μὴν εἰς τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς, ἵν' ἐν ταῖς ἀναζεύξεσιν αὐτοὶ φέροντες ἐφ' ἁμαξῶν, πόνου D καὶ αἰτίας ἀπαλλάττοιεν τοὺς ἱερουργούς. ἐπαναπαύεται γὰρ ἡ ἐκκλησία Χριστῷ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς φέρει. τοῖς ὑπὲρ δύναμιν πόνοις περιπίπτειν οὐκ ἐφιεὶς τὸ ἱερὸν καὶ τίμιον γένος, καὶ τὸν τῶν ἁγίων ἔργων ἐπιστήμονα λαόν. οὕτω μὲν οὖν οἰστέον ἐπὶ Χριστὸν τὰ ὠνομασμένα. τὰ δέ γε εἰς θυσίαν σωτηρίου προσεκόμιζον οἱονείπως αὖ ὑπὲρ ἑαυτῶν οἱ ἡγούμενοι, καθιεροῦντες τρόπον τινὰ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀναφέροντες τῷ Θεῷ. δαμάλεις δὲ ἦσαν δύο, κριοὶ E πέντε, τράγοι πέντε, ἀμνάδες πέντε. καὶ μόσχος μὲν, ὁ Χριστὸς, δαμάλεις δὲ αὖ ἡμεῖς, καὶ λόγος ὁ ἐπ' ἀμφοῖν, οὐκ ἀσύμφυλος, ἀληθὴς δὲ μᾶλλον καὶ ἐναργής. ἡγεμονικώτατον γὰρ ἀείπως τὸ ἄρσεν ἐστὶ, καὶ ἐν τιμῇ καὶ δόξῃ τῇ πάνυ ἀρίστῃ παρὰ Θεῷ. καὶ μάρτυς ἡ φύσις, ὁμολογοῦσα τὸ χρῆμα. μεῖον δὲ καὶ ὑπεστρωμένον τὸ θῆλυ, καὶ οἱονεὶ κατόπιν ἰὸν τῆς ἀρσένων ἀρχῆς τε καὶ δόξης.

ἔστι δὴ οὖν ὡς ἐν ἄρσενι μόσχῳ, καθηγητὴς μὲν ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὑπεζεύγμεθα δὲ ὥσπερ ἡμεῖς καὶ ἐν πολλῷ μείονι παρ' αὐτὸν ἀλκῇ τε καὶ δόξῃ, καὶ ἀσύγκριτον τὸ μεσολαβοῦν. εἰ γὰρ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς, ὁμοειδὴς γὰρ τῷ μόσχῳ δάμαλις, ἀλλ' ἐν πολλῇ λίαν ὑπεροχῇ τὰ αὐτοῦ. τίς γὰρ ὁμοιωθήσεται τῷ Θεῷ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; καθ' ἡμᾶς γὰρ ὁμοῦ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐν ὑπεροχῇ θεότητος, εἰ καὶ γέγονε σάρξ. δύο γε μὴν αἱ δαμάλεις, εἰς τύπον οἶμαί που τῶν δύο λαῶν, συνδεδραμηκότων εἰς ἕνα τὸν ἀπ' ἀμφοῖν, συνείροντος εἰς ἑνότητα τὴν πνευματικὴν διὰ πίστεως τοῦ δι' ἡμᾶς τε καὶ μεθ' ἡμῶν. κριοὶ δὲ πάλιν, καὶ ἀμνοὶ ἰσάριθμοι, χίμαροί τε οὐχ ἥττους, τῶν πιστευόντων πληθὺν ὑπεμφαίνοντες, τὴν ὡς ἐν πέμπτῳ φημὶ συνενηνεγμένην καιρῷ, καθ' ὃν ἡ ἐπιδημία τοῦ λέγοντος, ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. σημαίνεται δὲ τῶν πεπιστευκότων διὰ μὲν τῶν κριῶν τὸ ὡς ἐν φρονήσει τέλειον, καὶ τῆς νοητῆς ἡλικίας, δῆλον δὲ ὅτι τῆς ἐν Χριστῷ, τὸ ἀρτίως ἔχον, διὰ δὲ τῶν ἀμνῶν τὸ ὡς ἐν ἁπλότητί τε καὶ ἀκακίᾳ. μὴ γὰρ δὴ, φησὶν, ἀδελφοὶ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ, τέλειοι γίνεσθε. διὰ δὲ τῶν ὑπὲρ ἁμαρτίας χιμάρων, τὸ ἀεὶ δεῖσθαι καθαρισμοῦ, καὶ πλημμελημάτων ἀφέσεως. τοιγάρτοι καὶ δεδιδάγμεθα λέγειν ἐν προσευχαῖς, ἄφες ἡμῖν τὰ παραπτώματα. οὐ γάρ ἐστι καιρὸς, ὅτε μὴ βοᾶν ἀναγκαῖον τοῖς ὡς ἀληθῶς ἀρτίφροσι, καὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως εἰδόσι τὸ ἄναλκι, καὶ, παραπτώματα τίς συνήσει; καὶ, ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με. τοῦτο θυσία πνευματικὴ, σωτηρίας τε πέρι τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ἀνωδίζουσα τῷ Θεῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Χριστὸν οὖν ἔφην, ὡς ἔν γε τῷ μόσχῳ καὶ τοῖς κριοῖς, ἀμνοῖς τε καὶ τράγοις, καὶ τοῖς ἑτέροις κατασημαίνεσθαι, καὶ ἀφαμαρτεῖν τοῦ πρέποντος οἰηθείην ἂν οὔτι που τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον. εἰ δὲ δή τις ἔλοιτο καὶ ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς, τὴν τῶν ἐννοιῶν μετακομίσαι δύναμιν, τὸ λυποῦν οὐδὲν, τοιαύτην τινὰ θεωρίαν τοῖς προκειμένοις ἐπενεγκεῖν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὁποίαν δή φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προσεκομίζοντο κατὰ τὸν νόμον παρὰ παντὸς Ἰσραὴλ τὰ ἱερὰ θύ-

A Eſt itaque vt in mare vitulo dux noſter Chriſtus, nos vero quodammodo ſubiecti, & multo quam ille tum robore tum gloria inferiores, longiſſimóque interuallo diſiuncti: nam etſi noſtri ſimilis factus eſt: (eadem quippe ſpecie ſunt vitulus ac vitula) ſed tamen, quæ ad eum pertinent, longe ſunt excellentiora, [quis enim æquabitur Deo in filiis Dei?] ſimul enim & ſecundum nos, & ſupra nos Chriſtus eſt; ac præſtantiam diuinitatis retinet, licet ſit caro factus. Psal. 81

B Ceterum duæ ſunt vitulæ in figuram, vt opinor, duorum populorum, qui ſuo concurſu vnum efficiunt populum ex vtroque conflatum, cùm eos in vnitatem ſpiritus per fidem, ille conſerat, atque connectat qui propter nos, atque inter nos eſt factus. Arietes prætera & agni totidem, hirci quoque haud pauciores, multitudinem credentium indicant, quæ quinto quaſi

C tempore contingit, quo tempore ille aduenit, qui dixit, [Cum exaltatus fuero à terra, omnes traham ad me ipſum.] Per arietes autem ſignificatur credentium prudentiæ perfectio, & ſpiritualis ætatis, illius nimirum, qua in Chriſto creſcimus, abſolutio; per agnos verò ſimplicitas & innocentia: [Nolite enim, inquit, fratres, pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote.] Per hircos denique pro peccato, ſem- Ioan. 12 1. Cor. 14.

D per nos expiatione ac remiſſione peccatorum opus habere: itaque edocti ſumus in orationibus dicere, [Dimitte nobis debita:] nullum enim tempus eſt, quo non iis certè, qui perfecta ſunt prudentia, humanæque imbecillitatis haud ignari, clamare neceſſe ſit, [Delicta quis intelligit? & ab occultis meis mũda me.] Hæc eſt ſpiritualis hoſtia, & quæ pro ſalute noſtrarum animarum Deo in odorem ſuauitatis offertur. PAL. Ita eſt. CYRILLVS. Chriſtum Matth. 6. Pſalm. 18.

E igitur dixi in vitulo & arietibus, agnis quoque & hircis ceteriſque animantibus ſignificari: neque vero meam hac de re expoſitionem arbitror ab eo quod rectum ſit, abhorrere. Sed, ſi quis velit ad nos ipſos quoque ſententiarum vim transferre, nihil prohibet eiuſmodi quampiam reconditam intelligentiam propoſitis rebus adiungere. PALLAD. Cuiuſmodi tandem? CYRILLVS. Offerebantur, vt Lex conſtituerat, ſacræ victimæ ab vniuerſo Iſraëlis populo;

ſed ad altare fundebatur cæſorum animantium ſanguis: in quo res ipſa geſta nobis tanquam in vmbra prope deſcripſit & obliquè ſignificauit, Deo, qui ſanctus eſt, noſtras animas nos conſecrare debere. PALLADIVS. Rectè ais. CYRILLVS. Noſtro igitur loco ac pro nobis victimæ offeruntur, noſque in illis typice ſacrificamur. PALLADIVS. Ita eſt. CYRILLVS. Age ergo diligenter examinemus, quæ tanquam ab omni multitudine per manus principum oblata ſunt, ac ſpiritualis contemplationis pulchritudinem circumſpiciamus. Argenteis igitur vaſis, catino, inquam, ac phiala, ſimila oblata eſt oleo madefacta: eſt autem argentum ſplendoris nota, vt ſimila vitæ; quippe cum ex illa panis exiſtat, qui vitam conſeruat; oleum denique ſignum eſt hilaritatis. Offeratur itaque à nobis ipſis quoque Deo, qui eſt ſuper omnia, in ſplendore vitæ hilaritas per ſpem, quæ in Christo eſt: [Spe enim

Rom. 12. " gaudentes,] inquit: qui enim fieri poteſt, vt non ſumma lætitia pleni ſint, qui genus vitæ atque conuerſationis ſplendidum diligenter excoluerint, & Saluatoris noſtri mandata cuſtodierint? quibus omnino apud Deum repoſita eſt eius ipſius

Coloſſ. 3. " gloriæ participatio? [Mortui enim " eſtis, inquit, & vita veſtra abſcon" dita eſt cum Chriſto in Deo: cum " Chriſtus apparuerit, vita veſtra, " tunc & vos apparebitis cum ipſo in " gloria.] Igitur ſimila oleo conſperſa eſt: ineſt enim in ſanctorum virorum vita illa vt in ſpe gloriæ hilaritas cum ſplendore nimirum ſanctitatis & iuſtitiæ. Aureum porro mortariolum incenſi plenum ſanctorum pulchritudinem ſignificat, & illam tanquam in ſacris vaſis ſuauecolentiam ſanctitatis, quæ deinde offertur Deo velut donum quoddam ſane fragrantiſſimum. An vero, Palladi, ſanctos viros vaſa eſſe ſplendida & electa non putabimus? PALLADIVS. Ego verò maxime puto. CYRILLVS. Vitulus igitur à ſingulis vnus offertur: ſuntque ſimul vniuerſi duodecim, ſed tabernaculum tamen vehunt bini, ad vehiculum ac iugum vnum iuncti, Leuitarumque ſunt miniſteriis attributi; quæ res figura eſt

A ματα. προσεχεῖτο δὲ τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ τῶν σφαζομένων τὸ αἷμα, μονονουχὶ καταγράφοντος ὡς ἐν σκιᾷ τοῦ δρωμένου, καὶ πλαγίως ἡμῖν ὑπεμφαίνοντος, ὅτι Θεῷ τῷ ἁγίῳ τὰς ἑαυτῶν ἡμῶν καθιεροῦν προσήκει ψυχάς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἀνθ' ἡμῶν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τὰ θύματα, καὶ ἡμεῖς ἐσμεν ἐν αὐτοῖς οἱ κατὰ τύπον ἱερουργούμενοι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Φέρε δὴ οὖν

B πολυπραγμονοῦντες ὀρθῶς τὰ ὡς παρὰ πάντων προσκεκομισμένα διὰ τῆς τῶν ἡγουμένων χειρὸς, τῆς ἐν πνεύματι θεωρίας τὸ κάλλος περιαθρήσωμεν. οὐκοῦν ἄρα τὰ προσκομισθέντα ἐν ἀργυροῖς σκεύεσι, τρυβλίῳ, φημὶ, καὶ φιάλῃ, σεμίδαλις ἐλαιοβρεχής. σύμβολον δὲ λαμπρότητος μὲν ὁ ἄργυρος, ζωῆς δὲ ἡ σεμίδαλις, ὡς ἄρτου γένεσις, τοῦ συνέχοντος εἰς ζωὴν, ἱλαρότητος δὲ τὸ ἔλαιον. προσαγέσθω δὴ οὖν καὶ παρ' ἡμῶν αὐτῶν, τῷ ἐπὶ πάν-

C των Θεῷ, τὸ ὡς ἐν λαμπρότητι ζωῆς ἱλαρὸν, ἐλπίδι τῇ ἐν Χριστῷ. τῇ γὰρ ἐλπίδι χαίροντες, φησί, πῶς δ' ἂν εἶεν, οὐχὶ τῆς ἀνωτάτω θυμηδίας ἔμπλεῳ, τὸ ἐν ζωῇ τε καὶ πολιτείᾳ περιφανὲς ἐξησκηκότες εὖ μάλα τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνταλμάτων οἱ φύλακες; οἷς πάντη τε καὶ πάντως, τὸ ἐν μεθέξει γενέσθαι τῆς δόξης αὐτοῦ τεθησαύρισται παρὰ Θεῷ. ἀπεθάνετε γὰρ, φησί, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ, ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν

D αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. οὐκοῦν ἡ σεμίδαλις, ἐλαιόδευτος. ἔνεστι γὰρ τῇ τῶν ἁγίων ζωῇ, καὶ τὸ ὡς ἐν ἐλπίδι δόξης ἱλαρὸν, μετὰ λαμπρότητος δηλονότι τῆς ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. χρυσῆ δὲ θυΐσκη θυμιάματος πλήρης, τὸ τῶν ἁγίων γράφουσα κάλλος, καὶ ὡς ἐν σκεύεσιν ἐκλεκτοῖς τὸ εὐῶδες ἐν ἁγιασμῷ. εἶτα δῶρον ὥσπερ τι Θεῷ, τὸ εὐοσμότατον ἀ-

E ληθῶς. ἢ οὐχὶ σκεύη λαμπρὰ καὶ ἀπόλεκτα, τοὺς ἁγίους ὑπάρχειν οἰησόμεθα αὖ, ὦ Παλλάδιε; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Μάλιστά γε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Μόσχος δὲ ἦν παρ' ἑκάστου, καὶ δυοκαίδεκα μὲν οἱ πάντες. ἀναφέρουσί γε μὴν τὴν ἁγίαν σκηνὴν. κατὰ δύο προσεζευγμένοι πρὸς ἅμαξαν μίαν, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ἕνα, ἐκνενέμηνται δὲ ταῖς τῶν λευιτῶν ὑπουργίαις· καὶ τύπος ἂν εἴη τὸ χρῆ-

μα τῶν δύο λαῶν, οὐκέτι μεμερισμένων εἰς ἀνομοιότητα δογμάτων καὶ ζωῆς, συνεζευγμένοιν δὲ ὥσπερ καὶ συνδεδραμηκότοιν ὑπό γε τὸν ἕνα τοῦ Σωτῆρος ζυγὸν, ταλαιπαθῶς καὶ ἀνδρείως. ἀνδρίζου γὰρ, φησὶ, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου καὶ ὑπόμεινον τὸν κύριον. ταλαιπαθὲς δὲ ζῶον ὁ μόσχος καὶ κραταιότατον. τοιοῦτοι πάντως οἱ θεοσεβείας ἠρημένοι, ζυγὸν ὥσπερ ἐφ' ἑαυτοῖς ἐπέχοντες τὸν Χριστὸν, ὡς ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ προανατυπούμενον. σῶμα δὲ αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν ὠνόμαζε Παῦλος. ἐλέγετο δὲ καὶ πρὸς Ἀνανίαν περὶ αὐτοῦ, φημὶ δὴ τοῦ Παύλου. πορεύου ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς ἐστί μοι οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου, ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν. κριὸς δὲ πρὸς τούτοις, καὶ μὴν καὶ ἀμνὸς τὰ προσενηνεγμένα, τοῦ τε πρεσβυτέρου προσενηνεγμένου, καὶ τοῦ νέου λαοῦ, τὴν πρὸς Θεὸν ἄφιξιν καὶ τὴν οἱονείπως ἀνάθεσιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν πνευματικὴν ὑπεμφαίνοντες. ὥσπερ γὰρ τὸ ταλαιπαθὲς καὶ ἀνδρεῖον ὡς ἐν γε τοῖς μόσχοις κατεσημαίνετο, κατὰ τὸν ἴσον οἶμαι τρόπον καὶ ἐν τοῖς προβάτοις, ἢ ὡς ἐν πραότητι καρποφορίας τῶν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων, διαδείκνυται σαφῶς. πρᾶον γὰρ δὴ τὸ ζῶον, καὶ μὴν καὶ ἔγκαρπον. τοιοῦτοι δὲ πάντες οἱ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἀκριβεῖς ἐργάται, οἷς καὶ αὐτὸς ἐπεφώνησεν ὁ Χριστός. παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει. καὶ τῷ παίοντί σε εἰς τὴν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. γράφει δὲ καὶ ὁ Παῦλος· δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, ἐν πραότητι διδάσκοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. τὸ δὲ δεῖν ἕπεσθαι τοῖς ἤδη προειρημένοις καὶ τὴν αἰγὸς προσφορὰν, ἐνδείξειεν ἂν οὐχὶ ἕτερον οἶμαί τι, πλὴν ὅπερ ἔναγχος ἔφην, τὸ δεῖσθαι δὴ πάντας, κἂν εἴ τινες εἶεν ἀγαθοὶ τὴν ἕξιν, τοῦ διὰ μεταγνώσεως καθαρισμοῦ, καὶ ἀμνησίας παραπτωμάτων. καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεῖος ἔφη Δαβίδ. ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται; χίμαρος δὲ οὖν τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως θῦμα, κατὰ τὸν πάλαι νόμον. μετάγνωσις δὲ νυνὶ καὶ ἀμνησίας αἴτησις τὸ καθ' ἡμᾶς ἱερεῖον, τοὺς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ προσιόντας Θεῷ. λέγε γὰρ, φησὶ, σὺ τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβίδ. εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἁμαρτίαν μου τῷ

A duorum populorum, qui non adhuc dogmatum & vitæ diſſimilitudine diſiuncti, ſed ſub vnum Saluatoris noſtri iugum toleranter ac fortiter coniuncti ſunt atque conuenerunt, [Viriliter enim age, inquit, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.] (Pſalm. 26.) Eſt autem bos laboris tolerantiſſimum animal atque robuſtiſſimum, quales omnino ſunt, qui pietatem in Deum amplectuntur, qui Chriſtum quaſi iugum ſibi impoſitum ſuſtinent, in illo ſacro tabernaculo figuratum; B corpus porro illius Eccleſiam eſſe, ipſe quoque Paulus diuinus vir appellat: dictum eſt etiam ad Ananiam de eodem Paulo, [Vade, inquit, quia vas electionis eſt hic mihi, vt portet nomen meum coram Gentibus.] (Act. 9.) Aries præterea & agnus afferuntur, qui tum antiquioris tum recentioris populi ad Deum acceſſum ac veluti dedicationem ſpiritualem præ ſe ferunt: C vt enim in bobus tolerantia & fortitudo deſignabatur, ſic, vt opinor, in ouibus quoque illa cum manſuetudine vbertas eorum qui per fidem in Chriſtum iuſtificati ſunt, plane indicatur. eſt namque id animal manſuetum atque fructuoſum; quales ſunt omnes, qui euangelicam viuendi rationem diligenter colunt, quos ipſe Chriſtus alloquebatur, [Omni petenti te tribue; & ab eo, qui tollit res tuas, ne repetas, (Luc. 6.) D & percutienti te in dextera maxilla, verte illi & alteram.] Scribit etiam Paulus, [Seruum autem Domini non oportet pugnare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, in manſuetudine docentem diuerſa ſentientes.] (2. Tim. 2.) Prædictis autem hœdis etiam oblationem adiungi oportere, id nihil aliud, vt opinor, oſtendit niſi quod paulo antè dixi, omnes, etiamſi probis moribus fuerint, purgatione pœnitentiæ & offenſarum obliuione indigere, idque ſciens beatus David aiebat. E [Si iniquitates obſeruaueris, Domine, Domine, quis ſuſtinebit?] (Pſal. 129.) Hœdus igitur pro remiſſione peccatorum offertur iuxta veterem legem, & nunc pœnitentia & obliuionis petitio noſtrum eſt ſacrificium in ſpiritu & veritate ad Deum accedentium: [Dic enim, inquit, tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris;] (Eſai. 43.) pſallit etiam profecto Dauid. [Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam (Pſalm. 31.)

» Domino: & tu remiſiſti impietatem A
» cordis mei.] Eſtne iam tibi tandem
illius oblationis principum ratio per-
ſpicua? PALLADIVS. Maximè.
CYRILLVS. Illud etiam dicen-
dum eſſe arbitror, allato iam à ſingu-
lis ſacrificio, quod tanquam pro om-
nibus offerebatur, Deum initium fe-
ciſſe in tabernaculo cum Moyſe illo
ſacrorum interprete colloquendi: ſcri-
ptum eſt autem rurſus ad hunc mo-
Num. 7. » dum in Numeris, [Hæc eſt dedica-
» tio altaris, poſteaquam impleuit ma- B
» nus eius, & poſtquam vnxit illum,
» cum ingrederetur Moyſes in taberna-
» culum teſtimonii, vt loqueretur cum
» ipſo, & audiuit vocem Domini Dei
» loquentis cum ipſo ſupra propitiato-
» rium, quod eſt ſupra arcam teſtimonii
» inter duos Cherubim, & loquebatur
» cum ipſo.] Nam, conſummato iam
quodammodo tabernaculo, & vera illa
ſanctificatione, id eſt, Eccleſia mun-
do manifeſtata, cum denique vox Dei
Hebr. 1. ac Patris nobis inſonauit: locutus eſt C
enim nobis in Filio, quem propitia-
tionem eſſe dicimus pro peccatis no-
1. Ioan. 2. ſtris ſecundum Scripturas. Deſuper au-
tem Cherubim vox audiebatur; nam
ſuperior creatura omni atque vlterior
eſt Deus, & eſſentiali atque inſita excel-
lentia omnibus rebus conditis præſtat.
Cum itaque verum propitiatorium, Fi-
lius nempe ad nos tranſmitteret ſuperas
illas & editas à Patre voces, dicebat,
Ioan. 6. » [Verba, quæ ego loquor, non ſunt
» mea, ſed eius, qui miſit me. Igitur de D
propitiatorio vox extitit. Nec medio-
criter admiraberis, ſi principes tribuum,
quo ordine acceſſerint, inſpexeris. cum
enim ſuus cuique dies proprie attribu-
tus eſſet, quo die iuſſa perficeret, ac
donum afferret, ordinatè illi quidem
acceſſerunt, vt legiſlatori viſum eſt,
non tamen eo ordine, quo quiſque
natus erat, id eſt, ætatis ratione mi-
nime habita, neque rurſus omnino
confuſe atque permiſte, ſed potius
veluti myſtica moderatione diſpoſiti. E
PALLADIVS. Equidem, quod
à te dictum eſt, quale ſit, non poſſum
intelligere; quamobrem expone illud
apertius. CYRILL. Viſne vt ordine
& conſequenter eos, qui ex Iacob nati
ſunt, recenſeamus? ſic enim facillime
perſpicuum fiet, quomodo ſit acceſſio-
nis ordo immutatus. PALLADIVS.
Velim equidem. CYRILL. Eſt igitur
primogenitus Ruben; poſt hunc Si-

A κυρίῳ. καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. ἆρά σοι λοιπὸν σαφὴς ὁ λόγος ὁ περὶ τῆς τῶν ἀρχόντων δωροφορίας; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Χρῆναι δὲ οἶμαι κἀκεῖνο εἰπεῖν. προσκεκομισμένης γὰρ ἤδη τῆς παρ' ἑκάστου καὶ ὡς ὑπὲρ πάντων θυσίας, ἀρχὴ τῶν θείων ἐγένετο λόγων ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα. γέγραπται δὲ οὕτω πάλιν ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς, αὕτη ἡ ἐγκαίνισις τοῦ θυσιαστηρίου. μετὰ τὸ B πληρῶσαι τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ μετὰ τὸ χρῖσαι αὐτὸν ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι Μωσῆν εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, τοῦ λαλῆσαι αὐτῷ· καὶ ἤκουσε τὴν φωνὴν κυρίου τοῦ Θεοῦ λαλοῦντος πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου, ἀνὰ μέσον τῶν δύο Χερουβίμ, καὶ ἐλάλει πρὸς αὐτόν. τετελειωμένης γὰρ ὥσπερ τῆς ἁγίας σκηνῆς, καὶ ἀναδειχθέντος κόσμῳ τοῦ ἀληθοῦς ἁγιάσματος, ὅ ἐστιν ἡ ἐκ- C κλησία, τότε δὴ τότε φωνὴ γέγονε πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. λελάληκε γὰρ ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν καὶ ἱλαστήριον εἶναί φαμεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς. ἄνωθεν δὲ τῶν Χερουβὶμ ἡ φωνή· κτίσεως γὰρ ἁπάσης ἀνωτάτω καὶ ἐπέκεινα Θεός, οὐσιώδη τε καὶ ἐνυπάρχουσαν τὴν κατὰ πάντος τοῦ γεγονότος ἔχων ὑπεροχήν. διαπορθμεύων δὲ εἰς ἡμᾶς τὰς ἄνωθεν καὶ παρὰ πατρὸς φωνάς, ἔφασκεν ὁ υἱὸς τὸ ἀληθὲς ἱλαστήριον, τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ οὐκ ἔστιν D ἐμά, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με. οὐκοῦν ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου γέγονεν ἡ φωνή. θαυμάσαις δ' ἂν οὐ μετρίως τὴν τῶν φυλάρχων ἀνασκοπούμενος πρόσοδον. ἀπονεμηθείσης γὰρ ἡμέρας ἑκάστῳ καὶ ἰδικῶς, καθ' ἣν ἔδει πληροῦν τὰ συντεταγμένα καὶ προσκομίσαι τὸ δῶρον, προσίεσαν μὲν ἐν κόσμῳ κατά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν. πλὴν οὐ κατὰ τὴν τῆς γενέσεως τάξιν, ἤτοι καθ' ἡλικίαν, ἀλλ' οὐδὲ ἀναμὶξ καὶ χύδην ἁπλῶς, συντεθειμένοι δὲ μᾶλλον E ὥσπερ εἰς οἰκονομίαν μυστικήν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μὴν ὅ, τι ποτέ ἐστιν ὃ φής, ἐννοεῖν οὐκ ἔχω. φράζε δὴ οὖν μοι σαφῶς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Βούλει λέγωμεν ἐν τάξει καὶ καθεξῆς τοὺς ἐξ Ἰακὼβ γεγονότας; σαφὲς γὰρ ἂν γένοιτο καὶ λίαν ὡδί, τὸ ἐν τῇ προσόδῳ παρηλλαγμένον; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔστι τοίνυν πρωτότοκος μέν, ὁ Ῥουβήμ, ἐπ' αὐτῷ δὲ Συ-

A μεών, Λευΐ, καὶ Ἰούδας ἀπό γε μητρὸς τῆς Λείας. Βάλλα δὲ αὖ τὸ θεραπαινίδιον, τὸν Δάν τε καὶ Νεφθαλείμ. καὶ μὴν καὶ ἡ Ζελφὰ παιδίσκη Λείας, τὸν Γὰδ καὶ Ἀσήρ. Λεία γε μὴν πρὸς τοῖς ἄλλοις τέσσαρσι, τὸν Ἰσάχαρ καὶ Ζαβουλὼν τίκτει· γεγένηται δὲ καὶ ἀπὸ Ῥαχὴλ, Ἰωσὴφ καὶ Βενιαμίν. Οὐκοῦν πρῶτοι μὲν ἐκ Λείας, οἱ ἐξ ἐλευθέρας τέσσαρες, Ῥουβὴμ καὶ Συμεὼν, Λευῒ καὶ Ἰούδας. ἐκ δυοῖν δὲ θεραπαινῖν, Βάλλας τε καὶ Ζελφᾶς, τέσσαρες, B Δὰν καὶ Νεφθαλείμ, Γὰδ καὶ Ἀσήρ. ἕτεροι δὲ αὖ ἐπὶ τούτοις, τέσσαρες. δύο μὲν, ἐκ Λείας, Ἰσάχαρ τε καὶ Ζαβουλὼν, ἀπὸ δέ γε τῆς Ῥαχὴλ, Ἰωσὴφ καὶ Βενιαμίν. μεμνῆσθαι δὲ ἀναγκαῖον, ὡς εἰς δύο μεμέρισται φυλὰς ὁ Ἰωσὴφ κλῆρος, εἴς τε τὸν Ἐφραΐμ, καὶ μέντοι τὸν Μανασσῆν, τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι μὲν εὖ μάλα τὴν ὀνομάτων τὴν τάξιν· τί δ' ἂν εἴη λοιπὸν τὸ ζητούμενον ὡς ἔν γε δὴ τούτοις, σὸν ἤδη διατρανοῦν. C ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προσιόντες, ὦ Παλλάδιε, τοῖς δώροις ἅμα, τοῦτο ἔδρων, οὐ καθ' ἡλικίαν, ἀλλὰ πρῶτος μὲν Ἰούδας, καίτοι τέταρτος ὢν κατὰ χρόνον. ἔνατος δὲ μετ' αὐτὸν Ἰσάχαρ, καὶ σὺν αὐτοῖς δέκατος Ζαβουλών. συμμορία δὲ ὥσπερ μετὰ τούτους δευτέρα, Ῥουβὴμ ὁ πρωτότοκος, καὶ ὁ καθεξῆς καὶ δεύτερος, Συμεών. συνῆπται δὲ καὶ ὁ Δὰν ἐκ δούλης. καὶ πρός γε δὴ τούτοις. τάγμα τὸ τρίτον διὰ τελῶν ἐλευθέρων, Ἐφραΐμ τε καὶ D Μανασσῆ καὶ Βενιαμίν. συμμορία δὲ τετάρτη ἐν ἐσχάτοις, τῶν ἐκ θεραπαινῶν γεγονότων. τρεῖς δὲ δὴ οὗτοι πάλιν, Δὰν καὶ Ἀσὴρ, καὶ Νεφθαλείμ, καίτοι προύχοντες τῷ τῆς γενέσεως χρόνῳ, τῶν ὡς τάξει προτεταγμένων, Ἐφραΐμ τε, φημὶ, καὶ Μανασσῆ, καὶ Βενιαμίν. ἆρ' οὐκ ἀναγκαίαν φὴς τὴν ἐπὶ τούτοις βάσανον; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Μάλιστά γε. τίς οὖν ὁ λόγος, πειρῶ μοι λέγειν. E ΚΥΡΙΛΛΟΣ Αἴνιγμά που τὸ χρῆμά ἐστι, καθάπερ ἐγῷμαι πάλιν. ὅτι τάξιν ἔχει τὴν πρώτην παρὰ Θεῷ τὰ διὰ Χριστοῦ, τῶν ἐν νόμῳ· καὶ ὅτι τέθεινται μὲν οἱ πρῶτοι ἔσχατοι, οἱ δὲ ἔσχατοι, πρῶτοι. οἱ γὰρ ὡς ἐν χρόνῳ πρεσβύτεροι διά τε τοῦτο πρωτότοκοι, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Ἰσραὴλ, κατόπιν ἔρχεται τῶν ἐθνῶν. καὶ οἱ τὸ δοῦλον ἔχοντες πνεῦμα, καὶ τῆς δουλευούσης Ἱερουσαλὴμ υἱοὶ, τὸ προύχειν ἐν

meon, Leui, & Iudas ex matre Lia: Bala deinde ancilla, Dan & Nephthalim parit: Zelpha item ancilla Liæ, Gad & Aſer: Lia rurſus poſt alios quatuor, Iſſachar & Zabulon gignit: de Rachel autem Ioſeph & Beniamin nati ſunt. Igitur primi ex Lia libera quatuor ſunt, Ruben & Simeon, Leui & Iudas: ex duabus porro ancillis Bala & Zelpha quatuor, Dan & Nephthalim, Gad & Aſer: his alii quatuor additi, duo ex Lia, Iſſachar & Zabulon; duo item ex Rachel, Ioſeph & Beniamin: meminiſſe autem neceſſe eſt, Ioſeph ſortem in duas diuiſam eſſe tribus, in Ephraïm & Manaſſe, ambos ex illo genitos. PALLADIVS. Equidem ordinem nominum optime teneo: ſed tui iam officii eſt, declarare quod in iis quæritur. CYRILLVS. Qui cum donis accedebant, Palladi, id faciebant, non ætatis habitâ ratione, ſed primus quidem Iudas, etiamſi temporis ordine quartus erat; nonus etiam poſt eum Iſſachar & vnà decimus Zabulon: poſt hos ſecunda veluti claſſis conſequitur, primogenitus Ruben, & qui deinceps ordine ſecundus eſt Simeon; hiſque coniunctus Dan ex ancilla natus: tertius his accedit ordo ex tribus liberis, Ephraim, Manaſſe & Beniamin: quarta claſſis in extremis collocata eſt eorum, qui ex ancillis editi ſunt, treſque itidem ſunt, Dan, Aſer, Nephthalim, quamuis tempore natiuitatis anteirent eos, qui priore loco collocati ſunt, Ephraim, inquam, & Manaſſe & Beniamin. Num igitur parum neceſſariam eſſe cenſes harum rerum inquiſitionem? PALLADIVS. Ego verò maximè neceſſariam puto; ſed quænam ſit eius rei ratio, enitere vt mihi explices. CYRILLVS. Videtur ea res, vt ego arbitror, per ænigma inſinuare, quæ per Chriſtum inſtituta ſunt, ea apud Deum priorem locum tenere, quam ea, quæ ſunt Lege ſancita; & qui erant primi, eos eſſe vltimos factos; ac viciſſim vltimos, primos: nam, qui tempore antiquiores erant, & ob eam cauſſam primogeniti, id eſt, Iſraël Gentes à tergo ſequitur: quippe ſpiritum ſeruilem habent, & ſeruientis Hieruſalem filii de præſtantiore

Genes. 29. & 30.

gloria concedunt filiis liberæ, quæ eſt mater noſtra omnium, qui in Chriſto iuſtificati ſumus, & per ſpiritus libertatem ad liberam conditionem vocati. Vide enim, ſi placet, diligentem huius contemplationis rationem: prima enim inter ceteras, donum affert tribus Iuda; ex qua ortus eſt ſecundum carnem Chriſtus: & poſt eam continuò tribus Iſſachar & Zabulon, qui ambo liberi erant & ex liberis; deinde Ruben primogenitus, Simeon, & Gad, qui eſt ex ancilla natus; per hos autem Iſraël ſignificatur. Age ergo de vnoquoque dicamus, atque ex iis, quæ à Iacob de illis prædicta ſunt, nonnihil ſumamus. Dixit igitur beatus Iacob, [Genes. 49.] [Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium filiorum meorum, durus ad ferendum, durus, & procax.] Et iterum, [Simeon & Leui fratres perfecerunt iniquitatem ex inſtituto ſuo; in conſilium eorum non intret anima mea, & in conſpiratione eorum non innitatur iecur meum; quia in furore ſuo occiderunt viros, & in cupiditate ſua ſubneruauerunt taurum: maledictus furor eorum, quia pertinax; & ira eorum, quia obdurata eſt.] De Gad verò hæc rurſus dixit, [Tentatio tentabit eum, & ipſe tentabit eum ſecus pedes.] Igitur per Ruben non abſurdè Iſraël accipitur; primogenitus ille quidem temporis ordine, ſed durus & procax & contumelioſus: per Simeon autem, cui coniunctus eſt Leui, idem populus vt ad cædem promptus, & ſanctorum occiſor ſignificatur: [Act. 7.] [Quem enim prophetarum, inquit, non occiderunt patres veſtri?] & taurum præterea, qui Chriſtus eſt, ſubneruauit: neque enim Iudæorum populus duntaxat moliri auſus eſt illa aduerſus ſanctos viros, atque ipſum Chriſtum facinora; ſed Leui quoque ſe iis ſocium adiunxit, ſacra nimirum tribus, qui altari iugiter præſto erant; Scribæ quoque ac Phariſæi. Iccirco in prædictionibus Iacob primi parentis cum Simeon coniungitur Leui. Per Gad autem, qui eſt è ſerua, & tentamentum, idem intelligitur, vt qui ſenſu & animo ſit ignobili, & Ieſum tentet, atque malitiæ ſuæ laqueos tendat: acceſſerunt enim, dicentes, [Matth. 22.] [Licet cenſum dare Cæſari, an non?] Igitur, vt ad id, quod initio dicebam, reuocem orationem meam, ille

A δόξῃ παραχωρήσουσι, τοῖς τῆς ἐλευθέρας, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων, καὶ εἰς ἐλεύθερον ἀξίωμα κεκλημένων δι' ἐλευθέρου πνεύματος. ὅρα γὰρ εἰ δοκεῖ τῶν θεωρημάτων τὸ ἀκριβές. πρώτη μὲν γὰρ προσάγει τὸ δῶρον, ἡ Ἰούδα φυλή· ἐξ ἧς ἀνέφυ κατὰ σάρκα Χριστός. καὶ μετὰ ταύτην εὐθὺς ἡ Ἰσσάχαρ τε καὶ Ζαβουλών· ἄμφω δὲ ἤστην ἐλεύθεροι, καὶ ἐξ ἐλευθέρων. εἶτα Ῥουβὴμ ὁ πρωτότοκος, Συμεών τε καὶ Γάδ, ὅς ἐστιν B ἐκ δούλης. σημαίνεται δὲ διὰ τούτων, ὁ Ἰσραήλ. καὶ φέρε τὰ ἐφ' ἑκάστῳ λέγωμεν, ἐκ τῆς ἐπ' αὐτοῖς γενομένης προφητείας ἐξ Ἰακὼβ συλλέγοντες. ἔφη τοίνυν ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ. Ῥουβὴμ πρωτότοκός μου, σὺ ἰσχύς μου, καὶ ἀρχὴ τέκνων μου, σκληρὸς φέρεσθαι καὶ σκληρὸς αὐθάδης· καὶ πάλιν. Συμεὼν καὶ Λευὶ ἀδελφοί, συνετέλεσαν ἀδικίαν ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν. εἰς βουλὴν αὐτῶν μὴ εἰσέλθοι ἡ ψυχή μου. καὶ ἐπὶ τῇ συστάσει αὐτῶν, μὴ ἐρείσαι τὰ C ἥπατά μου ὅτι ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀπέκτειναν ἀνθρώπους, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν, ἐνευροκόπησαν ταῦρον. ἐπικατάρατος ὁ θυμὸς αὐτῶν, ὅτι αὐθάδης. καὶ ἡ μῆνις αὐτῶν, ὅτι ἐσκληρύνθη. περὶ δὲ τοῦ Γὰδ ἔφη πάλιν τάδε· πειρατήριον πειρατεύσει, καὶ αὐτὸς πειρατεύσει αὐτὸν κατὰ πόδας. οὐκοῦν ἐν μὲν τῷ Ῥουβὴμ, σημαίνοιτο ἂν εἰκότως ὁ Ἰσραήλ, ὁ πρωτότοκος μὲν κατὰ χρόνον, σκληρὸς δὲ δὴ καὶ αὐθάδης καὶ ὑβριστής. ἐν δέ γε τῷ Συμεών, ᾧ καὶ συνῆπται Λευί, ὡς ἕτοιμος εἰς μιαιφονίας, D καὶ ἀπεκτονὼς μὲν ἁγίους· τίνα γάρ, φησί, τῶν προφητῶν οὐκ ἀπέκτειναν οἱ πατέρες ὑμῶν; νευροκοπήσας δὲ ὥσπερ καὶ ταῦρον, ὅς ἐστι Χριστός. οὐ γάρ τοι μόνος ὁ τῶν Ἰουδαίων καταφωρᾶται τετολμηκὼς τὰ κατὰ τῶν ἁγίων, καὶ κατὰ Χριστοῦ τολμήματα, συνέδραμε δὲ τούτοις καὶ ὁ Λευί, τοῦτ' ἔστι, τὸ ἱερὸν γένος, οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι. διὰ τοῦτο, ἐν ταῖς τοῦ προπάτορος Ἰακὼβ προφητείαις, συνέζευκται τῷ E Συμεὼν καὶ ὁ Λευί. ἐν δέ γε τῷ Γάδ, ὅς ἐστιν ἐκ δούλης καὶ πειρατήριον, ὡς δυσγενὴς κατὰ γνώμην, καὶ πειράζων τὸν Ἰησοῦν, καὶ παγίδας ἱστὰς, εἰς κακουργίας αὐτοῦ· προσῄεσαν γὰρ λέγοντες, ἔξεστι δοῦναι φόρους Καίσαρι, ἢ οὔ; οὐκοῦν, ἀνοίσω γὰρ αὖθις εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς τὸν λόγον, ὁ ἐν χρόνῳ πρωτότοκος

Ἰσραήλ, ὁ σκληρὸς καὶ αὐθάδης καὶ ὑβριστής, A ὁ πρόχειρος εἰς μιαιφονίας, καὶ ἐπάρατον μὲν τὴν μῆνιν ἔχων, ἀποκτονῶν δὲ ἀνθρώπους, καὶ νευροκοπήσας ταῦρον, ὁ δυσγενὴς καὶ πικρὸς εἰς δόλους, καὶ παγίδας ἱστὰς καὶ πειραστήριον, κατόπιν τέτακται τῶν ἐν Χριστῷ τε καὶ ἐλευθέρων, καὶ ἔτι ἐλεύθερος μεθ' ἡμᾶς, ὡς ἐν ὀψὲ μόλις ἔσεσθαι Θεοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀναμάθοις δ' ἂν ὅ φημι, καὶ τοῖς ἐφεξῆς τὸν νοῦν ἐφιστάς. B πρὸς γὰρ ἀλλήλων ἐχόμενοι προσεκόμιζον ἐφεξῆς, ἐξ ἐλευθέρας τῆς Ῥαχήλ, Ἐφραΐμ τε καὶ Μανασσῆς. εἶτα πρὸς ἀλλήλων ἐχόμενοί τε, καὶ μετ' ἐκείνους οἱ ἐκ θεραπαινίδων, φημὶ δὲ δὴ πάλιν, Δὰν, Ἀσήρ τε καὶ Νεφθαλείμ. συνίης οὖν ὅτι προεισβαλοῦσι μὲν καὶ ἐκτετίμηνται λίαν οἱ ἐξ ἐλευθέρας. ἕπονται γε μὴν οἱ ἐκ θεραπαινῶν, ἢ οὐχὶ τοῦτό ἐστιν ἐναργές, ὃ καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος; ὅταν γὰρ, φησί, τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς C Ἰσραὴλ σωθήσεται. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης· ἰσχνὴ γὰρ ἄγαν ἡ ἐπιτήρησις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ μὴν ὅτι τὸ χρῆμα οὐκ ἐψευσμένον, εἴσῃ τοι καὶ λίαν εὐπετῶς. ἐμπεδοῖ γὰρ ἡμᾶς καὶ ἐξ ἑτέρων διδοὺς ἐννοιῶν ὁ λόγος· ἐν κόσμῳ γὰρ τῷ καθήκοντι περιΐστασθαι δεῖν ἐτύπου Θεὸς τάς τε ἀναζεύξεις, καὶ μὴν καὶ ἱδρύσεις, ἤτοι συγκαταυλισμοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, κύκλῳ τε ἱέναι τῆς σκηνῆς εὖ μάλα προστέταχε, κατά D γε τὸ εἰρημένον πρὸς τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ἀστείως ὑμνούμενον· καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, κύριε, τοῦ ἀκοῦσαί με φωνῆς αἰνέσεώς σου, ἤγουν τὸ, ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ. ὑποσημαίνεται δέ τι καὶ ἕτερον, τὸ ὡς ἐν τύπῳ δρᾶσαι κεκελευσμένον. Χρὴ γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἀπονοσφίζεσθαι Θεοῦ, ἀλλ' οἱονείπως ἀγχοῦ, καὶ ἐν κύκλῳ φαίνεσθαι περιεστηκότας, οὐ μεσολαβούσης ἁμαρτίας, οὐ διιστώσης ἡμᾶς κοσμικῆς ἡδονῆς, E ἀλλ' εἰς ἑνότητα τὴν πνευματικὴν συλλέγοντος ὀρθοῦ διανοίας φρονήματος ἑτοιμότητός τε τῆς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων. πρέπει γὰρ αὖ ὅτι μάλιστά γε τοῖς οὕτως εὐδοκιμεῖν ᾑρημένοις, τὸ χρῆναι καρποφορεῖν. γεγράφαται γὰρ ὅτι πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα. οὐκοῦν συναπαίρειν αὐτοῖς ἐκε-

Iſraël, qui temporis ordine primogenitus erat, ille durus & procax & contumelioſus, ille promptus ad cædem, & qui maledictam iram retinet, & homines occidit, & ſubneruauit taurum, ille ignobilis & acerbus ad ſtruendos dolos, & qui laqueos tendit, & tentator, denique poſt eos, qui in Chriſto & liberi ſunt, collocatus eſt, etſi liber poſt nos erit, vt vix tandem ad Dei conſpectum veniat. PALLADIVS. Rectiſſimè dicis. CYRILLVS. Quod autem dixi, plane intelliges, ſi ad ea, quæ deinceps ſequuntur, animum intenderis: tres enim inter ſe coniuncti deinceps obtulerunt ex Rachele libera, Ephraim, & Manaſſes, & Beniamin, quorum priores ex Ioſeph parente nati ſunt, Ephraim & Manaſſes, deinde poſt illos alii tres inuicem iuncti, ancillarumque filii, Dan, inquam, Aſer, & Nephthalim. Animaduertis igitur è liberis quidem natos antecedere, & in magno honore haberi, ſequi autem filios ancillarum: an non hoc illud eſt, quod ipſe nobis beatus Paulus ſcribit, [Cum enim, inquit, plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Iſraël ſaluus erit.] PALLADIVS. Rectè ais: eſt enim ſubtilis admodum obſeruatio. CYRILLVS. Atqui id non eſſe falſo dictum, ſcies, & quidem facillimè: iam enim Scriptura nos ex aliis ſententiis confirmat: ordine congruenti iuſſit Deus, vt caſtra mouerent atque locarent, ac ſiſterent filii Iſraël, & vt tabernaculum circumirent, conſtituit, iuxta illud, opinor, quod eſt à beato Dauid eleganter decantatum, [Et circundabo altare tuum, Domine, vt audiam vocem laudis tuæ,] vel illud, [Circuiui & immolaui in tabernaculo ipſius hoſtiam vociferationis.] Inſinuatur etiam aliud quidpiam eſſe tanquam in figura fieri iuſſum. Oportet enim, vt nos à Deo minime diiungamur, ſed proxime quodammodo, & circa illum ſtare videamur, ne peccatum interpoſitum ſit, neve vlla ſæcularis voluptas nos diuidat, ſed rectæ mentis præſentia & ad omnes laudandas actiones ſuſcipiendas alacritas ad ſpiritualem vnitatem colligat; nam qui ſic laudabiliter ſe gerere curauerint, eos certe in primis dona offerre decet: ſcriptum eſt enim [Omnes in circuitu eius afferent munera.] Itaque ſimul cum

Num. 7.
Rom. 11.
Pſalm. 25.
Pſalm. 26.
Pſal. 75.

cum tabernaculo eos proficiſci, & illi circumfuſos promouere iuſſit, ordine quoque non qui ætati conueniret, neque qui à primis ad extremos confuſe perueniret, ſed eadem ratione coniunctos atque diſcretos, qua in donorum oblatione diſpoſiti fuerant: ſcriptum eſt enim in Numeris ad hunc modum,

Num. 7. " [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron,
" dicens, Homo iunctus ſecundum agmen ſuum, & ſecundum ſigna, ſecundum domos familiarum ſuarum
" caſtrametentur filii Iſraël coram Domino, circum tabernaculum teſtimonii caſtrametabuntur filii Iſraël.]

Deinde attributum cuique locum oſtendit vbinam, & quomodo, quiue caſtrametari debeant: ſubiungit enim ad hunc modum,
" [Et qui caſtrametantur primi ad Orientem,
" agmen caſtrorum Iuda cum exercitu ſuo, & caſtrametantes iuxta ex tribu Iſſachar, & caſtrametantes iuxta eos ex tribu Zabulon.]

Deinde ſecundam claſſem recenſet, & ait,
" [Agmen caſtrorum Ruben ad Auſtrum cum exercitu eorum, & princeps filiorum Ruben Eliſur filius Sediur, exercitus eius recenſiti ſex & quadraginta millia & quingenti; & caſtrametantes iuxta eum ex tribu Simeon; & caſtrametantes iuxta eum ex tribu Gad.]

Tertiam his ilico claſſem adiungit, dicens,
" [Agmen caſtrorum Ephraim prope mare cum exercitu eorum, & caſtrametantes iuxta eum qui ex tribu Beniamin.]

Quartæ quoque claſſis continuo meminit, dicens,
" [Agmen caſtrorum Dan ad Aquilonem cum exercitu ſuo; & caſtrametantes prope eum ex tribu Aſer, & caſtrametantes prope eum ex tribu Nephthalim omnes recenſiti, inquit, è caſtris Dan centum quinquaginta & ſeptem millia & ſexcenti: extremi mouebunt agmina ſua.]

Vides primo loco poſitum eſſe Iudam, & eius ſocios, & præcipuum habitare locum ad Orientem & Auſtrum; nam qui in Chriſto ſunt, in lumine verſantur, & ſpiritu feruent: ſecundo loco Ruben, & eius comites: tertio rurſus, qui è libera ſunt, poſt hos ceteri tres ex ancillis, de quibus dictum eſt, [Extremi proficiſcentur.] An non perſpicuum eſt, ac minime dubium, antelatum eſſe cum primogenito, ac prius vocatum, qui ſecundus eſt,

A ἕπεσθαι τῇ σκηνῇ, καὶ κύκλῳ βαδίζειν, καὶ ὡς ἐν τάξει πάλιν, οὐ ταῖς ἡλικίαις πρεπούσῃ καὶ ἀσυγχύτως ἰούσῃ, πρὸς τοὺς ἐσχάτους ἀπὸ τῶν πρώτων, συνημμένους δὲ οὕτω, καὶ ἀνὰ μέρος, καθάπερ ἐν τῇ τῶν δώρων προσαγωγῇ. γέγραπται δὲ οὕτως ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς, καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν λέγων. ἄνθρωπος ἐχόμενος κατὰ τάγμα αὐτοῦ καὶ κατὰ σημασίας κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, παρεμβαλέτωσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐναντι κυρίου

B κύκλῳ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου παρεμβαλοῦσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. Εἶτα τὸν ἑκάστῳ τόπον ἀπονεμηθέντα δείκνυσιν ὅποι τε καὶ ὅπως καὶ τίνες οἱ παρεμβάλλοντες. ἐπιφέρει γὰρ ὧδε. καὶ οἱ παρεμβάλλοντες πρῶτοι, κατὰ ἀνατολάς, τάγμα παρεμβολῆς Ἰούδα σὺν δυνάμει αὐτῶν, καὶ οἱ παρεμβάλλοντες ἐχόμενοι φυλῆς Ἰσάχαρ. καὶ οἱ παρεμβάλλοντες ἐχόμενοι φυλῆς Ζαβουλών. εἶτα διαμέμνηται συμμορίας δευτέρας, καὶ φησί. Τάγμα παρεμβολῆς Ῥουβὴμ πρὸς νότον σὺν

C δυνάμει αὐτῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν υἱῶν Ῥουβήμ, Ἐλισούρ, υἱὸς Σεδιούρ, δύναμις αὐτοῦ οἱ ἐπεσκεμμένοι ἓξ καὶ τεσσαράκοντα χιλιάδες καὶ πεντακόσιοι. καὶ οἱ παρεμβάλλοντες ἐχόμενοι αὐτοῦ, φυλῆς Συμεών, καὶ οἱ παρεμβάλλοντες ἐχόμενοι αὐτοῦ, φυλῆς Γάδ. καὶ τρίτην εὐθὺς ἐπισυνάπτει λέγων. Τάγμα παρεμβολῆς Ἐφραὶμ παρὰ θάλασσαν σὺν δυνάμει αὐτῶν. καὶ οἱ παρεμβάλλοντες ἐχόμενοι φυλῆς Βενιαμίν. καὶ μὴν καὶ τετάρτης συμμορίας εὐθὺς διαμέμνηται λέγων, Τάγμα παρεμβολῆς Δὰν πρὸς

D βοῤῥᾶν σὺν δυνάμει αὐτῶν· καὶ οἱ παρεμβάλλοντες ἐχόμενοι αὐτοῦ φυλῆς Ἀσὴρ, καὶ οἱ παρεμβάλλοντες ἐχόμενοι αὐτοῦ φυλῆς Νεφθαλείμ. πάντες οἱ ἐπεσκεμμένοι, φησὶ, τῆς παρεμβολῆς Δὰν, ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ χιλιάδες καὶ ἑξακόσιοι. ἔσχατοι ἐξαροῦσι κατὰ τάγματα αὐτῶν. ὁρᾷς ὅτι προτέτακται μὲν Ἰούδας καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, καὶ τὸν ἀπό-

E λεκτον ἔχει τόπον τὸν πρὸς ἠῶ καὶ νότον; ἐν φωτὶ γὰρ οἱ ἐν Χριστῷ, καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες. δεύτερος ὁ Ῥουβὴμ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. καὶ τρίτοι μὲν πάλιν οἱ ἐξ ἐλευθέρας. Εἶτα μετὰ τούτους ἕτεροι τρεῖς, οἱ ἐκ θεραπαινῶν, περὶ ὧν εἴρηται, τὸ, ἔσχατοι ἐξαροῦσιν. ἆρ' οὐκ ἐναργὲς καὶ οὐδαμόθεν ἐνδοιαστὸν, ὅτι προτετίμηται καὶ προσκέκληται τοῦ πρωτοτόκου, ὁ δεύτερος, τοῦτ' ἔστι,

τοῦ ἐν Χριστῷ, καὶ τὴν ἐκ δουλείας τοῦ ἐλεύθερον ἐν πίστει; οἱ μὲν γὰρ ἡγοῦνται διὰ τὸν ἐξ Ἰούδα Χριστόν. οἱ δὲ κατόπιν ἔρχονται μόλις, καὶ ὡς ἐν δευτέρᾳ τέθεινται τάξει. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθότατα ἔφης· καί σε τῆς οὕτω λεπτῆς ἀγχινοίας ἐπαινέσαιμι.

A populus nimirum, qui eſt in Chriſto, & liberum per fidem propoſitum iis, qui è ſerua ſunt nati? illi enim præcedunt propter Chriſtum, qui ex genere Iuda natus eſt; hi verò vix à tergo ſequuntur, & ſecundo loco poſiti ſunt. PALLAD. Rectiſſimè ſanè dictum eſt, ac tuam adeo ſubtilem prudentiam admiror.

FINIS LIBRI DECIMI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑι προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER VNDECIMVS.

De Sacerdotio. Sacerdotium legale, figuram fuiſſe illius, quod in Chriſto eſt.

DE Tabernaculo quidem & ſis, quæ de eo præcepta ſunt, ſermo à nobis ſatis plenus eſt habitus, & ad ſpiritualem ſubtilitatem eleganter expolitus. Eſt autem conſequens, vt mihi quidem videtur, teque aſſenſurum certo ſcio, ad ſacerdotii munera explicanda tranſire; quove modo per figurationum legale, verum ſignificetur, nimirum illud, quod in Chriſto eſt, & per Chriſtum genus illud ſacrum ſanctificat, eos inquam, qui fidei claritate ſunt illuſtres, ac Dei coniunctionem per Spiritus ſancti participationem conſecuti. PALLAD. Conſequens verò, ac iure optimo quidem.

A *Περὶ ἱερωσύνης, καὶ ὅτι τύπος ἦν ἡ κατὰ νόμον, τῆς ἐν Χριστῷ.*

ΣΚΗΝΗΣ μὲν δὴ πέρι καὶ τῶν ἐπ' αὐτῇ κεχρησμῳδημένων, ἀποχρῶν ἡμῖν εὖ μάλα καὶ ἀστείως ἀπεξεσμένος εἰς ἰσχνότητα τὴν πνευματικὴν ἐκπεπόνηται λόγος. πρέποι δ' ἂν ὥς γέ μοι φαίνεται, συνερεῖς δέ που καὶ αὐτός, οἶδ' ὅτι, τῆς ἱερωσύνης ἅψασθαι ἤδη, τίνα τε αὖ τὸν τρόπον διὰ τῆς ἐν τύπῳ καὶ κατὰ νόμον ἡ ἀληθὴς σημαίνεσθαι, τουτέστιν, ἡ ἐν Χριστῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ τὸ ἱερὸν ἁγιάζουσα γένος, φημὶ δὲ δὴ πάλιν τοὺς ἐν πίστει λελαμπρυσμένους, καὶ τὴν εἰς Θεὸν οἰκειότητα πεπλουτηκότας, διά γε τοῦ μεταλαχεῖν ἁγίου Πνεύματος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πρέποι γὰρ ἂν καὶ μάλα εἰκότως.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀποτελεσθείσης δὴ οὕτω ἐν κόσμῳ τῷ πρέποντι τῆς ἁγίας σκηνῆς, καὶ εἰς εἶδος ἐξενηνεγμένης τὸ ἐν τῷ ὄρει παραδειχθὲν τῷ θεσπεσίῳ Μωσῇ, τὴν τῶν ἱερέων ἀνάδειξιν ἐποιεῖτο Θεός, καὶ δὴ καὶ ἔφασκε, καὶ σὺ προσαγάγου πρὸς ἑαυτὸν, τόν τε Ἀαρὼν τὸν ἀδελφόν σου καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ἐκ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἱερατεύειν μοι, Ἀαρὼν καὶ Ναδὰβ, καὶ Ἀβιοὺδ, καὶ Ἐλεάζαρ, καὶ Ἰθάμαρ υἱοὺς Ἀαρών. ὀνομαστὶ μὲν οὖν οἱ ἀπόλεκτοι κέκληνται πρὸς ἱερουργίαν. οὐ γὰρ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἴτω δὴ οὖν αὐτόμολος μὲν μηδεὶς εἰς τὸ ἱερατεύειν τῷ Θεῷ, περιμενέτω δὲ κλῆσιν, ἤγουν, ἁρπάζειν ἐπιχειρῶν, ὃ μὴ ταῖς ἄνωθεν ἔχει ψήφοις, τὴν Δαθάν τε καὶ Ἀβειρὼν ὑφέξει δίκην. καὶ μήτοι θαυμάσῃς εἰ τὸ αὐτόμολον ἐφ' ἡμῶν, ἔκτοπόν τε καὶ ἀγεννές, ὅτε καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ γράφει Παῦλος, οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. κλήσεως οὖν ἄρα τῆς ἐπὶ Χριστῷ λεγομένης, εἰκὼν ἂν εἴη πάλιν, τὸ πρὸς Μωσέα σοφῶς εἰρημένον, καὶ σὺ προσαγάγου πρὸς ἑαυτὸν τόν τε Ἀαρὼν τὸν ἀδελφόν σου, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. τὸ γὰρ προσαγάγου, τί ἕτερον, ἢ τὸ οἰκείωσαί τε καὶ προσκάλει, δηλοῖ; κέκληται δὲ ὥσπερ εἰς ἀρχιερέα Χριστὸς, διὰ βουλῆς τοῦ πατρός. συγκέκληνται δὲ τρόπον τινὰ αὐτῷ καὶ συνεργοὶ τεθεῖνται πρὸς ἱερουργίαν, καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. τοιγάρτοι καὶ διαῤῥήδην ἔφασκον, Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί· περιεφοίτων δὲ αὖ καὶ τὴν ὑφ' ἥλιον πᾶσαν ἱερουργοῦντες εἰς τὰ ἔθνη, τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ. κέκληνται μὲν γὰρ εἰς ἀποστολὴν διὰ Χριστοῦ, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. ἀλλ' ἦν που πάντως τὸ χρῆμα καὶ αὐτὸ τελητὸν τῷ πατρί. μία γὰρ ἐφ' ἅπασι τοῖς δρωμένοις ἡ ψῆφος, ὅτι καὶ βουλὴ καὶ σοφία καὶ θέλησις τοῦ πατρὸς, ὁ υἱός. οὐκοῦν ὁ Ἀαρὼν, τύπος ἂν εἴη Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ νοουμένης ἱερωσύνης, οἱονεὶ προανάδειξις, ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι ταῖς ἀμυδροτέραις. σύνες δὲ ὅτι, προστάττεται Μωσῆς προσαγαγέσθαι πρὸς ἑαυτὸν, τόν τε Ἀαρών· ἀσθενὴς γάρ πως καὶ ἀτελὴς ὁ νόμος, εἰ καὶ ἀπονοσφίζοιτο τοῦ Χριστοῦ. ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας.

A

CYRILLVS. Igitur, ſacro illo tabernaculo cum decenti ornatu iam abſoluto, perductóque ad eam formam, quæ in monte fuerat beato Moyſi oſtenſa, ſacerdotes deſignat Deus: itaque ait, [Et tu applica ad te Aaron, fratrem tuum, & filios eius de filiis Iſraël, vt ſacerdotio fungantur mihi, Aaron & Nadab & Abiud & Eleazar, & Ithamar filios Aaron.] (Exod. 28.) Nominatim igitur electi illi viri ſunt, ad ſacerdotii munus vocati: [neque enim ſibi quiſquam ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo,] (Hebr. 5.) ſicut

B

ſcriptum eſt. Igitur ad ſacerdotii munus, quod à Deo defertur, ſua ſponte accedat nemo, ſed vt vocetur, expectet: alioqui, ſi diuino ſuffragio minime tributum rapere tentauerit, in eaſdem, quas Dathan & Abiron, pœnas incidet. Neque vero tibi mirum videri debet, ſi hoc ipſum, ſponte ſe ingerere, in nobis abſurdum ac turpe ſit, quando etiam de ipſo Chriſto ſcribit Paulus, [Non ſemetipſum clarificauit, vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, Tu es (Ibid.) ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.] Ergo vocationis,

C

qua Chriſtus vocatus eſſe dicitur, imago eſt, quod ad Moyſen ſapienter eſt dictum, [Et tu applica ad te ipſum, Aaron fratrem tuum, & filios eius:] nam illud, Applica, quid aliud, quam, Adiunge atque aduoca, ſignificat? Vocatus eſt autem Chriſtus tanquam ad pontificis munus per voluntatem Patris; ſimul autem cum eo quodammodo vocati, cooperatoreſque officii ſa-

D

cerdotalis effecti ſunt etiam ſancti illi diſcipuli. Itaque etiam aperte dicebant, [Dei cooperatores ſumus.] (1. Cor. 3. Rom. 15.) Omnem præterea orbem terrarum circuibant, ſacrificantes in Gentibus Euangelium Chriſti. Quamuis enim vocati ſint illi quidem per Chriſtum ad apoſtolatum, idque veriſſime dicatur; erat tamen id prorſus ex voluntate Patris: vna eſt enim in omnibus, quæ geruntur, vtriuſque ſententia; quippe cum Patris & conſilium & ſapientia & voluntas ſit Filius. Eſt

E

igitur Aaron Chriſti figura, & illius ſacerdotii, quod in ſpiritu & veritate intelligitur, quædam vt in vmbris adhuc obſcurioribus præſignatio. Animaduerte autem iuberi Moyſi, vt applicet ad ſe Aaron: infirma enim eſt Lex & imperfecta, ſi à Chriſto diſiungitur: [Impoſſibile eſt enim ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata:] (Hebr. 10.)

A Chriſtus autem, vnam pro peccatoribus cùm obtuliſſet hoſtiam, conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Sciant igitur qui vmbram adhuc & literam diligunt, & Moſaïcis mandatis mordicus adhæreſcunt, niſi ſibi ipſis adiunxerint atque applicauerint ſacerdotem illum & Apoſtolum confeſſionis noſtræ, Ieſum Chriſtum, illud ſtudium cultus in figura exhibiti vanum & irritum fore. Quo enim numero ſint apud virtutis amantem Deum illa vitæ ſecundum Legem actæ ornamenta? B Itaque Paulus ille vir ſapientiſſimus propter eminentem Chriſti ſcientiam, vt ſtercora ſe arbitrari teſtatur, quæ in mundo ſunt omnia, eiſque ſpiritualia præferre; idque eſt ſecundum ſublimiorem ſenſum, applicare ad ſe Aaron. PALLADIVS. Teneo quid velis: perſpicua eſt enim oratio. CYRILLVS. Applica igitur ad te, inquit, Aaron fratrem tuum; alia quoque ratione, vt opinor; hoc ipſum C ad ſpiritualis intelligentiæ fructum nonnihil valere ſciens; ſed, quod dicturus ſum, aduertas velim. Mittebatur namque Moyſes, vt ex Ægypti afflictione Iſraëlem educeret; qui, cum humanis viribus multo antecellere, ſuæque facultatis atque eloquentiæ modum ſuperare illud opus intelligeret, rogabat dicens, [Ecce non ſum eloquens ante heſternum, neque ante nudius tertianum diem, neque ex quo cœpiſti loqui ad ſeruum tuum; gracili namque voce, ac D lingua tardiore ſum ego.] Ad hæc Deus cum diceret, [Quis dedit os homini? & quis fecit ſurdum ac mutum, videntem ac cæcum? nonne ego Dominus Deus? Et nunc vade, & ego aperiam os tuum.] Ille officii magnitudine victus, pertimuit iterum, ac dixit, [Obſecro Domine, elige alium, qui poſſit, quem mittas.] Tunc igitur ſtatim Deus elegit Aaron in Chriſti figuram, qui E omnia facilè perficere nouit: neque aliter liberatus fuiſſet Iſraël, niſi illi Moyſi vocis gracilitati atque infirmitati Chriſtus itidem tanquam in imagine Aaron datus eſſet adiutor. Ad eundem quoque modum hoc loco velim intelligas; vt enim Legis infirmitatem in Chriſto perficeret, adeo ipſum Aaron ad ſacerdotale munus prouexit, atque beato Moyſi vtiliter adiunxit.

Philip. 3.

Exod. 4.

Χριστὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν προσενέγκας θυσίαν, τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους. ἴστωσαν δὲ οὕτω οἱ σκιᾶς ἔτι καὶ γράμματος φίλοι, καὶ Μωσαϊκῶν ἐνταλμάτων κατηξιωμένοι, ὡς εἰ μὴ προσαγάγοιντο πρὸς ἑαυτοὺς τὸν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, εἰς οὐδὲν αὐτοῖς τῆς ἐν τύπῳ λατρείας καταλήξει τὸ σπούδασμα. ποῖα γὰρ ἂν εἴη παρά γε τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ, τῆς ἐν νόμῳ ζωῆς τὰ αὐχήματα; τοιγάρτοι καὶ Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφώτατος, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως τῆς Χριστοῦ, σκύβαλα μὲν ἡγεῖσθαι τὰ ἐν κόσμῳ φησὶν, ἀνθελέσθαι δὲ τὰ πνευματικά· καὶ τοῦτό ἐστι νοητῶς, τὸ προσάγεσθαι πρὸς ἑαυτὸν αὐτὸν τὸν Ἀαρών. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι ὅ φής· σαφὴς γὰρ ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προσαγάγου τοίνυν, φησὶ, πρὸς ἑαυτὸν, Ἀαρὼν τὸν ἀδελφόν σου, καὶ καθ᾽ ἕτερον οἶμαι τρόπον, τὸ χρῆμα εἰδὼς οὐκ ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν τὴν ὡς ἐν νοήσει πνευματικῇ· σκόπει δὲ ὅ φημι· ἀπεστέλλετο μὲν γὰρ Μωσῆς, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ταλαιπωρίας ἐκκομίζων τὸν Ἰσραήλ. εἶτα τὴν ἀνθρώπου δύναμιν ὑπεραναβεβηκὸς ἄγαν, καὶ πέρα δὲ μέτρων τῆς ἐνούσης ἰσχύος τε καὶ εὐγλωττίας αὐτῷ τὸ ἐγχείρημα βλέπων, ἐλιπάρει λέγων· ἰδοὺ οὐκ εὔλαλός εἰμι πρὸ τῆς χθὲς, οὐδὲ πρὸ τῆς τρίτης, οὐδὲ ἀφ᾽ οὗ ἤρξω λαλεῖν τῷ θεράποντί σου. ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσός εἰμι ἐγώ. Θεοῦ δὲ πρὸς ταῦτα, τίς ἔδωκε στόμα ἀνθρώπῳ, λέγοντος, τίς ἐποίησε δύσκωφον καὶ κωφὸν, βλέποντα καὶ τυφλόν; οὐκ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός; καὶ νῦν πορεύου, καὶ ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου. τῆς τοῦ κατορθώματος ὑπεροχῆς ἡττώμενος, ἐδεδίει πάλιν, καὶ δὴ ἔφασκε. δέομαι Κύριε, προχείρισαι ἄλλον, τὸν δυνάμενον, ὃν ἀποστελεῖς. προχειρίζεται δὲ τὸ τηνικάδε Θεὸς παραχρῆμα τὸν Ἀαρὼν, εἰς τύπον τοῦ πάντα εὐκόλως κατορθοῦν εἰδότος Χριστοῦ. λελύτρωται δὲ οὐχ ἑτέρως ὁ Ἰσραήλ, εἰ μὴ δίδοται συνεργὸς τῇ Μωσέως ἰσχνοφωνίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ πάλιν, ὡς ἐν εἰκόνι τῷ Ἀαρὼν ὁ Χριστός· οὕτω κἀνθάδε νοήσεις. τὸ γὰρ ἀσθενὲς τοῦ νόμου τελειῶν ἐν Χριστῷ, παρακόμισεν εἰς ἱερωσύνην τὸν Ἀαρὼν, καὶ συνάπτει χρησίμως τῷ μακαρίῳ Μωσῇ.

A οὔτε γὰρ εἰς λύτρωσιν ἀρκέσειεν ἂν ὁ νόμος, οὔτε μὴν εἰς τὸ δύνασθαι τελειοῦν εἰς ἁγιασμὸν τοὺς ἐκλελυτρωμένους. λύτρωσις δὲ καὶ ἁγιασμὸς ὁ Χριστός, συνεργαζομένων ἁγίων· καθάπερ ἀμέλει Μωσῆς μὲν τῷ Ἀαρὼν ἐν Αἰγύπτῳ τότε· αὐτῷ γε μὴν τῷ Ἀαρὼν οἱ υἱοί. τῷ δὲ δὴ πάντων ἀρχιερεῖ καὶ ἡγουμένῳ Χριστῷ συνεργάζοντο νοητῶς καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. πάντα μὲν ἰσχύοντι κατορθοῦν, καὶ οὐχ ὡς ἀσθενοῦντι συντρέχοντες, ἀλλ' ὡς κεκλημένοι
B πρὸς ὑπουργίαν καὶ ἀριστίνδην ἐπιλελεγμένοι, καὶ τὸ ἐφ' ἅπασιν εὐσθενὲς παρ' αὐτοῦ κερδαίνοντες. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ θεσπέσιος Παῦλος· πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐκοῦν ἀπόλεκτοι καὶ ὀνομαστὶ κέκληνται πρὸς ἱερουργίαν, Ἀαρών τε καὶ οἱ λοιποί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ πρός γε δὴ τούτοις λαμπρά τε καὶ ἱεροπρεπῆ τὰ ἐσθήματα κατασκευάζεσθαι αὐτοῖς ἐνομοθέτει λέγων. καὶ ποιήσεις στο-
C λὴν ἁγίαν Ἀαρὼν τῷ ἀδελφῷ σου εἰς τιμὴν καὶ δόξαν, καὶ σὺ λάλησον πᾶσι τοῖς σοφοῖς τῇ διανοίᾳ, οὓς ἐνέπλησα πνεῦμα αἰσθήσεως, καὶ ποιήσουσι τὴν στολὴν τὴν ἁγίαν Ἀαρὼν εἰς τὸ ἅγιον ἐν ᾗ ἱερατεύσει μοι. Παῦλος μὲν οὖν ὁ σοφώτατος τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις τὴν ἁγίαν ὄντως καὶ ἐξ οὐρανοῦ στολὴν ἀμπέχεσθαι δεῖν συμβουλεύει γράφων. ἐνδύσασθε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. τοῦτο γάρ τοι ὁ προφήτης Ἡσαΐας προανακέκρα-
D γε λέγων ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας, ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ. ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. ἔσθημα δὴ οὖν τὸ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν ἀληθῶς τῷ ἱερῷ καὶ ἁγίῳ γένει, Χριστός, κόσμημά τε λαμπρὸν καὶ ὑπερκόσμιον ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς· ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε, φησί, καὶ ἀληθὴς ὁ λό-
E γος. ὡς ἐν σκιαῖς δὲ ὁ νόμος κατακαλλωπίζει τὸν Ἀαρών, εἰς Χριστὸν διαφέρων τὴν ἐκ τῆς ποικίλως ἐστάλθαι δόξαν. μονονουχὶ γὰρ καὶ συνυφασμένος τῇ τῶν τεχνημάτων κατασκευῇ, μυστικός τε καὶ ἀκριβὴς εὑρίσκεται λόγος, αἰνιγματωδῶς ὑποφαίνων τοῦ σωτῆρος τὴν δόξαν. θέα γὰρ ὅπως τῆς συνέσεως τῆς παρὰ Θεοῦ, τῶν ἐσθημάτων τοὺς τεχνουργοὺς ἀναπεπλῆσθαί φησιν, εἰς εὐανθῆ ποικιλουργίαν ἀποκομίζοντος, καὶ τὴν Χριστοῦ τοῖς ἀμφίοις ἐγγράφοντος δόξαν.

Neque enim ad liberandum, neque ad perficiendum in ſanctificatione ſatis virium eſt in Lege, ſed vtrumque, & liberatio & ſanctificatio Chriſtus eſt, tametſi cooperentur ſancti viri, vt certe Moyſes ipſi Aaroni tunc in Ægypto ſocium ſe operis præſtitit, & eidem poſtea ipſius Aaron filii. At vero illius ſummi ſacerdotis omnium atque principis Chriſti, ſpiritualiter cooperatores fuerunt etiam beati diſcipuli, quamuis ille omnia poſſet efficere, eique non vt imbecillo ſe comites adiunxiſſent, ſed vt ad ſubminiſtrandum vocati, ac præ ceteris electi, viribus ab eo ad omnia perficienda ſumptis. Cuius rei teſtis eſt beatus Paulus, cùm dicit, [Omnia poſſum in eo, qui me confortat Chriſto.] PALLADIVS. Igitur delecti ac nominatim appellati ad ſacerdotii munus vocati ſunt Aaron ac reliqui. CYRILLVS. Adhæc veſtes illis quoque præclaras, & ſacerdotali munere dignas confici præcepit, dicens, [Et facies ſtolam ſanctam Aaron fratri tuo ad honorem & gloriam: & tu loquere ad omnes ſapientes mente, quos impleui ſpiritu intelligentiæ; & facient ſtolam ſanctam Aaron in ſanctificationem, cum qua ſacerdotio fungatur mihi.] Paulus igitur vir ſapientiſſimus eos, qui fide iuſtificati erant, ſancta illa ac vere de cœlo ſtola vt induantur hortatur, ſcribens: [Induite Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.] Eſaias quoque Propheta multo ante tanquam ex Eccleſiæ perſona clamabat, dicens, [Exultet anima mea in Domino; induit enim me veſtimento ſalutis, & tunica lætitiæ.] Veſtis igitur ad honorem & gloriam plane ſacrati ſanctique generis Chriſtus eſt, atque præclarum ac ſupernum ſanctarum animarum ornamẽtum. [Quotquot enim baptizati eſtis in Chriſtum, inquit, Chriſtum induiſtis.] quod veriſſime dictum eſt. Lex porro tanquam in vmbris & imagine exornat ipſum Aaron, eamque illius variæ veſtis gloriam ad Chriſtum refert; propemodum enim vnà cum illo artificioſo apparatu, contexta ratio myſtica, atque ſubtilis inuenitur, quæ figurate Saluatoris noſtri gloriam indicat. Vide enim quemadmodum veſtium opifices ſpiritu ſapientiæ, qui datur à Deo, repletos eſſe dicat, qui ſpiritus illos ad floridi ac variegati operis effectionem perduceret, & Chriſti gloriam in veſtimentis deſcriberet.

Exod. 28. Rom. 13. Eſai. 61. Galat. 3.

Sunt autem ea opificia, pectorale & ſuperhumerale & talaris tunica, & tunica fimbriis ornata, cidaris etiam & zona, & nonnulla alia præterea, de quibus ſingillatim erit nobis, vt res patitur, diſſerendum. De iis igitur, qui ad ea opera efficienda aſſumebantur, ait, [Et ipſi accipient aurum & hyacinthum, & purpuram, & coccum & byſſum.] Ac mihi rurſus ad ea, quæ propoſita ſunt, mentis aciem intendas velim, atque hoc ante alia conſideres. PALLAD. Quid iſtud eſt? CYRILL. An non ex auro & byſſo & purpura & coccino torto, ac hyacintho etiam ea omnia facta erant, quæ ad tabernaculum pertinebant, eademque Chriſti figuram gerebant? PALLAD. Ita eſt. CYRILLVS. Vide igitur ex materia eadem etiam præcipui ſacerdotis ſtolam eſſe confectam, quæ Chriſti gloriam vt in imagine itidem ac figuris contineret; nam eadem verba, & intellectus non diuerſus, Chriſti gloriam ſignificant. Nam is vt in auro quidem Deus; vt in purpura regiam dignitatem habens; vt in byſſo tenui, Verbum ſubtile, & corporis expers intelligitur: idem quoque vt in cocco figuratur propter carnis naturam; vt in hyacintho denique aëris ſpeciem referente, (is eſt enim hyacinthi color,) propterea quod è ſupernis eſt & è cœlo. Quid enim? nonne & Deus ſimul & Rex eſt illud ex Deo parente Verbum? PALLAD. Quis neget? CYRILL. Nonne præterea, cum Verbum eſſet Patris ſubtile, & corporis expers; idem in carne factum, & de ſupernis eſt? PALLAD. Verum. CYRILLVS. Igitur eadem eſt omnino etiam quod ad ſubtiliorem contemplationem pertinet, materia veſtimentorum, & eorum quæ in tabernaculi opere confecta ſunt. Sed de his ſatis. Iam vero de iis, quæ ad honorem & gloriam Aaron varie contexta ſunt, dicendi tempus eſt. Igitur:

Exod. 28. [Et facient, inquit, ſuperhumerale ex byſſo torta, opus textile variatoris, duo ſuperhumeralia continentia erunt ipſi, alterum alteri in duabus partibus iuncta, & textura ſuperhumeralium, quæ eſt in ipſo iuxta effectionem, ex ipſo erit, ex auro & hyacintho & purpura & cocco torto, & byſſo neta.] Cum itaque materiam, quæ nunc dicta eſt, textilibus veſtibus tribuiſſet, continuò ſubiungit, [Et accipies duos lapides,

A περιστήθιον δὲ καὶ ἐπωμὶς, καὶ ποδήρης, καὶ χιτὼν ὁ κοσυμβωτὸς, κίδαρίς τε καὶ ζώνη, τὰ τεχνουργούμενα, αὐτά τε, καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα, ἃ καὶ ἀνὰ μέρος ἰδεῖν ὡς ἔνι λελέξεται· ἔφη τοίνυν περὶ τῶν εἰς ἔργα προειλημμένων, καὶ αὐτοὶ λήψονται τὸ χρυσίον, καὶ τὴν ὑάκινθον, καὶ τὴν πορφύραν, καὶ τὸ κόκκινον, καὶ βύσσον. καί μοι πάλιν λεπτὸν ἐνιεὶς τοῖς προκειμένοις τὸν νοῦν, καὶ πρό γε δὴ τῶν ἄλλων, ἄθρει δὴ τόδε. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ.
B Τὸ ποῖον τί φῄς; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐ γὰρ χρυσίου καὶ βύσσου, καὶ μὴν καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου, ὑακίνθου τε αὖ πάντα πεποίηνται τὰ ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὧδ᾽ ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ Θεᾶ δὴ δὴ ὅτι διὰ τῶν αὐτῶν καὶ ἡ τοῦ προύχοντος ἐν ἱερωσύνῃ διεσκευάσθη στολὴ, τὴν Χριστοῦ δόξαν ὡς ἐν εἰκόνι δὴ πάλιν καὶ τύποις ὠδίνουσα. λόγοι γάρ οἱ αὐτοὶ, γνῶσις δὲ οὐχ ἑτέρα, τὸ Χριστοῦ κάλ-
C λος κατασημαίνουσι. γινώσκεται γὰρ ὡς ἐν χρυσῷ μὲν Θεὸς, ὡς ἐν πορφύρᾳ, τὸ βασιλικὸν ἔχων ἀξίωμα· καὶ ὡς ἐν βύσσῳ λεπτῇ, λόγος ἰσχνὸς καὶ ἀσώματος. ὡς ἐν κοκκίνῳ, διὰ τὴν σάρκα· ἐν ὑακίνθῳ γε μὴν ἀεροφανεῖ, τοιουτόχροος γὰρ ὑάκινθος διὰ τὸ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ. ἢ γὰρ οὐχὶ Θεός τε ἅμα καὶ βασιλεὺς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πῶς γὰρ οὔ; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐχὶ
D δὲ λόγος ὢν τοῦ πατρὸς λεπτὸς καὶ ἀσώματος, γέγονεν ἐν σαρκὶ καὶ ἔστιν ἄνωθεν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Αἱ αὐταὶ τοιγαροῦν ἀπαραλλάκτως καὶ ὡς ἐν θεωρίᾳ λεπτῇ τῶν ἐσθημάτων αἱ ὗλαι, καὶ μέντοι καὶ τῶν κατεσκευασμένων ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ. καὶ ταυτὶ μὲν ὧδε, τὰ δὲ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ Ἀαρὼν ποικίλως ἐξυφασμένα καιρὸς ἤδη λέγειν. οὐκοῦν καὶ ποιήσουσι, φησὶ, τὴν ἐπωμίδα ἐκ βύσσου κεκλωσμένης, ἔρ-
E γον ὑφαντὸν ποικιλτοῦ. δύο ἐπωμίδες συνέχουσαι ἔσονται αὐτοῦ. ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἐπὶ τοῖς δύο μέρεσιν ἐξηρτημένα. καὶ τὸ ὕφασμα τῶν ἐπωμίδων ὅ ἐστιν ἐπ᾽ αὐτοῦ κατὰ τὴν ποίησιν, ἐξ αὐτοῦ ἔσται ἐκ χρυσοῦ καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου διανενησμένου καὶ βύσσου κεκλωσμένης. ὕλην δὲ τοῖς ὑφάσμασι δοὺς τὴν ἤδη προειρημένην, εὐθὺς ἐπιφέρει. καὶ λήψῃ τοὺς δύο λίθους,

λίθους σμαράγδους, καὶ γλύψεις ἐν αὐτοῖς τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, ἓξ ὀνόματα ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα, καὶ τὰ ἓξ ὀνόματα τὰ λοιπὰ ἐπὶ τὸν λίθον τὸν δεύτερον, κατὰ τὰς γενέσεις αὐτῶν, ἔργον λιθουργικῆς τέχνης· γλύμμα σφραγῖδος διαγλύψεις τοὺς λίθους ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ θήσεις τοὺς δύο λίθους ἐπὶ τῶν ὤμων τῆς ἐπωμίδος, λίθοι μνημοσύνου εἰσὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Βαθὺς μὲν ὡς ἔοικεν, ὁ ἐν τοῖς θεωρήμασι λόγος, πειρῶ δὲ πρότερον ἐκεῖνο εἰπεῖν. τί τὸ χρῆμα τῆς ἐπικληθείσης ἐπωμίδος, ἢ ποῖον αὖ ἔχοι τῆς κατασκευῆς τὸν τρόπον. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὕφασμά τι χιτῶνος ὡς ἐν εἴδει καὶ μέχρι στέρνου διήκον γενέσθαι προστέταχεν, ὡς αὐτοῖς ἔσω τι καὶ ὡς ἐν χρῷ καὶ μέχρι ποδῶν ἐσθήμασιν ἐπενδεδυμένου, καὶ τὸ ἐκ χρυσοῦ καὶ πορφύρας ἀπαστράπτον αὐγήν, τοῖς τῶν θεωμένων ὀφθαλμοῖς σεπτόν τι καὶ ἱεροπρεπὲς ἐντίκοι τὸ θαῦμα. τοῦτο κέκληκεν ἐπωμίδα, διὰ τὸ οἶμαι βραχὺ τοῦ τεχνήματος, καὶ τὸ ἀμφοῖν δὴ μόλις ἐπιτείνεσθαι τοῖν ὤμοιν. ἐν ταύτῃ δὴ οὖν τῇ ἐπωμίδι, δύο λίθους, σμαράγδου δὲ αὗται, κλώσμασιν ἰσχνοῖς εὖ μάλα διεσφιγμένας ἐνερείδεσθαι δεῖν, διετύπου σαφῶς, ἐνορωρυγμένων ἐν τέχνῃ τοῖς ὀνόμασι τῶν φυλῶν, ὡς ἓξ ἐν μιᾷ γράφεσθαι λίθῳ. καὶ ὡς ὁ τοῦδε λόγος, αὐτὸς ἡμῖν διεσάφει λέγων. Καὶ λήψεται Ἀαρὼν τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἔναντι κυρίου ἐπὶ τῶν δύο ὤμων αὐτοῦ, μνημόσυνον περὶ αὐτῶν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Νομιοῦμεν δὲ τί, διά τε τῶν λίθων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ὑποδηλοῦσθαι πάλιν; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄκουε δή· ὠχρὸς μὲν λίθος ἡ σμάραγδος. ἐνήνεκται δὲ αὐτῇ τὸ αὐγοειδὲς ἐν βάθει, καὶ οἱονεὶ σκότῳ συγκέκραται φῶς. ἑκατέρου πρὸς ἑαυτὸ τὸ νικᾶν ἀνθέλκοντος. ἆρ' οὖν, ὦ Παλλάδιε, πρὸς τὸ ὕψος τι καὶ ἄνω βλέπων ὁ τοῦ σώματος ὀφθαλμός, καὶ κατατείνας εἰς τὸ βαθὺ πρὸς αἰθέρα καὶ οὐρανόν, οὐχὶ τοιᾷδε τινὶ προσβαλεῖ θεωρίᾳ; ὠχρὸς γάρ που καὶ ὡς ἐν βάθει μέλας, καὶ φωτὶ μετρίῳ συμμιγής, ὁ ἀνωτάτω λίαν αἰθήρ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὧδ' ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἰκόνα δὴ οὖν οὐρανοῦ τὸν λίθον ποιεῖται τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. καὶ μή τοι θαυμάσῃς ὅτι καὶ σαπφείρῳ προσεικάζει πάλιν αὐτόν. ὠχρὸς γὰρ ἡ σάπφειρος, καὶ τῆς ἐν σμαράγδῳ θέας οὐ μακράν. γέγραπται δὲ οὕτως ἐν τῇ Ἐξόδῳ,

A lapides ſmaragdos & ſculpes in eis nomina filiorum Iſraël, ſex nomina in lapide vno, & ſex nomina reliqua in lapide altero, iuxta natiuitates eorum, opus gemmariæ artis: ſculptura ſigilli ſculpes lapides nominibus filiorum Iſraël: & pones duos lapides in humeris ſuperhumeralis: lapides memoriale ſunt filiis Iſraël.] PALLADIVS. Profunda equidem videtur propoſitarum quæſtionum ratio, ſed enitere hoc mihi prius exponere, quidnam illud B ſit, quod appellatur, ſuperhumerale, quove modo confectum. CYRILLVS. Textilem quandam veſtem tunicæ inſtar vſque ad pectus pertinentem fieri iuſſit, vt, iis veſtibus, quæ interiores eſſent, & corpus contingerent, & vſque ad pedes demitterentur, ſuperinducta, & auri, ac purpuræ ſplendore fulgens, intuentium oculis venerandam, & ſacerdotali maieſtate dignam admirationem ingeneret. Hanc C vocauit, Superhumerale, ſeu, vt Græce eſt, ἐπωμίδα, propter breuitatem, vt arbitror, operis, & quod vix ſuper vtrumque humerum extenderetur. In hoc itaque ſuperhumerali duos lapides, (ſmaragdi hi erant) tenuibus texturis probe conſtrictos inſeri iuſſit, inſculptis artificioſe per nomina tribubus, ita vt ſex in vno lapide deſcriberentur. Eiuſque rei rationem ipſe nobis declarauit, dicens, Et portabit Aaron nomina filiorum Iſraël, coram Domino, in duo-D bus humeris ſuis, in monimentum pro ipſis. PALLAD. Quid verò exiſtimandum eſt lapidibus & eorum ſculpturis ſignificari? CYRILL. Accipe iam. Liuidus lapis eſt ſmaragdus: habet tamen ſplendorem in profundo velut innatantem, ac lumen quodammodo admixtum tenebris, quorum vtrumque alterum vincere contendit. Num igitur, Palladi, hic corporis oculus ſurſum verſus & in ſublime ſpectans, & quamlongiſſime in ſummum aërem, & E cœlum intentus, non eiuſmodi quandam ſpeciem incurrit? liuidus eſt enim ſane, ac velut in profundo niger, & lumine mediocri temperatus ille longe ſupremus aër. PALLADIVS. Ita eſt. CYRILL. Vtuntur ergo hoc lapide ſacræ literæ tanquam imagine quadam cœli: neque tibi id mirum videatur, cùm etiam ſapphiro illud perſimile faciat: pallida eſt enim gemma ſapphirus, & ſmaragdi ſpecie non longe remota. Eſt autem ita ſcriptum in Exodo,

„ [Et aſcendit Moyſes & Aaron, & Nadab & Abiud, & ſeptuaginta è ſenioribus Iſraël, & viderunt locum, vbi ſtabat Deus Iſraël, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphiri, & quaſi ſpecies firmamenti cœli, cùm purum eſt.] Nam, quia in Ægypto filii Iſraël coluerant creaturam, & cœlum Deum appellabant, Ideo opportune rerum omnium ille Dominus ſuper ipſum quoque firmamentum ſedens apparuit; vt intelligerent illum omnia ſub pedibus habere, & ipſius cœli eſſe dominum, vt illius effectorem. Intelligis igitur ſacras literas quaſi figuram quandam & imaginem ad cœli ſpeciem ſignificandam adhibere lapidem mediocri quodam lumine palleſcentem, cum ſit ferrugineo quodam ſplendore præditum? PALLADIVS. Optime dicis CYRILLVS. Cœli igitur eſt nota ſmaragdus, & inſcriptum habet per genera atque tribus ipſum Iſraël, locumque in ſuperhumerali nacta: ex quo facilè intelligi poteſt, quicunque deſcriptionem in cœlo conſecuti fuerint, eos prorſus in Chriſto requieturos, qui probos viros propemodum in humeris tenet, & loco filiorum habet. Eiuſmodi quiddam beatus quoque Moyſes dixit, cum à Dei protectione

Deut. 32. „ laudare vellet Iſraëlem, [Sicut aquila „ fouens nidum ſuum, & ſuper pullis „ ſuis deſiderauit, expandens alas ſuas, „ accepit eos, & aſſumpſit eos in humeris „ ſuis.] Quinetiam Dauid ſancto cuique & in adiutorio Altiſſimi habitanti præ-

Pſalm. 90. „ cinit, [Scapulis ſuis, inquiens, obum„ brabit tibi:] ſcapulas, vt opinor, partes corporis, quæ ſub ceruice ſunt, & humeros indicans, non omnino terga.

Oſeæ 10. In humeris igitur portabuntur, vt Propheta dixit, in brachio aſſumentur; perinde atque ille antiquus Ephraim, quicumque ſuperam illam deſcriptionem conſecuti fuerint, quam glorioſam eſſe & admirandam, & diuinis muneribus ceteris pulchritudine longe præſtantem, ipſe Saluator ſanctis ſuis diſcipulis declarauit, dicens ad hunc

Luc. 10. „ modum, [Nolite gaudere, quod „ Dæmonia ſubiiciuntur vobis; ſed po„ tius gaudete, quod nomina veſtra „ ſcripta ſunt in cœlis.] Illam porro in lapidibus deſcriptionem fore, inquit, filiis Iſraël monimentum coram Domino, quos ille tanquam in Aaron perſona propemodum intueatur;

A καὶ ἀνέβη Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ναδὰβ, καὶ Ἀβιοὺδ, καὶ ἑβδομήκοντα τῆς γερουσίας Ἰσραήλ. καὶ εἶδον τὸν τόπον οὗ εἱστήκει ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὡσεὶ ἔργον λίθου σαπφείρου, καὶ ὥσπερ εἶδος στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ, τῇ καθαρότητι. ἐπειδὴ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ γεγονότες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ λελατρεύκασι τῇ κτίσει, καὶ Θεὸν ἐκάλουν τὸν οὐρανὸν, χρησίμως αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Κύριος, καὶ ἐπ' αὐτοῦ βεβηκὼς ἐφαίνετο τοῦ στερεώματος, ἵν' εἰδεῖεν ὅτι πάντα

B ὑπὸ πόδας ἔχει, καὶ αὐτοῦ ἐστι τοῦ οὐρανοῦ δεσπότης, ὡς δημιουργός. συνίης οὖν ὅτι τύπον ὥσπερ τινὰ καὶ εἰκονισμὸν οὐρανοῦ τὸ γράμμα ποιεῖται τὸ ἱερὸν, τὴν ὡς ἐν μετρίῳ φωτὶ κατωχριῶσαν λίθον; κυαναυγὴς γὰρ φύσει. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐρανοῦ δὴ οὖν σημεῖον, ἡ σμάραγδος, γεγραμμένον ἔχουσα κατὰ γένος τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τόπον λαχοῦσα τὴν ἐπωμίδα, δι' οὗ παρέσται νοεῖν, ὡς εἴπερ αὖ εἶεν τὴν ἀπο-

C γραφὴν λαχόντες ἐν οὐρανῷ, οὗτοι πάντη τε καὶ πάντως ἐπαναπαύσονται τῷ Χριστῷ, μονονουχὶ καὶ ἐπ' ὤμων ἔχοντι, καὶ ὡς ἐν τάξει τέκνων ποιουμένῳ τοὺς ἀγαθούς. τοιοῦτον δὲ καὶ ὁ θεῖος ἔφη Μωσῆς, φειδοῖ τῇ παρὰ Θεοῦ καλλύνων τὸν Ἰσραήλ. ὡς ἀετὸς σκεπάσαι νοσσιὰν ἑαυτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς νεοσσοῖς αὐτοῦ ἐπεπόθησε, διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ, ἐδέξατο αὐτούς, καὶ ἀνέλαβεν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ. ἀλλὰ δή που καὶ ὁ Δαβὶδ ἀναμέλπει ἁγίῳ παντὶ,

D καὶ ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου κατῳκηκότι, ἐπὶ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι φησί. μετάφρενά που καθάπερ ἐγὼ μαι τὰ ὑπαυχένια μέρη, καὶ τὰ ὡς ἐν ὤμοις ὑποδηλῶν, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως τὰ νῶτα. ἐπ' ὤμων δὴ οὖν ἀρθήσονται κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, καὶ ἐπὶ βραχίονος ἀναληφθήσονται κατὰ τὸν ἀρχαῖον Ἐφραΐμ, οἱ τὴν ἄνω λαχόντες ἀπογραφὴν, ἣν εὐκλεᾶ τι καὶ ἀξιάγαστον καὶ τῶν θείων χαρισμάτων τὸ κάλλος ὑπερκειμένην

E αὐτὴν ἀπέφηνεν ὁ σωτὴρ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ὡδί πῃ λέγων. μὴ χαίρετε ὅτι τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ὑμῖν, χαίρετε δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς· μνημόσυνον δὲ, τὴν ἔν γε τοῖς λίθοις ἀπογραφὴν ἔσεσθαι, φησὶ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἔναντι κυρίου, μονονουχὶ καὶ ἐνατενίζοντος, ὡς ἐν Ἀαρών; Εἰσδέχεται

γεγενήμεθα ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ εἰς ἀνάμνησιν ἐν A
Χριστῷ, καὶ γεγόναμεν ἐν αὐτῷ γνώριμοί τε καὶ ἐποπτείας ἄξιοι, καὶ ὡς ἐν βίβλῳ Θεοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Κόσμημα δὲ τούτῳ καὶ ἕτερον προσεπάγεσθαι δεῖν ἐπιτάττει λέγων, καὶ ποιήσεις ἀσπιδίσκας ἐκ χρυσοῦ καθαροῦ καταμεμιγμένας, καὶ ποιήσεις δύο κροσσωτὰ ἐκ χρυσίου καθαροῦ καταμεμιγμένα ἐν ἄνθεσιν ἔργον πλοκῆς, καὶ ἐπιθήσεις τὰ κροσσωτὰ τὰ B
πεπλεγμένα, ἐπὶ τὰς ἀσπιδίσκας κατὰ τὰς παρωμίδας αὐτῶν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν. καὶ ποιήσεις λόγιον τῶν κρίσεων, ἔργον ὑφάντου κατὰ τὸν ῥυθμὸν τῆς ἐπωμίδος. ποιήσεις αὐτὸ ἐκ χρυσίου καὶ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου, καὶ βύσσου κεκλωσμένης, ποιήσεις αὐτὸ τετράγωνον, ἔσται διπλοῦν σπιθαμῆς τὸ μῆκος καὶ σπιθαμῆς τὸ εὖρος. καὶ καθυφανεῖς ἐν αὐτῷ ὕφασμα κατὰ τὸν λίθον τετράστιχον. εἶτα τῶν λίθων συνθεὶς τὰ ὀνόματα αὐτῶν, προσεπάγει C
πάλιν. καὶ οἱ λίθοι ἔστωσαν ἐκ τῶν ὀνομάτων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ δώδεκα, κατὰ τὰ ὀνόματα αὐτῶν. γλυφαὶ σφραγίδων ἑκάστου κατὰ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἔστωσαν εἰς τὰς δώδεκα φυλάς. καὶ ἑξῆς μετ᾽ ὀλίγα. καὶ λήψεται, φησὶν, Ἀαρὼν τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπὶ τοῦ λογίου τῆς κρίσεως, ἐπὶ τοῦ στήθους εἰσιόντι εἰς τὸ ἅγιον μνημόσυνον ἔναντι κυρίου τοῦ Θεοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὡς βαθὺ τοῦ λογίου τὸ χρῆμα, δυσέφικτός τε κομιδῇ καὶ αὐτὸς εἶναί μοι δο- D
κεῖ τῆς κατασκευῆς ὁ τρόπος. ΚΥΡΙΛ. Ἰτέον δὲ οὕτως ἐπ᾽ αὐτά, καὶ ὡς ἄγχου δὴ μάλα τῆς ἀληθείας, εἰ καὶ μὴ εἰσάπαν αὐτῆς ἐφικέσθαι τυχὸν ἐπιτρέπει τὸ ἀσαφές. τὰ γάρ τοι λίαν ἀσυμφανῆ κἂν γοῦν ἐν ἐσόπτρῳ βλέπειν, φαίην ἂν ἔγωγε θατέρου διενεγκεῖν, τοῦ μηδ᾽ ὅλως ἐννοῆσθαι λέγω. ἐρῶ δὴ οὕτως ὡς οἷόν τε καὶ ὡς ἂν ἔχοιμι κατὰ νοῦν. ἀσπιδίσκας δύο προστέταχε γενέσθαι ἐκ χρυσίου δὲ καθαροῦ, εὐρυτέρας μὲν ἢ κατὰ νομίσματος κύ- E
κλον, ἐν εἴδει γε μὴν τῷ αὐτῷ. κυκλοτερὲς γὰρ τὸ νόμισμα. Εἶτα δύο κροσσωτὰ μεμιγμένα ἐν ἄνθεσιν ἐκ χρυσίου καθαροῦ. σειρὰς δὲ εἶναι φαμὲν τὰ κροσσωτὰ, ἐκπεποικιλμένην ἐχούσας τὴν ὡς ἐν χρώμασιν ὄψιν. ἄνθη γὰρ ἔφη τὰ χρώματα. βύσσος δὲ ἦν ἄρα καὶ πορφύρα αὐτή, καὶ νῆμα χρυσοῦν, καὶ μὴν καὶ ὑάκινθος, καὶ κλῶσμα τὸ κόκκινον.

admittit enim nos Deus ac Pater in memoriam in Chriſto, in eoque & domeſtici facti ſumus & eius inſpectione dignati, & tanquam in Dei libro conſcripti. PALLADIVS. Rectè ais. CYRILLVS. Huic alterum quoque ornamentum adiungi iubet, dicens, [Et facies ſcutula ex auro puro permixta; & facies duas fimbrias ex auro puro permiſtas floribus, opus tortile, & impones fimbrias tortas ſcutulis ad humeralia eorum ex anteriori parte. Et facies rationale iudiciorum opus textoris; ad modum ſuperhumeralis facies illud; ex auro & hyacintho & purpura & coccino torto, & byſſo torta facies illud; quadrangulum erit duplex extentæ palmæ menſuram in longitudine, & tantumdem in latitudine; & adtexes illi texturam quatuor ordinibus lapidum intextam] Deinde, cum lapidum nomina ordinatè poſuiſſet, adiungit iterum, [Et lapides ſint ex nominibus filiorum Iſraël duodecim iuxta nomina eorum, ſculpturæ ſigillorum ſingulis iuxta nomina eorum ſint in duodecim tribubus.] Et poſt pauca. [Et portabit, inquit, Aaron nomina filiorum Iſraël in rationali iudicii in pectore, cum ingreditur in Sanctum, memoriale coram Domino Deo.] PALLADIVS. Obſcurum ſanè eſt ipſum rationale: & ratio quoque, ex qua conſtructum eſt, mihi quidem difficilis admodum eſſe ad intelligendum videtur. CYRILLVS. Ad hæc igitur explicanda pergendum eſt, & proxime ad veritatem accedi poterit; etſi omni ex parte illam conſequi fortaſſe ipſa rei difficultas minime permittit. Nam res valde obſcuras, vel in ſpeculo videre præſtat, quam nullam prorſus earum intelligentiam capere. Dicam igitur, vt vires ferent, & vt mente complecti potero. Scutula duo fieri præcepit ex auro puro, latiora illa quidem, quam ſit numiſmatis ambitus, ſed forma tamen eadem; rotunda nempè eſt numiſmatis figura: deinde duas fimbrias floribus permiſtas ex auro puro. Catenulas autem eſſe putamus fimbrias, ſpeciem tanquam coloribus variatam habentes: nam flores cum dixit, colores intelligit: ii autem erant byſſus & purpura, & aurea fila, necnon hyacinthus, & tortum coccinum.

Ad hæc fieri oportere inquit, quadratam texturam cubi ſpecie ad palmæ extentæ menſuram, æquis vndique lateribus, cui intexendas eſſe duodecim gemmas ait, ternis in ſingulos ordines diſpoſitis, ita vt in quatuor vniuerſis ordinibus inſculptæ eſſent tribus vniuerſæ per nomina. Aureis igitur ac variis catenulis ex ſuperhumerali pendentibus ſcutula ſenſim ſubiecta erant, vt ſuperius & in ipſis eſſe humeris viderentur; ſed contingerent pectus, & ad mammas ſuſpenſa eſſent: ex ſcutulis autem iudiciorum rationale catenulis aliis probè alligatum inhærebat pectori, fimbriis pendentibus, adeo vt illud ornamentum intuentibus maximæ admirationi eſſet, gemmis & auro conſpicuum, & egregiis aliarum quoque materiarum coloribus admirabiliter elaboratum; id quoque ornamenti genus ait fore filiis Iſraël in monimentum coram Domino, Aaron in Sanctuarium ingrediente. Eſt ne tibi iam tandem perſpicua, quoad fieri poteſt, horum opificiorum forma? PALLADIVS. Maximè verò: ceterum quam ob cauſſam id opificium, Rationale iudiciorum, eſt appellatum? CYRILLVS. Nonne ſuperhumerale item appellatum eſſe ex eo quod ſuper vtrumque humerum induceretur, verbi originem ſpectantes ſuperius dicebamus? PALLADIVS. Ita. Quid tum? CYRILL. Quia itidem rectè ex vocis origine ac proportione id quod in corde & viſceribus repoſitum eſt, rationale iudiciorum appellatum eſſe dicimus, cum ſedes quodammodo facultatis noſtræ rationalis cor ac viſcera ſint: inhæret autem propemodum & infixa eſt ſecundum naturam huic rationali facultati etiam illa in quibuſcunque rebus agendis recta & integra iudicandi facultas, id eſt, iuſtum iudicium, & quod rem quamque decet. An verò facultas rationis, quæ eſt in nobis, non expendit rerum agendarum naturas, & à rebus præferendis parum iucundas inutileſque ſecernit? PAL. Sanè verò. CYR. At qui conſueuit ſcriptura diuina iudicium appellare vim illam, qua rectè ac iuſte iudicamus. Itaque beatus Dauid in Pſalmis ait,

Pſal. 105. „ [Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & „ faciunt iuſtitiam in omni tempore;] dixit etiam rurſus,

Pſalm. 98. „ [Et honor regis iudi„cium diligere;] præclara namque regis eſt gloria & honos, ſi iuſtitiam diligat.

Quod autem omnis maſculus veſcitur, id vero eleganter ſignificat, in iis, qui à Deo electi ſint, turpem eſſe ac nefariam plane mollitiem: ea namque profanum reddit hominem, & excludit à ſpirituali benedictione, eorumque bonorum, quæ à Deo ſanctis viris tributa ſunt expertē reddit. Ad mollitiem vero etiam Iudas eſt lapſus, cùm ad turpis lucri cupiditatem declinauit: id autem ex cogitatione parum virili ac forti extitit: ob eamque cauſſam à bonis illis deguſtandis, quæ à Deo conceſſa ſunt excluſus, munerum, quæ ſanctis propriè ſunt attributa expers omnino fuit. PALLADIVS. Ita ſe res habet. CYRILL. Ac de ſacrificio quidem, quod à multitudine offertur, hæc eſt conſtituta lex. Ceterum alium ritum offerendi generi ſacro conſtituit, dicens, [Hoc eſt donum Aaron & filiorum eius, quod offerent Domino in die, qua vnxeris eum; decimam partem œphi ſimilæ in ſacrificium perpetuo; dimidium eius mane, & dimidium eius veſperi, in ſartagine in oleo fiet: conſperſam afferet eam, freſa ſacrificium de fragmētis, ſacrificium in odorem ſuauitatis Domino; ſacerdos vnctus, qui pro illo eſt ex filiis eius, faciet illud; lex ſempiterna, totum conſummabitur: & omne ſacrificium ſacerdotis holocauſtum erit, & non edetur.] Vide igitur, Palladi, Legis diligentiam, ſubtilemque animaduerſionem, qua ſacerdotibus cauet: nam, quia ſacrificia, quæ homines è multitudine præberent, non tota incendi iuſſit, vtpote quorum vita non omni ex parte ſancta eſſet; ſed quodammodo Deo ac mundo diuiſa; vt eos, qui ad ſacerdotium electi eſſent, vt æquum erat diſtingueret, & in ſuperiori ordine collocaret, ſacrificium quod pro illis fieret, totum cremare, oblatāque ſimilam mane ac veſperi, id eſt, quotidie & omni tēpore Deo incendere iuſſit: nam, qui electus ad ſacerdotium eſt, ſemper fere ſanctus, neque vnquam bonum illum odorem ſpiritualem nimirum redolere deſinit: neque eſt vt quidam Deo ac mundo diuiſus, ſed aſſidue, atque indiuidue totus ex omni parte Domino ſuo adhęret, ac propemodum clamat, [Cum Christo ſimul cruci confixus ſum; viuo autē non iam ego, viuit verò in me Chriſtus.] Decima igitur ſimilæ vitæ ſignum eſt, per omne tempus bonum odorem Deo redolentis. Porro, In ſartagine, inquit, frixam; & oleo conſperſam, & ex fragmentis offeret eam: quibus in verbis

Leuit. 6.

Galat. 2.

per ænigma nobis indicatur, in ſartagine quidem laborum perpeſſio; in eo verò quod conſperſa eſt oleo ſimila, hilaritatis redundantia; in eo denique, quod ex fragmentis offertur, ſanctorum virorum cordis quodammodo teneritudo, atque eiuſmodi mollitudo, vt frangi facile poſſit: illi enim vitæ, quæ eſt ex omni parte atque plane ſancta, laborum perpeſſio, & ſpes apud Deum ampliſſima, & tenera quædam ac mollis affectio coniuncta eſt: nam durities certe illi minime conuenit:

Pſalm. 50. Iob. 41. " ſcriptum eſt enim, [Cor contritum &
" humiliatum Deus non deſpiciet:] obduruit contra vt lapis, & vt incus minime ductilis Diaboli cor; ſic enim ſacræ literæ tradunt. Porrigitur autem hæc lex in ſempiternum, & per ſacerdotum ſucceſſiones perficitur; nam ſectari maiorum laudes oportet, & imitatores eſſe parentum gloriæ illorum in Deo colendo veſtigia perſequentes, odorémque Deo gratiſſimum non ex parte, ſed plene offerentes: id enim, vt opinor, eſt, Omne ſacrificium ſacerdotis holocauſtum erit. PALLADIVS. Nos ipſos igitur offeremus, & in odorem ſuauitatis conſecrabimus Deo, & ſanctorum hominum vitæ veſtigia perſequemur, illorumque ſacrificia nimirum ſpiritualia imitabimur. CYRILLVS. Prorſus ita eſt, Palladi. Sed eluere maculas, peccatúmque vitare, non aliter quemquam poſſe, niſi per Chriſtum ſolum, in quo & per quem omnis fit purgatio, cum ſalutarem illam pro nobis mortem pertulerit, intelligere cuiuis licet, ne longius abeam, ex proximo atque coniuncto

Leuit. 6. " Legis decreto, quod ſic ſe habet, [Et
" locutus eſt Dominus ad Moyſen, di-
" cens, Loquere Aaron & filiis eius, di-
" cens, Hæc eſt lex peccati: in loco vbi
" immolabunt holocauſtum, immola-
" bunt etiam pro peccato coram Domi-
" no: Sancta ſanctorum ſunt. Sacerdos
" qui offert illud, veſcetur eo: in ſancto
" loco edetur, in atrio tabernaculi teſti-
" monii: quiſquis tetigerit de carnibus
" eius, ſanctificabitur; & cuicunque aſper-
" ſum fuerit de ſanguine eius ſuper ve-
" ſtem, in qua aſperſus fuerit ſuper eam,
" lauabitur in loco ſancto; & vas fictile,
" in quo coctum fuerit, conteretur;
" quod ſi in vaſe æneo coctum fuerit, de-
" fricabit illud, & lauabit aqua: & om-
" nis maſculus in ſacerdotibus comedet
" ea: Sancta ſanctorum ſunt Domino.]

A ἐγνῶμεν, τὸ ἐπίπονον, τῷ δὲ πεφυρᾶσθαι τῷ ἐλαίῳ, τὸ δαψιλὲς ἐν ἱλαρότητι· τῷ δὲ ἐν κλασμοῖς, τὸ οἱονεὶ τρυφερόν τι καὶ εὐδιάθρυπτον τῆς τῶν ἁγίων καρδίας ὑποσημαινόντων ἡμῖν αἰνιγματωδῶς. ἕψεται γὰρ πάντως τῇ εἰσάπαν καὶ ὁλοκλήρως ἁγίᾳ ζωῇ, τὸ ἐν πόνοις εἶναι, καὶ τὸ ἀμφιλαφὲς ἐν ἐλπίδι τῇ παρὰ Θεῷ, καὶ τὸ εὐδιάθρυπτον κομιδῇ. πρέπει γὰρ αὖ ἥκιστά γε τὸ ἀτεγκτές, γέγραπται γὰρ ὅτι καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς

B οὐκ ἐξουδενώσει. πέπηγε δὲ ὡς λίθος, καὶ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος, ἡ τοῦ διαβόλου καρδία, λέγει γὰρ οὕτω τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. ἐκτείνεται δὲ καὶ μέχρι παντὸς ὁ νόμος, ταῖς τῶν ἱερατευόντων διαδοχαῖς πληρούμενος. ἕπεσθαι γὰρ δεῖ ταῖς τῶν προλαβόντων εὐδοκιμήσεσι, καὶ μιμητὰς ἀναφαίνεσθαι τῆς τῶν πατέρων εὐκλείας, κατ' ἴχνος ἰόντας τῆς ἐκείνων λατρείας, καὶ τὴν φιλαιτάτην τῷ Θεῷ προσκομίζοντας εὐωδίαν, οὐ μεμερισμένως, ἀλλ' ὁλοτελῶς. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐστι, τὸ,

C πᾶσα θυσία ἱερέως ὁλόκαυτος ἔσται. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἑαυτοὺς οὖν ἄρα προσοίσομεν, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνακεισόμεθα τῷ Θεῷ, τὴν τῶν ἁγίων ἰχνηλατοῦντες ζωὴν, καὶ ταῖς ἐκείνων ἱερουργίαις ἑπόμενοι, δῆλον δὲ ὅτι ταῖς πνευματικαῖς. ΚΥΡ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Παλλάδιε. πλὴν ὅτι τὸ ἀποτρίψασθαι μολυσμὸν, καὶ διαδρᾶναι τὴν ἁμαρτίαν, οὐχ ἑτέρως ἂν γένοιτο καὶ ἐνυπάρξαι τισὶν, ἢ ὅτι διὰ μόνου Χριστοῦ, ἐν ᾧ καὶ δι' οὗ πᾶσα κάθαρσις, τὴν σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείναντος σφαγὴν, ἀ-

D ναμάθοι τις ἄν, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, διά τε τοῦ γείτονος καὶ συνεζευγμένου θεσπίσματος. ἔχει γὰρ ὧδε. Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων. λάλησον τῷ Ἀαρὼν καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, λέγων. οὗτος ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας. ἐν τόπῳ οὗ σφάζουσι τὸ ὁλοκαύτωμα, σφάξουσι τὰ περὶ τῆς ἁμαρτίας ἔναντι Κυρίου. ἅγια ἁγίων ἐστίν. ὁ ἱερεὺς ὁ ἀναφέρων αὐτὴν, ἔδεται αὐτήν. ἐν τόπῳ ἁγίῳ βρωθήσεται, ἐν αὐλῇ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. πᾶς

E ὁ ἁπτόμενος τῶν κρεῶν αὐτῆς, ἁγιασθήσεται. καὶ ᾧ ἐὰν ἐπιρραντισθῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἱμάτιον, ὃ ἐὰν ῥαντισθῇ ἐπ' αὐτὸ, πλυθήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ. καὶ σκεῦος ὀστράκινον οὗ ἐὰν ἑψηθῇ ἐν αὐτῷ, συντριβήσεται. ἐὰν δὲ ἐν σκεύει χαλκῷ ἑψηθῇ, ἐκτρίψει αὐτὸ, καὶ ἐκπλύσει ὕδατι. πᾶς ἄρσην ἐν τοῖς ἱερεῦσι φάγεται αὐτά. ἅγια ἁγίων ἐστὶ Κυρίῳ.

ἱερεῖον μὲν οὖν τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας εἴη ἂν ἕτερον οὐδὲν παρὰ τὸν Ἐμμανουὴλ, ὅς ἐστιν ἀμνὸς ὁ ἀληθινὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. σφάζεται δὲ ἐν τόπῳ τοῦ ὁλοκαυτώματος. οὐ γάρ τοι μερικῶς τε καὶ καθ' ἡμᾶς ἅγιος ὁ Χριστός, οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, εὐώδης δὲ ὅλος καὶ ἱερός, καὶ ἁγιασμοῦ τοῖς ἄλλοις ἅπασι χορηγός. εἰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη καὶ τοῖς κατακεκριμένοις ἐναρίθμιος γέγονεν οἰκονομικῶς, ἀλλ' οἶδεν ἅγιον ὄντα καὶ ἱερὸν τὸν τοῦ υἱοῦ θάνατον ὁ πατήρ. ταύτῃ τοι, φησίν, ἐν τόπῳ οὗ σφάζουσι τὸ ὁλοκαύτωμα, σφάξουσι καὶ τὸ περὶ ἁμαρτίας. ἅγια ἁγίων ἐστίν. ὥσπερ γὰρ Θεὸς Θεοῦ ἐστιν ὁ υἱός, οὕτω καὶ ἁγίων ἅγιος, ὅλην αὐτὸς ἁγιάζων τὴν κτίσιν τῷ ἰδίῳ πνεύματι, καθὸ πέφυκεν ἐκ πατρός, καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθῶς. ἔδεται δὲ τὴν θυσίαν, φησίν, ὁ προσκομίζων αὐτὴν ἱερεύς. ἕκαστος γὰρ οἶμαι τῶν εἰς λειτουργίαν τὴν ἱερὰν ἠγμένων, τοὺς καρποὺς τῶν ἰδίων ἀποτρυγήσει πόνων, καὶ τῆς ἑαυτοῦ λειτουργίας ἐκθερίσει τὴν ἀντίδοσιν. ἐσθίεται δὲ τῆς θυσίας τὸ λείψανον, ἐν ἁγίοις τόποις, καὶ ἐν αὐλῇ τῆς ἁγίας σκηνῆς. προσάγεται γὰρ ἐν ἐκκλησίαις τὰ μυστικά, καὶ τῆς ἁγίας τραπέζης Χριστοῦ τὸ ἀπόλεκτον ἐν αὐταῖς ἀξιοῦται γένος. ἔνθα δ' ἂν ἱερατεύῃ νόμιμος ἱερεύς, ἅγιος ἔσται τόπος. ἁγιάζει δὲ τὸν ἁπτόμενον ἡ θυσία. καὶ ὁ τοῦ αἵματος ῥαντισμός. προσιέμεθα γὰρ τοῖς ἁγίοις, οὐχ ἑτέρου του χάριν, ἢ ὥστε μεταλαχεῖν τοῦ ἁγίου Χριστοῦ, διά τε τῆς ἀπορρήτου καὶ πνευματικῆς θυσίας. διαγνίζεται δὲ καὶ τὰ ταῖς θυσίαις ὑπηρετοῦντα σκεύη, ὡς ἂν μὴ ἑτέρῳ γένοιτό τινι, μηδὲ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ὑποφέροιτο χρείαις, τὰ τοῖς ἱεροῖς λελειτουργηκότα. τετήρηται δὲ ὁ νόμος, καὶ ἐν ἐκκλησίαις σώζεται. ἀνδριζομένοις δὲ ὅτι τὸ εὐλογεῖσθαι πρέπει, σαφηνιεῖ πάλιν ὁ νόμος εἰπών. πᾶν ἄρσεν ἐν τοῖς ἱερεῦσι φάγεται αὐτά.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Σαφὴς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Θεσμοθετεῖ δὲ πρὸς τούτοις, καὶ ὅπως ἂν γένοιτο καλῶς τῆς θυσίας ὁ τρόπος, τῆς ὑπὲρ ἁμαρτίας φημί, καὶ τίνα μὲν ἐξ αὐτῆς, τὰ τοῖς λειτουργοῦσιν ἐδώδιμα, τίνα δὲ αὖ, τὰ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἐξῃρημένα. γέγραπται γὰρ οὕτω. καὶ πάντα, φησί, τὰ περὶ τῆς ἁμαρτίας, ὧν ἂν εἰσενεχθῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῶν εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐξιλάσασθαι ἐν τόπῳ ἁγίῳ, οὐ βρωθήσεται, ἐν πυρὶ

A Victima igitur pro peccato nulla eſt alia præter illum Emmanuël, qui eſt agnus verus, qui tollit peccatum mundi. Immolatur autem in loco holocauſti: neque enim ex parte & noſtro modo Chriſtus eſt ſanctus; non enim peccatum fecit, ſed totus odorem ſuauitatis redolet, ac ſacer eſt, ceteriſque omnibus ſanctitatis ſuppeditator. Licet enim inter ſceleratos reputatus fuerit, & inter damnatos ex diſpen- *Eſai 53.* B ſatione numeratus; at nouit tamen ſanctam eſſe ac ſacram Filii mortem Pater; ideoque ait, [In loco vbi im- *Leuit 6.* molauerint holocauſtum, immolabunt etiam pro peccato: Sancta ſanctorum ſunt.] Vt enim Filius Deus Deorum eſt, ita ſanctus ſanctorum, vniuerſamque creaturam ſuo ipſe ſpiritu ſanctificat, qua parte ex Patre extitit, & eſt vere Deus. Edet præterea hoſtiam, inquit, ſacerdos, qui offert eam: vnuſquiſque enim, qui ad ſacrum cultum exhibendum prouectus C fuerit, laborum ſuorum fructus decerpet, retributionemque ſui miniſterii metet. Reliquiæ quoque victimæ in ſacris locis, & in atrio tabernaculi eduntur; offeruntur enim in Eccleſiis myſteria, ibidemque genus illud electum ſancta Chriſti menſa dignatur: locus vero, in quo legitimus ſacerdos munere ſacro fungitur, ſanctus eſt. Sanctificat autem hoſtia eum, qui ſe contigerit, & ſanguinis itidem aſperſio: accedimus enim ad ſancta non D alia de cauſſa, quam vt per ineffabilem ac ſpiritualem hoſtiam Chriſtum ſanctum participemus. Abluuntur præterea vaſa, quorum in ſacrificiis vſus fuerit, ne ad quemuis alium perueniant; neve ea, quibus in ſacris miniſteriis opus fuerit, hominum vſibus ſubiiciantur; retenta eſt autem ea lex, & ſeruatur in Eccleſiis. Denique, qui ſe viriliter gerunt, eos decere benedici, planum itidem facit cum ait, Omnis maſculus in ſacerdotibus veſcetur illis. PALLADIVS. E Perſpicuum dictum eſt. CYRILLVS. Conſtituit præterea quomodo rite ſacrificium pro peccato fiat quibuſve eius partibus veſci miniſtris liceat, quæ ſint rurſus præcipue in odorem ſuauitatis exemptæ: ſic enim ſcriptum eſt, [Et *Ibid.* omnia, inquit, pro peccato ex quibus illatum fuerit de ſanguine eorum in tabernaculum teſtimonii ad propitiandum in loco ſancto, non edentur, igni

» cremabuntur: & hæc lex arietis pro
» delicto: ſancta ſanctorum ſunt: in lo-
» co in quo immolabunt holocauſta, im-
» molabunt arietem pro delicto coram
» Domino, & ſanguinem profundet ad
» baſim altaris in circuitu, & omnem
» adipem eius offeret ab ipſo, & lum-
» bos, & omnem adipem, qui operit
» inteſtina, & omnem adipem, qui eſt
» ſuper inteſtina, & duos renes, &
» adipem, qui ſuper eos eſt, qui eſt
» ſuper lumbos, & pinnam, quæ eſt
» ſuper iecur cum renibus, auferet ea, &
» offeret ea ſacerdos ſuper altare, in-
» cenſionem in odorem ſuauitatis Domi-
» no: pro delicto eſt: omnis maſculus
» ex ſacerdotibus edet ea: in loco ſan-
» cto edent ea: Sancta ſanctorum ſunt:
» ſicut pro peccato, ſic etiam pro deli-
» cto: lex vna ipſis erit: ſacerdos, qui
» propitiabitur in eo, ipſius erit.] Pro-
hibet quidem, ne veſcantur ſacrificio-
rum interaneis; Soli namque Deo,
inquit, conſecranda ſunt, ipſique
offerenda: hoc enim, vt opinor, ſi-
gnificant ea verba, Igni comburen-
tur, hoc eſt, ſoli diuinæ & omnium
excellentiſſimæ naturæ, cuius figu-
ram gerit ignis, dicata attributaque
ſint. Immolato autem ariete pro de-
licto, effunditur ſanguis ad baſim al-
taris: mors enim Chriſti ſancta ſacra-
que eſt, atque etiam ſuauem odorem
redolet: interanea quippe offeruntur.
adeps & renes & pinna iecoris: hæc
autem, vt alibi dixi, figuram virtutis
habent minime ſimplicis, ſed multi-
formis: plurima namque ſane ſunt
genera virtutis. In Chriſto igitur iu-
ſtificati ſumus, qui pro nobis mor-
tem pertulit, & ſe ipſum Deo & Pa-
tri obtulit in odorem ſuauitatis. Ce-
terum non ſine mercede nos Deo
miniſtraturos, deinceps & continuo
Leuit. 6. » declarat, dicens, [Et ſacerdos, qui
» offert holocauſta hominis, pellis ho-
» locauſti, quod offert, ipſius erit, &
» omne ſacrificium quod fiet in cliba-
» no, & omne quod fiet in craticula
» vel in ſartagine, ſacerdotis eam offe-
» rentis erit, & omne ſacrificium oleo
» conſperſum, & non conſperſum, omni-
» bus filiis Aaron erit; vnicuique pars æ-
qua.] ſeruatur & hæc lex in Eccleſiis;
præſcribitque ſacerdotibus æqualita-
tem, dum incruenti ſacrificii par-
tem cuique ſine vlla differentia di-
ſtribuit: quod cum intelligeret Pau-
lus, ſcribit, Sic & Dominus præ-

A κατακαυθήσεται. καὶ οὗτος ὁ νόμος τοῦ κριοῦ τοῦ
περὶ τῆς πλημμελείας. ἅγια ἁγίων ἐστίν. ἐν τό-
πῳ οὗ σφάζουσι τὸ ὁλοκαύτωμα, σφάξουσι τὸν
κριὸν περὶ τῆς πλημμελείας ἔναντι κυρίου. καὶ τὸ
αἷμα προσχεεῖ ἐπὶ τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου κύ-
κλῳ. καὶ πᾶν τὸ στέαρ αὐτοῦ προσοίσει ἀπ' αὐτοῦ, καὶ
τὴν ὀσφὺν, καὶ πᾶν τὸ στέαρ τὸ κατακαλύπτον τὰ
ἐνδόσθια, καὶ πᾶν τὸ στέαρ τὸ ἐπὶ τῶν ἐνδοσθίων.
καὶ τοὺς δύο νεφροὺς, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἐπ' αὐτῶν,
τὸ ἐπὶ τῶν μηρίων, καὶ τὸν λοβὸν τὸν ἐπὶ τοῦ ἥπα-
B τος σὺν τοῖς νεφροῖς, περιελεῖ αὐτά. καὶ ἀνοίσει
αὐτὰ ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον κάρπωμα τῷ
κυρίῳ. περὶ πλημμελείας ἐστί. πᾶς ἄρσην ἐκ
τῶν ἱερέων ἔδεται αὐτά, ἐν τόπῳ ἁγίῳ ἔδονται αὐ-
τά. ἅγια ἁγίων ἐστίν. ὥσπερ τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας,
οὕτω καὶ τὸ περὶ τῆς πλημμελείας. νόμος εἷς αὐ-
τῶν. ὁ ἱερεὺς ὅστις ἐξιλάσεται ἐν αὐτῷ, αὐτῷ
ἔσται. ἀποφάσκει μὲν γὰρ δεῖν ποιεῖσθαι τροφὰς,
τὰ τῶν ἱερείων ἐνδόσθια. χρὴ γὰρ μόνῳ, φησὶν,
ἀνακεῖσθαι Θεῷ, καὶ αὐτῷ προσάγεσθαι·
C τοῦτο γὰρ οἶμαι καταδηλοῦν τὸ, ἐν πυρὶ κα-
τακαυθήσεται. τοῦτ' ἔστιν, ἀνακεῖσθαι τὸ ἐν μό-
νῃ ἐκνενεμῆσθαι τροφὰς τῇ θείᾳ τε καὶ ὑπὲρ
πάντα φύσει, ἧς εἰς τύπον τὸ πῦρ. καταθυομένου
δὲ τοῦ κριοῦ τῆς πλημμελείας, προσχεῖται τὸ αἷ-
μα τῇ βάσει τοῦ θυσιαστηρίου. ἅγιος γὰρ καὶ ἱερὸς ὁ
Χριστοῦ θάνατος, καὶ μὴν καὶ εὐώδης. ἀναφέρε-
ται γὰρ τὰ ἐνδόσθια, πιμελὴ, καὶ νεφροὶ, καὶ λοβὸς
τοῦ ἥπατος. εἶεν δ' ἂν, οἶμαι, ταυτὶ, καθὰ καὶ ἐν
ἑτέροις ἔφην εἰς ἀρετῆς τύπον τῆς οὐ μιᾶς, ἀλλ'
D ὡς ἐν εἴδει πολλῶν. πλεῖστοι γὰρ ὅσοι τῆς ἀρετῆς οἱ
τρόποι· δεδικαιώμεθα δὴ οὖν ἐν Χριστῷ, τῷ ὑπὲρ
ἡμῶν ἀνατλάντι θάνατον, καὶ ἀναθέντι ἑαυτὸν εἰς
ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί· ὅτι δὲ οὐκ
ἀμισθὶ λειτουργήσομεν τῷ Θεῷ, σαφηνίζει, λέ-
γων, εὐθύς τε καὶ ἐφεξῆς. καὶ ὁ ἱερεὺς ὁ προσάγων
ὁλοκαυτώματα ἀνθρώπου, τὸ δέρμα τῆς ὁλοκαυ-
τώσεως ἧς αὐτὸς προσφέρει, αὐτῷ ἔσται, καὶ πᾶ-
σα θυσία ἥτις ποιηθήσεται ἐν τῷ κλιβάνῳ,
E καὶ πᾶσα ἥτις ποιηθήσεται ἐπ' ἐσχάρας, ἢ ἐπὶ
τηγάνου, τοῦ ἱερέως τοῦ προσφέροντος αὐτὴν,
αὐτῷ ἔσται, καὶ πᾶσα θυσία ἀναπεποιημένη ἐν
ἐλαίῳ, καὶ μὴ ἀναπεποιημένη, πᾶσι τοῖς υἱοῖς
Ἀαρὼν ἔσται, ἑκάστῳ τὸ ἴσον. σώζεται καὶ οὗτος ἐν
ἐκκλησίαις ὁ νόμος, καὶ βραβεύει τοῖς ἱερουρ-
γοῖς τὴν ἰσότητα, διανέμων ἑκάστῳ τῆς ἀναι-
μάκτου θυσίας ἀπαραλλάκτως τὰ γέρα. καὶ τοῦ-
το εἰδὼς ὁ Παῦλος γράφει. οὕτω καὶ ὁ Κύριος

προσέταξε τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου ζῆν. καὶ οἱ προσφέροντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσὶ, καθὰ πάλιν αὐτός που φησίν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὧδε ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καταρρυθμίζει δὲ αὖ καὶ τῆς αἰνέσεως τὴν θυσίαν, καὶ ὅπως ἂν γένοιτο ὑπεργυᾷ, λέγων. οὗτος ὁ νόμος θυσίας σωτηρίου, ἣν προσοίσουσι, κυρίῳ ἐὰν μὲν περὶ αἰνέσεως προσφέρῃ αὐτήν. καὶ προσοίσει ἐπὶ τῆς θυσίας τῆς αἰνέσεως, ἄρτους ἐξ σεμιδάλεως ἀναπεποιημένης ἐλαίῳ, καὶ λάγανα ἄζυμα διακεχρισμένα ἐν ἐλαίῳ, καὶ σεμίδαλιν πεφυραμένην ἐν ἐλαίῳ. ἐπ' ἄρτοις ζυμίταις προσοίσει τὰ δῶρα αὐτοῦ ἐπὶ θυσίᾳ αἰνέσεως σωτηρίου. καὶ προσάξει ἓν ἀπὸ πάντων τῶν δώρων αὐτοῦ, ἀφαίρεμα κυρίῳ. τῷ ἱερεῖ τῷ προσχέοντι τὸ αἷμα τοῦ σωτηρίου, αὐτῷ ἔσται, καὶ τὰ κρέα θυσίας αἰνέσεως σωτηρίου, αὐτῷ ἔσται. καὶ ἐν ᾗ ἡμέρᾳ δωρεῖται, βρωθήσεται. οὐ καταλείψουσιν ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ πρωΐ. ἐπ' ἄρτοις ζυμίταις τῆς αἰνέσεως τὴν θυσίαν ποιεῖσθαι προστέταχε. καί τοι σαφῶς καὶ ἐναργῶς ἐν ἑτέροις εἰπὼν, ὅτι πᾶσαν ζύμην καὶ πᾶν μέλι οὐ προσοίσετε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. δῶρον ἀπαρχῆς προσοίσετε αὐτὰ τῷ κυρίῳ· ἐπὶ δὲ τὸ θυσιαστήριον, οὐκ ἀναβιβασθήσεται εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ. ἆρ' οὖν, ὦ Παλλάδιε, τὸ περίεργον ἐν τούτοις, οὐκ ὀνησιφόρον εἶναι φῄς; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τίς οὖν ἄρα ἔσται τῆς οἰκονομίας ὁ τρόπος, φέρε δὴ λέγωμεν, πολυπραγμονοῦντες ὡς ἔνι, καὶ τρίβον ἰόντες τὴν κεκρυμμένην. νομικώτατα τοίνυν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ τὴν πνευματικὴν ἀνακρούων λύραν, ποτήριον, φησὶ, σωτηρίου λήψομαι, καὶ τὸ ὄνομα κυρίου ἐπικαλέσομαι. τῆς αἰνέσεως τὴν θυσίαν, ποτήριον σωτηρίου, διαρρήδην ἀποκαλῶν. προσκομίζομεν δὲ καὶ ἡμεῖς τὴν αἴνεσιν, κατὰ πληθὺν μὲν ἐν ἐκκλησίαις, εἰς ἑνότητα πνεύματος, καὶ ὡς εἰς ἓν σῶμα καὶ ψυχὴν μίαν συνενηνεγμένοι διὰ τῆς πίστεως. γέγραπται γὰρ ὅτι τοῦ δὲ πλήθους τῶν πεπιστευκότων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. ποιούμεθα δὲ τὰς δοξολογίας καὶ καθ' ἕνα πολλάκις ἠρεμοῦντες οἴκοι, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ, καὶ τὸ χρῆμα ἐπὶ τοῖς ἐπιεικέσιν ἐν τριβῇ. ἢ οὐκ ἀληθὲς ὅ φημι; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πῶς γὰρ οὔ;

A cepit eos, qui altari præſto ſunt, ex altari viuere; qui etiam offerunt hoſtias, participes ſunt altaris, vt ipſe idem profectò dicit. 1. Cor. 10. PALLADIVS. Sic ſe res habet. CYRILLVS. Moderatur deinde laudis quoque ſacrificium, & quomodo fieri debeat tradit, dicens, [Hæc eſt lex ſacrificii ſalutaris, quod offerent Domino; ſi quidem pro laude offerat illud, offeret ſuper ſacrificium lau- B dis panes ſex ſimilæ conſperſæ oleo, & lagana azyma peruncta oleo, & ſimilam ſubactam oleo: in panibus fermentatis offeret dona ſua ſuper ſacrificium laudis ſalutaris: & offeret vnum ex omnibus donis ſuis ſeparationem Domino: ſacerdotis, qui effundit ſanguinem ſalutaris, ipſius erunt, & carnes hoſtiæ ſalutaris ipſius erunt; & die quo offeruntur, comedentur; non relinquent de ipſo in mane.] Leuit. 7. C Panibus fermentatis laudis ſacrificium fieri præcepit, quamuis plane atque euidenter alibi præcepiſſet, [Omne fermentum, & omne mel non offeretis domino Deo veſtro: donum primitiarum offeretis ipſa Domino; ſuper altare autem non imponentur in odorem ſuauitatis Domino.] Leuit. 2. An vero, Palladi, in his rebus inquirendis curioſitatem minime eſſe vtilem putas? PALLADIVS. Vtilem certè. D CYRILLVS. Quinam ſit igitur huius diſpoſitionis modus, age iam dicamus, & quoad fieri poteſt, diligentiſſime perquiramus, ac ſemitam occultam ingrediamur. Beatus itaque Dauid, cùm ſpirituali perſonaret lyra, verbis cum Lege congruentiſſimis, [Calicem, inquit, ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo:] Pſal. 115. laudis videlicet hoſtiam, calicem ſalutaris, perſpicuis verbis appellans. E Offerimus nos ipſi quoque laudem frequenti multitudine quidem in Eccleſiis, in vnitatem ſpiritus, & in vnum veluti corpus & animam vnam collecti per fidem; ſcriptum eſt enim, [Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.] Act. 4. Sæpe vero Deum glorificandi munus, domi quieſcentes, explemus, tum interdiu, tum de nocte: idque probis viris in more poſitum eſt. An verum non eſt quod dico? PALLAD. Quis negete?

CYRILL.

CYRILLVS. Sed ſiue in Eccleſiis frequenti cœtu id ſacrificium à nobis offeratur, ſiue aliis in locis fiat à ſingulis fortaſſe, vel duobus, vel tribus aut etiam pluribus, nullo diſcrimine omnes adſtant, quicumque hymnum dicere conſueuerunt, & eius rei gratia conuenerunt: ſimul enim cum iis, qui ſancto baptiſmate purificati ſunt, offert hoc ſacrificium is quoque, qui adhuc eſt catechúmenus. At, vbi cum perfectis iunctus, laudem obtulerit, à myſteriis ſacratioribus abſcedit, & à Chriſti ſacrificio arcetur. Itaque recte Lex hanc diſpoſitionem ante prædicauit, & ſacrificium laudis fermentatis panibus & laganis azymis fieri præcepit. Singula autem, quæ dicta ſunt, vt ego exiſtimo, vitæ genus quoddam ſignificant: panis enim fermentatus vitæ figuram tenet, quæ nondum ſancto baptiſmate ſit purgata, neque prorſus à ſæculari impuritate remota. Laganum vero azymum illius, quæ abluta in Chriſto eſt per fidem, hominum dico, qui iam perfecti initiatique ſunt, quos beatus Paulus alloquebatur, dicens,

1. Cor. 5. [Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.] Et iterum, [Expurgate igitur vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi.] PALLADIVS. Optime dixiſti. CYRILLVS. Ad hæc ſimila nondum in vnitatem coacta, vt in pane ac lagano, verbi gratia, ſed adhuc quodammodo in minuto puluere manens, eos qui ſingillatim ac priuatim laudem offerunt, inſinuat: accepti namque ſumus Deo, cùm illi glorificationem exhibemus, & priuatim ſinguli, & in vnum omnes collecti ac frequentes. Infunditur etiam oleum in hoſtiam laudis, eius facti lætitiam hilaritatemque declarans, & ſignificans (quod omnino ſequi neceſſe eſt) fore vt, qui illam offerre conſueuerint, à Deo miſericordiam conſequantur.

Pſal. 49. [Sacrifica enim, ait, ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua: & inuoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, & glorificabis me.] Scribit etiam ille Chriſti diſcipulus,

Iacob 5. [Triſtatur quis ex vobis? oret: æquo animo eſt? pſallat.] Igitur panibus fermentatis, & azymis laganis,

A ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀλλ' εἴτ' οὖν ἐν ἐκκλησίαις κατὰ πληθὺν προσάγοιτο πρὸς ἡμῶν τὸ θῦμα, εἴτ' οὖν ἐν ἑτέροις πρακτέοιτο τόποις, καὶ καθ' ἕνα τυχὸν, ἢ καὶ κατὰ δύο που, καὶ τρεῖς καὶ πλείους ἔτι, ἀδιάκριτος ἡ παράστασις τῶν ὑμνολογεῖν εἰωθότων, καὶ εἰς τοῦτο συνδεδραμηκότων. ὁμοῦ γὰρ τοῖς ἤδη κεκαθαρμένοις διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, συναναφέρει τὸ θῦμα· καὶ ὁ κατηχούμενος ἔτι, καὶ τοῖς τελείοις συνανατεθεὶς τὴν αἴνεσιν, τῶν

B ἔτι μυστικωτέρων ἀποφοιτᾷ, καὶ θυσίας εἴργεται τῆς ἐπὶ Χριστῷ. Ταύτῃ τοι καλῶς ὁ νόμος προανεφώνει τὴν οἰκονομίαν, καὶ τῆς αἰνέσεως τὴν θυσίαν, ἐπ' ἄρτοις ζυμίταις, καὶ ἐν ἀζύμοις λαγάνοις ποιεῖσθαι προσέταττεν; ἑκάστου, καθάπερ ἐγῷμαι, τῶν ὠνομασμένων, ζωῆς εἶδος ὑποσημαίνοντος. ἄρτος μὲν γὰρ ὁ ἐζυμωμένος, βίου καὶ ζωῆς ἐστι τύπος, τῆς οὔπω κεκαθαρμένης διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, οὔτε μὴν εἰσάπαν ἀπηλλα-

C γμένης κοσμικῆς ἀκαθαρσίας· λάγανον δὲ ἄζυμον, τῆς ἤδη διεσμηγμένης ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, τῆς τῶν τελείων φημὶ, οἷς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος προσεφώνει, λέγων, ὥστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. καὶ πάλιν· ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

D Σεμίδαλις δὲ πρὸς τούτοις οὔπω πρὸς ἑνότητα συνειλεγμένη, καθὰ καὶ ἐν ἄρτῳ καὶ ἐν λαγάνῳ τυχὸν, μένουσα δὲ ὥσπερ ἐν ψήκκοις ἔτι, τὸ, ὡς ἐν, καθ' ἕκαστον καὶ καθ' ἕνα τῶν προσκομιζόντων τὴν αἴνεσιν ὑπαινίττεται· δεκτοὶ γὰρ ἐσμὲν τῷ Θεῷ, ποιούμενοι τὰς δοξολογίας, καὶ ἀνὰ μέρος ἕκαστος, καὶ ὡς ἐν οἱ πάντες κατὰ πληθύν. ἐπιχεῖται δὲ τὸ ἔλαιον τῇ τῆς αἰνέσεως θυσίᾳ, τὸ ἱλαρὸν τοῦ πράγματος ὑποσημαῖνον, καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἕψε-

E ται παρὰ Θεοῦ τὸ ἐλεεῖσθαι δεῖν τοῖς προσάγειν εἰωθόσιν αὐτήν. θῦσον γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. γράφει δέ που καὶ ὁ Χριστοῦ μαθητής. ἀθυμεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσευχέσθω. εὐθυμεῖ, ψαλλέτω. οὐκοῦν ἐν ἄρτοις ἐζυμωμένοις καὶ ἐν ἀζύμοις λαγάνοις,

καὶ ἐν χειρὶ γέμισιν ἔτι σεμιδάλεως ἐκπροσφέρεσθαι δεῖν τῆς αἰνέσεως τὴν θυσίαν, διετύπου σαφῶς. εἶτα δὲ ἀφ' ἑκάστου προσαγομένου καὶ ὡς ἐν δρακὶ μιᾷ τῆς σεμιδάλεως, σφαζομένου τε προβάτου καὶ τῶν ἐνδοσθίων θυομένων κατὰ τὸν νόμον, ἐδώδιμα τὰ λοιπὰ τοῖς ἱερουργεῖν ἐπιτεταγμένοις, οὐκ ἀκερδῆ τὴν ἱερωσύνην καταδεικνύντος τοῦ νόμου, προστάττει λέγων· ἐν ᾗ ἡμέρᾳ δωρεῖται, βρωθήσεται· οὐ καταλείψετε ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ πρωΐ. δι' οὗ δὴ πάλιν ἔπεισι νοεῖν ἐκεῖνό που τάχα· παρελθόντος γὰρ τοῦ καιροῦ, καὶ παρῳχηκότος τοῦ αἰῶνος τοῦ ἐνεστηκότος, καθάπερ ἡμέρας, δοξολογίας ἡμῖν ἐπινοηθήσεται παρ' οὓς ἴσμεν, τρόπος ἕτερος. ὥσπερ γὰρ τῆς ἐπὶ τοῦ Φαραὼ δυναστείας ἐλευθερωθέντες οἱ ἐν νόμῳ ἔλεγον, ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. λαμπρότερα δὲ ἀσυγκρίτως καὶ ὑπερκείμενα προαναθεωροῦντες ἐν πνεύματι τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας τὰ κατορθώματα, ἀνακεκράγασι τῶν ἁγίων τινές, ᾄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν, τοῦτο δὲ ἦν, ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ εἰπὼν τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύφθητε· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, κατηργημένου θανάτου, καὶ τῆς ἁμαρτίας λελυμένης εἰσάπαν, αἰνέσεως ἔσται τρόπος ὁ τῷ καιρῷ πρέπων. ἐπὶ μείζοσι γὰρ ὑμνήσομεν καὶ τὰ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον πλουτήσαντες ἀγαθὰ, λαμπροτέραις εὐφημίαις τὸν ἁπάντων ἡμῖν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν Χριστὸν συστεφανώσομεν τῷ Θεῷ καὶ πατρί. εἴτε γὰρ προφητεῖαι καταργηθήσονται, φησὶν, εἴτε γνώσεις παύσονται, καὶ ἄρτι μὲν ἐκ μέρους γινώσκομεν. ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. καὶ μὴν καὶ αὐτός ἔφη που Χριστός. ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν. ὡς οὖν ἐσομένης ἐν ἡμῖν κατὰ καιροὺς τελειοτέρας γνώσεως, ὑψηλότερον ἢ νῦν καὶ ὑμνήσομεν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πιθανὸς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἑκάστῃ δὴ οὖν θυσίᾳ τὸν αὐτῇ πρέποντα νομοθετήσας ὅρον, καὶ ὅπως ἂν γένοιτο, διειπὼν εὖ μάλα, κοινωνὸν εὐθὺς τοῦ θυσιαστηρίου καθίστησι τὸν ἱερουργόν. γέγραπται γὰρ ὧδε· καὶ εἶπε κύριος πρὸς Ἀαρὼν, λέγων·

A & ſimilæ puluiſculis fieri ſacrificium laudis apertè præcepit: quibus ſingulis oblatis, ac ſimilæ quoque, quantum vno pugillo comprehendi poteſt, immolataque oue, & inteſtinis ex Legis præſcripto incenſis, reliqua ad ſacerdotum cibum pertinere, vt non infructuoſum eſſe ſacerdotium Lex oſtendat, his verbis decernit, In quo die offertur, comedetur: non relinquat de eo in mane. Ex quo mihi illud intelligere in mentem venit: vbi hoc tempus effluxerit,
B præterieritque præſens ſæculum tanquam dies, modum alium glorificandi Deum præter eos, quos nouimus, à nobis excogitandum. Vt enim ii, qui in Lege erant, Pharaonis dominatu liberati ſumma cum lætitia dicebant, [Cantemus Domino, glorioſe enim glorificatus eſt, equum & aſcenſorem proiecit in mare.] Sed, cùm clariora fore, & infinitis partibus præſtantiora, quæ Saluator noſter in ſuo aduentu præclare geſturus eſſet, quidam ſancti homines
C in ſpiritu præuiderent, clamauerunt, [Cantate Domino canticum nouum:] id autem erat, [Aſcendit Deus in iubilatione,] inferis iam expoliatis, cùm iam dixiſſet iis, qui in vinculis erant, Exite; & iis, qui in tenebris, Reuelamini; ita, vt opinor, cùm deſtructa erit mors diſſolutumque penitus peccatum, laudis genus erit tempori illi conueniens; de maioribus enim beneficiis illum laudabimus: cúmque bona illa, quæ omnem ſenſum ac ſermonem ſu-
D perant, conſecuti erimus, Chriſtum omnium bonorum largitorem vnà cum Deo ac Patre laudibus exornabimus; [Siue enim prophetiæ euacuabuntur, inquit, ſiue ſcientia ceſſabit, & nunc quidem ex parte cognoſcimus: cùm vero venerit id quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.] Quin ipſe quoque Chriſtus profecto dixit, [Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis; ſed venit hora, cùm iam non in prouerbiis lo-
E quar vobis, ſed palam de Patre annunciabo vobis.] Quia igitur futura eſt in nobis tandem perfectior cognitio, multo etiam ſublimius quàm hoc tempore laudaturi ſumus. PALLADIVS. Credibilis ſane oratio. CYRILLVS. Cum itaque ſuam cuique ſacrificio regulam præſcriptumque conſtituiſſet, & quâ ratione fieret, plane edixiſſet, participem altaris efficit continuo ſacerdotem: ſic enim ſcriptum eſt, [Et dixit Dominus ad Aaron, dicens,

Exod. 15. Pſal. 97. Pſal. 46. Eſai. 49. 1. Cor. 13. Ioan. 16. Num. 18.

Tu & filii tui, & domus cognationis tuæ accipietis primitias ſanctorum: & tu & filii tui accipietis peccata ſacerdotii veſtri:] cumque adiunxiſſet; oportere illos excitato vigilantique animo ſacris ſtudiis inſiſtere, [Et ecce,

Num. 18.

inquit, ego dedi vobis cuſtodiam primitiarum, quæ mihi ſanctificata ſunt à filiis Iſraël: tibi dedi ea in munus, & filiis tuis poſt te; legitimum ſempiternum: & hoc ſit vobis ab ſanctis, quæ ſanctificata ſunt, de cremationibus ab omnibus donis eorum, & ab omnibus ſacrificiis eorum, & ab omnibus delictis, & ab omnibus peccatis, quæcunque do tibi ab omnibus ſanctis, tibi erunt & filiis tuis: in ſancto ſanctorum comedetis ea: omne maſculinum comedetis, & tu & filii tui: ſancta erunt tibi; & erunt vobis primitiæ donorum eorum de omnibus impoſitionibus filiorum Iſraël: tibi dedi ea & filiis tuis, & filiabus tuis; legitimum ſempiternum: omnis mundus in domo tua edet ea. Omnes primitiæ olei, & omnes primitiæ vini & frumenti, primitiæ eorum quæcunque dederint Domino, tibi dedi ea: primitiæ omnes quæcunque fuerint in terra eorum, quæcunque obtulerint Domino tibi erunt. Omnis mundus in domo tua, veſcetur eis. Omne quod conſecratur in filiis Iſraël, tibi erit; & omne quod aperit vuluam ab omni carne, quæ offerunt Domino, ab homine vſque ad pecus, tibi erunt: niſi quod pretio redimentur primogenita hominum; & primogenita iumentorum immundorum redimes, & redemptio eius ab vno menſe, æſtimatio quinque ſiclorum erit iuxta ſiclum ſanctum: (viginti oboli ſunt:) excepto quod primogenita boum, & primogenita ouium & primogenita caprarum non redimes: ſancta ſunt: & ſanguinem ipſorum effundes ad altare: & adipem impones cremationem in odorem ſuauitatis Domino: & carnes erunt tibi ſicut & pectuſculum impoſitionis, & ſicut armus dexter, tibi erit omnis ſeparatio ſanctorum; quæcunque obtulerint filii Iſraël Domino, tibi dedi, & filiis tuis & filiabus tuis tecum, legitimum ſempiternum; pactum ſalis ſempiterni eſt coram Domino tibi & ſemini tuo poſt te.] Igitur ex hoc quoque loco intelligis & quidem perſpicue, omne ſacrificii & oblationis genus illi ſacro & electo generi apertiſſime tribuiſſe,

A σὺ καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ὁ οἶκος πατριᾶς σου, λήψεσθε τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἁγίων, καὶ σὺ καὶ οἱ υἱοί σου λήψεσθε τὰς ἁμαρτίας τῆς ἱερατείας ὑμῶν. προσπαραγαγὼν δὲ τούτοις ὅτι χρὴ τῶν ἱερῶν ἔχεσθαι σπουδασμάτων αὐτοὺς, διεγηγερμένῳ καὶ νήφοντι νῷ, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ, φησὶ, δέδωκα ὑμῖν τὴν διατήρησιν τῶν ἀπαρχῶν ἀπὸ πάντων τῶν ἡγιασμένων μοι παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. σοὶ δέδωκα αὐτὰ εἰς γέρας, καὶ τοῖς υἱοῖς σου μετὰ σὲ νόμιμον αἰώνιον, καὶ τοῦτο ἔστω ὑμῖν ἀπὸ τῶν ἡγιασ- B μένων ἁγίων τῶν καρπωμάτων ἀπὸ πάντων τῶν δώρων αὐτῶν καὶ ἀπὸ πάντων τῶν θυσιασμάτων αὐτῶν, καὶ ἀπὸ πάσης πλημμελείας αὐτῶν καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν ὅσα ἀποδιδόασί μοι ἀπὸ πάντων τῶν ἁγίων, σοὶ ἔσται καὶ τοῖς υἱοῖς σου. ἐν τῷ ἁγίῳ τῶν ἁγίων φάγεσθε αὐτά. πᾶν ἀρσενικὸν φάγεσθε αὐτὸ σὺ καὶ οἱ υἱοί σου. ἅγια ἔσται σοί. καὶ τοῦτο ἔσται ὑμῖν ἀπαρχῶν δομάτων αὐτῶν, ἀπὸ πάντων τῶν ἐπιθεμάτων τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. σοὶ δέδωκα αὐτὰ καὶ τοῖς υἱοῖς σου καὶ ταῖς θυγατράσι σου μετὰ σοῦ C νόμιμον αἰώνιον. πᾶς καθαρὸς ἐν τῷ οἴκῳ σου ἔδεται αὐτά. πᾶσα ἀπαρχὴ ἐλαίου, καὶ πᾶσα ἀπαρχὴ οἴνου, καὶ σίτου, ἀπαρχὴ αὐτῶν ὅσα ἂν δῶσι τῷ κυρίῳ, σοὶ δέδωκα αὐτά. τὰ πρωτογενήματα πάντα ὅσα ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, ὅσα ἂν ἐνέγκωσι κυρίῳ, σοὶ ἔσται. πᾶς καθαρὸς ἐν τῷ οἴκῳ σου ἔδεται αὐτά. πᾶν ἀνατεθεματισμένον ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ, σοὶ ἔσται. καὶ πᾶν διανοῖγον μήτραν ἀπὸ πάσης σαρκὸς, ὅσα προσφέρουσι κυρίῳ ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, σοὶ ἔσται. ἀλλ' ἢ λύτροις λυτρωθήσεται τὰ πρωτότοκα τῶν ἀνθρώπων, καὶ D τὰ πρωτότοκα τῶν κτηνῶν τῶν ἀκαθάρτων λυτρώσῃ. καὶ ἡ λύτρωσις αὐτοῦ, ἀπὸ μηνιαίου. ἡ συντίμησις πέντε σίκλων, κατὰ τὸν σίκλον τὸν ἅγιον, εἴκοσι ὀβολοί εἰσι. πλὴν πρωτότοκα μόσχων καὶ πρωτότοκα προβάτων, καὶ πρωτότοκα αἰγῶν οὐ λυτρώσῃ· ἅγιά ἐστι. καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν προσχεεῖς πρὸς τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὸ στέαρ ἀνοίσεις κάρπωμα εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ. καὶ τὰ κρέα ἔσται σοι, κα- E θὰ καὶ τὸ στηθύνιον τοῦ ἐπιθέματος, καὶ κατὰ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν, σοὶ ἔσται πᾶν ἀφαίρεμα τῶν ἁγίων. ὅσα ἐὰν ἀφέλωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ κυρίῳ, δέδωκά σοι καὶ τοῖς υἱοῖς σου καὶ ταῖς θυγατράσι σου μετὰ σοῦ, νόμιμον αἰώνιον. διαθήκη ἁλὸς αἰωνίου ἐστὶν ἔναντι κυρίου, σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σέ. συνίης οὖν ἄρα κἀντεῦθεν, οἶμαί που, καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι πᾶν εἶδος θυσίας καὶ προσαγωγῆς ἐκνενέμηκεν ἐναργῶς τῷ ἱερῷ τε καὶ ἀπολέκτῳ γένει,

καὶ τὰ ἀπὸ πάσης πλημμελείας, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν, τοῦτ᾽ ἔστι, τὰ ὑπὲρ πάσης πλημμελείας καὶ ἁμαρτίας θύματα. ὄνομα γὰρ τοῖς ὑπὲρ ἁμαρτίας θύμασιν, ἁμαρτία. ταύτῃ τοι καὶ Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφὸς, νομικὴν ἐπὶ Χριστῷ τὴν λέξιν ἐπετήδευσε λέγων, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε. τέθυται γὰρ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφὰς, ὡς ἀρνίον ἄκακον ὁ υἱός. ὅτι δὲ ἁμαρτία τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίας θύμασιν ὄνομα τέθειται παρὰ τοῦ νόμου σαφηνιεῖ, λέγων διὰ τοῦ προφήτου Θεὸς περὶ τῶν ἱερουργῶν, ἁμαρτίας λαοῦ μου φάγονται, τοῦτ᾽ ἔστι, τὰ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ μου, βρῶσις ἔσται τοῖς ἱερεῦσιν. ἀπονέμει τοίνυν αὐτοῖς ἁπάσης θυσίας λείψανον, ἐδώδιμά τε ποιεῖσθαι προστάττει, πλὴν ἐν ἁγίῳ τόπῳ, φησὶ, καὶ ὑπὸ παντὸς ἀρσενικοῦ. καὶ τίς ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος, εἴρηται πρὸς ἡμῶν. ἐν δὲ τοῖς ἤδη προηγηκόσιν, ἐλαίου δὲ ἀπαρχὴ, σίτου τε καὶ οἴνου, καὶ τῶν πρωτοτόκων αἱ ἀπολυτρώσεις, καὶ μέν τοι τὰ ἀναθήματα, μόνοις οὐκέτι τοῖς ἀρσενικοῖς, οὐδὲ ἐν αὐλῇ τῇ ἁγίᾳ βρώσιμα, ἀλλ᾽ ἐν οἴκῳ λοιπὸν ἱερέως, καὶ αὐταῖς θυγατράσιν ἐξαίρεμα πρὸς ἀπόλαυσιν, καὶ παντὶ γνωρίμῳ καὶ οἰκειοτάτῳ. καὶ ἀναγκαία πρὸς ἐπιτήρησιν ἡ διαστολή. τὰ μὲν γὰρ τῶν θυσιῶν λείψανα, μόνοις ἂν πρέποι τοῖς ἡγιασμένοις εἰς χρῆσιν, καὶ οὐχ ὡς βρῶσις ἔσται κοινὴ, καὶ τόπος ἅγιος, ὁ πρέπων αὐτοῖς. τὰ δὲ ὅσα περίεστιν, ἐν δωροφορίας τάξει προσκεκομισμένα, παραλαβεῖν, δευτέραν πως, φησὶν, ἐν ἑαυτοῖς ἔχει λόγον· καὶ παντὶ προσκεῖσθαι τῷ οἴκῳ τοῖς ἱερουργοῖς, εἰ μόνον εἴη καθαρὸς, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἀβέβηλος, κατὰ μὲν τὸν νόμον, εἰ μὴ ἀπερίτμητος, εἰ μὴ ἀλλογενὴς, εἰ μὴ λεπρὸς, εἰ μὴ γονορρυὴς, κατὰ δέ γε τὸν τοῦ νέου γράμματος σκοπὸν καὶ ἀσφάλειαν ἐκκλησιαστικὴν, εἰ μὴ ἀνίερός τε καὶ ἄπιστος, εἰ εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος. πρέποι γὰρ ἂν ὅτι μάλιστά γε τοῖς εἰς θείαν ἱερουργίαν ἠγμένοις, κολλᾶσθαι φιλεῖν, τοὺς οἵπερ ἂν εἶεν ἀγαθοί τε τὴν ἕξιν, καὶ φιλοθείας ἔμπλεω τὴν διάνοιαν ἔχοντες. προσθεὶς δὲ τούτοις, ὅτι διαθήκη ἁλὸς αἰωνίου ἐστὶν ἔναντι Κυρίου, σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σοῦ, τηρεῖσθαί που πάντως ἐκεῖνο προστέταχεν, ὃ καὶ ἐν ἑτέροις ἔφη, οὐ διαλείψει ἅλας διαθήκης Κυρίου, ἀπὸ θυσιασμάτων ὑμῶν.

A & ab omni delicto, & ab omnibus peccatis, ideſt, ſacrificia pro omni delicto & pro omni peccato: nam ſacrificia pro peccato, peccata appellantur. Itaque Paulus quoque vir doctiſſimus, Legis voce in Chriſto eſt vſus, dicẽs, [Oramus pro Chriſto, reconciliamini Deo: eum enim, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.] *2. Cor. 5.* Immolatus eſt enim pro peccatis noſtris Filius vt agnus innocens, vt Scripturæ tradunt. *Eſai. 53.* B Fuiſſe autem ſacrificiis, quæ pro peccatis noſtris offerebantur, à Lege peccati nomen impoſitum, planum facit Deus, cùm per Prophetam de ſacerdotibus dicit, [Peccata populi mei comedent,] *Oſee 4.* id eſt, quæ pro peccatis populi mei offeruntur, ea cibus ſacerdotum erunt. Igitur omnium ſacrificiorum reliquias illis attribuit, & vt eis veſcantur, iubet: Sed tamen in loco ſancto, inquit, comedentur, & ab omnibus maſculis. Ac quæ ſit eius rei ratio, dictum eſt à nobis. *Num. 18.* C In iis vero, quæ proxime dicta ſunt. frumenti & vini primitiæ, & primogenitorum redemptiones, & quæ conſecrata fuiſſent, non ſolis maſculis, neque in atrio ſancto edere licet, ſed in domo ſacerdotis, & ipſis quoque filiabus, & cuiuis noto atque domeſtico ad fruendum proponuntur: eſtque ea diſtinctio obſeruanda diligenter; nam reliquiæ ſacrificiorum propriè ad vſum ſanctificatorum hominum pertinent: neque vt communis cibus proponuntur; ſanctuſque locus illis conuenit. D Cum vero de iis agere cœpiſſet: quæcunque tanquam dona oblata eſſent, Ea, inquit, ſecundum quodammodo locum obtinent. & vniuerſæ ſacerdotum familiæ propoſita ſunt, ſi modo mundus ſit, id eſt, minime profanus, hoc eſt, iuxta Legis præſcriptum quidem, ſi non incircunciſus, ſi non alienigena, non leproſus, non ſeminis fluxu laborans; ſed iuxta nouæ ſcripturæ propoſitum, eccleſiaſticamque cenſuram, ſi non à ſacris alienus & infidelis, ſed religioſus ac Dei amans: E decet enim in primis eos, qui ad diuinum ſacerdotium euecti ſunt, vt illos ſibi adiungere ſtudeant, qui morum probitate ſint ornati, & animum habeant diuini amoris plenum. Cum vero iis adiunxit, [Quia pactum ſalis ſempiterni eſt ante Dominum tibi ac ſemini tuo tecum:] *Ibid.* illud omnino ſeruari præcepit, quod alibi dixit, [Non deficiet ſal pacti Domini de ſacrificiis veſtris; *Leuit. 2.*

„ in omni dono veſtro offeretis Domino „ Deo veſtro ſal.] Porrò ſale ſacrificium aſpergebatur: quæ figura ſignificabat prudenter nos Deo dicare debere, curandumque eſſe nobis, vt noſter ad eũ acceſſus illi ſit quam ſuauiſſimus: neque enim ſine ſale panis edetur, vt ſcriptum eſt. (Iob 6.) Dixit etiam ſuis diſcipulis „ Chriſtus, [Vos eſtis ſal terræ.] (Math. 5.) PALLADIVS. Rectè ais. CYRILLVS. Leges igitur hæ ſunt ſanctificatis hominibus in ipſa functione ſacerdotii ſeruandæ. Electis autem viris, & qui optimi iudicati ſunt, fugiendam eſſe profanam conſuetudinem, & curam ſæcularem, quæ animum quoque bene firmum ebrium reddere poteſt, & ad abſurdas voluptates propemodum deturbare, perſpicuum facit in Leuitico, „ dicens, [Vinum & ſiceram non bibetis (Leuit. 10.) „ tu, & filii tui tecum, quando ingredie„ mini in tabernaculum teſtimonii, aut „ cum accedetis ad altare; & non morie„ mini: legitimum ſempiternum in pro„ genies veſtras, vt diſtinguatis inter ſan„ cta & profana, & inter munda & im„ munda; & inſtruatis filios Iſraël omnia „ legitima, quæ locutus eſt Dominus ad „ eos per manum Moyſi.] Vide igitur vigilandum illis eſſe; nam tenebris offuſa mente & corde curis oppreſſo atque ex ebrietate ſæculari laborante (ſunt enim qui ſine vino ſint ebrii) miniſterium ſacrum attingere, mortis cauſſam affert: mens enim cùm minus rectè ſuo munere fungitur, ad deformitatem ac vitium tendit, ex quo ſacra munera intercidunt, neque adhuc rite atque ordine res geruntur, ſed à recto itinere deflectunt. Id autem quibus accidit, eos Deum offendere neceſſe eſt, & acerbas luere ſocordiæ pœnas. Vigilare igitur neceſſe eſt, ebrietatemque diſcutere ex ſæculari ſollicitudine profectam: hoc ipſum facere ipſe quoque Saluator hor„ tatur, dicens, [Attendite ne grauen„ tur corda veſtra cura & ſollicitudinibus (Luc. 21.) „ ſæcularibus.] Qualis autem à nobis præſtandus ſit ſobrietatis modus, vel quomodo ſacri ac puri & immunes à culpa manere poſſimus, ilico ſignifica„ uit, [Vt diſtinguas, inquit, inter ſanctum „ & profanum, & mundum & immun„ dum; & inſtruas filios Iſraël omnia legi„ tima, quæ locutus eſt Dominus in ma„ nu Moyſi.] Hoc autem eſt apertè dicere, conuenire ſacerdotibus, vt, ebrietate reiecta, ab hominibus non ſanctis, ſed profanis atque impuris recedant.

A ἐπὶ παντὶ δώρῳ ὑμῶν προσοίσετε κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν ἅλα. κατεπάττετο δὲ ἁλσὶν ἡ θυσία, τοῦ τύπου σημαίνοντος τὸ ἐμφρόνως χρῆναι καθιεροῦσθαι Θεῷ, καὶ οἱονεὶ ποιεῖσθαι νοστιμωτάτην αὐτῷ τὴν πρόσοδον. οὐ γὰρ βρωθήσεται ἄρτος ἄνευ ἅλατος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις προσαπεφώνηκεν ὁ Χριστός. ΠΑΛ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡ. Νόμοι μὲν οὖν οἵδε εἰσὶ, καθ' οὓς ἱερᾶσθαι πρέπει τοὺς ἡγιασμένους. ὅτι δὲ τοὺς ἐξειλεγμένους ἀρίστην ἐφ' ἑαυτοῖς λαχόντας τὴν ψῆφον, ἀποφοιτᾶν ἀναγκαῖον καὶ βεβήλου συνουσίας, καὶ μερίμνης κοσμικῆς, ἐφ' ἧς ἂν γένοιτο καὶ τὸν εὖ βεβηκότα καταμεθύσκεσθαι νοῦν, καὶ μονονουχὶ καταστρέφεσθαι πρὸς ἐκτόπους ἡδονάς, διασαφηνιεῖ λέγων ἐν τῷ Λευιτικῷ. οἶνον καὶ σίκερα οὐ πίεσθε, σὺ καὶ οἱ υἱοί σου μετὰ σοῦ, ἡνίκα ἂν εἰσπορεύησθε εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἢ προσπορευομένων ὑμῶν εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνητε, νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν διαστεῖλαι ἀναμέσον τῶν ἁγίων καὶ τῶν βεβήλων, καὶ ἀναμέσον τῶν ἀκαθάρτων καὶ τῶν καθαρῶν. καὶ συμβιβάσεις τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἅπαντα τὰ νόμιμα ἃ ἐλάλησε κύριος πρὸς αὐτοὺς διὰ χειρὸς Μωσῆ. ἄθρει δὴ οὖν τὸ ἐγρηγορέναι δεῖν ἀναγκαῖον αὐτοῖς, καὶ θανάτου πρόξενον, τῷ νῷ κατεσκοτισμένῳ καὶ πεφροντισμένῃ καρδίᾳ, καὶ μέθην ἐχούσῃ κοσμικήν· μεθύουσι γὰρ ἄνευ οἴνου τινὲς, τὸ λειτουργίας ἅπτεσθαι τῆς ἱερᾶς. οἴχεται γάρ ἐσθ' ὅτε πρὸς τὸ ἀκαλλὲς ὁ νοῦς ὀρθοποδεῖν οὐκ ἔχων, καὶ διαπίπτει τὰ ἱερὰ, καὶ ἐν κόσμῳ μὲν οὐκέτι τὰ δρώμενα, διέρριπται δὲ ὥσπερ τῆς εὐθείας ὁδοῦ, οἷς δὴ πεπονθότας, ἀνάγκη προσκρούειν Θεῷ, καὶ πικρὰς τῆς ῥαθυμίας ἀναπλῆσαι δίκας. ἐγρηγορέναι δὴ οὖν ἀναγκαῖον, μέθην ἀποσειομένους, τὴν ἐκ μερίμνης κοσμικῆς. τοῦτό τοι δρᾷν καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἀναπείθει, λέγων. προσέχετε μήποτε βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν φροντίσι καὶ μερίμναις βιωτικαῖς. τίς δ' ἂν γένοιτο πρὸς E ἡμῶν ὁ τῆς νήψεως τρόπος, ἢ πῶς ἀβέβηλοί τε καὶ καθαροὶ καὶ δίκης ἔξω μενοῦμεν, ὑποσημαίνει εὐθύς. διαστεῖλαι γὰρ, φησὶν, ἀναμέσον ἁγίου καὶ βεβήλου, καὶ καθαροῦ καὶ ἀκαθάρτου, καὶ συμβιβάσεις τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἅπαντα τὰ νόμιμα, ἃ ἐλάλησε κύριος ἐν χειρὶ Μωσῆ. τοῦτο δέ ἐστιν ἐναργῶς ἐκεῖνο εἰπεῖν, ὅτι προσήκει τοὺς ἱερέας τὸ μεθύειν ἀποσειομένους ἀποφοιτᾶν ἀνδρῶν οὐχ ἁγίων, βεβήλων δὲ καὶ ἀκαθάρτων.

δρᾷεν δ᾽ ἂν οἶμαί τις αὐτὸ καὶ μάλα ῥᾳδίως, ἀβέβηλός τε ὑπάρχων καὶ καθαρός. πᾶν γὰρ ζῶον, φησὶν, ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ, καὶ τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ. καὶ πρός γε δὴ τούτῳ, σοφοὺς εἶναι προσήκει καὶ διδακτικούς· ὁ γάρ τοι τῆς λογικῆς ἀγέλης προεστηκείμενος, νηφάλιος ἔστω καὶ διδακτικός. εὖ γε δὴ σφόδρα τὸ, συμβιβάσεις, φησὶ, τοῦτ᾽ ἔστι, σαφηνιεῖς, ὡς ἰσχύσαι συνιδεῖν τοὺς ἀκροωμένους, ὡς ἔστι παιδαγωγὸς ὁ νόμος, καὶ λαλεῖ τὸ Χριστοῦ μυστήριον. δυσέφικτον γὰρ οὐδὲν, ἢ συμβιβασμοῦ δεόμενον, εἰ μὴ νοοῖτο πνευματικῶς. κομιδῆ γὰρ ἁπλοῦς καὶ τῆς ἀσαφείας κατασκιασμάτων ὁ τῆς ἱστορίας ἀπήλλακται λόγος.

A Id autem perfacile, vt opinor, quiuis efficiet, ſi ſacer ac mundus fuerit. [Omne enim animal, inquit, diligit ſimile ſibi, & ſimili ſibi ſociabitur homo.] Eccli. 13. Adhæc ſapientes eos eſſe oportet, & ad docendum idoneos: qui enim rationali gregi præeſt, is ſobrius ſit, & ad docendum inſtructus. Præclare autem, [Inſtrues,] inquit, id eſt, explanabis, vt audientes perſpicere poſſint Legem eſſe pædagogum, & eloqui Chriſti myſteriũ: nihil enim difficile continet, aut in quo declaratione ſit opus, niſi ſpiritualiter intelligatur; ſunt enim hiſtoriæ verba ſane ſimplicia, & ab obſcuritatis vmbris longe remota.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER DECIMVS TERTIVS.

Item de Sacerdotio.

De ſacerdotibus quidẽ, & de Aaron hęc à nobis interim dicta ſufficiant: ad ea vero, quæ dixi, illa adiici oportere puto, quę de Leuitis cõſtituta ſũt, huicque operi deeſſe vidẽtur: ſic enim preſẽti diſputationi ſatisfactũ erit. PALLAD. Perge igitur, & ea plane, ſi placet, explica; quandoquidẽ recte exiſtimas. CYRILL. Cum ſacris muneribus optimum ordinem imponere vellet, ſummo ſacerdoti ſubiicit ordinem Leuiticum, aitq;
Num. 18. „ in Numeris ad hũc modum, [Et ad Le-
„ uitas loqueris, & dices ad eos, Si accepe-
„ ritis à filiis Iſraël decimam, quam dedi
„ vobis in poſſeſſionẽ ab illis, demetis vos

A

Ἔτι περὶ ἱερωσύνης.

ΙΕΡΕΩΝ μὲν δὴ πέρι καὶ Ἀαρὼν, ταυτὶ πρὸς ἡμῶν εἰρήσθω τέως. χρῆναι δὲ οἶμαι προσθεῖναι τοῖς ἔφην τὰ ἐκλελοιπέναι δοκοῦντα ἐπί γε τοῖς Λευίταις τεταγμένα. ὧδε γὰρ ἔχοιτο ἀπηρτισμένος ὁ λόγος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Σὺ νυνὶ ἤδη τι φράζε τε σαφῶς, διανοῇ γὰρ ὀρθῶς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τάξιν μὲν δὴ ταῖς ἱερουργίαις τὴν ἀρίστην ἐπιτιθεὶς, ὑποκαθίστησι τῷ ἀρχιερεῖ τὸ τάγμα τὸ Λευιτικὸν, ἐν τοῖς ἀριθμοῖς οὕτω λέγων. καὶ τοῖς Λευίταις λαλήσεις, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. ἐὰν λάβητε παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τὸ ἐπιδέκατον, ὃ δέδωκα ὑμῖν παρ' αὐτῶν ἐν κλήρῳ, καὶ ἀφελεῖτε ὑμεῖς

A ἀπ' αὐτοῦ ἀφαίρεμα κυρίῳ, ἐπιδέκατον ἀπὸ τοῦ ἐπιδεκάτου, καὶ λογισθήσεται ὑμῖν τὰ ἀφαιρέματα ὑμῶν ὡς σῖτος ἀπὸ ἅλω, καὶ ἀφαίρεμα ἀπὸ ληνοῦ. οὕτως ἀφελεῖτε αὐτὰ καὶ ὑμεῖς ἀπὸ πάντων τῶν ἀφαιρεμάτων κυρίου ἀπὸ πάντων τῶν ἐπιδεκάτων ὑμῶν, ὅσα ἐὰν λάβητε παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ δώσετε ἀπ' αὐτῶν ἀφαίρεμα κυρίῳ, Ἀαρὼν τῷ ἱερεῖ. ἀπὸ πάντων τῶν δομάτων ὑμῶν ἀφελεῖτε ἀφαίρεμα κυρίῳ, ἢ ἀπὸ πάντων τῶν ἀπαρχῶν τὸ ἡγιασμένον ἀπ' αὐτοῦ. B καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· ὅταν ἀφαιρῆτε τὴν ἀπαρχὴν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ λογισθήσεται τοῖς Λευίταις ὡς γένημα ἀπὸ ἅλω, καὶ ὡς γένημα ἀπὸ ληνοῦ, καὶ ἔδεσθε αὐτὸ ἐν παντὶ τόπῳ ὑμεῖς καὶ οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ οἱ οἶκοι ὑμῶν, ὅτι μισθὸς οὗτος ὑμῖν ἐστιν ἀντὶ τῶν λειτουργιῶν ὑμῶν τῶν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. καὶ οὐ λήψεσθε δι' αὐτὸ ἁμαρτίαν, ὅτι ἂν ἀφαιρῆτε τὴν ἀπαρχὴν ἀπ' αὐτοῦ. καὶ τὰ ἅγια τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ οὐ βεβηλώσετε, ἵνα μὴ ἀποθάνητε. ὁρᾷς τὸ Χριστοῦ μυστήριον ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι, καὶ προδιαλάμπον ἐν τύποις; C ὁ γάρ τοι δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. ἀλλὰ τότε μὲν ὁ τύπος ἐν Μελχισεδὲκ, ἐν δέ γε καιροῖς κατὰ Μωσέα, τετήρηται πάλιν ὡς ἐν Ἀαρὼν, τὸν τῶν ἱερέων ἱερέα Χριστὸν ἐφ' ἑαυτῷ σημαίνοντι τὸν ἡγούμενον, καὶ προεστηκότα τῆς ἁγίας σκηνῆς, τουτέστι, τῆς ἐκκλησίας, τὸν ἅγιον τῶν ἁγίων, καὶ Θεὸν τῶν Θεῶν, ᾧ πᾶσα καρποφορία πρὸς ἡμῶν ὀφείλεται. D γέγραπται γὰρ, ὅτι πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ, οἴσουσι δῶρα. ἀλλ' ἐν τύποις μὲν ἔτι τὰ Μωσαϊκὰ, πνευματικαῖς δὲ νυνὶ καρποφορίαις τὸν ἑαυτῶν κατευφραίνουσι λυτρωτὴν, οἱ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων γνήσιοι φύλακες. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀπόλεκτον δὲ ὅτι τὸ Λευιτικόν ἐστι γένος, καὶ τῶν ἄλλων ἐξῃρημένον, φανερὸν ποιεῖ κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον. ἀπαριθμεῖσθαι προστέταχε τὸ δημοτικὸν, E καὶ τῆς ἀγελαίου πληθύος ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὸν ἐκλογισμὸν, οὐχ ἠγνοηκὼς ὁ δημιουργός. ἠρίθμηνται γὰρ αὐτῷ σταγόνες ὑετοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ οὐκ ἄν τι διαλάθοι νοῦν τὸν ἀκήρατον, ἀλλ' ἵν' εἰδεῖεν καὶ μάλα σαφῶς οἱ τοῖς ἱεροῖς ἐντυχόντες γράμμασιν, ὅτι τῷ Θεῷ προσκείμενοι καὶ λαὸς αὐτοῦ κεχρηματικότες, ἐν ἀπογραφαῖς ἵενται ταῖς παρὰ Θεῷ, καὶ ἐν βίβλῳ ζωῆς, καὶ ἐναρίθμιοι τοῖς γνησί-

ab ea demptionem Domino, decimam à decima, & reputabuntur vobis demptiones veſtræ vt frumentum ab area, & demptio à torculari. Sic demetis & vos à demptionibus Domini ab omnibus decimis veſtris, quæcunque acceperitis à filiis Iſraël, & dabitis ab eis demptionem Domino, Aaron ſacerdoti: ab omnibus donis veſtris demetis demptionem Domino, aut ab omnibus primitiis ſanctificatum ab ipſo. Et dices ad eos, Cum dempſeritis primitias ab eo, reputabitur Leuitis tanquam prouentus ab area, & tanquam prouentus à torculari; & edetis illud in omni loco vos, & filii veſtri, & domus veſtræ, quia merces hæc vobis eſt pro miniſteriis veſtris in tabernaculo teſtimonii, nec ſumetis propter illud peccatum, cùm dempſeritis primitias veſtras: & ſancta filiorum Iſraël non profanabitis, ne moriamini.] Vides Chriſti myſterium tanquam in vmbris adhuc, & in figuris præfulgere: nam, qui decimas capiebat, decimatus eſt, vt beatus Paulus ait. (Heb. 7.) Sed tum quidem figura in Melchiſedech ſeruata eſt; at vero Moyſi temporibus viciſſim in Aaron, qui in ſe ipſo ſignificabat illum Sacerdotum ſacerdotem Chriſtum, Principem, & Præſidem ſancti tabernaculi, hoc eſt, Eccleſiæ, illum Sanctum ſanctorum, & Deum deorum, cui omnis oblatio à nobis debetur: ſcriptum eſt enim, [Omnes in circuitu eius afferent munera.] (Pſalm 75.) Sed adhuc in figuris erant illæ Moyſi obſeruationes, nunc autem ſinceri euangelicorum præceptorum obſeruatores ſpiritualibus oblationibus ſuum ipſorum Redemptorem exhilarant. PALLADIVS. Rectè ais. CYRILLVS. Eſſe autem ſelectum illud Leuiticum genus, & ab aliis exemptum, huiuſmodi quadam ratione perſpicuum facit: enumerari iuſſit populum, & gregariæ multitudinis accuratam fieri ſupputationem, non quod eam ignoraret ille Conditor, (numeratas namque ille habet ſtillas pluuiæ, ſicut ſcriptum eſt) (Eccl. 1.) nec mentem illam immortalem aliquid latere poteſt: ſed, vt qui legerent diuinas literas, apertiſſimè intelligerent, eos, qui Deo dicati ſunt, & populus eius appellantur, in deſcriptionibus diuinis recenſeri, & in libro vitæ haberi, numerarique inter ipſius familiares,

& iam in memoria illius omnium domini conſeruari. Igitur, cum populus deſcriberetur, ſeorſum quodammodo poſuit Deus illud ſacrum ſelectumque genus, neque in eodem cum aliis ordine haberi permiſit; ſed locum illi quodammodo præſtantiorem reſeruauit; cum Moyſi viro ſa-
Num. 1. " pientiſſimo dixit, [Vide tribum Le-
" ui, non ſimul recenſebis numerum
" ipſorum, & non ſumes in medio
" filiorum Iſraël.] Egregia namque ſors eſt ſanctorum, eorumque dotes eximiæ; ac fortaſſe etiam in libris aliis deſcripti ſunt: neque enim vnum modo librum vidit beatus Da-
Dan. 7. " niel; ſed, vt ipſe ſcripſit, [Iudi-
" cium ſedit, & libri aperti ſunt.] Igitur pro vniuſcuiuſque menſuræ ratione fit deſcriptio. Eximitur autem quodammodo è cetera multitudine genus illud diuinis, ſacriſque miniſteriis dedicatum: ritum etiam ſacri muneris Leuitarum explicauit, di-
Num. 3. " cens ilico, [Accipe tribum Leui,
" & ſtatues eos coram Aaron ſacerdo-
" te, & miniſtrabunt ei, & cuſtodient
" cuſtodias eius, & cuſtodias filiorum
" Iſraël coram tabernaculo teſtimonii,
" ad facienda opera tabernaculi teſti-
" monii; & cuſtodient omnia vaſa ta-
" bernaculi teſtimonii, & cuſtodias
" filiorum Iſraël ſecundum omnia ope-
" ra tabernaculi: & dabis Leuitas Aa-
" ron fratri tuo, & filiis eius ſacerdo-
" tibus donum: dati hi mihi ſunt à fi-
" lus Iſraël: & Aaron, & filios eius
" conſtitues in tabernaculo teſtimonii,
" & cuſtodient ſacerdotium ſuum, &
" omnia, quæ ſunt altaris, & quæ ſunt
" intra velum: & alienigena, qui te-
" tigerit, morietur.] Leuitæ igitur cooperatores quodammodo atque adiutores ſacerdotibus dati ſunt; cuſtodient enim cuſtodias eorum, nimirum Aaron, & omnia vaſa tabernaculi teſtimonii, & cuſtodias filiorum Iſraël. Atque eorum cooperationis modus hucuſque peruenit. Sed tabernaculo præficit Aaron, & filios eius cum eo:
Hebr. 3. " [Cuſtodient, inquit, ſacerdotium
" ſuum, & omnia, quæ pertinent ad al-
" tare, & quæ ſunt intra velum,] id eſt, illa ſecretiora, ac myſtica magis, & quæcunque facere conſueuerant, qui diuino altari præſto erant: ac perſpicue quidem ea figura ad Chriſtum pertinet, quem conſtituit Pater ſuper domum ſuam, cuius domus nos ſumus.

A μοις, καὶ ἐν μνήμαις ἤδη τοῦ πάντων δεσπότου. ἐν τούτῳ ἀπεγράφετο μὲν τὸ δημοτικὸν, ἀλλὰ μέρος ἦν ὥσπερ ἐπίσης Θεὸς, τὸ ἀπόλεκτόν τε καὶ ἱερὸν γένος, καὶ οὐκ ἐν ἴσῃ τάξει τοῖς ἄλλοις ἠφίει ποθὲν, μοῖραν δὲ ὥσπερ αὐτῷ τὴν προὔχουσαν ἀπεταμιεύετο, λέγων πρὸς Μωσέα τὸν σοφώτατον· ὅρα τὴν φυλὴν Λευΐ. οὐ συνεπισκέψῃ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, καὶ οὐ λήψῃ ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ἐξαίρετος γὰρ τῶν ἁγίων ὁ κλῆρος, καὶ ἐν ὑπεροχαῖς τὰ γέρα. καὶ τάχα που καὶ ἐν βίβλοις ἑτέραις ἡ ἀπογραφή. τεθέαται
B γὰρ οὐ μίαν ὁ θεσπέσιος Δανιὴλ, ἀλλ' ἤ φησιν αὐτὸς, κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. ἐν τούτῳ ἀναλόγως τοῖς ἑκάστου μέτροις, ἡ ἀπογραφή. ἐξῄρηται δὲ ὥσπερ τῆς ἄλλης πληθύος, τὸ ταῖς θείαις ἱερουργίαις ἐκνεμηθὲν καὶ ἀνακείμενον γένος. καὶ τόν γε τῆς τῶν Λευιτῶν ἱερουργίας τρόπον, διεσάφει λέγων εὐθύς. λάβε τὴν φυλὴν Λευὶ, καὶ στήσεις αὐτοὺς ἐναντίον Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, καὶ λειτουργήσουσιν αὐτῷ, καὶ
C φυλάξουσι τὰς φυλακὰς αὐτοῦ, καὶ τὰς φυλακὰς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἔναντι τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς, καὶ φυλάξουσι πάντα τὰ σκεύη τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ τὰς φυλακὰς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ κατὰ πάντα τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς. καὶ δώσεις τοὺς Λευΐτας Ἀαρὼν τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τοῖς ἱερεῦσι· δεδομένοι δόμα οὗτοί μοι εἰσὶν ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ Ἀαρὼν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ καταστήσεις ἐπὶ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ φυλάξουσι
D τὴν ἱερατείαν αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ κατὰ τὸν βωμὸν, καὶ ἔσω τοῦ καταπετάσματος. καὶ ὁ ἀλλογενὴς ὁ ἁπτόμενος, ἀποθανεῖται. Οἱ μὲν οὖν Λευῖται, συνεργάται τρόπον τινὰ καὶ οἱονεὶ συλλήπτορες τοῖς ἱερουργοῖς ἐκνενέμηνται. φυλάξουσι γὰρ τὰς φυλακὰς αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Ἀαρὼν, καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ τὰ φυλάγματα τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ μέχρι τούτων αὐτοῖς τῆς συνεργίας ὁ τρόπος· ἐφίστησι δὲ τῇ σκηνῇ τόν τε Ἀαρὼν, καὶ
E τοὺς υἱοὺς σὺν αὐτῷ. καὶ φυλάξουσι γὰρ, φησί, τὴν ἱερατείαν ἑαυτῶν καὶ πάντα κατὰ τὸν βωμὸν, καὶ τὰ ἐσώτερα τοῦ καταπετάσματος, τοῦτ' ἔστι, τὰ ἀπόρρητά τε καὶ μυστικώτερα, καὶ ὅσα δρᾷν ἔθος τοὺς τῷ θείῳ προσεδρεύοντας θυσιαστηρίῳ· καὶ ἔστι μὲν ἀκριβῶς, ὡς εἰς Χριστὸν ὁ τύπος, ὃν κατέστησεν ὁ πατὴρ ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. καταση-

μηνύσαι δ' οὐκ ἀσυμφανῶς οἱ τῷ Ἀαρὼν A συνιερατεύοντες, τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸν ἐναγῆ τε καὶ ἀξιάγαστον χορὸν, συνεργαζομένων ὥσπερ καὶ συλλειτουργούντων τῷ Χριστῷ. Θεοῦ γὰρ γεγόνασι συνεργοὶ, ταμίαι τε καὶ οἰκονόμοι μυστηρίων Θεοῦ, καὶ μὴν καὶ διάκονοι, δι' ὧν πεπιστεύκαμεν. εἰ δὲ τις ἕλοιτο καὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν τάξιν πολυπραγμονεῖν, τὴν ἐν νόμῳ προανατύπωσιν, καταθαυμάσειεν ἂν εἰκότως. ἐπισκόποις μὲν γὰρ, ἅτε δὴ τότε καθηγεῖσθαι λαχοῦσιν, B καὶ μὴν τοῖς ἐπὶ τὴν μείω διέπουσι τάξιν, πρεσβυτέροις δέ φημι, πεπίστευται τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὰ ἔσω τοῦ καταπετάσματος, οἷς δὴ πρέποι καὶ λέγεσθαι, καὶ φυλάξουσι τὴν ἱερατείαν αὐτῶν· διακόνοις γε μὴν, τὸ, φυλάξουσι τὰς φυλακὰς τῆς σκηνῆς, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, καὶ τὰ φυλάγματα τοῦ λαοῦ. ἤ, οὐκ αὐτοὶ προστάττουσι διακεχραγότες ἐν ἐκκλησίαις, ποτὲ μὲν ὑμνολογεῖν ὅτι προσήκει λαοῖς, καὶ ἐν κόσμῳ μὲν ἑστάναι, κατηρεμεῖν δὲ C πολλάκις καὶ διανιστᾶσιν εἰς προσευχὰς, καὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἐπιτελουμένης, αὐτοὶ προσκομίζουσι τὰ τῶν σκευῶν ἱερώτερα, καὶ λεπτὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀναγκαίοις ποιοῦνται τὴν ἐπιτήρησιν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἱερατεύουσι μὲν οἱ προὔχοντες, συλλαμβάνονται δὲ οἱ Λευῖται τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱερατείας τὴν τάξιν, τοῦ νομικοῦ προαναφωνοῦντος γράμματος. ἐξείργεται δὲ τὸ δημοτικὸν παντὸς ἱεροῦ πράγματος, D καὶ ὁ περὶ τῶν ἐσχάτων ἐπήρτηται λόγος τοῖς ἁρπάζουσι τὴν τιμήν. τεθνήξεται γὰρ, φησὶν, ἂν αὐτόμολός τις ἐπ' αὐτὴν ἔλθῃ, τὴν θείαν ἐφ' ἑαυτῷ ψῆφον οὐκ ἔχων. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἀσύντακτον μὲν ταῖς τῶν ἄλλων ἀπογραφαῖς, τὸ Λευιτικόν. πλὴν, ἀναγράφεται ἰδικῶς, καὶ ἐν βίβλῳ Θεοῦ. καὶ ἐλάλησεν γὰρ, φησὶ, Κύριος πρὸς Μωσῆν ἐν τῇ ἐρήμῳ Σινᾶ λέγων. ἐπίσκεψαι τοὺς υἱοὺς Λευὶ κατ' οἴκους E πατριῶν αὐτῶν, κατὰ δήμους αὐτῶν, κατὰ συγγενείας αὐτῶν. πᾶν ἀρσενικὸν ἀπὸ μηνιαίου καὶ ἐπάνω, ἐπισκέψαι αὐτούς. καὶ ἐπεσκέψαντο αὐτοὺς Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν διὰ φωνῆς κυρίου, ὃν τρόπον συνέταξεν αὐτοῖς κύριος, καὶ ἦσαν οὗτοι οἱ υἱοὶ Λευὶ ἐξ ὀνομάτων αὐτῶν. Γεδσὼν, Καὰθ, καὶ Μεραρί. ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν Γεδσὼν, κατὰ δήμους αὐτῶν Λοβενὶ καὶ Σεμεί.

Ceterum non incongrue illi Aaron in ſacris operibus adminiſtri, ſanctum illum & admirabilem Apoſtolorum chorum quodammodo cooperantium atque miniſtrantium Chriſto ſignificare poterunt. Dei namque cooperatores fuerunt, & aſſeruatores, diſpenſatoreſque myſteriorum Dei, atque miniſtri etiam, per quos credidimus. (1. Cor. 3. 1. Cor. 4.) Quod ſi quis velit etiam Eccleſiæ ordinem perquirere, illam Legis præfigurationem iure admirabitur: Epiſcopis enim, vtpote qui duces creati ſunt, necnon etiam iis, qui inferioris dignitatis gradum gerunt, presbyteris inquam, concreditum eſt altare, & quæ intra velum continentur: quibus etiam dici conuenit, & cuſtodient ſacerdotium ſuum:] diaconis vero illud, [Cuſtodient cuſtodias tabernaculi, & omnia vaſa eius, & cuſtodias populi.] Quid? nonne ipſi præcipiunt clamantes in Eccleſiis, nunc quidem tempus eſſe vt populi hymnum dicant, & modeſtè, ac decenter ſtent, interdum vero vt quieſcant, præterea ad orandum excitat? &, dum illa incruenta hoſtia conſecratur, nonne ipſi ſacratiora vaſa ferunt, & accuratam omnibus in rebus neceſſariis obſeruantiam exhibent? PALLADIVS. Sane quidem. CYRILLVS. Igitur præſtantiores quidem ſacerdotale munus explent, ſed Leuitæ adiuuant, ita vt ordinem Eccleſiaſtici ſacerdotii Legis litera prædicare videatur. Arcetur autem populus ab omni ſacra functione, ſummumque diſcrimen ac periculum iis intentum eſt, qui ſibi eum honorem arripuiſſent: Morietur enim, inquit, ſi ſponte quiſpiam in illud ingreſſus erit, diuino ſuffragio minime ad id munus obeundum electus. PALLAD. Verum eſt. CYRILLVS. Non igitur cum ceterorum deſcriptionibus genus Leuiticum recenſetur, ſed tamen ſeorſum & in libro Dei deſcribitur. [Et locutus eſt, inquit, Dominus ad Moyſen in deſerto Sina, dicens, Recenſe filios Leui per domos familiarum ſuarum, per populos ſuos, per cognationes ſuas: omne maſculinum ab vno menſe & ſupra recenſebitis eos: & recenſuit eos Moyſes, & Aaron per vocem Domini, ſicut conſtituerat illis Dominus: & erant hi filii Leui per nomina ſua, Gedſon. Caath, & Merari: & hæc nomina filiorum Gedſon per populos ſuos Lobeni, & Semei: (Num 3.)

„ & filii Caath per populos ſuos, Amram, & Iſſaar, Chebron, & Oziel: & filii Merari per populos ſuos, Mooli, & Muſi. Hi ſunt populi filiorum Leui per domos familiarum ſuarum.] Vide itaque, Palladi, in primis illud; (ſubtilis enim eſt obſeruatio) deſcribebatur populus à viginti annis & ſupra, quod dedignaretur, vt opinor, legalis cenſura infirmos adhuc, & imbecilles in libro Dei ſcribere: nam vegetos, & in ipſo ſpiritualis ætatis flore conſtitutos in ſanctorum recenſionibus inſeri, nihil mirum. Vtitur itaque Lex corporea ætate tanquam apta quadam figura ad ſpiritualem ætatem demonſtrandam, & florentem ætatem in ſelectum genus adoptauit, impuberem, & infirmam, & adhuc puerilem præteriit, neque in ſacros libros retulit. At vero in Leuitis ab vno menſe facta eſt: amplectitur enim ille omnium Dominus, & quidem libentiſſime illam ſelectorum virorum in Chriſto pueritiam, ſicut eos quoque, qui ſapiunt; nam vtraque in re excellere, egregium eſt, tum ſapientia, inquam, tum vero ſimplicitate, quæ ſecundum Chriſtum eſt. Itaque

1. Cor. 14. beatus Paulus ait, [Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote; ſenſibus autem perfecti.] Ipſe

Matth. 10. quoque Chriſtus ait, [Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.] Accepta eſt igitur ſanctorum virorum ſimplicitas. Per nomina prætera, & per populos, & familias fit illa recenſio, ſeu inſpectio. Nam Deus, quos honorare voluerit, propria inſpectione dignatur, & ſingillatim, & per multitudinem, & per genus. Quam vero ſubtiliter, & accurate id fiat, declarat ipſe Saluator, cùm ſanctis Apo-

Idem. ſtolis dicit, [Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex eis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro, qui eſt in cœlis? veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt.] PALLAD. Rectè dicis. CYRILL. Præter hanc vero alteram quoque fieri Leuiticæ gentis deſcriptionem, & ſuum cuique mu-

Num. 4. nus aſſignari præcepit, dicens, [Accipe ſummam filiorum Caath de medio filiorum Leui per populos eorum, per domos familiarum ſuarum, à viginti quinque annis, & ſupra, vſque ad quinquaginta annos, omnis, qui ingreditur ad miniſtrandum, ad facienda omnia opera in tabernaculo teſtimonii.

A καὶ υἱοὶ Καὰθ κατὰ δήμους αὐτῶν, Ἀμρὰμ καὶ Ἰσσαάρ, Χεβρὼν καὶ Ὀζιήλ· καὶ υἱοὶ Μεραρὶ κατὰ δήμους αὐτῶν, Μοολὶ καὶ Μουσί. οὗτοί εἰσι δῆμοι τῶν Λευιτῶν κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν. ἄθρει δὴ οὖν, ὦ Παλλάδιε, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐκεῖνο. λεπτὴ γὰρ ἡ ἐπιτήρησις. ἀπεγράφετο μὲν οὖν τὸ δημοτικὸν ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπέκεινα, οὐκ ἀξιούσης, οἶμαί που, τῆς νομικῆς ἀκριβείας τὸ ἄναλκί τι καὶ ἀδρανὲς ἔτι, τὸ καὶ ἐν βίβλῳ γράφεσθαι Θεοῦ. τὸ γάρ

B τοι σφριγῶν καὶ ἐν ἀκμαῖς ἤδη ταῖς πνευματικαῖς, τοῖς τῶν ἁγίων καταλόγοις εἰσκρίνοιτο ἂν εἰκότως. ποιεῖται τοίνυν ὁ νόμος ὑποτύπωσιν διὰ φυᾶς τῆς πνευματικῆς ἡλικίας, τὴν σωματικήν, καὶ τὸ ἐν ἀκμαῖς, ἀπόλεκτον ἐτίθει γένος, τὸ ἀνήβόν τι καὶ ἀσθενές, καὶ μειρακιῶδες ἔτι παρατρέχων, καὶ οὐκ ἐν βίβλῳ τιθεὶς ἱερᾷ. ἐπὶ δέ γε τῶν Λευιτῶν, ἀπὸ μηνιαίου γέγονεν ἡ ἀπογραφή. προσίεται γὰρ ὁ πάντων

C δεσπότης καὶ λίαν ἀσμένως τὴν ἐν Χριστῷ νηπιότητα τῶν ἐξειλεγμένων, καθάπερ ἀμέλει τὸ ἔμφρον. τὸ γὰρ ἐν ἀμφοῖν διαπρέπειν, ἐξαίρετον, ἐν συνέσει τε, φημί, καὶ ἁπλότητι τῇ κατὰ Χριστόν. καὶ γράφει ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ἀδελφοί, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε. καὶ αὐτὸς δέ που φησὶν ὁ Χριστός· γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. δεκτὴ τοιγαροῦν ἡ τῶν ἁγίων ἁπλότης. κατ'

D ὄνομα δὲ καὶ μέντοι καὶ κατὰ δήμους καὶ πατριὰς ἡ ἐπίσκεψις. ἐπισκοπῆς γὰρ ἰδίας ἀξιοῖ Θεὸς οὓς ἂν ἕλοιτο τιμᾶν, καὶ καθ' ἕνα, καὶ κατὰ πληθύν, καὶ κατὰ γένος. καὶ τὸ ἔν γε τούτοις ἀκριβές, σαφηνιεῖ λέγων αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛ-

E ΛΟΣ. Ἀπογραφὴν δὲ πρὸς τῇδε ποιεῖσθαι δευτέραν τοῦ Λευιτικοῦ τε δήμου, καὶ ἑκάστῳ ἐντετάχθαι δεῖν τὴν αὐτῷ πρέπουσαν λειτουργίαν προσεπινομοθέτει, λέγων· λάβε τὸ κεφάλαιον τῶν υἱῶν Καὰθ ἐκ μέσου υἱῶν Λευί, κατὰ δήμους αὐτῶν, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν, καὶ ἐπέκεινα, ἕως πεντήκοντα ἐτῶν, πᾶς ὁ εἰσπορευόμενος λειτουργεῖν ποιῆσαι πάντα τὰ ἔργα ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου.

καὶ ταῦτα τὰ ἔργα τῶν υἱῶν Καὰθ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ἅγιον τῶν ἁγίων, καὶ εἰσελεύσεται Ἀαρὼν καὶ υἱοὶ αὐτοῦ, ὅταν ἐξαίρῃ ἡ παρεμβολή, καὶ καθελοῦσι τὸ καταπέτασμα τὸ συσκιάζον, καὶ κατακαλύψουσιν ἐν αὐτῷ τὴν κιβωτὸν τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἐπιθήσουσιν ἐπ' αὐτὸ κατακάλυμμα δέρμα ὑακίνθινον, καὶ ἐπιβαλοῦσιν ἐπ' αὐτὴν ἱμάτιον ὅλον ὑακίνθινον ἄνωθεν, καὶ διεμβαλοῦσι τοὺς ἀναφορεῖς, καὶ ἐπὶ τὴν τράπεζαν τὴν προκειμένην ἐπιβαλοῦσιν ἐπ' αὐτὴν ἱμάτιον ὁλοπόρφυρον, καὶ τὰ τρυβλία, καὶ τὰς θυΐσκας, καὶ τοὺς κυάθους, καὶ τὰ σπονδεῖα ἐν οἷς σπένδουσι, καὶ οἱ ἄρτοι οἱ διαπαντὸς ἐπ' αὐτῆς ἔσονται. καὶ ἐπιβαλοῦσιν ἐπ' αὐτὴν ἱμάτιον κόκκινον, καὶ καλύψουσιν αὐτὴν καλύμματι δερματίνῳ ὑακινθίνῳ. καὶ διεμβαλοῦσι δι' αὐτῆς τοὺς ἀναφορεῖς, καὶ λήψονται ἱμάτιον ὑακίνθινον, καὶ καλύψουσι τὴν λυχνίαν τὴν φωτίζουσαν, καὶ τοὺς λύχνους αὐτῆς, καὶ τὰς λαβίδας αὐτῆς, καὶ τὰς ἐπαρυστρίδας αὐτῆς, καὶ πάντα τὰ ἀγγεῖα τοῦ ἐλαίου, οἷς λειτουργοῦσιν ἐν αὐτοῖς. καὶ ἐμβαλοῦσιν αὐτήν, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, εἰς κάλυμμα δερμάτινον ὑακίνθινον, καὶ ἐπιθήσουσιν αὐτὴν ἐπ' ἀναφορέων, καὶ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν ἐπικαλύψουσιν ἱμάτιον ὑακίνθινον, καὶ καλύψουσιν αὐτὸ καλύμματι δερματίνῳ ὑακινθίνῳ, καὶ διεμβαλοῦσι τοὺς ἀναφορεῖς αὐτοῦ, καὶ λήψονται πάντα τὰ σκεύη τὰ λειτουργικὰ ὅσα λειτουργοῦσιν ἐν αὐτοῖς ἐν τοῖς ἁγίοις. καὶ ἐμβαλοῦσιν εἰς ἱμάτιον ὑακίνθινον, καὶ καλύψουσιν αὐτὰ καλύμματι δερματίνῳ ὑακινθίνῳ, καὶ ἐπιθήσουσιν ἐπὶ ἀναφορεῖς, καὶ τὸν καλυπτῆρα ἐπιθήσουσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐπικαλύψουσιν ἐπ' αὐτὸ ἱμάτιον ὁλοπόρφυρον. καὶ ἐπιθήσουσιν ἐπ' αὐτὸ πάντα τὰ σκεύη ὅσοις λειτουργοῦσιν ἐπ' αὐτῷ ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ πυρεῖα, καὶ τὰς κρεάγρας, καὶ τὰς φιάλας, καὶ τὸν καλυπτῆρα, καὶ πάντα τὰ σκεύη τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐπιβαλοῦσιν ἐπ' αὐτὸ κάλυμμα δερμάτινον ὑακίνθινον, καὶ διεμβαλοῦσι τοὺς ἀναφορεῖς αὐτοῦ. καὶ λήψονται ἱμάτιον πορφυροῦν, καὶ συγκαλύψουσι τὸν λουτῆρα καὶ τὴν βάσιν αὐτοῦ, καὶ ἐμβαλοῦσιν αὐτὸ εἰς κάλυμμα δερμάτινον ὑακίνθινον, καὶ ἐπιθήσουσιν ἐπὶ ἀναφορεῖς, καὶ συντελέσουσιν Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καλύπτοντες τὰ ἅγια, καὶ πάντα τὰ σκεύη τὰ ἅγια, ἐν τῷ ἐξαίρειν τὴν παρεμβολήν· καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσονται υἱοὶ Καὰθ αἴρειν, καὶ οὐχ ἅψονται τῶν ἁγίων, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι.

A Et hæc opera filiorum Caath in tabernaculo teſtimonii, Sanctum ſanctorum: & ingredietur Aaron, & filii eius, cùm caſtra mouentur, & demittent velum, quod operit, & contegent eo tabernaculum teſtimonii, & imponent ſuper ipſo tegumentum pellem hyacinthinam, & iniicient ſuper illud veſtem totam hyacinthinam ſuperius, & traiicient vectes, & in menſam propoſitam iniicient veſti- B mentum holoporphyrum, & catinos, & mortariola, & cyathos, & libatoria in quibus libant, & panes, qui perpetuo ſuper ipſam erunt, & iniicient in eam pallium coccinum, & operient eam operimento pelliceo hyacinthino, & traiicient per eam vectes; & accipient veſtimentum hyacinthinum, & operient candelabrum illuminans, & lucernas eius, & emunctoria eius, & infuſoria eius, & omnia vaſa olei, in quibus miniſtrant: & iniicient C illud, & omnia vaſa eius in operimentum pelliceum hyacinthinum, & imponent ſuper vectes; & ſuper altare aureum ad operiendum iniicient veſtimentum hyacinthinum, & operient illud operimento pelliceo hyacinthino, & traiicient vectes eius; & accipient omnia vaſa miniſterii, in quibus miniſtrant in ſanctis, & iniicient in veſtimentum hyacinthinum, & operient ea operimento pelliceo D hyacinthino, & imponent in vectes, & operimentum imponent ſuper altare, & ad operiendum iniicient ſuper illud veſtimentum holoporphyrum, & imponent ſuper illud omnia vaſa eius, in quibus miniſtrant, & ignium receptacula, & fuſcinulas, & phialas, & operimentum, & omnia vaſa altaris, & iniicient ſuper illud operimentum pelliceum hyacinthinum, & traiicient vectes eius, & accipient veſtimentum purpu- E reum, & contegent labrum, & baſim eius, & iniicient ea in operimentum pelliceum hyacinthinum, & imponent ſuper vectes: & conſummabunt Aaron, & filii eius operire Sancta, & omnia vaſa Sancta, dum caſtra mouentur: & poſthæc ingredientur filii Caath vt ferant, & non tangent Sancta, ne moriantur.]

Igitur

Igitur Leuitarum ab vno, & ſupra menſe deſcriptio, ipſam ſanctorum innocentiam placere, acceptamque Deo eſſe docet. Quod autem ſacris operibus ætas deſtinata eſt definita, nimirum à vigeſimoquinto vſque ad quinquageſimum annum, illud ſignificare arbitror, eos Deo miniſterium egregium, & culpæ omnis expers exhibere, quicunque iam ſapiunt, & fortes ſunt, cuiuſmodi eſt quinque & viginti annos natus, & qui eo amplius vſque ad quinquageſimum annum progreſſus fuerit; inclinat enim iam ad virium defectionem, qui vltra quinquageſimum progreſſus eſt, neque adhuc viribus eſt integris, ſed ſenſim labitur ad ſenectutis incommoda. Inſipiens autem nullus, aut imbecillis recte Deo miniſtrare poteſt; ſiquidem vere dicere licet fortitudinis egregiæque prudentiæ eſſe opera, quæcunque ad virtutem ſpectant. quibuſque laus eſt à Legiſlatore conſtituta. PALLAD. Ita ſentio. CYRILLVS. Eorum porro adminiſtrationi, qui ex populo Caath erant, Sancta ſanctorum attributa ſunt, præcurrentibus ſacerdotibus, eaque tegentibus. Vbique enim id maiori in honore eſt, quod excellit ordine, & omnia quæcunque ſunt apud Deum, ordinata ſunt, nihilque eſt omnino perturbatum, atque confuſum: adminiſtra eſt porro gens Leuitica, & præſtantiori ſacerdotio ſubiecta. Conteguntur præterea pellibus, veſtimẽtiſque hyacinthinis tum arca, tum altare incenſi aureum, candelabrum quoque, & vaſa miniſterii: ac hyacinthinum veſtimentum, rem quæ ſuperne atque cælitus extiterit, ſignificat; talis enim eſt color illius ſupremi atque altiſſimi ætheris: fuiſſe autem figuras Chriſti, qui ſuperne, ac de cœlo venit, ſacra illa vaſa, pluribus iam verbis à nobis oſtenſum eſt. At vero menſa propoſitionis præter hyacinthina operimenta, veſtimentum holoporphyrum habet; ſed holocauſtorum altare veſtimentum coccinum; labrum item veſtimentum holoporphytum ad tegumenta hyacinthina. Ac menſa quidem propoſitionem panum habens, incruentam hoſtiam ſignificat, qua benedicimur, dum panem manducamus illum, qui de cœlo eſt, Chriſtum ſcilicet, qui etiam noſtri ſimilis factus eſt; ſed idem tamen erat, & eſt ſimiliter Deus, ſuperne atque ex Patre veniens, & ſuper omnia, vt rerum omnium rex, & dominus.

A ἡ μὲν οὖν ἐκ μηνιαίων ἀπογραφὴ, καὶ αὐτὴν τῶν ἁγίων τὴν ἀκακίαν αἰδουμένουσάν τε καὶ εὐπρόσδεκτον εἶναι διδάσκει Θεῷ. τό γε μὴν ἔργοις τοῖς ἱεροῖς ἐκνενεμῆσθαι, μόνην τὴν παρὰ νόμου διωρισμένην ἡλικίαν, τὴν ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσι, καὶ μέχρι πεντήκοντα ἐτῶν, ἐκεῖνο οἶμαι δηλοῦν, ὅτι Θεῷ λειτουργίαν ἀποπερανεῖ τὴν ἐξαίρετον καὶ ἀπαραβλήτως ἔχουσαν, πᾶς ὅσος ἐστὶν ἔμφρων τε καὶ εὐσθενὴς ἤδη τε καὶ ἔτι. ἤδη μὲν γὰρ ἐν τούτοις, ὁ ἐν εἴκοσι καὶ πέντε γεγονὼς ἐνιαυτοῖς, B ἔτι δὲ, καὶ ὁ μέχρι πεντήκοντα προελθών. ἀπονένευκεν γὰρ ἤδη πως πρὸς κατάληξιν ἰσχύος, ἀνὴρ ὑπερελάσας ἐπέκεινα τοῦ πεντηκοστοῦ, καὶ οὐδὲ ἐν ἀκμαῖς ἔτι ταῖς ἀμωμήτοις ἐστὶν, διέρπει δὲ ὥσπερ ἐπὶ τὰ ἐκ γήρως πάθη. ἄσοφος δὲ οὐδεὶς, ἀλλ' οὐδὲ ἄναλκις, λειτουργήσειεν ἂν ἀμωμήτως Θεῷ, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἰσχύος ἔργα καὶ φρενὸς ἂν γένοιτο παγκάλως τὰ ὅσαπερ ἂν βλέποι πρὸς ἀρετήν· καὶ τὸ ἐπαινεῖσθαι δεῖν πρὸς τοῦ νομοθέτου διεκληρώσατο. ΠΑΛΛΑ- C ΔΙΟΣ. Οὕτω φημί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Λειτουργία δὲ τοῖς ἐκ δήμου Καάθ, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, προεισπρεχόντων τῶν ἱερέων καὶ πυκαζόντων αὐτά. πανταχοῦ γὰρ τιμιώτερον τὸ προοῦχον ἐν τάξει, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν κόσμῳ παρὰ Θεῷ, ἄτακτον δὲ παντελῶς οὐδὲν. ἐν ὑπουργίαις δὲ τὸ Λευιτικὸν, καὶ ταῖς τῶν ὑπερκειμένων ἱερουργίαις ὑπεστρωμένοι. καταπυκάζονται δὲ δέρμασί τε καὶ ἱματίοις ὑακινθίνοις, ἥτε ἁγία κιβωτὸς, καὶ τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον, λυχνία τε αὖ καὶ τὰ D σκεύη τὰ λειτουργικὰ, τὸ ἄνωθεν ἡμῖν καὶ ἐξ οὐρανοῦ σημαίνοντος τοῦ ὑακινθίνου. τοιουτόχρους γὰρ ὁ ἄνωθεν καὶ εἰς βάθος αἰθήρ. ὅτι δὲ τύποι Χριστοῦ τοῦ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὰ σκεύη τὰ ἱερὰ, διὰ μακρῶν ἡμῖν ἤδη προαποδέδεικται λόγων. ἡ δὲ τράπεζα καὶ ἱμάτιον ὁλοπόρφυρον πρὸς τοῖς ὑακινθίνοις περιβλήμασιν ἔχει. τὸ δέ γε τῶν καρπωμάτων θυσιαστήριον, ἱμάτιον κόκκινον, καὶ μήν τοι καὶ ὁ λουτὴρ, ἱμάτιον E ὁλοπόρφυρον ἐπὶ πυκάσμασι τοῖς ὑακινθίνοις. καὶ σημαίνει μὲν ἡ τράπεζα, τὴν πρόθεσιν ἔχουσα τῶν ἄρτων, τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, δι' ἧς εὐλογούμεθα τὸν ἄρτον ἐσθίοντες τὸν ἐξ οὐρανοῦ, τοῦτ' ἐστι, Χριστὸν, ὃς καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἦν τε καὶ ἔστι καὶ οὕτως Θεὸς ἄνωθέν τε καὶ ἐκ πατρὸς ἐρχόμενος, καὶ ἐπάνω πάντων, ὡς τῶν ὅλων βασιλεὺς καὶ Κύριος.

A αἴνιγμα δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας εἴη ἂν, ὥς ἔμοιγε φαίνεται, τὸ ἐπιπετάννυσθαι τῇ τραπέζῃ τὸ ἁλουργὲς ἱμάτιον, ἤτοι τὸ περίβλημα τὸ πορφυροῦν. κατημφίεστο δὲ τόδε τῶν καρπωμάτων θυσιαστήριον ἱματίῳ κοκκίνῳ. ἱμάτιον δὲ τὸ κοκκινοβαφὲς, αἵματος τύπον παραδεξόμεθα. τέθυται γὰρ δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, καὶ ἀμνὸς οἷά τις ἐπὶ τὸ θεῖον ἀνέβη θυσιαστήριον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. πρὸς δὲ τοῖς ὑακινθίνοις, ἱμάτιον ὁλοπόρφυρον τῷ λουτῆρι τὸ πέτασμα. B γράφει δὲ ὁ λουτὴρ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν τύπον τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὕδασιν ἡμᾶς ἁγίοις ἀπολούοντος εἰς ἀπόθεσιν ἁμαρτίας, καὶ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἀποκομίζοντος. ἄνωθεν δὲ καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ἅγιον βάπτισμα, αἴνιγμα δὲ τούτου, τὸ χρῶμα τὸ ὑακίνθινον. ἢ οὐκ ἀρίστα σοι ταυτὶ δὴ φάναι δοκῶ, ὥς ἔν γε τοιαύτῃ δυσπαραληψίᾳ θεωρημάτων; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡ. Λειτουργία μὲν οὖν ἡ τοιάδε τοῖς ἀπὸ Καάθ· Γεδσωνῖται δὲ αὖ καὶ μέν τοι καὶ C Μεραρῖται, κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, ἀπεγράφοντο μὲν, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν, καὶ μέχρι πεντήκοντα. ὀνομαστὶ δὲ κατ' οἴκους καὶ πατριάς, καὶ λειτουργία μὲν τῷ δήμῳ Γεδσὼν, αἱ δέρρεις τῆς σκηνῆς, τὰ καλύμματα, τὰ περιπετάσματα τῶν θυρῶν, καὶ τὰ ἱστία τῆς αὐλῆς καὶ τὰ περισσά. γέγραπται δὲ ὧδε. τό γε μὴν ἐκ Μεραρὶ, δῆμος δὲ καὶ οὗτος Λευϊτικὸς, οἱ στῦλοι τῆς σκηνῆς, αἱ βάσεις, αἱ κεφαλίδες, πάσσαλοί τε καὶ μοχλοὶ, καὶ τὸ καταπέτασμα τῆς σκηνῆς τὸ ἔξω, καὶ ἄττα D ἄττα πρὸς τούτοις ἕτερα. καὶ οἱ μὲν ἀπὸ Γεδσών τε καὶ Μεραρὶ, ταῖς δι' ἁμαξῶν ὑπουργίαις, τὰ σφίσιν αὐτοῖς ἐγκεχειρισμένα διεκόμιζον πανταχῆ. Καθῖται γε μὴν, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰς ὤμους ἔχοντες ᾔεσαν. γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς. καὶ προσήνεγκαν οἱ ἄρχοντες Ἰσραὴλ δώδεκα ἄρχοντες οἴκων πατριῶν αὐτῶν. οὗτοι οἱ ἄρχοντες φυλῶν, οὗτοι οἱ παρεστηκότες ἐπὶ τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ ἤνεγκαν τὰ δῶρα αὐτῶν ἔναντι κυρίου, ἓξ ἁμάξας λαμπηνικὰς, E καὶ δώδεκα βόας. ἅμαξαν παρὰ δύο ἀρχόντων, καὶ μόσχον παρὰ ἑκάστου. καὶ προσήγαγον ἐναντίον τῆς σκηνῆς. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων. λάβε παρ' αὐτῶν, καὶ ἔσονται πρὸς τὰ ἔργα τὰ λειτουργικὰ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ δώσεις αὐτὰ τοῖς Λευΐταις, ἑκάστῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ λειτουργίαν. καὶ λαβὼν Μωσῆς τὰς ἁμάξας καὶ τοὺς βόας, ἔδωκεν αὐτὰ τοῖς Λευΐταις,

A Ænigma vero regni Chriſti eſt, vt mihi quidem videtur, quod ſuper menſam conchyliatum pallium, id eſt, tegumentum purpureum extenſum eſt. Sed holocauſtorum altare veſtimento coccino contegebatur: veſtimentum porro coccino tinctum ſanguinis figuram accipiemus: immolatus eſt enim propter nos, & pro nobis Chriſtus, & inſtar agni ſuper diuinum altare conſcendit in odorem ſuauitatis Deo, ac Patri. Præter hyacinthina etiam operimenta holoporphyro veſtimento labrum operitur: B præ ſe fert autem labrum figuram ſancti baptiſmatis, quod ad deponenda peccata ſanctis nos aquis abluit, & in regnum cœlorum perducit: ſuperne etiam, & de cœlo eſt ſanctum baptiſma: eiuſque rei ænigma eſt color hyacinthinus. An tibi minus rectè dicere videor, in hac certe difficili ſpiritualis intelligentię comprehenſione? PALLAD. Mihi vero plane recte. CYRILL. Atque hoc C eſt filiis Caath miniſterium attributum: Gedſonitæ vero atque etiam Meraritæ eodem modo deſcripti ſunt à viceſimoquinto vſque ad quinquageſimum annum per nomina, & per domos, & familias; gentiſque Gedſon miniſterio pelles erant tabernaculi concreditæ, operimenta, tentoria portarum, & vela atrii, & ſuperuacua; ſic enim ſcriptum eſt. Meraritis autem (gens eſt ea Leuitica) columnæ tabernaculi, baſes, capitella, & vectes, D & velamen tabernaculi exterioris, & ad hæc alia nonnulla. Ac Gedſonitæ quidem, & Meraritæ vehiculorum adminiculis vbique in iis, quæ ſibi credita erant, aduehendis vtebantur: at vero Caathitæ Sancta ſanctorum humeris geſtabant; ſic enim ſcriptum eſt in Numeris, [Et obtulerunt principes Iſraël, duodecim principes domorum familiarum ſuarum; hi ſunt principes tribuum; hi ſunt, qui præſto fuerunt in recenſione, & tulerunt E dona ſua ante Dominum, ſex vehicula tecta, & duodecim boues, vehiculum à duobus principibus, & bouem à ſingulis; & attulerunt coram tabernaculo. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Accipe ab ipſis, & erunt ad opera miniſterii tabernaculi teſtimonii, & dabis ea Leuitis, cuique iuxta miniſterium ſuum. Et accipiens Moyſes vehicula, & boues, dedit ea Leuitis;

Num. 7.

» duo vehicula, & quatuor boues dedit
» filiis Gedſon iuxta miniſteria ſua; &
» quatuor vehicula, & octo boues dedit
» filiis Merari iuxta miniſteria ſua, per
» Ithamar filium Aaron ſacerdotis: &
» filiis Caath non dedit, quia miniſteria
» Sanctorum habent; ſuper humeros ge-
» ſtabunt.] Audiſne vt his quidem vehiculis agere, ac ferre moris fuerit; ſoli vero Caathitæ Sacra humeris ferant? PALLAD. Qua de cauſſa? CYRILL. Quia ſemper qui excellunt, ſacratioreſque ſunt, magis deſudant, & qui ſanctiores ſunt, & ad Deum quodammodo propius accedunt, iis neceſſitas laborandi, & ærumnas tolerandi; idque non ex æquo cum aliis, adiuncta eſt. An minime, quod dico, verum eſt? PALLADIVS. Imò verò maxime. CYRILL. Huiuſmodi igitur ordine Leuiticum genus miniſtrabat. Sed puto eam rem myſterii figuram habere. PALLADIVS. Quo tandem modo? CYRILL. Quia videntur hæ duæ gentes Gedſon, & Merari, populos qui in Lege erant, inſinuare, Iſraël inquam; Caathitæ vero eos, qui ſanctificati ſunt in Chriſto per fidem: illis enim curæ erant vela atrii, pelles tabernaculi, operimenta, & columnæ, capitella quoque, & baſes, paxilli etiam, & tentoria, &, vt verbo Scripturæ vtar, Omnia ſuperuacua, quo verbo ſignificatur miniſterium minime neceſſarium: hi vero etiam ferre audent Sancta ſanctorum, & ea, per quæ Chriſtus non vno modo, ſed varie multiformique ratione ſignificatur, vt eſt arca, vt menſa, & aureum candelabrum, & aureum thuribulum: nam, cum ſimplex ſit ex natura tanquam Deus, efficientiæ tamen diuerſitate, ac varietate multis modis cognoſcitur; eſt enim haud dubie viuens, & efficax Patris ſermo, atque inſuper vita, & lumen, & ſpiritualis ſuaueolentiæ odor. Igitur quicunque præceptis per Moyſen datis inhærent, horum miniſterium in ſuperuacuis tabernaculi rebus verſatur: inutilis eſt enim Lex, niſi ſpiritualiter intelligatur. Atqui audẽt Sancta ſanctorum ferre, ii ſancti prorſus in Chriſto ſunt, nullamque rem ſuperuacuam, ſed ipſum Emmanuël tanquam ſibi inſidentem geſtant. PALLADIVS. Rectè eſt à te dictum. CYRILLVS. Sed illud, ſi placet, animaduerte. PALLAD. Quid tandem iſtud eſt? CYRILL. Illi quidem, quibus tabernaculi ſuperuacua concredita fuerant, ea vehiculis ferunt;

A καὶ τὰς δύο ἁμάξας, καὶ τοὺς τέσσαρας βόας ἔδωκε τοῖς υἱοῖς Γεδσὼν κατὰ τὰς λειτουργίας αὐτῶν. καὶ τὰς τέσσαρας ἁμάξας καὶ τοὺς ὀκτὼ βόας ἔδωκε τοῖς υἱοῖς Μεραρὶ κατὰ τὰς λειτουργίας αὐτῶν, διὰ Ἰθάμαρ υἱοῦ Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, καὶ τοῖς υἱοῖς Καὰθ οὐ δέδωκεν, ὅτι τὰ λειτουργήματα τοῦ ἁγίου ἔχουσιν. ἐπ' ὤμων ἀροῦσιν. ἀκούεις ὅπως τοῖς μὲν τὸ ἐφ' ἁμαξῶν ἄγειν τε καὶ φέρειν ἔθος, Κααθίταις δὲ μόνοις, εἰς ὤμους τὰ ἱερά; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τοῦ δὴ χάριν; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Αεὶ γάρ πως
B ἔστιν ἐν ἱδρῶτι μείζονι τὸ προὔχόν τε καὶ ἱερώτερον. προσέπεται δὲ αὐτῷ πάντη τε καὶ πάντως, τὸ χρῆναι πονεῖν, καὶ πρός γε δὴ τούτῳ, τὸ ταλαιπωρεῖν, καὶ οὐκ ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις, οἵπερ ἂν εἶεν καὶ ἁγιώτεροι, καὶ ἄγχου δὴ μᾶλλον οἱονείπως Θεοῦ. ἢ οὐκ ἀληθὲς ὅ φημι; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡ. Ἐν κόσμῳ μὲν οὖν τοιῷδε τὸ Λευιτικὸν ἐλειτούργει γένος. οἶμαι δ' ἔγωγε, μυστηρίου τύπον τὸ χρῆμα πληροῦν. ΠΑΛ. Πῶς δὴ φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐοίκασι γὰρ,
C οἱ μὲν δύο δῆμοι, Γεδσών τε Μεραρὶ, τοὺς ἐν νόμῳ λαοὺς ὑπαινίττεσθαι, φημὶ δὴ τὸν Ἰσραήλ. Καθῖται δέ γε, τοὺς ἡγιασμένους ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως. οἷς μὲν γὰρ ἦν ἐν φροντίδι τὰ ἱστία τῆς αὐλῆς, αἱ δέρρεις τῆς σκηνῆς, τὰ καλύμματα καὶ οἱ στῦλοι, κεφαλίδες τε καὶ βάσεις, πάσσαλοί τε καὶ περιτενύσματα, καὶ ἵν' ἢ φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, πάντα τὰ περισσὰ, δι' οὗ σημαίνεται τὸ τῆς λειτουργίας οὐκ ἀναγκαῖον. οἱ δὲ, φέρειν ἐθαρσήσουσι
D σουσι τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ τὰ δι' ὧν Χριστὸς, οὐ καθ' ἕνα τρόπον, πολλαχῶς δὲ μᾶλλον καὶ πολυειδῶς σημαίνεται, ὡς κιβωτὸς, ὡς τράπεζα, καὶ ὡς χρυσῆ λυχνία, καὶ χρυσοῦν θυμιατήριον. ἁπλοῦς γὰρ ὑπάρχων κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, τῇ τῆς ἐργασίας διαφορᾷ πολυτρόπως γνωρίζεται. ἔστι μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ζῶν τε καὶ ἐνεργὴς ὁ τοῦ πατρὸς λόγος, καὶ πρός γε τούτῳ ζωὴ, καὶ φῶς, καὶ νοητῆς εὐωδίας ὀσμή. οὐκοῦν ὅσοι ταῖς διὰ Μωσέως προσεδρεύουσιν ἐντολαῖς, λειτουργίαν ἔ-
E χουσι, τὰ περισσὰ τῆς σκηνῆς. ἀνωφελὴς γὰρ ὁ νόμος, εἰ μὴ νοοῖτο πνευματικῶς. ὅσοι δὲ τεθάρσηνται τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἅγιοί που πάντως εἰσὶν ἐν Χριστῷ, περισσὸν οὐδὲν, ἀλλ' οἱονείπως αὐτὸν ἐποχον ἔχοντες τὸν Ἐμμανουήλ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡ. Ἄθρει δὲ εἰ δοκεῖ καὶ τόδε. ΠΑΛ. Τὸ τί δὴ φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οἱ μὲν γὰρ τὰ περισσὰ τῆς ἁγίας σκηνῆς ἐγκεχειρισμένοι φέρουσιν ἐφ' ἁμαξῶν,

Καα θῖται δὲ, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων οὐκ ἐφ᾽ ἁμαξῶν, οὐκ ἐφ᾽ ἑτέρου του παντελῶς, ἀλλ᾽ ὤμοις αὐτοῖς ἐπιθέντες ἤεσαν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τί δῆτα τοῦτό γε; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι, ὦ ἑταῖρε, φαίην ἂν, φορτικὸς ὁ νόμος, καὶ δύσοιστον ἄχθος. γένοιτο δ᾽ ἂν τοῦ τοιοῦδε μήνυσις ἐναργὴς, τὸ μὴ εἰς ὤμους φέρεσθαι τὰ περιττὰ, διά τοι τὸ ἀσθενεῖν τοὺς ὑπεζευγμένους. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκον οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τοῖς μετὰ τὴν πίστιν ἐπὶ νομικὴν ἰοῦσι λατρείαν, καὶ νῦν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε ὑμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν ἰσχύσαμεν βαστάσαι; Καα θῖται δὲ, τὰ δι᾽ ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται, τοῖς σφῶν αὐτῶν ἐπιθέντες ὤμοις, ἐλαφρὸν καὶ εὐπαρακόμιστον ποιοῦνται φορτίον. ἆρ᾽ οὖν οὐχὶ τοῦτό ἐστιν ἐναργῶς, ὅπερ αὐτὸς ἔφη Χριστὸς, ὁ ζυγός μου χρηστός ἐστι, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἔοικεν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προσθείην δ᾽ ἂν ἔτι τοῖς εἰρημένοις καὶ τόδε. εἴη γὰρ ἂν οὐκ ἀσυντελὲς εἰς πληροφορίαν. ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ τῶν Λευιτῶν ἀπογραφῇ, τετάχατο μὲν, οἱ ἀπὸ Γεδσὼν ἐν ἀρχαῖς. εἶτα μέσος, ὁ Καάθ, καὶ τελευταῖος, ὁ Μεραρί. δῆμοι δὲ οὗτοι Λευιτικοί· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῇ ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν προεστάχθαι τῶν ἄλλων ὁ Καάθ, καὶ πρῶτος ὠνόμασται. τελευταῖος δὲ μετ᾽ αὐτὸν, Γεδσών τε καὶ Μεραρὶ, λειτουργίαν ἔχοντες τὰ περιττὰ τῆς σκηνῆς. καὶ ἑκάτερος μὲν τοῖν δυοῖν τουτωνὶ δήμοιν, ἀνὰ δύο μόνας ἔχουσι πατριάς. ὁ δὲ πρῶτος ἤκει μὲν καὶ μέχρι τεσσάρων. συνίης δῆτα ποῖα τὸ αἴνιγμα; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἥκιστά γε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Κέκληται μὲν γὰρ ἐν πρώτοις ὁ Ἰσραὴλ, παρεισδραμούσης δὲ μεταξὺ τῆς τῶν ἐθνῶν ἀγέλης, τέτακται μετὰ ταύτην, καὶ οἱ μὲν ἔσχατοι γεγόνασι πρῶτοι, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν, οἱ δὲ πρῶτοι ἔσχατοι. ΠΑΛ. Ἀληθές. ΚΥΡ. Ὅτι δὲ βραχὺς ἐν ἀριθμῷ τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, ὑπερκειμένης παρὰ πολὺ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἀναριθμήτου πληθύος, δῆλον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πῶς γὰρ οὔ; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τοιγάρτοι Θεὸς πρὸς ἱεροφάντην Μωσέα φησί. καὶ νῦν ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ἐξαναλώσω τὴν συναγωγὴν ταύτην, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο. λειτουργίαις μὲν οὖν ταῖς τοιαῖσδε τὸ Λευιτικὸν ἅπαν ἐκτετίμηται φῦλον· καὶ ὅρος αὐτοῖς τῆς ἱερουργίας ὑποζεῦχθαι τῷ προεστῶτι, καὶ ὑπὸ χεῖρα προσειλήφει τὴν Ἀαρών.

Caathitæ vero Sancta ſanctorum non vehiculis ; non alio quopiam inſtrumento, ſed humeris impoſita geſtabant. PALLADIVS. Quid iſtud vero eſt? CYRILLVS. Quia, vt quod ſentio, dicam, grauis eſt Lex, & onere vix ferendo premit: cuius rei clarum eſt indicium, quod illa ſuperuacua minime humeris portantur, propterea quod homines ei legi ſubiecti imbecilles erant. Itaque etiam diſcipuli illi beati dicebant iis, qui, poſteaquam fidem amplexati erant, ad legalem cultum conuertebantur, [Et nunc quid tentatis Deum, vt imponatis iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque vos, neque patres veſtri ferre potuerunt ? At vero Caathitæ iis, per quæ Chriſtus indicatur, in humeros impoſitis, leue illud, & quod ferri facile poſſet, onus tulerunt.] (Act. 15.) Num igitur non hoc illud eſt, quod ipſe Chriſtus ait, [Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue?] (Matth. 11.) PALLADIVS. Ita videtur. CYRILLVS. Illud quoque ad ea, quæ dicta ſunt, adiecerim, quod non nihil afferet ad fidem faciendam: nam in priore quidem Leuitarum deſcriptione primus Gedſon collocatus eſt, medius Caath, Merari poſtremus; (Num. 3.) (ſunt autem eæ gentes Leuiticæ:) in poſteriore vero, quæ à vigeſimoquinto anno facta eſt, præpoſitus eſt alis Caath, & primus recenſitus, poſteriores autem Gedſon, & Merari, quorum miniſterio tabernaculi ſuperuacua aſſignata erant. Præterea vtraque eæ gentes binas ſingulæ familias habent, hęc verò ad quatuor vſque progreditur. Intelligiſne quid hoc ænigma ſignificet? PALLAD. Minimè verò. CYRILL. Vocatus quidem eſt primum Iſraël; ſed, cum grex Gentium medius ſubintraſſet, poſt eum collocatus eſt, atque facti ſunt nouiſſimi primi, vt ait Saluator, & primi nouiſſimi. PALLADIVS. Ita eſt. CYRILLVS. Eſſe autem exiguum gentis Iudeæ numerum, multiſque partibus maiorem eſſe multitudinem Gentium liquet. PALLADIVS. Quis neget? CYRILL. Itaque Deus ad Moyſen illum ſacrorum interpretem, inquit, [Et nunc ſine me, vt iratus perdam congregationem hanc, & faciam te in gentem magnam, multoque maiorem, quam hæc eſt.] (Exod. 32.) His itaque miniſteriis vniuerſum Leuiticum genus honeſtatum eſt, ſacroq; illorum officio hæc eſt præſcripta regula, vt principi ſubiecti ſint, & Aaron imperio pareant:

nam ad maiora adſpirare, & præſtantiora quærere, quam à Deo datum, tributumque ſit, pœnam, ac perniciem affert; id quod re ipſa comprobatum eſt; ſcriptum eſt enim in Numeris item, [Et locutus eſt Core filius Iſſaar, filii Caath, filii Leui, & Dathan, & Abiron filii Eliab, & Ayn filius Phaleg filii Ruben; & inſurrexerunt aduerſum Moyſen, & viri de filiis Iſraël quinquaginta, & ducenti principes Synagogæ conuocati concilii conſpirauerunt aduerſum Moyſen, & Aaron, & dixerunt ad eos, Satis ſit vobis, quia omnis congregatio, omnes ſancti, & in ipſis eſt Dominus; & cur inſurgitis in congregationem Domini? & audiens Moyſes cecidit in faciem, & locutus eſt ad Core, & ad omnem eius congregationem, dicens, Reſpexit, & nouit Dominus, qui ſunt eius, & ſanctos vocauit ad ſe; & quos elegit ſibi, applicauit ad ſe: hoc facite, accipite vobis ipſis thuribula, Core, & omnis congregatio eius, & imponite ſuper ea thymiama coram Domino cras; & erit vir, quem elegerit Dominus, is ſanctus: ſat ſit vobis, fil i Leui: & dixit Moyſes ad Core, Audite me filii Leui. Num parum vobis hoc eſt, quod diſtinxit vos Dominus Deus Iſraël ex congregatione Iſraël, & applicauit vos ad ſe, vt miniſtraretis miniſteria tabernaculi Domini, & adſtaretis coram tabernaculo ad miniſtrandum ei, & applicauit te, & omnes fratres tuos, filios Leui tecum; & quæritis fieri ſacerdotes.] Filii namque Leui, cum id muneris haberent, vt humeris ferrent Sancta ſanctorum, ſtulte in ſuperiorem ordinem inuadebant, & ad ſacerdotum gradum contendebant, honorem ſibi ipſis arripientes, vt ſcriptum eſt, negligebantque Dei præceptum, ac leges de ſacris officiis obeundis nefarie tranſiliebant, eorum, qui prælati erant, honores nullo numero habentes; dicebant enim ad Moyſen, & Aaron, Sat ſit vobis, quia omnis Synagoga, omnes ſancti, & in ipſis eſt Dominus. Vides, vt menſuram ſibi attributam contemnant, ac propemodum eſſe communem honorem ſummi ſacerdotis dicant non ſuæ gentis hominibus modo, verum etiam ceteris omnibus, nullamque in illis eſſe ampliorem, illuſtrioremve dignitatem,

Num. 16.

Hebr. 5.

A τό γε μὴν ὑπὲρ τῶν φρονεῖν καὶ τὰ μείζω ζητεῖν, τῶν ἐκνεμηθέντων αὐτοῖς καὶ διωρισμένων παρὰ Θεοῦ, ποινῆς καὶ ὀλέθρου πρόξενον, καὶ διὰ πείρας αὐτῆς ἀποδείκνυται. γέγραπται δὲ πάλιν ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς. καὶ ἐλάλησε Κορὲ υἱὸς Ισσαὰρ, υἱοῦ Κααθ, υἱοῦ Λευὶ, καὶ Δαθὰν, καὶ Ἀβειρὼν, υἱοὶ Ἐλιὰβ, καὶ Αυν, υἱὸς Φαλὲθ, υἱοῦ Ρουβὴν. καὶ ἀνέστησαν ἔναντι Μωσῆ, καὶ ἄνδρες τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, ἀρχηγοὶ συναγωγῆς σύγκλητοι βουλῆς, καὶ ἄνδρες ὀνομαστοί. συνέστησαν ἐπὶ Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν, καὶ εἶπαν πρὸς αὐτοὺς, ἐχέτω ὑμῖν ὅτι πᾶσα ἡ συναγωγὴ, πάντες
B ἅγιοι, καὶ ἐν αὐτοῖς κύριος. καὶ διὰ τί κατανίστασθε ἐπὶ τὴν συναγωγὴν κυρίου; καὶ ἀκούσας Μωσῆς, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐλάλησε πρὸς Κορὲ καὶ πρὸς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν συναγωγὴν, λέγων. ἐπέσκεπται καὶ ἔγνω ὁ Θεὸς τοὺς ὄντας αὐτοῦ καὶ τοὺς ἁγίους, καὶ προσηγάγετο πρὸς ἑαυτόν. καὶ οὓς ἐξελέξατο ἑαυτῷ, προσηγάγετο πρὸς ἑαυτόν. τοῦτο ποιήσατε. λάβετε ὑμῖν
C αὐτοῖς πυρεῖα Κορὲ, καὶ πᾶσα ἡ συναγωγὴ αὐτοῦ, καὶ ἐπίθετε ἐπ᾽ αὐτὰ πῦρ, καὶ ἐπίθετε ἐπ᾽ αὐτὰ θυμίαμα ἔναντι κυρίου αὔριον. καὶ ἔσται ὁ ἀνὴρ ὃν ἐκλέλεκται κύριος, οὗτος ἅγιος. ἱκανούσθω ὑμῖν υἱοὶ Λευί. καὶ εἶπε Μωσῆς πρὸς Κορέ· εἰσακούσατέ μου υἱοὶ Λευί. μὴ μικρόν ἐστι τοῦτο ὑμῖν, ὅτι διέστειλεν ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ὑμᾶς ἐκ συναγωγῆς Ἰσραὴλ, καὶ προσηγάγετο ὑμᾶς πρὸς ἑαυτὸν λειτουργεῖν τὰς λειτουργίας τῆς σκηνῆς κυρίου, καὶ παρίστασθαι ἔναντι
D τῆς σκηνῆς λατρεύειν αὐτῷ, καὶ προσηγάγετό σε καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς σου υἱοὺς Λευὶ μετὰ σοῦ, καὶ ζητεῖτε ἱερατεύειν; λειτουργίαν γὰρ ἔχοντες οἱ ἀπὸ Κααθ, τὸ ἐπὶ ὤμους αἴρειν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἐπιθρώσκουσιν ἀμαθῶς τοῖς ὑπερκειμένοις καὶ τοῖς τῶν ἱερέων φιλονεικοῦσι μέτροις. ἑαυτοῖς γὰρ ἁρπάζοντες τὰς τιμὰς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τῆς μὲν θείας ἀλογήσαντες ἐντολῆς, νόμους δὲ τῆς ἱερουργίας ὑπερθέοντες ἀνοσίως, τὰς τῶν προεστη-
E κότων τιμὰς ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου. ἔφασκον γὰρ πρὸς Μωσέα καὶ Ἀαρὼν, ἱκανούσθω ὑμῖν ὅτι πᾶσα ἡ συναγωγὴ, πάντες ἅγιοι. καὶ ἐν αὐτοῖς Κύριος. ἀκούεις ὅπως τὸ σφίσιν αὐτοῖς ἐκνεμηθὲν μέτρον ἀτιμάζουσι; μόνον δὲ οὐχὶ κοινὴν εἶναί φασι, καὶ οὐχὶ δήμοις τοῖς αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὴν τοῦ ἀρχιερέως τιμὴν,

A καὶ οὐδὲν ὅλως τὸ περιττὸν, ἢ περιφανέστερον, κἂν εἰ ὑπερκεῖσθαι λέγοιντο ψήφῳ τὸ χρῆμα λαχόντες τῇ παρὰ Θεοῦ· ὅπερ ἐστὶν ἐναργῶς, ταῖς ἄνωθεν ψήφοις ἐπιτιμᾷν, καὶ οὐδὲν ἔστι λογίζεσθαι τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν. ἀλλ' ὁ μὲν θεσπέσιος Μωσῆς ἠπιότητι τῇ συνήθει χρώμενος ὡς ἐρρωστηκότας παρεκάλει, καὶ τὴν ὅσην οὔπω κατ' αὐτῶν ἐσομένην ὀργὴν ἐννενοηκὼς, ἐπιπλήττει λέγων. ἱκανούσθω ὑμῖν οἱ υἱοὶ Λευΐ. οὐ γὰρ μικρὸν, φησὶν, ὑμῖν, ὅτι B ὑμᾶς ἐκ πάντων ἀπολέκτους ἐποιήσατο πρὸς τὴν οὕτω σεπτὴν καὶ ἀξιάγαστον λειτουργίαν, ὁ τῶν ὅλων Θεός. οἱ δὲ, ἦσαν ἔτι πικροὶ καὶ ἀτεράμονες, καὶ ἀχάλινοι πρὸς ὑπεροψίαν, ἄχρις ἂν αὐτοὺς εἰς τοῦτο κακοῦ τὰ τῆς ἀπονοίας εἰσβεβήκει, ὡς διανοίξασαν τὴν γῆν τὸ στόμα, αὐτοὺς γένει καὶ σκηναῖς ἑλεῖν, καὶ ὀλέθρῳ ξένῳ περιβαλεῖν. κατέβησαν γὰρ εἰς ᾅδου ζῶντες, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀνόσιον οὖν ἄρα καὶ θανάτου γραφὴν ἔχει παρὰ C Θεῷ, τὸ, κατεξανίστασθαι κεφαλῆς, καὶ τὸ μὴ ὑπείκειν τοῖς προτεταγμένοις, καὶ τὴν προὔχουσαν παρὰ Θεοῦ λαχοῦσι τιμήν. συνέσεως δὲ τῆς ἀνωτάτω καρπὸς, τὸ, ἐφ' ᾧ ἄν τις ἔχοι, σεμνύνεσθαι καὶ εὐχαριστεῖν, καὶ μὴ τοῖς ἐπέκεινα μέτρου, ῥιψοκινδύνως ἐπιπηδᾷν, μήτε μὴν ἐφίεσθαι τῶν οὔπω δεδωρημένων αὐτοῖς, οἰομένους εἶναι κοινὰ καὶ βάσιμα τοῖς πολλοῖς, ἃ μόνοις τοῖς ἄνωθεν διοικεῖται νεύμασιν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥ- D ΡΙΛΛΟΣ. Ἐν τάξει δὴ οὖν τῇ ἀσυγχύτῳ τὰ ἱερά· πρέποι γὰρ ἂν ὧδε, καὶ οὐχ ἑτέρως ἔχειν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Κοινὸν δὲ ὥσπερ ἀμφοῖν ἀπονέμει κλῆρον, τὰς τῶν ὑπὸ χεῖρα δωροφορίας, καὶ ἅπερ ἂν οἴσει τις εἰς ἀνάθημα καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ, ταῦτα δεῖν εἶναι φησὶν, ἱερέων τε ἅμα καὶ Λευιτῶν. ἔφη γὰρ οὕτω πρὸς Ἀαρὼν ὁ τῶν ὅλων Θεός. ἐν τῇ γῇ αὐτῶν οὐ κληρονομήσεις, καὶ μερὶς οὐκ E ἔσται σοι ἐν αὐτοῖς, ὅτι ἐγὼ μερίς σου καὶ κληρονομία σου ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ τοῖς υἱοῖς Λευὶ ἰδοὺ δέδωκα πᾶν ἐπιδέκατον ἐν Ἰσραὴλ ἐν κλήρῳ ἀντὶ τῶν λειτουργιῶν αὐτῶν, ὅσα αὐτοὶ λειτουργοῦσι λειτουργίαν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. καὶ οὐ προσελεύσονται ἔτι οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου λαβεῖν ἁμαρτίαν θανατηφόρον, καὶ λειτουργήσει ὁ

quamuis ſuperiores eſſe ceteris, eumque gradum diuino ſuffragio conſecuti dicantur; quod eſt apertiſſime, diuinum iudicium atque ſententiam reprehendere, Legiſlatoriſque voluntatẽ pro nihilo ducere. At vero Moyſes ille beatus, benignitate conſueta vſus, perinde atque morbo laborantes admonebat, animaduertens etiam quantum illis iam iam ſupplicium immineret, eos increpat, dicens, Sat ſit vobis filii Leui; Non parum eſſe vobis debet, inquit, quod vos potiſſimum ex omnibus ille vniuerſorum Deus ad miniſterium adeo auguſtum, adeoque admirandum elegerit. Illi vero adhuc in acerbitate animi, & duritia perſiſtebant, & effrenato impetu ad contemptum, atque deſpicientiam ferebantur; quoad eorum ſuperbia ad id mali perueniꝛ, vt ipſos aperto ore terra vnà cum genere toto, tabernaculiſque corriperet, & nouo, atque inaudito interitu perderet: deſcenderunt enim in infernum viuentes, vt ſcriptum eſt. Nefarium ergo ſcelus eſt, & apud Deum iudicem capitale crimen, inſurgere aduerſus caput, ac præpoſitis, & iis, qui Dei voluntate, atque arbitrio principem honoris locum tenent, nolle ſubiacere; vt contra ſummæ ſapientiæ fructus, ea, quæ habuerit quiſpiam, magna putare, eorumque nomine gratias agere; neque ad ea, quæ noſtrę menſuræ magnitudinem egrediuntur, cum periculo irrumpere, aut expetere, quæ nondum nobis conceſſa ſunt, communia ea eſſe putantes, & vulgo expoſita, quæ ſolo diuino nutu adminiſtrantur. PALLAD. Rectè dicis. CYRILL. Ergo munerum ſacrorum ordo confundi non poteſt: quippe ſic decet, non alio modo ſe rem habere. PAL. Optime dicis. CYR. Vtriſque tamen ſubditorum hominum dona tanquam communem poſſeſſionem tribuit, & quæ obtulerit quiſque vt Deo dicata ſint, eique ſacrificentur, & ſacerdotibus, & Leuitis, inquit, communia eſſe oportere. Sic enim ille omnium rerum Deus dixit Aaron, [In terra eorum non accipies poſſeſſionem, nec pars erit tibi inter eos; quia ego pars tua, & poſſeſſio tua in medio filiorum Iſraël; & filiis Leui ecce dedi omnem decimam Iſraël in poſſeſſionem pro miniſteriis eorum, quodcunque ipſi miniſtrant miniſteriũ in tabernaculum teſtimonii, & non ingredientur etiam filii Iſraël in tabernaculum teſtimonii, vt accipiant peccatum mortiferum; & fun-

Pſalm. 54.

Num. 18.

gatur ipſe Leuita miniſterio taberna- A culi teſtimonii, & ipſi capient peccata eorum: legitimum ſempiternum in progenies ſuas: in medio filiorum Iſraël non poſſidebunt poſſeſſionem, quia decimas filiorum Iſraël ex omnibus, quæ ſeparauerint Domino, ſeparationem dedi Leuitis in poſſeſſionem; propterea dixi eis, In medio filiorum Iſraël non poſſidebunt poſſeſſionem.] In Deuteronomio autem cum eundem pene ſermonem repe-

Deut. 18. teret, ita fere ait, [Non erit ſacer- B dotibus Leuitis toti tribui Leui pars, neque poſſeſſio cum Iſraël. Oblatio Domini poſſeſſio eorum: comedent ea: poſſeſſio autem non erit eis in fratribus ſuis: Dominus ipſe poſſeſſio eius, ſicut dixit ei; & hoc iudicium ſacerdotum, quæ à populo, à ſacrificantibus ſacrificia, ſiue bouem, ſiue ouem; & dabis ſacerdoti armum, & maxillam, & ventriculum, & primitias frumenti, & vini tui, & olei tui, & primitias tonſionum ouium tuarum dabis ei, quia C ipſum elegit dominus Deus tuus ab omnibus tribubus tuis, vt præſto eſſet coram domino Deo tuo ad miniſtrãdum, & benedicendum in nomine eius ipſe, & filii eius omnibus diebus.] Vide igitur, vt ſacrum genus cum populo cenſeri nefas ſit, & non modò miniſtrandi officio, ſed etiam ſpei diſſimilitudine à ceteris diſiunctum: nam, qui vitam infimam, atque abiectam degunt, & rebus terrenis affixi ſunt, & res caducas ſitiunt, quæ tanquam vmbræ præte-

Hier. 13. reunt, his iure dici poteſt, [Hæc eſt pars tua, hęc poſſeſſio tua, pars inobedientiæ D veſtræ, qua mihi non obediſtis, dicit Dominus.] Qui vero ſanctum atque incorruptum vitæ genus prætulerunt, & virtutis nomine ſelecti ſunt; iis aperciſſime dicetur, In terra eorum non accipies poſſeſſionem, & pars non erit tibi in eis, quia ego pars tua, & poſſeſſio tua, dicit Dominus. Itaque Saluator accedenti cuidam, & roganti quomodo poſſet vitam æternam conſequi,

Marc. 10. Præcepta noſti, inquit, videlicet, Non E occides, non adulterabis, non furaberis, & horum ſimilia: cumque ille ſe eiuſmodi præcepta ſeruaſſe, palam dixiſſet, & ad hoc rogaret, illudque adieciſſet,

Matth. 19. Quid mihi adhuc deeſt? [Si vis, inquit, perfectus eſſe, abi, vende quæ poſſides, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo; & veni, ſequere me.] Oportet igitur, qui Deo miniſtrare velint

A Λευΐτης αὐτὸς τὴν λειτουργίαν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ αὐτοὶ λήψονται τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. καὶ ἐν μέσῳ υἱῶν Ἰσραὴλ οὐ κληρονομήσουσι κληρονομίαν. ὅτι τὰ ἐπιδέκατα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὅσα ἐὰν ἀφορίσωσι κυρίῳ, ἀφαίρεμα δέδωκα τοῖς Λευΐταις ἐν κλήρῳ· διὰ τοῦτο εἴρηκα αὐτοῖς, ἐν μέσῳ υἱῶν Ἰσραὴλ οὐ κληρονομήσουσι κλῆρον. ἐν δέ γε τῷ Δευτερονομίῳ τὸν αὐτὸν ὥσπερ ἀνακυκλώσας λόγον, ὧδέ πη φη-

B σίν. Οὐκ ἔσται τοῖς ἱερεῦσι τοῖς Λευΐταις ὅλῃ φυλῇ Λευὶ μερὶς, οὐδὲ κλῆρος μετὰ Ἰσραήλ, καρπώματα κυρίου ὁ κλῆρος αὐτῶν, φάγονται αὐτά. κλῆρος δὲ οὐκ ἔσται αὐτοῖς ἐν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν. κύριος αὐτὸς κλῆρος αὐτοῦ, καθότι εἶπεν αὐτῷ. καὶ αὕτη ἡ κρίσις τῶν ἱερέων τὰ παρὰ τοῦ λαοῦ παρὰ τῶν θυόντων τὰ θύματα, ἐάν τε μόσχον, ἐάν τε πρόβατον· καὶ δώσεις τὸν βραχίονα τῷ ἱερεῖ, καὶ τὰ σιαγόνια, καὶ τὸ ἔνυστρον, καὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ σίτου σου, καὶ τοῦ οἴνου σου, καὶ

C τοῦ ἐλαίου σου. καὶ τὴν ἀπαρχὴν τῶν κουρῶν τῶν προβάτων σου δώσεις αὐτῷ. ὅτι αὐτὸν ἐξελέξατο κύριος ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν σου, παρεστάναι ἔναντι κυρίου τοῦ Θεοῦ, λειτουργεῖν καὶ εὐλογεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, αὐτὸς καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας. ἄθρει δὲ οὖν ὅπως ἀσυνόζυκτον τῷ λαῷ τὸ ἱερὸν ἐστὶ γένος, καὶ διακεκρίνεταί πως τῶν ἄλλων, καὶ οὐχὶ δὴ μόνοις τοῖς κατὰ τὴν λειτουργίαν ἐπιτηδεύμασιν, ἀλλὰ γὰρ ἤδη καὶ τῇ τῆς ἐλπίδος διαφορᾷ. τοῖς μὲν γὰρ τὸν χαμαιπετῆ διαζῶσι βίον, καὶ τοῖς ἐπιγείοις προστετηκόσι

D καὶ διεψηφικόσι τὰ πρόσκαιρα, καὶ ἐν ἴσῳ σκιαῖς παρελαύνοντα λέγοιτ' ἂν εἰκότως, αὕτη ἡ μερίς σου. αὕτη ὁ κλῆρός σου. μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοὶ λέγει Κύριος. τοῖς δὲ τὴν ἁγίαν καὶ ἀμώμητον ἐκτετιμηκόσι ζωὴν, καὶ ἀπολέκτοις ἤδη δι' ἀρετὴν, ἐκεῖνο μάλα ῥητέον, ἐν τῇ γῇ αὐτῶν οὐ κληρονομήσεις, καὶ μερὶς οὐκ ἔσται σοι ἐν αὐτοῖς, ὅτι ἐγὼ μερίς σου καὶ ἡ κληρονομία σου, φησὶ κύριος. καὶ γοῦν

E ὁ σωτὴρ, προσελθόντι ποτὲ καὶ ἐρομένῳ τινὶ, ὅπως ἂν ἔχοι ζωὴν τὴν αἰώνιον, τὰς ἐντολὰς οἶδας, φησὶ, τὸ, οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, καὶ τὰ συγγενῆ. τοῦ δὲ, ὅτι τῶν μὲν τοιούτων γένοιτο φύλαξ διαφανδὸν εἰρηκότος, προσερομένου δὲ καὶ προστεθεικότος τὸ, τί ἔτι ὑστερῶ, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι. ἀνάγκη δὲ οὖν τοὺς ἀπερισπάστως τῷ Θεῷ λειτουργεῖν

ἐθέλοντας, ἕπεσθαί τε δεῖν οἰομένους αὐτῷ, A ἀποφοιτᾶν μὲν τῶν ἐπιγείων, κλῆρον δὲ καὶ αὐτὸν ποιεῖσθαι μόνον, καὶ τῇ εἰς αὐτὸν ἐλπίδι καταπιαίνεσθαι, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς ᾀδόμενον, κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ποιήσει. ἀφορίζει τοίνυν τὰ ἐπιδέκατα τοῖς Λευΐταις, εἰς ἀντίδοσιν τοῦ πόνου τῆς λειτουργίας αὐτῶν. οὐ γὰρ ἀμισθὶ τοῖς ἁγίοις ὁ πόνος, ἀλλ' ἐξαίρετοι μὲν αἱ τιμαὶ, περιφανῆ δὲ τὰ γέρα. μὴ γὰρ δὴ μεριμνᾶτε, φησὶν ὁ σωτὴρ, τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε, καὶ τῷ σώματι τί ἐν- B δύσησθε, ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. ἁμαρτήματα δὲ ὀνομάζει πάλιν, τὰ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν σφαζόμενα. τύποι δ' ἂν εἶεν καὶ ταῦτα Χριστοῦ, τοῦ δι' ἡμᾶς τεθυμένου, καὶ ὑπομείναντος τὴν σφαγὴν, ἵνα καταργήσῃ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἐδεστὰ δὲ μόνοις τοῖς ἱερουργοῖς τὰ ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας. πρέποι γὰρ οὐ ταῖς ἀνιέροις ψυχαῖς τὸ χρῆναι μεταλαχεῖν τοῦ ἁγίου σώματος τοῦ C Χριστοῦ, ἀλλὰ ταῖς ἀπολέκτοις καὶ καθαραῖς, αἷς ἄν τις ἐπιφωνήσειε τὸ, ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν. ἐξῄρηνται δὲ τοῖς εἰς τὸ λειτουργεῖν ἐπιτεταγμένοις, ὅ τε βραχίων καὶ τὰ σιαγόνια, καὶ μὴν καὶ τὸ ἔνυστρον. ἐνεῖναι γὰρ δεῖ τῷ ἀπολέκτῳ γένει, τὸ πρακτικὸν καὶ δραστήριον· καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ βραχίων· καὶ μέν τοι καὶ λόγον, δῆλον δὲ ὅτι τὸν διδακτικὸν, οὗ τύ- D πος τὰ σιαγόνια, προσέτι δὲ καὶ τὸ ἔνυστρον, δι' οὗ τὸ καρπογόνον ἂν μάλα σημαίνεται. ἢ γὰρ οὐχὶ πρακτικὸν καὶ ἐλλογιμώτατον, καὶ μέν τοι καὶ γονιμώτατον εἶναι χρὴ, τὸν ἀληθῶς καὶ Θεῷ γνώριμον; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μέν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν ἀπόκληρον μὲν τὸ Λευϊτικὸν ἐποιεῖτο γένος, καὶ κλῆρον αὐτῷ τὸν ἐξαίρετον, ἑαυτὸν ἐπιδιδούς. τό γε μὴν εἰσάπαν ἔξω τεθεῖσθαι τῶν ἄλλων δοκεῖν, διά γε τὸ μηδὲν ὅλως ἑλεῖν οὐκ ἠφίει χρησίμως, συνεμέτρει δὲ ὥσπερ τὸ χρῆμα, E βραχύ τι διδοὺς εἰς ἀναγκαίαν ἀπόλαυσιν. γέγραπται γὰρ ὧδε. καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν ἐπὶ δυσμῶν Μωαβ παρὰ τὸν Ἰορδάνην, κατὰ Ἱεριχὼ, λέγων. σύνταξον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ δώσουσι τοῖς Λευΐταις ἀπὸ τῶν κλήρων κατασχέσεως αὐτῶν πόλεις κατοικεῖν, καὶ τὰ προάστεια τῶν πόλεων κύκλῳ αὐτῶν δώσουσι τοῖς Λευ-

A ita, vt ab eo nunquam diuellantur, quibuſque conſtitutum eſt illum ſequi, eos à terrenis rebus abſcedere, Deumque ſolum poſſeſſionem putare, & eius ſpe pingueſcere, iuxta id quod in Pſalmis canitur, [Delectare in Domino, & ſpera in eo, & ipſe faciet.] (Pſal. 36.) Definit ergo decimas Leuitis pro mercede laboris in miniſterio ſuſcepti: neque enim ſanctorum hominum labor mercede caret, imò verò præcipuis honoribus afficientur, illuſtriaque ſunt eorum præmia. [Ne ſolliciti ſitis, (Matth. 6.) B inquit Saluator, animæ veſtræ, quid manducetis, & corpori veſtro, quid induamini: quærite autem primum regnum Dei, & iuſtitiam eius; & hæc omnia adiicientur vobis.] Peccata vero iterum appellat, quæ pro peccatis immolabantur: & hæc quoque figuræ Chriſti erant, qui pro nobis immolatus eſt, necemque perpeſſus, vt deſtrueret mundi peccatum. Solis autem iis, qui rebus ſacris operam præſtant, C victimis pro peccato veſci licet; neque enim decet profanos animos illa ſancti corporis Chriſti participatio, ſed potius ſelectos, ac puros, quos illis verbis alloqui licet, [Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in acquiſitionem.] (1. Pet. 2.) Eximuntur porro iis, quibus miniſtrandi officium demandatum erat, armus, & maxillæ, atque etiam ventriculus: nam ineſſe debet ſacro generi vis ad agendum, & efficiendum; iſque eſt armus: ſermo D etiam nimirum ad docendum aptus, cuius figura ſunt maxillæ; præterea ventriculus, quo fœcunditas præclare ſignificatur: quid enim? non & ad agendum inſtructum, & ad eloquẽdum paratum, & ad gignendum fœcundum eſſe oportet eum, qui vere ſit ſacerdos, Deique familiaris? PALLAD. Maxime verò. CYRILLVS. Igitur poſſeſſionum expers Leuiticum genus eſſe voluit, ſeque illi poſſeſſionis præcipue loco tribuit: opportune tamen non eſt paſſus, vt nihil prorſus accipiendo, extra alios poſitus E eſſe omnino videretur; ſed modum quẽdam in ea re adhibuit, nonnihilque ad vſum neceſſarium conceſſit; ſic enim ſcriptum eſt, [Et locutus eſt Dominus (Num 35.) ad Moyſen in occidentali parte Moab prope Iordanem contra Hiericho, dicẽs, Conſtitue filiis Iſraël, & dabunt Leuitis de ſortibus poſſeſſionum ſuarum vrbes ad inhabitandum, & ſuburbia vrbium in circuitu earum, dabunt Le-

D » Legem requirent de ore eius,] vt Propheta loquitur; neque enim ille leges cõſtituit, ſed potius quod Legiſlator decreuit incorrupte interpretando, ad rectam viam perducit; cumque iuſtitiæ ſit optimus arbiter, de vnaquaque re iudicium ſubtiliſſime ponderat, ob eamque cauſſam immanitatis, & ſuperbiæ crimẽ illis adiunctum eſt, qui ei obtemperare contempſerint, & in eos extremum ſupplicium, mors nempe, conſtituitur; Morietur enim, inquit, quiſquis contempſerit ſacerdotem, qui aſſiſtit, vt
E miniſtret in nomine Dei. Magnum igitur eſt, & admirabile reuera munus, Deo aſſiſtere, ac miniſtrare: quiſquis vero Dei miniſtrum contempſerit, vindictæ atque ſupplicio ſubiicietur; & qui diuinam hanc dignitatem deſpexerit, acerbiſſimas ſuæ deſpicientiæ pœnas luet. Inueniemus autem ipſi quoque domino noſtro Ieſu Chriſto legis huius obſeruantiam curæ fuiſſe:

ſic enim eſt Iudæorum populos allo-
„ cutus, [Super cathedram Moyſi ſe-
„ derunt Scribæ & Phariſæi: omnia er-
„ go, quæ dixerint vobis, facite, ſecun-
„ dum vero opera eorum nolite face-
„ re.] Nemo igitur iudicet ſacerdo-
tem, etiamſi remiſſus videatur, ac
ſegnis ſit ad vitam ex Legis præſcri-
pto ducendam, ſed potius, illo Le-
gem interpretante, obedientiam affe-
rat; nam vitioſus eſt in iis, quæ ex
proprio ipſius arbitrio proficiſcuntur;
ſed quæ Dei ſunt, interpretatur. Non
ſunt ergo diuina contemnenda pro-
pter ea, quæ ſunt hominis propria.
PALLADIVS. Minimè verò.
CYRILLVS. Præclaram verò,
atque inſignem eſſe ſacerdotii digni-
tatem, ex eo quoque diſces, quod
nobile atque conſpicuum in primis
habet initium, atque etiam finem:
neque enim obſcurus eſſe poteſt, cum
quiſpiam ad ſacerdotium prouehitur,
aut cum à Deo vocatur ad ſuperas
illas, cœleſteſque manſiones, & alte-
ri ſacerdotium relinquit. Itaque Chri-
Rom. 15. ſtus iis, qui in Gentibus, atque etiam
Iſraëlitis euangelicam prædicationem
litarent, dixit prorſus illuſtres eos
eſſe futuros, conſpicuamque gloriam
Luc. 11. „ aſſecuturos: [Nemo quippe lucer-
„ nam accendit, & in abſcondito po-
„ nit, at neque ſub ſcabello, inquit,
„ ſeu ſub modio, ſed ſuper candela-
„ brum; vt omnes, qui ingrediuntur,
„ lumen videant.] Id vero ita eſſe, nem-
pe Dei miniſtrum conſpicuam, admi-
rabilemque gloriam habiturum, per-
ſuadeat etiam beatus Eſaias clamans,
Esai 40. „ [Super montem excelſum aſcende
„ tu, qui euangelizas Sion.] PALLA-
DIVS. Hæc quidem ita eſſe, cuique
perſpicuum eſt. Sed expone, quæſo,
quonam modo huius quoque rei figura
ſacris literis adumbrata ſit. CYRILL.
Atqui eſt in promptu, Palladi, &
quidem ſine vllo negotio id tanquam
rudioribus adhuc figuris depictum in-
tueri: ſic enim dixit Deus in Nu-
Num. 20. „ meris Moyſi beatiſſimo, [Accipe Aa-
„ ron, & Eleazar filium eius, & perduc
„ eos in montem Or coram vniuerſa
„ congregatione, & exue Aaron ſtola
„ ſua, & ea indue Eleazar filium eius,
„ & Aaron additus moriatur ibi. Et
„ fecit Moyſes ſicut præceperat ei Do-
„ minus, & perduxit eos in montem Or
„ coram vniuerſa congregatione, &
„ exuit Aaron veſtibus ſuis, & induit

A δεῖ. προσεφώνει γάρ ὧδε τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς· ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· πάντα οὖν ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν, ποιεῖτε, κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. μηδεὶς οὖν κρινέτω τὸν ἱερουργόν, κἂν εἰ παρειμένος ὁρῷτό πως, καὶ εἰ τὸ ῥάθυμον ἔχοι πρός γε τὸ βιοῦν ἐλέσθαι συντόμως. διερμηνεύοντι δὲ τὸν νόμον, προσκομιζέτω τὴν εὐπείθειαν. παρεῖ μὲν γὰρ τὰ ἀπὸ γνώμης οἰκείας, ἐξηγεῖται δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ. οὐκ
B ἀτιμαστέον οὖν τὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τὰ ἀνθρώπινα. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Λαμπρὸν δὲ ὅτι καὶ ἀποβλεπτὸν ἀληθῶς τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα, κἀντεῦθεν εἴσῃ τοι. ἐπισημοτάτην μὲν γὰρ ἔχει τὴν εἰσβολήν· καὶ μέν τοι καὶ τὴν κατάληξιν. οὐδὲ γὰρ ἂν τις λάθοι πρὸς ἱερουργίαν ἠγμένος, ἤγουν κεκλημένος παρὰ Θεοῦ, πρὸς τὰς ἄνω τε καὶ ἐν οὐρανῷ μονάς, καὶ
C μεθεὶς ἑτέρῳ τὴν ἱερωσύνην. τοιγάρτοι καὶ ὁ Χριστός, τοὺς τὸ εὐαγγελικὸν τοῖς ἔθνεσιν ἱερουργοῦντας κήρυγμα, καὶ προσέτι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ πάντη τε καὶ πάντως, ἔσεσθαι περιφανεῖς, καὶ ἀποβλέπτον ἔφη λαχεῖν τὴν δόξαν. οὐδεὶς γὰρ λύχνον ἅψας, εἰς τὸ κρυπτὸν τίθησιν, ἀλλ' οὐδὲ ὑπὸ κλίνην, φησίν, ἤγουν ὑπὸ μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα πάντες οἱ εἰσπορευόμενοι, τὸ φῶς βλέπωσιν. ἀληθὲς γὰρ ὅτι εἰρημένον, τὸ ἐν δόξῃ φημὶ τῇ περιφα-
D νεῖ καὶ τεθαυμασμένῃ, τὸν θεῖον ἔσεσθαι λειτουργόν, ἀναπειθέτω βοῶν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας· ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀλλ' ὧδε μὲν ὅτι ταῦτα ἔχει, παντί τῳ σαφές. φράζε δή ὅπως ὁ ἐπὶ τῷδε τύπος, καὶ διὰ τῶν ἱερῶν ἡμῖν ἐσκιαγραφεῖτο λόγων. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ μήν, ὦ ἑταῖρε, πάρα σοι καὶ λίαν ἀμογητὶ καθορᾶν ὡς ἐν παχυτέροις ἔτι τύποις, τὸ χρῆμα γραφόμενον. ἔφη γὰρ ὧδε
E Θεὸς ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς, πρὸς Μωσέα τὸν ἱερώτατον· λάβε τὸν Ἀαρὼν καὶ Ἐλεάζαρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναβίβασον αὐτοὺς εἰς Ὢρ τὸ ὄρος ἔναντι πάσης τῆς συναγωγῆς· καὶ ἔκδυσον Ἀαρὼν τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἔνδυσον Ἐλεάζαρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ Ἀαρὼν προστεθεὶς, ἀποθανέτω ἐκεῖ. καὶ ἐποίησε Μωσῆς, καθὰ συνέταξε κύριος αὐτῷ. καὶ ἀνεβίβασεν αὐτοὺς εἰς Ὢρ τὸ ὄρος ἐναντίον πάσης τῆς συναγωγῆς, καὶ ἐξέδυσε τὸν Ἀαρὼν τὰ ἱμά-

πια αὐτοῦ, καὶ ἐνέδυσεν αὐτὰ Ἐλεάζαρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ ἀπέθανεν Ἀαρὼν ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους. συνίης οὖν ὅπως ἀναβιβάζεται τεθνηξόμενος μὲν καὶ καταλήξων Ἀαρών, αὐξηθησόμενος δὲ τῇ ἱερωσύνῃ ὁ ἐξ αὐτοῦ, τουτέστιν, ὁ Ἐλεάζαρ; κατασημαίνοι δ' ἂν τὸ ὄρος τὸ περιόπτον τε καὶ τὸ ὑψηλὸν, καὶ τὸ ἐν δόξῃ περιφανές. λελέχθω δὴ οὖν πρέποντι τῷ λοιπὸν πρὸς ἱερουργίαν ἠγμένῳ, οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη.

A eis Eleazar filium eius: & mortuus eſt Aaron in vertice montis.] Aduertis igitur quemadmodum in montem perducitur Aaron mox obiturus, atque defuncturus, & item eius filius Eleazar ſacerdotio ſucceſſurus? Significat autem mons conſpicuum, ſublimemque gradum, & gloriæ claritatem. Iure igitur de quocunque ad ſacerdotium aſſumpto dictum illud ſit, [Non poteſt ciuitas abſcondi, ſupra montem poſita. Matth. 5.

FINIS LIBRI TERTIIDECIMI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑι προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER QVARTVSDECIMVS.

Eos qui adire Eccleſias volunt, puros atque à peccati labe ablutos eſſe oportere, atque ita corã Deo ſe ſiſtere poſſe.

DE tabernaculo igitur ac ſacerdotibus Leuiticoque miniſterio ſatis mihi ſane dixiſſe ac ſubtiliter conſideraſſe videor. Decet autem eos quammaxime, qui recte viuere ſtudent, & Chriſtianæ conuerſationis ſummum decorem veluti coronam quandam ſuis capitibus imponere, alacriter ſeſe mutuo cohortari, dicentes, [Venite & aſcendamus ad montem Dei, & ad domum Dei Iacob, & annunciabit nobis viam ſuam, & ambulabimus in ipſa :]

Eſai. 2.

A Ὅτι χρὴ τοὺς φοιτᾶν ἐθέλοντας ἐν ἐκκλησίαις, καθαροὺς καὶ ἐκνενιμμένους εἶναι τὴν ἐξ ἁμαρτίας κηλίδα, καὶ οὕτω παρίστασθαι τῷ Θεῷ.

ΣΚΗΝΗΣ μὲν οὖν πέρι καὶ μήν τοι καὶ περὶ ἱερέων καὶ Λευιτικῆς λειτουργίας διαρκέστατά μοι ταῦτα λελέχθαι φαίνεται, καὶ λεπτῶς διεσκέφθαι δοκῶ. πρέποι δ' ἂν ὅτι μάλιστά γε τοὺς ὅσοιπερ ἂν ἕλοιντο βιοῦν ὀρθῶς, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας τὸ εἰσάπαν εὐπρεπὲς, οἷά τινα στέφανον ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀναδεῖν κεφαλαῖς, περισπούδαστον ὥσπερ ἀλλήλοις διακελεύεσθαι λέγοντας, δεῦτε καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ· ὅτι καὶ

τινες τὴν οὕτως εὐκλεᾶ τε καὶ ὀπισφόρον εἰσδεδεγμένοι φωνὴν, μονονουχὶ καὶ ἀνασκιρτῶσι λέγοντες, Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, εἰς οἶκον κυρίου πορευσόμεθα. ἆρ' οὖν, ὦ Παλλάδιε, τοῖς εἰς οἶκον ἰέναι Θεοῦ διασπουδάζουσι, ποταπὸς ἂν εἴη σκοπὸς, καὶ ὁ νοῦς αὐτοῖς ὅποι ποτὲ ἄρα βλέποι, καὶ τί κατορθοῦν γλιχόμενοι, πρὸς τὴν ἱερὰν τε καὶ θείαν ἵενται σκηνήν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μὴν, ὦ ἑταῖρε, τὸ χρῆμά ἐστιν οὐκ ἀσυμφανές· γέγραπται γὰρ, ὅτι προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ, ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. καὶ ἄρατε θυσίας καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προσκομίζοντες οὖν ἄρα τὰς ὑπέρ γε σφῶν αὐτῶν θυσίας, δῆλον δὲ ὅτι τὰς πνευματικὰς, καὶ μὴν καὶ προσπελάσοντες κατὰ τὴν νοητὴν προσκύνησιν, εἰσίασί τινες εἰς τὸν οἶκον κυρίου καὶ εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὕτω φημί. ΚΥΡ. Οἰησόμεθα δὴ οὖν τοὺς εἰσφοιτᾶν ἐθέλοντας, χρῆναι διαθεῖν ἁπλῶς, οὐκ ἐκνενιμμένους τὴν ἁμαρτίαν, οὐ βδελυρίας ἀπηλλαγμένους, οὐκ ἀπεξεσμένους ὥσπερ τῆς φιλοσαρκίας τὸν ῥύπον, ἀλλ' ἐντετηγμένον ἔχοντας τὸν νοῦν, καὶ καρδίαν ἰώδη ἔχοντας; ἥκιστά γε. λαμπρότητι δὲ μᾶλλον τῇ ἐν Χριστῷ κατηγλαϊσμένους, καὶ τὸ παμποίκιλον τῆς θεοφιλεστάτης ἀρετῆς διαστίλβοντας κάλλος. ΠΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν· δεῖν γὰρ ἔγωγέ φημι κατ' ὀφθαλμοὺς ἰέναι κυρίου, κηλῖδος ἁπάσης τῶν ἡμετέρων διανοιῶν προεκτετριμμένης. ΚΥΡ. Ὀρθῶς ἔφης. ἐπεί τοι καὶ στυγητὸν, καὶ μὴν καὶ ἀπόβλητον ποιεῖται τὸν ἄῤῥωστον, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἐκπέμπει πληθύος. ὃ δὴ καὶ εὖ μάλα συνιεὶς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος. Ἐξάρατε οὖν τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. καὶ οὐκ ἠθῶν ἀγριότητα φαίην ἂν ἔγωγε τὸ χρῆμα καρπὸν, ἀλλὰ σοφὸν ἀσφαλείας εὕρημα. μικρὰ γὰρ ζύμη, φησὶν, ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. τοῦτό τοι πάλιν καὶ νόμος ἡμῖν ἱερὸς αἰνιγματωδῶς ὑπετύπου. γέγραπται γὰρ ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς. καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων, λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐξαποστειλάτωσαν ἐκ τῆς παρεμβολῆς, πάντα λεπρὸν καὶ πάντα γονοῤῥυῆ, καὶ πάντα ἀκάθαρτον ἐπὶ ψυχῇ. ἀπὸ ἀρσενικοῦ ἕως θηλυκοῦ, ἐξαποστείλατε ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ οὐ μιανοῦσι τὰς παρεμβολὰς αὐτῶν ἐν οἷς ἐγὼ καταγίνομαι ἐν αὐτοῖς· καὶ ἐποίησαν οὕτως οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. ἆρ' οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν ὡς δυσαχθὲς ἄγαν καὶ δυσδιακόμιστον ἀληθῶς τὸ τοῦ νόμου φορτίον; συνίης

cum aliqui, adeo præclara atque vtili voce percepta, propemodum exultent, dicentes, [Lætatus ſum in iis, qui dixerunt mihi, in domum Domini ibimus.] Properantibus igitur ad domum Dei, Palladi, quidnam eſt propoſitum, quove eorum animus ſpectat? & quid efficere cupientes, ad ſacrum diuinumque tabernaculum pergunt? PALLADIVS. Iſtud vero, Cyrille, minime obſcurum: ſcriptum eſt enim: [Adorate Dominum in aula ſancta eius.] &, [Tollite hoſtias & introite in atria eius.] CYRILLVS. Vt igitur offerant pro ſe ipſis hoſtias, nimirum ſpirituales, & per ſpiritualem adorationem ad Deum accedant, ideo nonnulli ingrediuntur in domum Dei, & in atria eius? PALLAD. Ita cenſeo. CYRILLVS. Quid ergo? putandumne eſt, qui adire velint, eos temere irruere debere, nondum peccati maculis ablutis, nondum deteſtabilibus vitiis abiectis, nondum abraſis quodammodo ſordibus carnalis cupiditatis, ſed animum vitiorum notis inuſtum, & ærugine cor infectum habentes? Minimè verò: ſed potius Chriſtiano ſplendore decoratos, & virtutis Deo gratiſſimæ multiformi pulchritudine fulgentes. PALLAD. Sane quidem: cenſeo namque in conſpectum Domini eſſe veniendum, omnibus maculis noſtrarum cogitationum prius abſterſis. CYRILLVS. Rectè putas: id enim & odioſum hominem, qui iis vitiis laborat, efficit, & dignum qui reiiciatur, & cœtu ſanctorum excludit. Quod cum optime animaduerteret beatus Paulus ſcribit, [Auferte malum à vobis ipſis:] neque vero id ex inhumanis feriſque moribus profectum puto, ſed ſapientis fuiſſe cautionis inuentum: [Modicum enim fermentum, inquit, totam maſſam corrumpit.] Hoc idem rurſus lex ſacra per ænigma nobis adumbrauit: ſcriptum eſt quippe in Numeris, [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad filios Iſraël, & emittant è caſtris omnem leproſum, & omnem, qui fluxum ſeminis patitur, & omnem immundum in anima; à maſculo vſque ad fœminam, emittite extra caſtra, & non polluent caſtra ſua, in quibus ego verſor in illis: & fecerunt ſic filii Iſraël.] Nonne igitur veriſſime dici poteſt grauem eſſe nimium, ac difficile perferri poſſe ſarcinam Legis? intelligis

Pſal. 121.
Pſal. 95.
1. Cor. 5.
Ibid.
Num. 5.

intelligis enim vt inuoluntariis morbis pœnam conſtituerit: quamvis miſerandi potius eſſent, qui eiuſmodi calamitatibus tenerentur: quid enim cauſſæ fuit, dubitauerit fortaſſe, nec abs re, quiſpiã, cur domo excluderet atque reiiceret leproſum, eumque præterea, qui ſeminis fluxu laboraret, & immundum in anima? PALLAD. Equidem nequeo intelligere. Sed id tu fortaſſe explicabis. CYRILLVS. Arbitror igitur concretas corporeaſque res haud maximæ curæ Deo fuiſſe, cum diuinum nobis ſpiritualemque cultum præſcriberet: nam quæ præter Legem fiunt, & quæcunque ab eo, quod deceat, egredi videntur, ea cenſuerim ſupplicio eſſe pœnæque obnoxia: corporeus vero morbus nulla ratione legibus aduerſatur: ideoque etiam à crimine longiſſime aberit, neque à quoquam vlla ex parte accuſari poterit: quid enim? non cuiuis liquet, ægrotare quidem ſponte neminem, ſed omnes bonam valetudinem rem exoptatiſſimam putare? PALLAD. Verum eſt. CYRILL. Ergo, etiamſi nonnihil indecorum continere videantur hiſtoriæ verba, nihil tamen erit, quod offendat, ſi ſpiritualia recte ad Legiſlatoris voluntatem atque ſententiam dirigantur. Lepra igitur eſt morbus, quo caro emoritur, iſque morbus maxime membra depaſcitur. Itaq; beatus Moyſes cum ipſius ſoror Maria lepra eſſet infecta, timore perterritus, & perculſus animo, rogabat, dicens, [Deus, obſecro

Num. 9. te, ſana illam:] ait enim, [Ne fiat ſicut abortiuum, quod egreditur ex vulua matris, & deuoret dimidium carnium eius.] Seminis vero fluxus quale malum ſit, quid attinet dicere? nemo enim ignorat. Sed quod nonnulli immundi ſint in anima, id eiuſmodi quiddã ſignificat: mortuum contingere, & ad cadauer propius accedere, immunditiæ loco apud veteres ex Lege habebatur; in quo mortalitatem rem eſſe Deo deteſtabilem, qui omnia viuificare poteſt, Lex indicabat: quinetiam alia quoque ratione eam rem ad mentis animique interitum tanquam in rudiore figura ſignificandum accipiebat: mortuus autem & extinctus eſt animus, cui peccata placent, & qui omnibus præclaris vitæ actionibus caret: ſed, ſi acciderat, vt aliqui morerentur, prorſus neceſſe erat, vt propinqui & cognati conuenirent, & ei iuſta ex more facerent: verum hi quoque immundi erant iuxta Legem,

A συνίης γὰρ ὅπως καὶ ἐπὶ ταῖς ἀθελήτοις ἀῤῥωστίαις κατεγράφη δίκην, καίτοι κατοικτείρεσθαι δέον τοὺς ταῖς τοιαύταις ἐναλόντας συμφοραῖς; αἰτία δ' ὅτου γὰρ δὴ, διαπορήσειεν ἄν τις καὶ μάλα εἰκότως, ἐξοικίζοντί τε καὶ ἀπόπεμπτον ἐποιεῖτο τὸν λεπρόν. καὶ μέντοι πρὸς τούτοις τὸν γονοῤῥοίας πάθει κατισχημένον, καὶ αὖ τὸν ἀκάθαρτον ἐπὶ ψυχῇ; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐκ ἂν ἔχοιμι νοεῖν. φράσαις δ' ἂν ἴσως αὐτός. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οἶμαι δὴ οὖν ὅτι τῆς ἐν πάχει καὶ σωματικῆς περὶ μὲν οὐ σφόδρα B πολὺς παρὰ Θεῷ λόγος ἦν, τὴν θείαν ἡμῖν καὶ πνευματικὴν προσαναπονοῦντι λατρείαν. κολάζεσθαι μὲν γὰρ τὰ ἔξω νόμου, καὶ ὅσα τοῦ πρέποντος ἐκβεβηκότα φαίνεται, ταυτὶ φαίην ἂν ὑποκεῖσθαι καὶ δίκην, ἀῤῥώστημα δὲ τὸ σωματικὸν, κατ' οὐδένα τρόπον προσκρούσειεν ἂν τοῖς νόμοις. κείσεται δὴ που εἰκότως καὶ ἀπωτάτω γραφῆς, καὶ τὸ ἐγκαλεῖσθαι πρός τινος, οὐκ ἂν ἔχοι ποθὲν, ἢ γὰρ, οὐχὶ πᾶσι τοῦτο σαφὲς, ὅτι νοσεῖ μὲν ἑκὼν οὐδεὶς, εὐκταιότατον δὲ πᾶς τις οὖν οἴεται C ποιεῖσθαι τὸ ὑγιαίνειν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν κἂν εἰ ἔχοι τι τὸ ἀκαλλὲς τῆς ἱστορίας ὁ λόγος, τὸ λυποῦν οὐδὲν ἐστιν, ἂν διεξάγοιτο καλῶς τὰ πνευματικὰ πρός γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν. λέπρα τοίνυν ἐστὶ, σαρκὸς νέκρωσις, καὶ βορὸν ὅτι μάλιστα τὸ πάθος. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς λελεπρωμένης αὐτοῦ τῆς Μαρίας, περιδεὴς γεγονὼς, ἀθυμῶν τε λίαν, ἐλιπάρει, λέγων. ὁ Θεὸς δέομαί σου ἴασαι αὐτήν, ἔφη γὰρ, μὴ γένηται ὡσεὶ ἔκτρωμα ἐκπορευόμενον ἐκ μήτρας μητρός. καὶ D κατεσθίεται τὸ ἥμισυ τῶν σαρκῶν αὐτῆς. γονοῤῥυᾶ δὲ τί ἂν λέγοιμι, ποταπὸν τὸ πάθος; ἠγνόηκε γὰρ οὐδείς. τό γε μὴν ἀκαθάρτους εἶναί τινας ἐπὶ ψυχῇ, τοιόνδε τι δηλοῖ. τὸ κατοιχομένου θιγεῖν καὶ ἀγχοῦ γενέσθαι νεκροῦ σώματος, εἰς μολυσμοῦ τρόπον τοῖς ἀρχαιοτέροις ὁ νόμος κατελογίζετο, ἀπηχθημένην Θεῷ τῷ πάντα ζωογονεῖν ἰσχύοντι, τὴν νεκρότητα E δεικνύς. καὶ μὴν καὶ ἑτέρως, εἰς νοῦ καὶ ψυχῆς νέκρωσιν καθάπερ ἐν τύπῳ παχεῖ, τὸ χρῆμα δεχόμενος. νεκρὸς δὲ νοῦς καὶ ἀπεψυγμένος, ὁ φιλαμαρτήμων, καὶ τῶν εἰς ζωὴν ἀνδραγαθημάτων ἀμοιρεῖν ἐθισμένος. ἀλλ' εἰ τεθνάναι συνέβη τινὰς, πάντα πως ἀνάγκη, τοὺς ἐξ αἵματός τε καὶ κατὰ γένος οἰκείους συνιέναι τε καὶ δρᾶν ἐπ' αὐτῷ τὰ νενομισμένα. πλὴν ἀκάθαρτοι καὶ οὗτοι κατὰ τὸν νόμον,

οὐκ εἰσάπαν δὲ καὶ μέχρι παντός, ἀλλ' ἦν τις αὐτοῖς ἀποκαθάρσεως τρόπος. ἔχεις ἀποχρῶσαν τῆς ἱστορίας δήλωσιν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Φέρε δὴ οὖν εἰς πνευματικὴν θεωρίαν μεταστοιχειοῦντες αὐτήν, ἐκεῖνο λέγωμεν. ὅτι σημαίνει μὲν ἡμῖν ὁ λεπρὸς, τὸν τοῖς εἰς νεότητα πάθεσι ποικίλοις κατεστιγμένον. ταῦτα δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός, ἃ καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ σοφώτατος Παῦλος κατηριθμήσατο λέγων. πορνεία, ἀκαθαρσία, εἰδωλολατρεία, ἔχθραι, ἔρεις, θυμοί, ζῆλοι. ἕτερος γε μὴν, τοῦτ' ἔστιν, ὁ γονορρυής, τὸν ἀεὶ καὶ ἀσχέτως ἐν μολυσμοῖς, καὶ τὴν τῆς φύσεως ἐπιτηδειότητα πρὸς καρποφορίαν ἐνάρετόν τε καὶ ἀξιάγαστον διαπορθοῦντα πρὸς τὸ μηδέν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οἷον δέ τι φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πλατὺς μὲν λίαν ὁ ἐφ' ἅπασι λόγος· ἑνὶ δὲ δή τινι σαφεῖ καὶ ἐναργεστάτῳ χρήσασθαι παραδείγματι, πρὸς ἀπόδειξιν ὧν ἔφην. οἱ τὸν νοῦν ἔχοντες εὐφυᾶ καὶ οἱονείπως ἀπεξεσμένοι τοῖς περὶ τῆς ἀληθείας αὐτὸν ἐνιέντες λόγοις, ἆρ' οὐχὶ τὸν ἐν ὀρθότητί τε καὶ ἀκριβείᾳ δογμάτων εὐπρεπῆ καρπὸν ἕξουσιν οὐκ ἀθαύμαστον; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οἱ δέ γε τουτὶ μὲν, οὐχὶ φροντίδα τε καὶ δρᾶν ἠρημένοι, παρατρέποντες δὲ μᾶλλον τῆς διαλογίας ὁδοῦ, καὶ δογμάτων ἀνοσίων ἱστῶντες συνηγόρους, ἢ γοῦν τῆς ἐν κόσμῳ πονηρίας ἀποφαίνοντες ὑπουργόν, δόλου καὶ ἀπάτης ποιοῦνται γεννήτορα, τὴν τῆς φύσεως ἐπιτηδειότητα πρὸς τὸ ἀγαθόν, ἐπ' οὐδενὶ τῶν χρησίμων ζημιούμενοι, καταγράφουσιν ἡμῖν εὖ μάλα τὸν γονορρυῆ, καὶ πάθους σωματικοῦ, ψυχικὴν ἀρρωστίαν ὁμοφυᾶ δεικνύουσιν ἐν ἰδίοις τρόποις. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὁ γε ἀκάθαρτος ἐπὶ ψυχῇ, σημαίνει που πάντως, τὸν ἑτέρων νεκρότητος τῆς μετεσχηκότα, καὶ πλημμελήμασι τῶν ἀλλοτρίων ῥαθύμως ἀναπιμπλάμενον, πρὸς ὃν καὶ ὁ θεσπέσιος ἔφη που Δαβίδ. εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ καὶ μετὰ μοιχοῦ τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. καταισίνεται γὰρ ὥσπερ καὶ κατανεκροῖ ψυχήν τε καὶ νοῦν, τὸ δρᾶν ἃ μὴ θέμις, οὕτω τὸ τοῖς αὐτὰ δρῶσι συνευδοκεῖν, καὶ τοῖς αὐθορμοῦσιν εἰς ἁμαρτίαν κοινωνὸς ἂν εἴη καὶ ὁ συνεθελοντής. ἀκαταιτίατος γὰρ οὔτι που. τοιγάρτοι καὶ Παῦλος· σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει, φησὶ, καὶ μὴ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.

A non ſummo tamen atque perpetuo immunditiæ genere: erat enim, illis quidam purgationis modus. Habes hiſtoriæ explicationem eiuſmodi, vt ſit ſatis. PAL. Sanè quidem. CYR. Agedum igitur, illam ad ſpiritualem intelligentiam conuertendo, dicamus, leproſo ſignificari nobis illum, qui variis adoleſcentiæ vitiis veluti notis eſt compunctus; ea porro ſunt opera carnis, quæ nobis ille idem ſapientiſſimus vir Paulus enumerauit dicens, [Fornicatio, immunditia, (Galat. 5.)
B idololatria, inimicitiæ, contentiones, iræ, inuidiæ] Alter vero ille ſeminis fluxu laborans, eum ſignificat, qui ſemper atque intemperanter in inquinamentis verſatur, illamque naturæ habilitatem ad virtutis laudandarumque actionum fecunditatem incaſſum conſumit. PAL. Quale iſtud eſt, quod ais? CYRILLVS. Longum ſane eſſet, de vniuerſis dicere: ſed vno interim perſpicuo & euidenti, ad ea, quæ dixi, demonſtranda vtar exemplo. Qui animo ſunt ingenuo,
C &, vt ita dicam, expolito, ſi illum adiecerint ad dicendum diſſerendumque de veritate, nonne illam rectorum ac verorum dogmatum venuſtatem tanquam fructum non mediocriter admirabilem aſſequentur? PALLADIVS. Sane quidem. CYRIL. Atqui neque in eo ſtudio ſunt, neque id agere curant, ſed animum potius ab vtili rectaque via detorquent, atque impiorum dogmatum patronum conſtituunt, aut mundanæ malitiæ adminiſtrum reddunt, ii doli
D atque fallaciæ illum parentem efficiunt, ipſamque naturæ habilitatem ad virtutem in rebus inutilibus perdunt, imaginemque nobis illius ſeminiflui depingunt, atque in ſuis moribus oſtendunt animi languorem corporali morbo eſſe perſimilem. PALLADIVS. Rectè dicis. CYRILLVS. Poſtremo, qui impurus eſt in anima, eum omnino deſignat, qui alienæ mortalitatis particeps factus eſt, & aliorum criminibus præ ignauia inficitur, quem beatus quoque Dauid alloquitur, [Si videbas furem, (Psal. 49.)
E currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas:] vt enim, ea facere, quæ nefas eſt, animam ac mentem lædit & interimit; ſic iis, qui ea faciunt, conſentire: eorum vero, qui ipſi faciunt, peccati ſocius eſt, qui in eadem eſt voluntate; neque enim is expers eſt vllo modo culpæ. Itaque Paulus, [Teipſum, inquit, caſtum cuſtodi neque communices peccatis alienis:] (1. Tim. 5.)

hoc vt opinor, eſt in mortuo ſpiritualiter inquinari. PALLADIVS. Ita videtur. CYRILLVS. Recte igitur de congregatione diſcedere iuſſit leproſum, & ſeminifluum, & impurum in anima, neque ſanctorum choris inſeri permiſit eos, quorum impuritas ægre poterat ablui: [Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? vel quæ pars, inquit, fideli cum infideli?] PALLADIVS. Periculoſum eſt igitur illotis quodammodo pedibus ire in domum Dei. CYRILL. Periculoſiſſimum ſane; ſi quidem illud verum eſt, non impune licere Deum offendere. Alios quoque ab atrio ſancto excludit in Deuteronomio, dicens, [Non ingredietur colliſus & exectus in Eccleſiam Domini; non ingredietur de ſcorto natus in Eccleſiam Domini; non ingredietur Ammonites & Moabites in Eccleſiam Domini, & vſque ad decimam generationem non ingredietur in Eccleſiam Domini, & vſque in ſæculum, eo quod non occurrerint vobis cum panibus & aqua in via, cum egrederemini de Ægypto, & quia mercede conduxerunt aduerſum te Balaam filium Beor de Meſopotamia, vt malediceret tibi, & noluit dominus Deus tuus exaudire Balaam: & conuertit dominus Deus tuus maledicta in benedictionem, quia dilexit te dominus Deus tuus: non loqueris ad illos pacifica, neque illis vtilia omnibus diebus tuis in ſæculum.] PALLAD. Quis vero intelligi poſſit colliſus & exectus, Ammonites etiam ac Moabites, libenter audierim. CYR. Accipe igitur. Non vnus eſt modus, quo eunuchi fiunt, Palladi, non vnus, inquã, ſed duobus modis fieri dicuntur, atque compertum eſt; alii namque execti ſunt, quibus adempta ſunt virilia; alii eadem contuſa prorſuſque inutilia adhuc ferunt: teterrime autem atque nefarie abſcinditur nonnunquam pars illa corporis, ad liberos procreandos à natura conſtituta, ex quo inertes euadunt ad viri officia, quamuis inter viros natura atque habitu corporis cenſeantur: ſunt autem ex viri partes virtutis atque fortitudinis ſignum. Igitur colliſum eum eſſe exiſtimandum eſt, cui mens atque animus non ſit prorſus ademptus, ſed contuſam potius virtutem ad recte faciendum in ſe ipſo retineat: exectum vero, qui hæc penitus amiſerit, iiſque careat, quæ ſunt virorum maxime propria.

2. Cor. 6.

Deut. 23.

A τοῦτο οἶμαί ἐστι, τὸ ἐπὶ νεκρῷ μολύνεσθαι νοητῶς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἔοικεν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀποστείχειν δὲ οὖν τῆς συναγωγῆς εὖ μάλα προσέταξε λεπρὸν καὶ γονοῤῥυῆ, καὶ ἀκάθαρτον ἐπὶ τῇ ψυχῇ. τοῖς τῶν ἁγίων χοροῖς οὐκ ἐῶν ἀναπλέκεσθαι, τοὺς δυσαπόνιπτον ἔχοντας τὴν ἀκαθαρσίαν. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου, φησί; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Σφαλερὸν οὖν ἄρα, τὸ ἀνίπτοις ὥσπερ ἰέναι ποσὶν εἰς οἶκον Θεοῦ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Σφαλερώτατον μὲν οὖν, εἴπερ ἐστὶν B ἀληθὲς, ὅτι τῷ Θεῷ προσκρούειν οὐκ ἀζήμιον. ἐξείργει δὲ καὶ ἑτέρους τῆς ἁγίας αὐλῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, λέγων· Οὐκ εἰσελεύσεται θλαδίας καὶ ἀποκεκομμένος εἰς ἐκκλησίαν κυρίου. οὐκ εἰσελεύσεται ὁ ἐκ πόρνης εἰς ἐκκλησίαν κυρίου· οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμανίτης καὶ Μωαβίτης εἰς ἐκκλησίαν κυρίου, καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς οὐκ εἰσελεύσεται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα, παρὰ τὸ μὴ συναντῆσαι αὐτοὺς ὑμῖν μετὰ C ἄρτων καὶ ὕδατος ἐν τῇ ὁδῷ, ἐκπορευομένων ὑμῶν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὅτι ἐμισθώσαντο ἐπὶ σὲ τὸν Βαλαὰμ υἱὸν Βεὼρ ἐκ τῆς Μεσοποταμίας καταράσασθαί σε καὶ οὐκ ἠθέλησε κύριος ὁ Θεός σου εἰσακοῦσαι τοῦ Βαλαάμ. καὶ μετέστρεψε κύριος ὁ Θεός σου τὰς κατάρας εἰς εὐλογίαν, ὅτι ἠγάπησέ σε κύριος ὁ Θεός σου. οὐ προσαγορεύσεις εἰρηνικὰ αὐτοῖς καὶ συμφέροντα αὐτοῖς πάσας τὰς ἡμέρας σου εἰς τὸν αἰῶνα. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο θλαδίας καὶ ἀποκεκομμένος, D Ἀμμανίτης καὶ Μωαβίτης, ἐθέλοιμ' ἂν ἐκμαθεῖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄκουε δή· ὁ τῆς τῶν εὐνούχων ποιήσεως οὐχ εἷς τρόπος, οὐχ εἷς, ὦ Παλλάδιε, διπλοῦς δὲ ὡς εἶναι λέγεται, καὶ πεφώραται. οἱ μὲν γάρ εἰσι τομίαι, καὶ διεσπασμένοι τὰ ἀῤῥενικά· οἱ δὲ τεθλασμένα καὶ ἀχρεῖα παντελῶς φέρουσιν ἔτι, ὠμῶς δὲ καὶ ἀνοσίως ἀποτέμνονταί τινες ἔσθ' ὅτε τὸ παιδοποιὸν τοῦ σώματος μέρος, καὶ εἰσὶν ἄπρακτοι πρὸς τὰ ἀνδρὸς, καί τοι τελοῦν- E τες ἐν ἀνδράσι φύσει τε καὶ ἡλικίᾳ· ἀνδρείας δὲ σύμβολον, τὰ ἀῤῥενικά. τὸν τοίνυν θλαδίαν ὑποτοπητέον, τὸν οἱονεί πως οὐκ ἐξεσπασμένον εἰσάπαν ψυχήν τε καὶ νοῦν, συντεθρυμμένην δὲ μᾶλλον σώζοντά πως ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐπ' ἀγαθοῖς ἀνδρίαν. ἀποκεκομμένον γε μὴν, τὸν ὁλοκλήρως αὐτὰ ἀποβεβληκότα, καὶ τῶν ἀνδράσι πρεπωδεστάτων ἐστερημένον.

ἐν ἴσῳ δὲ ὥσπερ ἐγκλήματι, τὸ μηδ᾽ ὅλως ἀνδρίζεσθαι θέλειν, τὸ μὴ ὑγιῶς ἀνδρίζεσθαι φιλεῖν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οἷον δή τι φής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀναπεπτώκασί τινες εἰς ἐπιθυμίας σαρκικὰς, ὅλας ὥσπερ ἡνίας ἀνέντες τοῖς πάθεσι, τεθρυμμένον τε καὶ ἄνανδρον ταῖς εἰς ἀσελγείας ἡδοναῖς παραρριπτοῦντες τὸν νοῦν. ἕτεροι δὲ αὖ θαυμάζουσι τὴν ἐγκράτειαν, καὶ ἅπτονται μὲν ἔσθ᾽ ὅτε τῶν εἰς τοῦτο λαμπρῶν ἐπιχειρημάτων, ἐκδεδίασι δὲ τὴν ἀντίστασιν, καὶ τὴν τῆς ἡδονῆς προσβολὴν οὐ φέροντες, καταμβλίσκουσι πρὸς τὸ ἄναλκι. ἆρ᾽ οὖν, οὐχὶ τὸν μὲν εἰσάπαν ἀπειρηκότα τοῖς εἰς ἀνδρίαν ἐπιχειρήμασι παντελῶς εἰκότως ἀποκεκομμένον; τὸν δὲ εἰς νοῦν μὲν ἔχοντα τὸ θέλειν ἀνδρίζεσθαι, μὴ μὴν ἔτι καὶ κατορθοῦν ἰσχύοντα τὴν ἀρετὴν, εἴποις θλαδίαν, εἰς τρόπων ποιότητα μεταχαράττων ἀστείως καὶ τὰ τοῦ σώματος πάθη, καὶ εἰκόνα τῶν νοητῶν καὶ ἀφανεστέρων, τὰ ἐν αἰσθήσει δεχόμενος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συνεξείργετο δὲ τούτοις Ἀμμανίτης τε καὶ Μωαβίτης, ὡς ἀνόσιοί τε καὶ βδελυρώτατοι, καὶ λεόντων δίκην τοῖς ἁγίοις ἐπιφυόμενοι, καὶ τοῖς εὐδοκιμεῖν εἰωθόσι, τὰ ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας ἐπιχέοντες βέλη. τύπος δ᾽ ἂν εἶεν, Ἀμμανῖται μὲν δὴ, τῶν ἀφιλοικτιρμόνων αἱρετικῶν· Μωαβῖται δὲ αὖ, τῶν ἐν πλάναις ἔτι, ταῖς εἰδωλικαῖς, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων μοχθηρίαις ὑπεστρωμένων, θεοστυγεῖς γὰρ ἄμφω, καὶ ἀδελφοὶ ὥσπερ κατὰ τῶν ἁγίων νοσοῦντες τὸ θράσος.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐ σφόδρα συνίημι ὃ φής. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συνήσεις δὲ μάλα, καὶ οὐκ εἰς μακράν. Ἀμμανῖται μὲν γὰρ Ἠσαῦ γεγονότες, ἀγχίσποροι καὶ ὅμαιμονες τοῖς ἐξ Ἰακὼβ ἦσαν υἱοῖς, φημὶ δὴ τοῦ Ἰσραήλ· ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τῆς φύσεως ἀλογήσαντες, τὸν τῆς συγγενείας ἐψεύδοντο τρόπον οἱ ἐξ Ἠσαῦ, ἄγριοί τε καὶ ἀκαμπεῖς κατεφέροντο λοιπὸν, πρὸς τοὺς ἀγχοῦ καὶ ἐξ αἵματος, τουτέστι, τὸν Ἰσραήλ. ἐπειδὴ γὰρ τῆς Αἰγυπτίων ἀπαίρων τὴν Ἀμμανιτῶν παρελθεῖν χώραν, ὡς ἀδελφὸν ἐλιπάρει τὸν οἰκήτορα παριέναι, ἢ διελθεῖν αὐτοὺς καὶ κατοικτείρειν ἠδικημένους· ὁ δὲ οὐκ ἀνίει. καὶ τί τοῦτο λέγω; μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ὅπλοις, ἢ καὶ πόλεμον αἴρεται. κἂν ἠδίκησε δεινῶς, εἰ μὴ κατὰ θείαν ὀμφὴν, ἀπονένευκεν ὁ Ἰσραήλ.

A Par eſt autem crimen quodammodo, & nulla in re prorſus viriliter ſe gerere velle, & non plenè atque integrè ſe virum præſtare. PALLADIVS. Quale tandem iſtud eſt quod ais? CYRILL. Reſupini quidam in carnalibus deſideriis iacent, atque illis totas habenas laxant, animumque languentem & effœminatum ad intemperantes voluptates abiiciunt: alii contra temperantiam admirantur & præclaros ad eam rem conatus nonnunquam pa-
B rant, ſed tamen repugnantiam pertimeſcunt; ac voluptatis impetum non ferentes, ad ignauiam vergunt. Nonne igitur, qui prorſus viriles conatus abiecerit, eum iure appellabis abſciſſum? qui verò habet quidē in animo viriliter ſe gerendi voluntatem, non tamen etiam perficere virtutem poteſt, hunc colliſum exiſtimabis, corporiſque vitia aptè ad morum qualitatem transferes, & rerum ſpiritualium atque occultarum imaginem in iis, quæ ſenſu perſpiciuntur, accipies? PALLAD. Maximè verò.
C CYRILLVS. Cum his vnà Ammonites & Moabites excluſi ſunt, tanquam impii & execrandi, & qui leonum inſtar ſanctos viros inuadant, & in eos, qui ſe laudabiliter gerere ſoliti ſint, inuidiæ & obtrectationis tela coniiciant. Sunt autem Ammonitæ hæreticorum, humanitatis expertium figura; Moabitæ vero eorum, qui adhuc in idololatriæ errore verſantur, & nequitiæ Dæmoniorum ſubiecti ſunt: vtrique enim Deo ſunt odio, & aduerſus ſanctos cognata ſimi-
D lique audacia feruntur. PALLAD. Quod dicis, non ſatis intelligo. CYRILL. Intelligēs probe, & quidem breui. Ammonitæ namque ex Eſaü nati, propinqui & conſanguinei filiorum Iacob, id eſt, Iſraëlitarum erant; ſed qui ex Eſaü genus ducebant, neſcio quonam modo omni cogitatione generis abiecta, cognationis mores ementiti ſunt, & aſperi ac duri aduerſus propinquos & conſanguineos, id eſt, aduerſus
E Iſraëlitas deprehenſi: cum enim illi ex Ægypto profecti, Ammonitarum regionem præterirent, eius terræ habitatorem, vtpote qui frater eſſet, rogabant, vt ſibi pertranſire permitteret, & ſui, qui iniuria violati eſſent, miſericordiam caperet: ille vero minime permiſit; non permiſit, dico? imò verò in armis fuit, & bellum ſuſcepit, grauiſſimaque illos affeciſſet iniuria, niſi Iſraël diuino oraculo admonitus declinaſſet:

Scripturæ porro verba ſic habent, [Et
Num. 20. » miſit Moyſes nuncios de Cades, ad
» Regem Edom, dicens, Hæc dicit fra-
» ter tuus Iſraël, Tu ſcis omnem labo-
» rem, qui inuenit nos: & deſcenderunt
» patres noſtri in Ægyptum, & habita-
» uimus in Ægypto diebus pluribus, &
» afflixerunt nos Ægyptii & patres no-
» ſtros; & clamauimus ad Dominum, &
» exaudiuit Dominus vocem noſtram, &
» miſit angelos, & eduxit nos ex Ægypto;
» & nunc ſumus in vrbe Cades, ex parte
» confinium tuorum; pertranſibimus per
» terram tuam; non pertranſibimus per
» agros tuos, neque per vineas tuas, ne-
» que bibemus aquam de lacubus tuis;
» via regia gradiemur, non declinabi-
» mus ad dextram aut ad ſiniſtram, quo-
» ad prætereamus terminos tuos. Et di-
» xit ad eum Edom, Non tranſibis per
» me; alioqui ad pugnam exibo in oc-
» curſum tuum:] & poſt alia, [Et exiit
» Edom in occurſum eius cum turba
» multa, & in manu valida; & noluit
» Edom concedere Iſraël, vt pertranſi-
» ret per terminos ſuos; & declinauit Iſ-
» raël ab eo.] An non hæc verba perſpi-
cua ſunt & clara? PALLADIVS. Non ſatis quidem. CYRILLVS. Quid enim? non intelligis, quemadmodum eos, quamuis propinquitatis habitu coniuncti eſſent Iſraëlitis, tamen inhumanos ac duros nihilque à feris belluis fuiſſe diuerſos, ipſæ res geſtæ coarguerint? etenim, cum illos in labore ac ſudore poſitos tanquam fratres miſerari debuiſſent, exierunt vt illos oppugnarent. Ideo Lex inquit, Non ingredien-
Deut. 23. tur in Eccleſiam Domini, eo quod non occurrerint ipſi vobis cum pane & aqua, cum egrederemini de terra Ægypti; id eſt, propter eorum nimiam immanitatem ac feritatem, quæ vſque ad nefarios mores progreſſa eſt. Tales autem in nos, qui recto fidei itinere incedere inſtituimus, hæreticorum populos ac principes eſſe videre licet: nam quod ad vnius ac ſolius Dei Patris agnitionem ac fidem in Filium ac Spiritum ſanctum attinet, quamuis non prorſus integram, videntur illi quidem etſi falſo, quaſi fratres noſtri eſſe, & ſenſu degeneri coniunctionem generis retinent; at, vbi in perſecutionibus verſamur, nullam opem ferunt, imò verò ſua inſuper ma-
1. Ioan. 2. » lignitate nos onerant: [Nam ex nobis
» exierunt, ſed non erant ex nobis,] vt
» ſcriptum eſt: [Si enim fuiſſent ex no-
» bis, permanſiſſent vtique nobiſcum.]

ἔχει δὲ οὕτω τὸ γεγραμμένον. καὶ ἀπέστειλε Μωϋσῆς ἀγγέλους ἐκ Κάδης πρὸς βασιλέα Ἐδώμ, λέγων· τάδε λέγει ὁ ἀδελφός σου Ἰσραήλ, σὺ ἐπίστῃ πάντα τὸν μόχθον τὸν εὑρόντα ἡμᾶς. καὶ κατέβησαν οἱ πατέρες ἡμῶν εἰς Αἴγυπτον, καὶ παρῳκήσαμεν ἐν Αἰγύπτῳ ἡμέρας πλείους, καὶ ἐκάκωσαν ἡμᾶς οἱ Αἰγύπτιοι καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν. καὶ ἀνεβοήσαμεν πρὸς κύριον, καὶ εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς ἡμῶν, καὶ ἀποστείλας ἀγγέλους, ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐξ Αἰγύπτου. καὶ νῦν ἐσμεν ἐν Κάδης πόλει, ἐκ μέρους τῶν ὁρίων σου. παρελευσόμεθα διὰ τῆς γῆς σου. οὐ διελευσόμεθα δι' ἀγρῶν, οὐδὲ δι' ἀμπελώνων, οὐδὲ πιόμεθα ὕδωρ ἐκ λάκκου σου. ὁδῷ βασιλικῇ πορευσόμεθα· οὐκ ἐκκλινοῦμεν δεξιὰ οὐδὲ εὐώνυμα, ἕως ἂν παρέλθωμεν τὰ ὅριά σου. καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ἐδώμ. οὐ διελεύσῃ δι' ἐμοῦ. εἰ δὲ μή, ἐν πολέμῳ ἐξελεύσομαι εἰς συνάντησίν σοι. καὶ μεθ' ἕτερα. καὶ ἐξῆλθεν Ἐδὼμ εἰς συνάντησιν αὐτοῦ ἐν ὄχλῳ βαρεῖ, καὶ ἐν χειρὶ ἰσχυρᾷ. καὶ οὐκ ἠθέλησεν Ἐδὼμ δοῦναι τῷ Ἰσραὴλ παρελθεῖν διὰ τῶν ὁρίων αὐτοῦ. καὶ ἐξέκλινεν Ἰσραὴλ ἀπ' αὐτοῦ. Ἆρ' οὐχὶ σαφὴς τὸ λοιπὸν καὶ ἐναργὴς ὁ λόγος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὔτι που μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐ γὰρ δὴ συνίης ὅτι σχέσει τῇ κατ' ἀρχαίαν συνημμένοι τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, ἀφιλόστοργοί τε καὶ ἀτεράμονες, καὶ θηρίων ἀγρίων διενεγκόντες οὐδέν, ἐξ αὐτῶν ἠλέγχοντο τῶν πραγμάτων; ἐποικτείρειν γὰρ δέον ὡς ἀδελφούς, ἐν ἱδρῶσιν ὄντας καὶ πόνοις, ἐξίασι καταδηώσοντες. τοιγάρτοι φησὶν ὁ νόμος· οὐκ εἰσελεύσονται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου, παρὰ τὸ μὴ συναντῆσαι ὑμῖν αὐτοὺς μετὰ ἄρτου καὶ ὕδατος, ἐκπορευομένων ὑμῶν ἐξ Αἰγύπτου, τοῦτ' ἔστι, διὰ τὸ ἄγαν ἀσυμπαθὲς, καὶ ἀγρίων ἐκπεφοιτηκὸς εἰς ἀνοσιότητα τρόπων. ἴδοις δ' ἂν ὅτι τοιοῦτοι πρὸς ἡμᾶς τοὺς ὀρθοποδεῖν ᾑρημένους οἱ τῶν αἱρετικῶν λαοὶ καὶ ἡγούμενοι. ὅσον γὰρ ἧκεν εἴς γε τὸ ἕνα καὶ μόνον εἰδέναι Θεὸν τὸν πατέρα, καὶ τὴν εἰς υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα παραδέχεσθαι πίστιν, εἰ καὶ μὴ εἰσάπαν ὑγιῶς δόξαι ἔχουσιν οὐκ ἀληθῆ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀδελφότητα, καὶ νοθοφοροῦσι γνώμῃ τὸ συγγενές, ἀλλ' ἐν διωγμοῖς οὖσιν, οὐκ ἐπαμύνουσι, μᾶλλον δὲ καὶ ταῖς παρὰ σφῶν ἐπιφορτίζουσι μοχθηρίαις. ἐξ ἡμῶν γὰρ ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν.

οἷς καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ, κατὰ πλαστὸν ἔχουσι τὸ A ἐπιεικὲς, οὐ μὴν ἔτι καὶ δρᾷν εἰώθασι τὰ εἰς δόξαν αὐτοῦ, προσφωνήσειεν ἂν καὶ μάλα εἰκότως, ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. ἆρ' οὐ δοκοῦσιν Ἀμμανίταις ἐοικέναι τὰ θεομισῆ τῶν αἱρετικῶν ἐργαστήρια, τὸ ἀσυμπαθές τε καὶ ἀφιλόθεον ἐκτόπως ἠρρωστηκότες. ΠΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡ. Ἄθρει δὲ καὶ Μωαβίτας, εἰ δοκεῖ, πολεμιωτάτους ὄντας ἀναφανδὸν, τοῖς ἐθέλουσι B λατρεύειν Θεῷ τῷ μόνῳ τε φύσει καὶ ἀληθῶς. ἦσαν μὲν γὰρ εἰδώλων προσκυνηταὶ, μαντείαις τε καὶ γοητείαις ἐξαιρέτως ἐπιθαρσήσαντες, καὶ περὶ πτήσεις τῶν οἰωνῶν οὐ μετρίως ἐσπουδασμένοι, ἐπιτρίζοντες δὲ τοὺς ὀδόντας ταῖς τοῦ Ἰσραὴλ εὐπραγίαις, κατεμισθώσαντο τὸν Βαλαὰμ, καὶ ἐπαρᾶσθαι παρεσκεύαζον. δυνάμει δὲ τῇ ἀφράστῳ Θεοῦ, τὸ τοῦ μάντεως στόμα, πρὸς ἀθελήτους αὐτοῖς εὐλογίας μετεσκευάζετο. τοιοῦτος ἂν εἴη καθ' ἡμῶν ὁ Ἑλλήνων πόλεμος, τῇ τοῦ C σωτῆρος ἡμῶν διαφθονουμένων δόξῃ, καὶ πᾶσαν τοῦ διαβόλου καθ' ἡμῶν κατεξανιστάντων ἰσχύν. ἀλλ' ἡ θεία καὶ ἄνωθεν καταστρέφει χάρις, τῆς τῶν δαιμόνων ἀγέλης τὸ ἄναλκι καταχέουσα, καὶ τὸν τῆς ἐπιβουλῆς ἀναθεῖσα τρόπον πρὸς τὸ εὐφραίνειν εἰδός. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀμμανίταις δὲ καὶ μέντοι καὶ Μωαβίταις, ἄστιβη τὰ ἅγια καὶ μάλα γε εἰκότως. οἷς γὰρ ἀδελφὰ τὰ τολμήματα καὶ ὁμοειδὲς τὸ θράσος, τούτοις ἂν εἴη πρέπον καὶ ταῖς D ἰσορρόποις ἐναλῶναι δίκαις. ἄθρει δὲ δὴ τοῦ νόμου τὸ ἀσφαλές· ἐξίστησι γὰρ παντελῶς τοὺς ἁγίους αὐτῶν, καὶ οὐδ' ὅσον εἰπεῖν εἰς κοινολογίαν ἰέναι θέλει, παρεγγυᾷ λέγων· οὐ προσαγορεύσεις εἰρηνικὰ αὐτοῖς, καὶ συμφέροντα αὐτοῖς οὐ λαλήσεις, πάσας τὰς ἡμέρας σου εἰς τὸν αἰῶνα. ἆρ' οὐχὶ τοῦτό ἐστιν ἐναργῶς, ὃ καὶ ἁγίων ἡμᾶς ἐξεπαίδευσε δυὰς, Παῦλός τε καὶ Ἰωάννης; ὁ μὲν γὰρ ἔφασκεν· εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, τούτῳ μὴ E χαίρειν λέγετε. καὶ τοῦτο εἶναί φημι ἐστι, τὸ οὐ προσαγορεύσεις εἰρηνικὰ αὐτοῖς, καὶ συμφέροντα αὐτοῖς. ὁ δὲ πάλιν, αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν, παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος. τοῦτό ἐστι τὸ, οὐ λαλήσεις συμφέροντα αὐτοῖς. δεῖ γάρ φησιν ὁ νόμος, τοῖς ἄγαν ἐξεστραμμένοις, ὡς μεμηνόσι παραχωρεῖν, λέγοντας· πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ

Quos ipſe Saluator, vtpote qui fucatam habeant probitatem, non tamen ea facere ſoleant, quæ ad eius gloriam pertinent, alloquetur, & merito quidem illis verbis, [Qui non eſt mecum, contra me eſt; & qui non congregat mecũ, diſpergit.] An non videntur Ammonitis eſſe perſimiles illæ Deo inuiſæ hæreticorum officinæ, cùm contra fas inhumanitatis & impietatis vitio laborent? PALLAD. Maxime quidem. CYRILL. Vide etiam Moabitas, ſi placet, qui ſolum & natura & vere Deum colentibus acerbiſſimos hoſtes apertè ſe præbent: erãt enim idolorum cultores; cumque diuinationibus atque incantationibus præcipue confiderent, & circa volatus auium non mediocriter intenti eſſent, cumque Iſraëlitarum ſecundis rebus offenſi dentibus frenderent, conduxerunt Balaam, & vt eis malediceret, compararunt: ſed ineffabili Dei virtute, os illius diuini ad benedicendum, quod illi minime volebant, immutatum eſt. Tale eſt Gentilium aduerſum nos bellum, Saluatoris noſtri gloriæ inuidentium, omneſque Diaboli vires in nos commouentium, quas diuina illa ſupernaque gratia proſternit, dum in Dæmonum gregem ignauiam immittit, & inſidioſos mores in id transfert, quod nobis lætitiam afferre poſſit. PALLAD. Sane quidem. CYRILL. Ammonitis igitur atque Moabitis non licet adire Sancta: & merito quidem; quorum enim ſimiles conatus fuerunt, & audacia par, eos æquali pœna mulctari conuenit. Vide autem Legis cautionem: diſiungit prorſus ab illis ſanctos, imperatque ne vel in eorum congreſſum, vt ita dicam, atque colloquium veniant, dicens, [Non loqueris cum eis pacifica, & illis vtilia non loqueris omnibus diebus tuis in ſæculum.] An non hoc illud plane eſt, quod nos docuit illud ſanctorum hominum par, Paulus & Ioannes? hic enim dixit, [Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, neque, Salue, ei dicatis:] idque, vt ego arbitror, eſt: Non loqueris cum illis pacifica, &, neque loqueris eis vtilia. Ille vero, [Hæreticum hominem poſt vnam & alteram correptionem deuita, ſciens quia peruerſus eſt huiuſmodi,] hoc eſt, Non loqueris eis vtilia: Oportet enim, Lex inquit, hominibus nimium peruerſis tanquam furioſis de via concedere, dicentes, [Ite in lumine ignis veſtri, & flamma, quam vos accendiſtis]

Num. 21.
Ioan. 2.
Tit. 3.
Ibi 50.

Sed Ammonites quidem vſque ad A tertiam generationem excluditur, Moabites vero vſque ad decimam: qua in re à tempore, vt ego ſentio, magnitudinem indignationis, qua vtroſque proſequeretur, Deus inſinuauit: minor eſt enim, vt conſentaneum eſt, hæreticorum pœna: licet enim de illis dicere, quod eſt proculdubio de Iudæis dictum, Teſtimonium enim illis perhibeo, quod zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam: nam, cum ſe recte dicere, ac ſapientes eſſe putent, non aduertunt miſeri ſe veritatis dogmatis repugnare; cumque ficto zelo teneantur, ſe Dei gloriæ patrocinium ſuſcepiſſe putant, in eo quod cum recte ſentientibus bellum gerunt. At vero Moabitæ, id eſt, Gentilium turmæ ex aperto ac palam nihilque prorſus reformidantes, cum Dei gloria pugnant: ideoque Lex grauiorem eis pœnam impoſuit. Vtrique tamen à ſacris ædibus, vt profani, Deique inuiſi reiiciuntur. PALLAD. Igitur non ſine damno eſt, quod ad inquinationis contagionem pertinet, cum exteris, & diuiſa ſentientibus vel in congreſſum venire. CYRILLVS. Rectiſſimè ſentis. Itaque Lex etiam eos qui abluti ſunt ac puri, ob eamque cauſſam Dei familiares effecti, ab illorum execrandis ſordibus diſiungit, dicens, [Et erit, cum inducet te dominus Deus tuus in terram, in quam ingrederis, vt poſſideas eam, & ſuſtuleris gentes magnas & multas & fortes, à facie tua, Cethæorum, Pherezæorum, & Euæorum, & Iebuſæorum, & Gergeſæorum, & Amorrhæorum, & Chananæorum, ſeptem gentes magnas & multas, & fortiores vobis, & tradet eos dominus Deus tuus in manus tuas, & percuties eos, deſtructione deſtrues eos: non iunges cum eis fœdus, neque miſereberis illorum, neque affinitate iungeris cum eis: filiam tuam non dabis filio eius, & filiam eius non accipies filio tuo: abducet enim filium tuum à me, & colet Deos alios.] Cauta eſt ergo Lex ac prouida, Non iunges, inquit, fœdus cum eis; neque enim conuenire atque connecti poſſunt cum ſanctificatis, qui adhuc profani ſunt: cum illuminatis, qui in caligine tenebriſque verſantur; cum iis qui recipiuntur, ii qui reiiciuntur; cum iis qui ſacrum diuinumque tabernaculum ingrediuntur, ii qui ab eo repelluntur.

Rom. 10.

Deut. 7.

A φλογὶ ἢ ἐξεκαύσατε. ἀλλ' ὁ μὲν Ἀμμανίτης ἕως τρίτης εἴργεται γενεᾶς, Μωαβίτης δὲ καὶ μέχρι δεκάτης, ἀπό γε τοῦ χρόνου καθάπερ ἐγῷμαι τῆς ἐπ' ἀμφοῖν ἀγανακτήσεως τὸ μέγεθος ἡμῖν ὑπεμφαίνοντος Θεοῦ. μείων γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς, ἡ αἱρετικῶν δίκη· φαίη γὰρ ἄν τις καὶ ἐπ' αὐτοῖς καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπὶ τοῖς Ἰουδαίοις. μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. οἰόμενοι γὰρ ὀρθοεπεῖς εἶναι καὶ σοφοὶ, λελήθασι σφᾶς αὐτοὺς B οἱ δείλαιοι, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας μαχόμενοι δόγμασι, καὶ ζήλῳ πεπλασμένῳ κατακεκρατημένοι, τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ συναγορεύειν οἴονται, τοῖς ὀρθοποδοῦσιν ἀντιταττόμενοι. Μωαβῖται δέ γε, τουτέστι, τὰ Ἑλλήνων ἔθνη, γυμνῶς καὶ ἀναφανδὸν, καὶ ὑποστολῆς ἁπάσης δίχα, τῇ θείᾳ μάχονται δόξῃ· τοιγάρτοι φορτικωτέραν ἐπήρτησέ πως τὴν δίκην αὐτοῖς ὁ νόμος. πλὴν ἄμφω τῶν ἱερῶν ἀποπεμπτέοι περιβόλων, C ὡς βέβηλοί τε καὶ θεομισεῖς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Χρῆμα δὴ οὖν οὐκ ἀζήμιον, ὅσον ἧκεν εἰς μολυσμοὺς, τὸ ὀθνείοις τισὶ καὶ ἑτερογνώμοσι, κἂν γοῦν εἰς λόγους ἰέναι φιλεῖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συνίης εὖ μάλα. τοιγάρτοι καὶ ὁ νόμος τοὺς ἐκνενιμμένους καὶ καθαροὺς, καὶ οἰκείους ἤδη Θεῷ, διὰ τοῦτο τῆς ἐκείνων βδελυρίας ἀποτειχίζει λέγων. καὶ ἔσται ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν σε κύριον τὸν Θεόν σου εἰς τὴν γῆν εἰς ἣν εἰσπορεύῃ ἐκεῖ κληρονομῆσαι αὐ- D τὴν, καὶ ἐξάρῃς ἔθνη μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ ἰσχυρὰ ἀπὸ προσώπου σου, τὸν Χετταῖον καὶ τὸν Γεργεσαῖον, καὶ τὸν Ἀμορραῖον, καὶ τὸν Χαναναῖον καὶ τὸν Φερεζαῖον, καὶ τὸν Ἰεβουσαῖον ἑπτὰ ἔθνη πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ ἰσχυρότερα ὑμῶν, καὶ παραδώσει αὐτοὺς κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν εἰς χεῖράς σου. καὶ πατάξεις αὐτοὺς, ἀφανισμῷ ἀφανιεῖς αὐτοὺς, οὐ διαθήσῃ πρὸς αὐτοὺς διαθήκην, οὐδ' οὐ μὴ ἐλεήσῃς αὐτοὺς, οὐδὲ μὴ γαμβρεύσῃς πρὸς αὐτοὺς, τὴν θυγατέρα σου E οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ σου. ἀποστήσει γὰρ τὸν υἱόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ λατρεύσει θεοῖς ἑτέροις. ἀσφαλὴς οὖν ὁ νόμος. οὐ γὰρ συνθήσῃ, φησὶ, διαθήκην πρὸς αὐτούς· ἀσύμβατον γὰρ καὶ ἀσυναφὲς τῷ ἡγιασμένῳ, τὸ βέβηλον ἔτι, τῷ πεφωτισμένῳ, τὸ ἐν ὁμίχλῃ καὶ σκότῳ, τῷ εἰσδεδεγμένῳ τὸ ἀπαράδεκτον· τῷ πρὸς ἱεράν τε καὶ θείαν εἰσφοιτῶντι σκηνὴν, τὸ ταύτης ἐξω-

θούμενον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εἶτα τί τὸ προμηθὲς τοῦ νόμου; διΐστησι δὲ αὐτὸ ὅτου καὶ τοῦτο εἰσάπαν τοῦ βεβήλου τὸ καθαρόν, κἂν εἰ ἐν καλῷ τις γένοιτο τῆς ἀρετῆς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πολὺ γὰρ δὴ λίαν τὸ δέος, ὦ τᾶν, μὴ ἄρα πως καὶ τὸ γοῦν ὀρθῶς ἑστάναι δοκοῦν, τὴν ἐφ᾽ ἃ μὴ προσῆκεν εἰσδέξαιτο κλόνον καὶ παρενεχθείη τοῦ πρέποντος, ἡττώμενόν που τυχὸν ἐκβεβιασμένον, ἢ ἐρεθιζούσης ἡδονῆς, ἢ κατωθούσης εἰς τὸ πλημμελὲς, τῆς ἐνούσης τῇ φύσει πρὸς τοῦτο ῥοπῆς. ἀπονένευκε γὰρ ἀεί πως ἐπὶ τὸ φαῦλον, καὶ θεῖον ἡμῖν ἐπιμαρτυρεῖ λόγος. ἐπιμελῶς γὰρ ἔγκειται, φησὶν, ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος. παραθείην δή ἂν ἐθέλοντί σοι πρὸς ἀπόδειξιν ἐναργῆ, τὰ ὅσαπερ αὐτὴν ὑπομεῖναι λόγος τὴν ἐξ Ἰακώβ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Δίναν δέ που φής· οἶμαι γὰρ ὧδε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Παλλάδιε, γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῷ τῆς Γενέσεως βιβλίῳ· καὶ ἦλθεν Ἰακὼβ εἰς Σαλὴμ πόλιν Σηκίμων, ἥ ἐστιν ἐν γῇ Χαναάν, ὅτε ἐπανῆλθεν ἐκ τῆς Μεσοποταμίας Συρίας, καὶ παρενέβαλε κατὰ πρόσωπον τῆς πόλεως, καὶ ἐκτήσατο τὴν μερίδα τοῦ ἀγροῦ, οὗ ἔστησεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, παρὰ Ἐμμὼρ πατρὸς Συχὲμ, ἑκατὸν ἀμνῶν, καὶ ἔστησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον, καὶ ἐπεκαλέσατο τὸν Θεὸν Ἰσραήλ. ἐξῆλθε δὲ Δεῖνα, ἡ θυγάτηρ Λείας, ἣν ἔτεκε τῷ Ἰακὼβ, καταμαθεῖν τὰς θυγατέρας τῶν ἐγχωρίων, καὶ εἶδεν αὐτὴν Συχὲμ ὁ υἱὸς Ἐμμὼρ ὁ Εὐαῖος, ὁ ἄρχων τῆς γῆς. καὶ λαβὼν αὐτὴν, ἐκοιμήθη μετ᾽ αὐτῆς. καὶ ἐταπείνωσεν αὐτήν. καὶ προσέσχε τῇ ψυχῇ Δείνας τῆς θυγατρὸς Ἰακώβ. καὶ ἠγάπησε τὴν παρθένον. καὶ ἐλάλησε κατὰ τὴν διάνοιαν τῆς παρθένου αὐτῇ. ἄθρει δὴ οὖν ὅτι σκηνῇ μὲν ἔτι τῇ τοῦ πατρὸς ἐμφιλοχωροῦσά τε καὶ ἐνηυλισμένη, ἐν ᾗ καὶ ἐπεκαλέσατο τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ, καὶ σεπτὸν ἐγήγερτο θυσιαστήριον, ἀβέβηλός τε ἦν ἔτι καὶ ἐν τοῖς τῆς παρθενίας σχήμασιν. ἐπειδὴ δὲ τῆς πατρῴας ἐξέβη σκηνῆς, καὶ χῶρον ἀφεῖσα τὸν ἱερὸν, γυναιξὶν ὀθνείαις ἐπεμίσγετο, πρὸς ἀσυνήθη βεβήλωσιν παραχρῆμα κατεβιάζετο, καὶ ἦν οὐκέτι παρθένος, ταῖς ἑτέρων ἡδοναῖς, ἀεθελήτως μὲν ἐν ἀρχαῖς ὑπενηνεγμένη, παθοῦσα δὲ μετὰ τοῦτο καὶ τὸ τῷ πλεονεκτήσαντι συνεῖναι θέλειν. ἐλάλησε γάρ, φησὶ, κατὰ τὴν διάνοιαν τῆς παρθένου αὐτῇ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ.

A PALLADIVS. Sed quænam eſt iſthæc Legis cautio atque prouidentia? quæ porro cauſſa eſt, quamobrem ſeiungat, idque in vniuerſum, à puro profanum; quamuis ille præcipua virtute ſit? CYRILLVS. Quia formidandum ſane eſt, Palladi, ne, qui rectus ſtare videtur, ad ea impellatur, quæ minime conueniunt, & ab eo quod decet, detorqueatur, aliqua te victus, aut titillante voluptate, aut momentis naturæ inſitis ad peccandum depreſſus: B ſemper enim illa fere in vitium vergit. Cuius rei diuinus quoque ſermo teſtis eſt locuples, [Diligenter enim, inquit, incumbit cogitatio hominis ad mala ab adoleſcentia.] *Geneſ. 8.* Ad eamque rem plane demonſtrandam afferam, ſi placet, quæcumque illam ex Iacob parente natam perpeſſam fuiſſe, ſermo eſt. PALLADIVS. Dinam videlicet intelligis; ſic enim puto. CYRILLVS. Maxime, inquam, Palladi, C ſic enim ſcriptum eſt in libro Geneſeos, [Et venit Iacob in Salem ciuitatem Sicimorum, quæ eſt in terra Chanaan, cum aduenit de Meſopotamia Syriæ, & applicuit ad faciem ciuitatis, & emit partem agri, in quo ſtatuit illic tabernaculum ſuum, ab Emmor patre Sichem centum agnis, & ſtatuit ibi aram, & inuocauit Deum Iſraël. Et egreſſa eſt Dina filia Liæ, quam peperit ipſi Iacob, vt cognoſceret filias indigenarum; D & vidit eam Sichem filius Emmor Euæus princeps terræ, & accipiens illam, dormiuit cum ea, & humiliauit eam, & adhæſit animo Dinæ filiæ Iacob, & amauit virginem, & locutus eſt illi ſecundum ſenſum virginis.] *Geneſ. 34.* Vide igitur eam vſque eo caſtam fuiſſe, & virginitatis ornamenta retinuiſſe, dum in tabernaculo patris verſata eſt & habitauit, in quo ille inuocauerat Deum Iſraël, & altare auguſtum erexerat: vbi vero de paterno tabernaculo exiuit, ſacroque loco E relicto, cum exteris eſt mulieribus congreſſa, ilico ad inceſtum, eius contumeliæ inſueta, vi perducta eſt; neque amplius virgo fuit, aliorumque libidines inuita quidem à principio ſubiit; deinde vero ſic animo affecta eſt, vt cum ſuo violatore verſari vellet: Locutus eſt enim, inquit, illi ſecundum ſenſum virginis. PALLADIVS.

Ita eſt. CYRILLVS. Igitur, poſteaquam hoc factum ſenſibus expoſitum ad imaginem rerum ſpiritualium repræſentandam propoſuimus, age iam dicamus, animam, dum egregiam viuendi rationem tanquam diuinum quoddam tabernaculum incolit, caſtam eſſe & puram, & ab omni turpitudine alienam: quod ſi quopiam exierit, & ad filias alienigenarum perrexerit, id eſt, ſi exquiſierit inſpexeritque mundanorum hominum vitam, mens illa eius ingenua & nobilis corrumpetur: neque enim fieri poteſt, vt, qui præclarum vitæ genus tenere propoſuerint, ii ſine damno ac iactura cum improbis verſentur. At verò diuinum illum Dauid nunquam deprehendimus extra ſacrum tabernaculum prodire velle; quin, vt ſibi liceret illud aſſiduè incolere, neque ab eo longius habitare, precatum eſſe,

Pſalm. 26. „ cum diceret, [Vnam petii à Domino,
„ hanc requiram, vt inhabitem in domo
„ Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt
„ videam voluptatem Domini, & viſi-
„ tem templum ſanctum eius: quoniam
„ abſcondit me in tabernaculo ſuo in
„ die malorum meorum, protexit me
„ in occulto tabernaculi ſui.] In quibus

certe verbis diuinum ſacrumque tabernaculum, vt ego interpretor, firmitatem ac ſtabilitatem ſanctæ conuerſationis intellexit, in quam vbi ſe quodammodo abdidiſſet, à vitiis, quæ deprædari cuperent, capi non poſſet. PALLADIVS. Ita videtur. CYRILLVS. Quid porro? nonne clarius ac verius cuiuis diſcere licet, maculas omnium turpiſſimas inuri iis quoque, qui firmi eſſe creduntur, ex illa cum alienigenis conſuetudine, ſi Salomonis vitæ exitum ad fidem huic rei faciendam attulerit, quique illi caſus euenerint in ipſo termino ſenectutis? PALLADIVS. Quo tandem modo? CYRILLVS. Erat enim adeo clarus ac nobilis, vt cum eius gloria nemo æquari poſſet; tranſiuit porro ad turpitudinem, imò verò præ ignauia in ſummam in Deum impietatem proſiluit: ſic autem ſe res eius geſtæ habent: ſcriptum eſt enim in tertio

3. Reg. 10. „ Regnorum libro, [Et magnifica-
„ tus eſt Salomon ſuper omnes reges
„ terræ diuitiis & prudentia, & om-
„ nes reges terræ quærebant faciem
„ Salomonis, vt audirent prudentiam
„ eius, quam dederat Dominus in

A Ὧδε ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν εἰς εἰκόνα τῶν νοητῶν παραθέντες τὸ αἰσθητὸν, φέρε δὴ λέγωμεν, ὅτι σκηνὴν ὥσπερ τινὰ τὴν ἐξαίρετον πολιτείαν οἰκοῦσα ψυχὴ, πάναγνος ἔσται καὶ καθαρὰ, καὶ βδελυρίας ἁπάσης ἀπηλλαγμένη. εἰ δὲ ἐξοίχοιτό ποι καὶ πρὸς τὰς τῶν ἀλλοφύλων ἐπείγοιτο θυγατέρας, τοῦτ' ἔστιν, εἰ ἐρευνοίη καὶ κατασκέπτοιτο τὴν τῶν ἐν κόσμῳ ζωὴν, τὸν εὐφυᾶ τε καὶ εὐγενῆ φθαρήσεται νοῦν. εἴη γὰρ ἂν οὐκ ἀζήμιον τὸ συν-

B διαιτᾶσθαι τοῖς φαύλοις τοὺς οἷσπερ ἂν γένοιτο σκοπὸς, τὸ διαβιῶναι λαμπρῶς. ἀλλ' ὅγε θεῖος Δαβὶδ, οὐκ ἔξω τῆς ἱερᾶς σκηνῆς ἰέναι κατεφωρᾶτο θέλων, ἐμφιλοχωρεῖν δὲ μᾶλλον καὶ ἐνδιαιτᾶσθαι οὐ μακρὰν, τὴν ὅτι μάλιστα δι' εὐχῆς ἐποιεῖτο λέγων. μίαν ᾐτησάμην παρὰ κυρίου, ταύτην ζητήσω, τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν τὴν τερπνότητα κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν

C τὸν ἅγιον αὐτοῦ. ὅτι ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου, ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. σκηνὴν οἶμαι λέγων τὴν θείαν καὶ ἱερὰν, ὡς ἔν γε δὴ τούτοις, τῆς εὐαγοῦς πολιτείας τὸ βεβηκός τε καὶ ἀκατάσειστον, ἐφ' ἣν ὥσπερ τινὰ καὶ εἰσδεδυκὼς, τοῖς καταδῃοῦν ἐθέλουσι τῶν παθῶν, ἀνάλωτος ἦν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἔοικεν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τί δαὶ οὐχὶ σαφέστερόν τε καὶ ἀληθέστερον ἀναμάθοι τις

D ἂν, ὅτι τὰ πάντων ἐπέκεινα μολυσμοῦ περιποιήσειεν ἂν ἔσθ' ὅτε καὶ τοῖς ἐρηρεῖσθαι πεπιστευμένοις, αἱ πρὸς ἀλλογενεῖς ὁμιλίαι, παρενεγκὼν εἰς ἀπόδειξιν τῆς Σολομῶντος ζωῆς τὴν κατάληξιν; καὶ ἅπερ αὐτῷ συνέβη παθεῖν, ἐπ' αὐτῷ γήρως οὐδῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πῶς ἔφης; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἦν μὲν γὰρ οὕτω λαμπρὸς καὶ ἀοίδιμος, ὡς ἀσύγκριτον ἤδη πως τὴν δόξαν ἑλεῖν, μετέβη γε μὴν εἰς τὸ ἀκαλλὲς, μᾶλ-

E λον δὲ καὶ κατέθορεν ἀγεννῶς, ἐς αὐτό που τὸ λίαθον τῆς εἰς Θεὸν ἀσεβείας. ἔχει δὲ ὧδε τὰ ἐπ' αὐτῷ. γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν. καὶ ἐμεγαλύνθη Σολομὼν ὑπὲρ πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς πλούτῳ καὶ φρονήσει. καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐζήτουν τὸ πρόσωπον Σολομῶντος, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φρονήσεως αὐτοῦ, ἧς ἔδωκε κύριος ἐν

ſupra ipſum, & videns illos accurrit in occurſum eorum ab oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terram, & dixit, Domine, ſi inueni gratiam coram te, ne prætereas ſeruum tuum; ſumatur iam aqua, & lauent pedes veſtros, & refrigeramini ſub arbore, & accipiam panem & comedetis, & poſt hoc abibitis in viam veſtrā, cuius gratia declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Et dixerunt, Sic faciemus, vt dixiſti.] Nam circunciſio illa in carne figura eſt, & quidem perſpicua illius intellectualis & in ſpiritu, per quam à noſtris animis maculam omnem Chriſtus excludit; circunciſi namque ſumus, vt verbis beati Pauli vtar, *Coloſſ. 2.* circunciſione non manu facta, in expoliatione corporis carnis: nam exuendo nos quodammodo veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, & carnis voluptates à nobis ſpiritus acie atque efficacia propemodum præcidendo, dignos nos quadantenus efficiemus, vt etiam ad Deum videndum idonei iudicemur, ſanctęque illius conſubſtantialiſque Trinitatis ſacrum diuerſorium efficiamur: *Marc. 8. Ioan. 14.* Qui enim non erubuerit de me, & de meis verbis in hac generatione, veniemus ego & Pater, & manſionem apud eum faciemus, & in ipſo diuerſabimur, dicebat Saluator.] Neque vero huc uſque duntaxat progredietur probitatis retributio, ſed iam tanquam ad Dei familiaritatem admiſſi, quæ in illo ſunt, cognoſcemus, per illius nimirum reuelationem, vt profecto beatus quoque Abraham de Sodomorum ſubuerſione didicit; nam cum eo Deus tanquam cum amico communicauit. Vide autem ille ab inquinamentis exceſſus quam multa nobis viciſſim bona conciliabit. Itaque Paulus, *Rom. 12.* [Obſecro vos, inquit, fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, placentem Deo, rationabile obſequium veſtrum.] Quinetiam propheta Hieremias aperte clamauit, *Hier. 4.* [Laua à malitia cor tuum, Hieruſalem, vt ſalueris.] PAL. Non igitur cum animi impuritate ad Deum ſanctiſſimum puriſſimumque, ſed cum ſacra immaculataque vita eſt accedendum: ita enim ad id quod decet, recta perueniemus. CYRILLVS. Ita eſt prorſus, Palladi; neque multo labore opus erit, vt videre poſſis veriſſime à te eſſe hac de re dictum, ſi ſanctorum hominum vitam ſtudioſe ac prudenter peruestigare velis:

ἐπάνω αὐτοῦ. καὶ ἰδὼν αὐτοὺς, προσέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπε, Κύριε, εἰ ἄρα εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου. ληφθήτω δὴ ὕδωρ, καὶ νιψάτωσαν τοὺς πόδας ὑμῶν. καὶ καταψύξατε ὑπὸ τὸ δένδρον. καὶ λήψομαι ἄρτον, καὶ φάγεσθε. καὶ μετὰ τοῦτο παρελεύσεσθε εἰς τὴν ὁδὸν ὑμῶν, οὗ ἕνεκεν ἐξεκλίνατε πρὸς τὸν παῖδα ὑμῶν. καὶ εἶπον, οὕτω ποιήσομεν, καθὼς εἴρηκας. ἡ μὲν γὰρ ἐν σαρκὶ περιτομὴ, τύπος ἂν εἴη καὶ μάλα σαφὴς, τῆς νοητῆς καὶ ἐν πνεύματι, καθ' ἣν ἅπαντα μολυσμὸν τῶν ἡμετέρων διανοιῶν ἐξίστησιν ὁ Χριστός. περιτετμήμεθα γὰρ, κατά γε τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τῆς σαρκός. ἀπαμφιεννύμενοι γὰρ ὥσπερ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, καὶ τὰς τῆς σαρκὸς ἡδονὰς τῇ τοῦ πνεύματος ὀξύτητί τε καὶ ἐνεργείᾳ μονονουχὶ περικεκομμένοι, ἀξίους ἑαυτοὺς ἀποφαινόμεθα ἤδη πως τοῦ καὶ θεοπτίας ἀξιοῦσθαι δεῖν, καὶ ἱερὸν γενέσθαι κατάλυμα τῆς ἁγίας τε καὶ ὁμοουσίου τριάδος. ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα, καὶ ἐν αὐτῷ καταλύσομεν, ἔφασκεν ὁ σωτήρ. καὶ οὐ μέχρι τούτων, τῆς ἐπιεικείας ἡ ἀντέκτισις, ἀλλ' ὡς ἤδη παραδεχθέντες πρὸς οἰκειότητα τὴν ὡς πρὸς Θεὸν, τὰ ἐν αὐτῷ γνωσόμεθα, δι' ἀποκαλύψεως δηλονότι τῆς παρ' αὐτοῦ· καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ θεσπέσιος Ἀβραὰμ τὰ περὶ τῆς τῶν Σοδόμων καταστροφῆς ἐδιδάσκετο. φίλῳ γὰρ ὥσπερ ἀνεκοινοῦτο Θεός. ἄθρει δὴ οὖν ὅτι μυρίων ὅσων ἡμῖν ἀγαθῶν ἐμποιήσειεν ἀντέκτισιν, τὸ ἐξοίχεσθαι μολυσμῶν. τοιγάρτοι καὶ Παῦλος, παρακαλῶ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, φησὶ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. καὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἀνακέκραγε σαφῶς. ἀπόπλυνε ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν, Ἱερουσαλὴμ, ἵνα σωθῇς. ΠΑΛ. Προσιτέον δὴ οὖν οὐκ ἐν βεβηλώσει ψυχῆς τῷ πανάγῳ Θεῷ, ἀλλ' ὡς ἐν ἱερᾷ τε καὶ ἀμωμήτῳ ζωῇ. κατ' εὐθὺ γὰρ ὧδε τοῦ πρέποντος ἥξομεν. ΚΥΡ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Παλλάδιε, καὶ οὐ πολλοῦ τι οἶμαι δεήσει πόνου πρὸς τὸ δυνᾶσθαι καταθρεῖν ἀληθῶς ἔχοντά σοι τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον, εἰ τὰς τῶν ἁγίων πολιτείας πολυπραγμονεῖν ἕλοιο φιλομαθῶς καὶ ἐμφρόνως,

τὰ γὰρ τοῖς ἀρχαίοις συμβεβηκότα τυπικῶς, A εἰς νουθεσίας ἡμῶν ἔφασκεν ἀναγεγράφθαι τὰ τοιαῦτα ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Οὐκοῦν ὅτι καθαροὺς καὶ ἐκνενιμμένους προσιέναι δεῖ τῷ Θεῷ, διαμάθοι τις ἂν κἀκ τῶνδε δὴ πάλιν. Δῖνα μὲν γὰρ ἡ ἐξ Ἰακὼβ, ἅτε παρθένος καὶ ἐν ὥρᾳ γάμου, τὰς τῶν ἐν Σικίμοις θυγατέρας καταθρήσουσα, τῆς πατρῴας ἐξῆλθε σκηνῆς. ἀλλ' οὐκ ἠρέμει Συχὲμ ὁ Ἐμμὼρ υἱός. ἐρᾷ γὰρ εὐθὺς τῆς νεάνιδος, καὶ ἀκρατέσιν ἐπιθυμίαις ἐπὶ τὸ δοκοῦν ἡρπάζετο. B ἀγριώτερον δὲ πρὸς τοῦτο ἰὼν, κατεβιάζετο τὴν παρθένον τὴν Ἑβραίαν ὁ ἀλλόφυλός τε καὶ ἀπερίτμητος ἔτι. δύσοιστον δὲ τὸ χρῆμα ἐδόκει τοῖς ἐξ Ἰακὼβ, καὶ τοῖς ἀνοσίως πεπαρῳνηκόσιν εἰς Ἑβραίαν καὶ ἀδελφὴν, τὸν πολέμου νόμον ἐπήεσαν. ἀσχάλλοντα δὲ καὶ περιδεῆ γεγονότα τὸν θεσπέσιον Ἰακὼβ, καὶ ἐν ὑποψίαις ὄντα τοῦ διόλλυσθαι πανσυδὶ, προσίετο Θεὸς, καὶ διεσώζετο πάλιν. καὶ τίνα δὴ τρόπον, ἄξιον ἰδεῖν. γέγραπται τοίνυν ὧδε. Εἶπε δὲ Ἰακὼβ πρὸς Συμεὼν καὶ C Λευί· μισητόν με πεποιήκατε, ὥστε πονηρόν με εἶναι πᾶσι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, ἔν τε τοῖς Χαναναίοις, καὶ ἐν τοῖς Φερεζαίοις. ἐγὼ δὲ ὀλιγοστός εἰμι ἐν ἀριθμῷ· καὶ συναχθέντες ἐπ' ἐμὲ, συγκόψουσί με, καὶ ἐκτριβήσομαι ἐγὼ, καὶ ὁ οἶκός μου. οἱ δὲ εἶπον. ἀλλ' ὡσεὶ πόρνῃ καταχρήσονται τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν· εἶπε δὲ ὁ Θεὸς πρὸς Ἰακώβ· ἀναστὰς, ἀνάβηθι εἰς τὸν τόπον Βαιθὴλ, καὶ οἴκει ἐκεῖ. καὶ ποίησον ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Θεῷ τῷ ὀφθέντι σοι, ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν σε D ἀπὸ προσώπου Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου. εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς μετ' αὐτοῦ. ἄρατε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους τοὺς μεθ' ὑμῶν ἐκ μέσου ὑμῶν, καὶ καθαρίσθητε, καὶ ἀλλάξατε τὰς στολὰς ὑμῶν. καὶ ἀναστάντες ἀναβῶμεν εἰς Βαιθὴλ, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Θεῷ τῷ ἐπακούσαντί μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ὃς ἦν μετ' ἐμοῦ, καὶ διέσωσέ με ἐν τῇ ὁδῷ, ᾗ ἐπορευόμην. καὶ ἔδωκαν τῷ Ἰακὼβ τοὺς θεοὺς E τοὺς ἀλλοτρίους, οἳ ἦσαν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ τὰ ἐνώτια τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν. καὶ κατέκρυψεν αὐτὰ Ἰακὼβ ὑπὸ τὴν τερέβινθον τὴν ἐν Σικίμοις, καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. ὁρᾷς ὅτι προσίετο μὲν ὁ πάντων δεσπότης κατορρωδοῦντα τὸν δίκαιον, καὶ ἀναδείμασθαι κελεύει θυσιαστήριον εἰς ὀσμὴν εὐωδίας καὶ τῆς ἐσομένης αὐτῷ σωτηρίας καὶ ἀρωγῆς ἀνάθημα λαμπρόν· ὁ δὲ, ὅτι τοῦτο δρᾶν ἀναγκαῖον ἦν

nam quæ veteribus illis figuratè contigerunt, ea de cauſſa ſcripta eſſe dixit beatus Paulus, vt formæ eſſent admonitionis correctioniſque noſtræ. 1.Cor.10. Puros autem & ablutos ad Deum accedere oportere, ex his quoque rurſus diſcere licet: Dina enim filia Iacob, vt quæ virgo eſſet, & ætate nubilis ex patris tabernaculo egreſſa eſt, vt Sicimitarum filias contemplaretur; ſed non quieuit Sichem filius Emmor; illico namque amore adoleſcentulæ captus, intemperanti cupiditate ad libidinem rapiebatur; cumque ad eam rem efferatius iret, Hebrææ virgini homo alienigena, & incircunciſus adhuc vim intulit: id vero facinus filiis Iacob non ferendum videbatur. Itaque in eos, qui in Hebræam & ſororem nefarie iniurioſi fuiſſent, bellum intulerunt. Beato autem Iacob, cùm ſollicitus eſſet & pertimeſceret, & vereretur ne cum toto genere penitus interiret, ſuccurrit Deus, eumque denuo ſeruauit: quanam autem ratione, operæ pretium eſt videre; ſcriptum eſt igitur ad hunc modum, [Dixit autem Iacob Geneſ.34. Simeon & Leui, Odioſum me feciſtis ita, vt malus ſim omnibus habitantibus terram, & in Chananæis & Pherezæis: ego autem exiguus numero ſum, & congregati ſuper me, concident me, & conterar ego & domus mea: illi vero dixerunt, Atqui tanquam ſcorto abuſi ſunt ſorore noſtra: dixit autem Deus Iacob, Surge & aſcende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Domino, qui apparuit tibi, cum fugeres à facie Eſaü fratris tui: dixit autem Iacob domui ſuæ, & omnibus qui cum eo erant, Tollite deos alienos de medio veſtri, & purificamini, & mutate veſtimenta veſtra, & ſurgentes aſendamus in Bethel, & faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis, qui fuit mecum, & ſeruauit me in via, qua ambulabam. Et dederunt Iacob deos alienos, qui erant in manibus eorum, & inaures, quæ erant in auribus eorum, & defodit ea Iacob ſub terebintho, quæ erat in Sicimis, & perdidit ea vſque ad hanc diem.] Vides Dominum illum omnium formidanti iuſto viro ſuccurriſſe, iuſſiſſeque vt extrueret altare in odorem ſuauitatis, quod accipiendæ ſalutis, affuturæque opis diuinæ ſplendidum eſſet, dicatumque Deo monumentum: ille vero, cum id fieri neceſſarium eſſe optime

cognouiſſet, prius vt mundentur iubet, & falſos deos de medio tollant, aliaſque ſtolas induant: id autem, vt opinor, ſinceritatem fidei, & vitæ puritatem apertè ſignificat: namque integre Deo adhærere mente haud diuiſa, minime propenſos ad Dæmoniorum erroris reliquias, hoc ipſum congruenter intelligitur, in eo quod alienos deos ſuſtulerunt: in eo verò, quod mutarunt veſtem, accipitur illa conuerſationis puræ tanquam veſtis mutatio: ſic enim beato Paulo quoque ſcribere viſum eſt. An non exaudis eum aperte dicentem,

Ephes. 4. » [Exuite veterem hominem, qui cor-
» rumpitur ſecundum deſideria erroris,
» & induite nouum, qui renouatur ſe-
» cundum imaginem eius, qui creauit
» illum:] in quibus verbis expoliationem carnis appellat, carnalium voluptatum abiectionem. Scribit etiam Salomon,

Eccles. 9. » [Omni tempore ſint veſtimenta tua
» ſplendida.] Puto autem, & quidem recte, nunquam virum ſapientiſſimum Salomonem ad has nugas peruenturum fuiſſe, vt ſuaderet nobis veſtium ſplendore pueriliter oblectari; ſed veſti ſplendidæ vitam velut ablutam, & ab omnibus ſordibus liberam comparat; alioqui qua ratione quiſpiam induat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum? Nonne dices, qui Euangelicæ conuerſationis ornamentis induitur, eam hanc rem, Palladi, profecto perficere? PALLADIVS. Maximè verò. CYRILLVS. Quod ſi quis etiam ad ipſum nobilem virum Ioſeph veniat, cum nullam partem probitatis prætermiſiſſe reperiet; quin potius illud cogitaſſe, omnibus in rebus Deum ſibi adiumento auxilioque futurum, ſi ſtrenue turpiſſimam labem auerſaretur: nam, cùm liceret proſperitate frui, deliciiſque diffluere, & ardenti exultantique adoleſcentiæ permittere, vt in id, quod ſibi iucundum gratumque eſſet, laxatis habenis curreret, atque effrænato impetu ferretur; id quidem haud fecit, minime omnium: feliciorem vero ſortem putauit, quæ apud Deum repoſita eſt, & temperantię labores cuique temporariæ breuique oblectationi prætulit; ſciebat enim dulcem quidem eſſe à principio illam carnis titillationem, & harum rerum voluptatem veluti melle quodam animum incantare; ſed exitu minime dulci terminari: ſupplicia quippe e veſtigio & accuſationes, & quid non eiuſmodi malorum

A μάλα διεγνωκὼς, προαποκαθήρασθαι δεῖν ἐπέταττε, τοὺς ψευδωνύμους ἐκ μέσου ποιοῦντας θεοὺς, καὶ στολὰς ἑτέρας μετημφιεσμένους. ἀλλ' οἶμαι δὴ τοῦτο κατασημαίνειν ἂν εὐθὺς, τὸ εἰλικρινὲς ἐν πίστει, καὶ τὸ ἀβέβηλον εἰς ζωήν. τὸ μὲν γὰρ μονοτρόπως Θεῷ προσκεῖσθαι φιλεῖν, οὐ μεμερισμένους τὴν διάνοιαν, οὔτε μὴν ἀπονενευκότας ἐπὶ τὸ χρῆναι νοσεῖν τῆς τῶν δαιμονίων ἀπάτης λείψανα, νοοῖτ' ἂν εἰκότως ἔν γε τῷ τοὺς ἀλλοτρίους ἐξῃρῆσθαι Θεούς· ἐν δέ

B γε τῷ μεταμείβειν τὰς στολὰς, τὸ οἱονεὶ πολιτείας μεταμφιέσασθαι καθαράν. ἐδόκει γὰρ ὧδε γράφειν καὶ τῷ σοφωτάτῳ Παύλῳ. ἢ οὐκ ἐπαΐεις ἐναργῶς λέγοντος· ἐκδύσασθε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, καὶ ἐνδύσασθε τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν, ἀπέκδυσιν δὲ τῆς σαρκὸς, τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν τὴν ἀπόθεσιν ἀποκαλῶν. γράφει δέ που καὶ Σολομών. ἐν παντὶ καιρῷ ἔστωσάν σου ἱμάτιά σου λαμπρά. Φαίην δ'

C ἂν ὅτι καὶ μάλα ὀρθῶς ἐννενοηκώς, οὐκ ἂν εἰς τοῦτο προήκοι τερθρείας ὁ σοφὸς ἡμῖν Σολομών, ὡς ἱματίων ἡμᾶς ἀναπείθειν μειρακιωδῶς ἐντρυφᾶν λαμπρότησιν, ἀμφίῳ δὲ ὥσπερ τινὶ ἀπεικάζει λαμπρῷ τὴν οἱονεί πως ἐκνενιμμένην καὶ ῥύπου παντὸς ἐλευθέραν ζωήν. ἐπεὶ πῶς ἄν τις ἐνδύσαιτο τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν; ἆρ' οὐχὶ φαίης ἂν, ὅτι τοῖς τῆς Εὐαγγελικῆς πολιτείας ἀγλαΐσμασι κατημφιεσμένος, ἀποπεραίνει που

D πάντως τὸ χρῆμα, ὦ τάν; ΠΑΛ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἐπ' αὐτόν τις τὸν ἀοίδιμον Ἰωσὴφ ἴοι, εὑρήσει παρέντα τῆς ἐπιεικείας οὐδὲν, ἐννενοηκότα δὲ ὅτι συνεργάσεται πρὸς πᾶν ὁτιοῦν αὐτῷ, καὶ ἐπαμυνεῖ Θεὸς, εἰ παραιτοῖτο γενναίως τὸ καταμολύνεσθαι δεῖν. ἐξὸν γὰρ εὐημερεῖν καὶ κατευρύνεσθαι ταῖς τρυφαῖς, τοῖς τῆς νεότητος διαπύροις σκιρτήμασιν εἰς τὸ ἡδύ τε καὶ φίλον ἀνέντα τρέχειν, καὶ ἀνεπιπλήκτοις φέρεσθαι ταῖς ὁρμαῖς, τοῦ-

E το μὲν οὐκ ἔδρα, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, μοῖραν δὲ ὥσπερ ἐπείσθη κρείττονα τὴν παρὰ Θεῷ, καὶ τῆς ἐγκρατείας τοὺς πόνους προετίθει παντὸς τοῦ παραυτίκα καταπιαίνοντος. ᾔδει γὰρ ὅτι γλυκὺ μέν πως ἐστὶν ἐν ἀρχαῖς, τὸ σαρκὸς ἐρέθισμα, καὶ οἱονεὶ μέλιτι καταγοητεύει τὸν νοῦν, ὡς ἔν γε τούτοις ἡδονή, καταστρέφει γε μὴν εἰς τέλος οὐκέτι τὸ γλυκύ· ποιναὶ γὰρ εὐθὺς καὶ δίκαι, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιῶνδε κακῶν,

τῆς τοῦ πεπλημμεληκότος καταρτηθήσονται κεφαλῆς, βούλει λέγωμεν ὀλίγα ἄττα τῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγραμμένων; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ ἦν, φησὶν, Ἰωσὴφ καλὸς τῷ εἴδει, καὶ ὡραῖος τῇ ὄψει σφόδρα. καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἐπέβαλεν ἡ γυνὴ τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐπὶ Ἰωσὴφ, καὶ εἶπεν· κοιμήθητι μετ' ἐμοῦ. ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν. εἶπε δὲ τῇ γυναικὶ τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἰ ὁ κύριός μου οὐ γινώσκει δι' ἐμὲ οὐδὲν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτῷ, ἔδωκεν εἰς τὰς χεῖράς μου, καὶ οὐχ ὑπερέχει ἐν τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ οὐδὲν ἐμοῦ, οὐδὲ ὑπεξῄρηται ἀπ' ἐμοῦ οὐδὲν, πλὴν σοῦ, διὰ τὸ σὲ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι, καὶ πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. ἡνίκα δὲ ἐλάλει τῷ Ἰωσὴφ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ οὐχ ὑπήκουεν αὐτῇ καθεύδειν μετ' αὐτῆς, τοῦ συγγενέσθαι αὐτῇ. ἐγένετο δὲ τοιαύτη τις ἡμέρα, καὶ εἰσῆλθεν Ἰωσὴφ εἰς τὴν οἰκίαν ποιεῖν τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἔσω. καὶ ἐπεσπάσατο αὐτὸν τῶν ἱματίων, λέγουσα. κοιμήθητι μετ' ἐμοῦ. καὶ καταλιπὼν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῆς, ἔφυγε, καὶ ἐξῆλθεν ἔξω. καὶ ἐγένετο ὡς εἶδεν ὅτι καταλιπὼν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῆς ἔφυγε καὶ ἐξῆλθεν ἔξω, ἐκάλεσε τοὺς ὄντας ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, λέγουσα ἴδετε, εἰσήγαγεν ἡμῖν παῖδα Ἑβραῖον, ἐμπαίζειν ἡμῖν. εἰσῆλθε πρός με, λέγων. κοιμήθητι μετ' ἐμοῦ, καὶ ἐβόησα φωνῇ μεγάλῃ. ἐν δὲ τῷ ἀκοῦσαι αὐτὸν, ὅτι ὕψωσα τὴν φωνήν μου καὶ ἐβόησα, καταλιπὼν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ παρ' ἐμοὶ ἔφυγε, καὶ ἐξῆλθεν ἔξω. ὁρᾷς ὅπως τὸ μὲν γύναιον εἰς εὐνὴν, καὶ οὐχ ἑκόντα κατεβιάζετο, τῷ γε μὴν ἐρήρειστο πρὸς ἐγκράτειαν ὁ νοῦς, ὑπ' οὐδενὸς τὸ σύμπαν ἡττώμενος; βούπαις ἦν ἔτι, ἑπτακαίδεκά που μόλις ἐτῶν, ἐν πρώταις ὑπήνης ἐκβολαῖς, ἐν ἀκμαῖς ἡδονῶν, καὶ ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα διαπύροις κινήμασι, καὶ ἵν' οὕτως εἴποιμεν, σκληραῖς καὶ ἀνουθετήτοις ἐπιθυμίαις. φιλεῖ γὰρ ἀεί πως ἐν ἀνθρώποις ἐπὶ τῶν ὀρεκτικῶν ὁρμῶν, τὸ ἐφήβων εἶναι γένος, καὶ χαλινοὺς τῶν εἰς ἐγκράτειαν οὐ λίαν ἀνέχεσθαι. ἀλλ' ἦν ἀκλόνητος ὁ θεσπέσιος Ἰωσὴφ, οὐ τὸ τῆς νεότητος ἀνειμένον ἀπαιδαγώγητον ἔχων, οὐ δεδιὼς ὅτι ξένος ἦν καὶ οἰκέτης. ἐκβέβλητο γὰρ εἰς ἄμφω παρὰ τῶν ἀδελφῶν τοῖς Ἰσμαηλίταις καταπωλούμενος.

A eius qui deliquerit, capiti imminere. Viſne aliquid ex iis, quæ de eo ſcripta ſunt, dicamus? PALLADIVS. Velim equidem. CYRILLVS. [Et erat, inquit, Ioſeph decorus aſpectu, & ſpecioſa facie: & factum eſt » *Gene. 39* poſt verba hæc, & iniecit vxor domini » ſui oculos ſuos in Ioſeph, & dixit, » Dormi mecum: ille vero non acquie- » uit: dixit autem vxori domini ſui, Si » dominus meus nihil cognoſcit pro- » pter me eorum, quæ ſunt in domo »
B ſua, & omnia quæ ſua ſunt, dedit in » manus meas, nec quicquam ſupra me » eminet in domo hac, neque exem- » ptum eſt à me aliquid præter te, eo » quod vxor eius ſis; quomodo faciam » verbum hoc malum, & peccabo in » conſpectu Dei? cumque illa loquere- » tur Ioſeph de die in diem, ille non » obſequebatur illi, vt dormiret ſecum, & » concumberet cum ea. Factus eſt autem » talis quidam dies, ingreſſus eſt Ioſeph in » domum, vt faceret opera ſua, & nemo »
C erat in domo intus; attraxit illum per » veſtes, dicens, Dormi mecum: ille au- » tem, relictis veſtibus ſuis in manibus » eius, fugit, & exiuit foras. Et factum eſt » vt vidit illa, quod reliquit veſtes in mani- » bus ſuis, & fugit, & exiuit foras, vocauit » eos, qui erant in domo ſua, & locuta eſt » eis dicens, Videte quod induxerit nobis » ſeruum Hebræum, vt illuderet nobis: » ingreſſus eſt ad me dicens, Dormi me- » cum: & clamaui voce magna; cumque » ille audiſſet, quod eleuaſſem vocem »
D meam & clamaſſem, relictis veſtibus ſuis » ſuper me, fugit & exiuit foras.] Vides vt » mulier illum ad concubitum vel inuitum cogere ſtuduit, huic vero mens ad temperantiam fixa fuerit, nullique rei omnino ſuccubuerit? adoleſcentulus adhuc erat, qui vix ſeptimumdecimum annum ageret, cum prima lanugine malæ veſtiuntur, cum maxime voluptates vigent, cum ardentiſſimis motibus feruet ætas, &, vt ita dicam, vegetæ ſunt impotenteſque libidines, adeo vt monitorem nullum admittant: ſolet enim
E fere epheborum ætas tam vehementi cupiditatum impetu ferri, vt frangi aut temperantiæ fræna pati difficile poſſint. At vero beatus Ioſeph intrepidus permanebat, non remiſſiores adoleſcentiæ mores ſine moderatione atque correctione eſſe ſinebat; non pertimeſcebat quod exterus eſſet ac ſeruus; (vtraque enim iniuria per vim à fratribus affectus erat, cum eſt Iſmaëlitis venditus) ſed,

A ſed, cùm ille ſimul voluptatem ſpurciſſimam, ſimul impudicitiæ motus deuiciſſet, tum vero mulier calumniam ſtruit, crimenque in adoleſcentem detorquet; &, qui ſuis flagitationibus non ceſſerat, eum ſtupratorem appellabat. Ex hoc in carcerem truditur adoleſcēs, ſed diuino munere ſeruatus eſt, mercedemque eam temperantiæ illico eſt conſecutus, vt vniuerſæ Ægyptiorum regioni dominaretur. Itaque, quamuis ea virtus labores habeat, & ornamen-B tis temperantiæ graues ſint propoſiti ſudores, contemnit tamen ea omnia, qui reuera Dei amator eſſe velit: habebit enim profectò parem pro laboribus laudem, & æqua præmia conſequetur. Itaque beatus Dauid de ærumnis hac de cauſſa toleratis adoleſcentem omni laude digniſſimum admiratur, dicens,
Pſalm. 104. „ [In ſeruum venundatus eſt Ioſeph, hu-
„ miliauerunt in compedibus pedes eius,
„ ferrum pertranſiit anima eius:] ferrum, C vt opinor, duram illam ac vehementem laborum vim appellans, quibus fit vt peccata reprimantur, & ab omni labe recedatur, atque ad ſanctam illam puriſſimamque vitam perueniatur, euangelicam inquam, & quæ in Chriſto ducitur, per quem & cum quo eſt Patri gloria cum ſancto Spiritu, in ſæcula ſæculorum, Amen.

A ἐπειδὴ δὲ κρείττων ὤφθη ἡδονῆς τε ἅμα τῆς μυσαρωτάτης, καὶ τῆς εἰς ἀσέλγειαν κινήσεως, συκοφαντεῖ τὸ γύναιον, καὶ ἀντίστροφον τῷ νέῳ ποιεῖται τὴν γραφήν. τὸν γάρ, οὐκ εἴκοντα τοῖς αὐτῆς αἰτήμασιν, ὑβριστὴν ἀπεκάλει. καὶ δεσμώτης μὲν ἐντεῦθεν ὁ νεανίας ἦν· θείᾳ γε μὴν χάριτι διεσώζετο. καὶ μισθὸν ἐγκρατείας ἀποκεκέρδηκεν εὐθύς, τό, ἁπάσης κατάρξαι τῆς Αἰγυπτίων χώρας. οὐκοῦν κἂν εἰ ἔχοι τὸ χρῆμα πόνους, B κἂν ἱδρῶτες προσχέοιντο βαρεῖς τῷ εἰς ἐγκράτειαν αὐχήματι, οὐ πολὺς ὁ λόγος, τῷ γε ὅλως φιλόθεον ᾑρημένῳ. ἕξει γὰρ ἐξ ἴσου καὶ ἰσοπαλῆ τὸν ἔπαινον, καὶ ἰσορρόπους τὰς ἀμοιβάς. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ, τοῖς ἐπὶ τούτῳ ταλαιπωρίαις ἀποθαυμάζει λέγων, τὸν ἀξιεπαινετώτατον νεανίαν, εἰς δοῦλον ἐπράθη Ἰωσήφ, ἐταπείνωσαν ἐν πέδαις τοὺς πόδας αὐτοῦ. σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. σίδηρον οἶμαι λέγων, C τὴν σκληρὰν καὶ ἄθραυστον τῶν ἱδρώτων προσβολήν, δι' ὧν ἂν γένοιτο καταστέλλειν ἁμαρτίας καὶ ῥύπου παντὸς ἀποφοιτᾶν, τῆς γε μὴν ἁγίας καὶ καθαρωτάτης ἐφικέσθαι ζωῆς, φημὶ δὴ τῆς εὐαγγελικῆς τε καὶ ἐν Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

FINIS LIBRI QVARTIDECIMI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙᾼ προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER QVINTVSDECIMVS.

Ὅτι χρὴ καθαροὺς καὶ ἐκνενιμμένους παρίστασθαι τῷ Θεῷ. καὶ ὅτι ἐν Χριστῷ πάλιν ἡμῖν ἡ κάθαρσις.

A *Oportere puros & ablutis peccati maculis, Deo ſiſti: itemque omnem purgationem noſtram in Chriſto eſſe.*

Ἐκ πάντων ἡμῖν, ὦ Παλλάδιε, συναγήγερται λόγων, σαφής τε καὶ ἐναργὴς ἀπόδειξις, τοῦ δεῖν ἰέναι παγκάλως εἰς οἶκον Θεοῦ, λαμπρούς τε καὶ ἐκνενιμμένους, οἰκειότητά τε τὴν πρὸς αὐτὸν δι᾽ ἁγιασμοῦ κερδαίνοντας. ἵλεῳ γὰρ τότε προσεντευξόμεθα τῷ Θεῷ, καὶ ἵν᾽ οὕτως εἴπωμεν, ὅλῳ βλέποντι τὰ καθ᾽ ἡμᾶς ὀφθαλμῷ, καὶ τὴν τοῖς ἁγίοις πρεπωδεστάτην φειδὼ διανέμοντι. ἐπὶ τίνα δὲ ἐπιβλέψω, φησίν, ἀλλ᾽ ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους.

Ex omni diſputatione, Palladi, collecta eſt à nobis perſpicua euidenſq; probatio, nos ad domum Dei honeſtiſſime adire oportere ornatos & ablutos, & eius familiaritatem per ſanctificationem adeptos: ita enim propitio vtemur Deo, &, vt ita dicamus, totis oculis res noſtras intuente, atque tutelam ſanctis viris congruentiſſimam exhibente. [Super quem aſpiciam, in- „ Esa. 66.
quit, niſi ſuper humilem & quie- „
tum, & trementem ſermones meos?] „

puras enim plane manus extendet, & ad ipſas proclamabit diuinitatis aures, quiſquis ita ſe habuerit, adeo vt votorum ſuorum compos factus, præ maxima lætitia dicat,
Psal. 17. » [Exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam, & clamor meus in conſpectu eius introibit in aures eius.] An minime exaudiſti beatum Dauid, aperte nobis concinentem,
Psal. 33. » [Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum?] PALLADIVS. Audiui. CYRILL. Quin igitur vere dictum ſit, ambigere fas non eſt: tamen ad abluendas maculas, quæ tandem à nobis ratio inueniri poterit? intelligit enim delicta nemo, & in multis delinquimus omnes, propenſaque eſt ad peccandum noſtra natura, nimiumque facile ad res noxias detorquetur, cùm viam illam, per quam ad vitia tenditur, nobis planam faciat, turpis illa & impura voluptas. PALLADIVS. Rectè dicis; tibi namque recta dicenti aſſentiri minime cunctabor. CYRILL. Iam enim etiam terrena ipſa caro in ſe ipſa legis peccati languore premitur, & humanus animus nimium propenſus eſt ad malum à iuuentute, vt ſcriptum eſt. Itaque etiam ſacræ literæ, iure deplorant,

Psal. 18. Iac. 3.

Genes. 8. Psal. 13. » [Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.] Quoniam igitur nulla erat via, qua ex hoc malo emergeremus, Saluatorem nobis atque Redemptorem Deus & Pater de cœlo miſit Filium ſuum, qui fide iuſtificaret, & à pœna liberaret, &, quod infirmum erat, firmiſſimum redderet; quod tenebris oppletum, illuſtraret: alligaretque quod contritum erat; quod errabat, conuerteret; & à dominatu diabolico ſubiectos eriperet. PALLAD. In Chriſto igitur peccati turpitudinem abſtergemus: itaque abluti, & ab omni macula quam longiſſime remoti, per ipſum ad Deum & Patrem accedemus. CYRILLVS. Rectiſſime intelligis. Atque etiam cuique audire licet ſanctos prophetas nobis clariſſima voce hanc adeo admirandam exoptatamque gratiam prædicantes; nam ſapientiſſimus ille Michæas ad hunc
Mich. 7. » modum dicit, [Quis Deus ſicut tu, auferens iniquitates, & non attendens iniuſtitias iis, qui reliqui ſunt de hæreditate tua? & non continuit in teſtimonium iram ſuam: quia volens miſericordiam eſt.] Alter item,
Esai. 44. » [Memento horum, Iacob, & Iſraël, ne obliuiſcaris mei:

ὁσίας γὰρ ὄντως ἀνατενεῖ χεῖρας, καὶ εἰς αὐτά που διακεκράξεται τὰ τῆς θειότητος ὦτα, ὁ δὴ οὕτως ἔχων, ὡς καὶ εἰς πέρας ἥκων τῶν ὧν ἂν εὔξαιτο τυχὼν, ἐκ περιχαρείας εἰπεῖν· ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. ἢ οὐ διεπύθου σαφῶς ἀναμελῳδοῦντος ἡμῖν τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ, ὅτι ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἐπυθόμην. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὅτι μὲν ἐστιν ἀληθὴς ὁ λόγος, οὐκ ἐνδοιάσαι θέμις. πλὴν, ἐπί γε τὸ δεῖν ἀποτρίβεσθαι μολυσμοὺς, τίς ἂν γένοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ τρόπος; συνίησι γὰρ δὴ παραπτώματα μὲν οὐδεὶς, πολλὰ δὲ πταίομεν ἅπαντες. νοσεῖ δὲ ἡ φύσις τὸ εἰς ἁμαρτίαν εὔκολον, καὶ λίαν ἐστὶν εὐπάρεισος ἐπὶ τὸ πεφυκέναι ἀδικεῖν, καταλεαινούσης ἡμῖν τρόπον τινὰ τὴν ἐπὶ τὰ φαῦλα ῥοπῆς, τὴν ὁδὸν τῆς ἐκτόπου καὶ βδελυρᾶς ἡδονῆς. ΠΑΛ. Εὖ λέγεις· συναινέσαιμι γὰρ ἂν μελλήσας οὐδὲν, ὀρθοεπεῖν ᾑρημένῳ. ΚΥΡ. Ἤδη μὲν γὰρ καὶ ἡ ἀπὸ γῆς σὰρξ τὸν τῆς ἁμαρτίας ἐν ἑαυτῇ κατηῤῥώστησε νόμον. εὐπαράφορος δὲ λίαν ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, ἐπὶ τὸ ἐκνεῦσαι δεῖν ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Τοιγάρτοι καὶ λόγος ἡμῖν ἱερὸς ἐπιστυγνάζει δικαίως. πάντες γὰρ, φησὶν, ἐξέκλινον, ἅμα ἠχρειώθησαν. οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν ἀπόδυσις τοῦ κακοῦ, σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν πέπομφεν ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ τὸν ἴδιον υἱὸν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, δικαιοῦντα τῇ πίστει, καὶ ποινῆς ἀπαλλάττοντα, καὶ εὐσθενὲς μὲν λίαν ἀποτελοῦντα τὸ ἄναλκι, καταφωτίζοντα δὲ τὸ ἐσκοτισμένον, ἐπιστρέφοντα δὲ τὸ πλανώμενον, καὶ πλεονεξίας ἐξέλκοντα διαβολικῆς, τὸ ὑπεστρωμένον αὐτῇ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἐν Χριστῷ δὴ οὖν τὸ ἐκ τῆς ἁμαρτίας αἶσχος ἀποτριψόμεθα. διεσμηγμένοι δὲ οὕτω, καὶ μώμου παντὸς ἰόντες ὡς ἀπωτάτω, προσελευσόμεθα δι᾽ αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συνίης εὖ μάλα· διακεκραγότων καὶ αὐτῶν ἐπαΐοις ἂν τῶν ἁγίων προφητῶν, τὴν οὕτως ἡμῖν ἀξιάγαστον καὶ πολύευκτον χάριν. Μιχαίας μὲν γὰρ ὁ σοφώτατος, ὧδέ πῃ φησί· τίς Θεὸς ὥσπερ σὺ, ἐξαίρων ἀνομίας, καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίας τοῖς καταλοίποις τῆς κληρονομίας αὐτοῦ. καὶ οὐ συνέσχεν εἰς μαρτύριον ὀργὴν αὐτοῦ, ὅτι θελητὴς ἐλέους ἐστίν. ἕτερος δὴ αὖ, μνήσθητι ταῦτα Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ, μὴ ἐπιλανθάνου μου. ἰδοὺ γὰρ ἀπή-

A λείψα ὡς ἐν νεφέλῃ τὰς ἀνομίας σου, καὶ ὡς γνόφος τὰς ἁμαρτίας σου. καὶ πλεῖστα μὲν αὖ τις συλλέξαιτο τὰ ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, παραδεικνὺς εὖ μάλα τὸ ἔν γε δὴ τούτοις ἡμῖν ἀληθές. τὸ δὲ, οἷς ἂν ἕποιτο σαφής τε καὶ ἐναργὴς ἡ πίστις, ἐπισωρεύειν ἕτερα, περιττὸν οἶμαί που. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀλλ' ἐναργὲς μὲν ὅτι τὸ χρῆμα, πάντῃ τῳ σαφές. ἑλοίμην δ' ἂν ἔγωγε, καὶ ἐκ νομικῶν εἰκόνων τὴν ἐν Χριστῷ διαθρῆσαι κάθαρσιν. B ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄθρει δὴ οὖν εἴ σοι φίλον, τῇ δέ τε ἡμᾶς ἰέναι δοκεῖ. τοὺς γάρ τοι μεμολυσμένους, καὶ τοὺς τῆς παρανομίας ἐγκλήμασιν ὑπενηνεγμένους, θύειν ὁ νόμος ἐκέλευε, διχῇ διαστέλλων τῶν θυσιῶν τοὺς τρόπους. αἱ μὲν γὰρ, ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν σφαζόμενον καταγράφουσι τὸν Ἐμμανουήλ, αἱ δὲ, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποθνήσκοντας τῷ κόσμῳ, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνακομίζοντας τῷ Θεῷ τὴν οἰκείαν ζωήν τε καὶ σωτηρίαν. C ἢ γὰρ οὐχὶ νεκροῦντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ περιφορᾶς κοσμικῆς, καὶ γεωδεστέρων ἡδονῶν τὸν νοῦν ἀπαλλάττοντες, τὴν θείαν τε καὶ εὐαγγελικὴν διαζησόμεθα ζωήν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν θυσία μέν ἐστιν, ἡ ὡς ἐν θανάτῳ Χριστοῦ πνευματικὴ διακάθαρσις, εὐχὴ δὲ καὶ δῶρον, ὡς παρ' ἡμῶν, τὸ ἀναθεῖναι Θεῷ τὴν εὐκοσμίαν τε καὶ ἐν ἁγιότητι ζωήν. προδιαστέλλεταί γε μὴν D ὁ νόμος καὶ διαμαρτύρεται σαφῶς, τὸ δεῖν ἀμωμήτους τὰς ἔν γε δὴ τούτοις ποιεῖσθαι προσαγωγὰς, χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως. ἐπειδὴ δὲ τῶν προσφερομένων θυμάτων, ἃ μὲν ἐδήλου Χριστὸν, ὡς ὑπὲρ ἡμῶν σφαζόμενον, ἃ δὲ καὶ ἡμᾶς ἀνετύπου, μονονουχὶ καθαγιάζοντας τῷ Θεῷ τὴν οἰκείαν ζωήν. ταύτῃ τοί φησιν, ἀμώμητά τε εἶναι δεῖν αὐτὰ, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον νοσοῦντα τὴν ἐμπηρίαν. ἄμωμος γὰρ ὁ Χριστός. οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν. ἀλλ' E οὐδ' αὖ ἡμᾶς αὐτοὺς παραδέξαιτο Θεὸς, ἐν μολυσμοῖς ὄντας ἔτι, καὶ τῆς ἁμαρτίας νοσοῦντας τὸ ἀπρεπές. γέγραπται τοίνυν ἐν τῷ Λευιτικῷ. καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων· λάλησον Ἀαρὼν καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ πάσῃ συναγωγῇ υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. ἄνθρωπος ἄνθρωπος ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἢ τῶν προσηλύτων τῶν προσ-

A ecce deleui ſicut in nube iniquitates tuas, & ſicut caliginem peccata tua.] pluraque ex diuina ſcriptura colligere facile eſt, ad oſtendendam huius rei veritatem: ad ea vero, quæ fidem perſpicuam & euidentem habeant, alia velle congerere, ſuperuacaneum opinor.

PALLADIVS. Id quidem manifeſtum eſſe, nemini dubium eſt: ſed tamen velim ex legalibus etiam imaginibus purgationem, quæ in B Chriſto fit, perſpicere. CYRILLVS. Attende igitur, ſi placet, quando hoc itinere nobis eſſe pergendum ſtatuis: nam inquinatos, & Legis violatæ criminibus obnoxios ſacrificare Lex iuſſit, eaque ſacrificiorum genera duas in partes diuiſit, alia namque illum Emmanuël pro nobis immolatum, alia etiam nos ipſos mundo morientes, noſtramque vitam ac ſalutem Deo in odorem ſuauitatis offerentes deſignant. An vero, cùm mortificamus mem- C bra, quæ ſunt ſuper terram, & mentem à vertigine mundanarum actionum, ac terrenarum voluptatum alienamus, non diuinam euangelicamque vitam ducimus? PALLADIVS. Sanè verò. CYRILLVS. Igitur ſacrificium quidem eſt illa in Chriſti morte ſpiritualis purgatio; votum verò & donum à nobis tum offertur, cum & morum honeſtatem, & actam in ſanctitate vitam Deo dicamus. Oportune vero D ac neceſſario præmonet Lex, & aperte teſtatur in his certe ſacrificiorum generibus immaculatas eſſe oblationes oportere: nam, quia è ſacrificiis, quæ offerebantur, alia Chriſtum, vt pro nobis immolatum, ſignificabant, alia etiam nos præfigurabant, noſtram vitam Deo propemodum adolentes, hanc ob cauſſam inquit, ea immaculata eſſe debere, nullaque corporis parte manca atque debilia: immaculatus enim eſt Chriſtus; non enim fecit peccatum; ſed ne nos qui- E dem accipiet Deus, dum adhuc in maculis verſamur, & peccatorum deformitate laboramus. Scriptum eſt igitur in Leuitico, [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere Aaron & filiis eius, & vniuerſæ Synagogæ filiorum Iſraël, & dices ad eos; Quiſquis obtulerit dona ſua de filiis Iſraël, vel de filiis proſelytorum ſuorum,

Leuit.

„ qui applicati ſunt ad illos in Iſraël, „ qui obtulerit dona ſua, ſecundum „ omnem promiſſionem ſuam, vel ſe„ cundum omnem voluntatem ſuam, „ quæcunque obtulerint Domino in „ holocauſtum, acceptabilia veſtra, „ immaculata, maſcula ex armentis, „ & ex ouibus, & ex capris quæ„ cunque habuerint maculam in ſe, „ non afferent Domino, quia non ac„ ceptabile erit vobis: & homo, qui „ obtulerit hoſtiam ſalutaris Domino, „ diſtinguens votum, vel ex volunta„ te vel in feſtiuitatibus veſtris, ex „ armentis vel ex ouibus; immacula„ tum erit acceptum, omnis macula „ non erit in eo; cæcum vel contri„ tum, vel abſciſſa lingua, vel verru„ coſum, vel ſcabioſum, vel impetigi„ nes habens; non offerent Deo hæc, „ & incenſum non dabitis ex eis ſuper „ altare Domino; & bouem vel ouem „ abſciſſis auribus, vel cauda amputata, „ occides illa tibi ipſi; in votum autem „ tuum non accipientur; contuſum & „ colliſum, & exectum & abſciſſum; „ non offeres ea Domino, & in terra „ veſtra non facietis: & ex manu alie„ nigenæ non offeretis dona Dei veſtri „ ab omnibus his, quia corruptelæ ſunt „ in eis, & macula in eis: non acci„ pientur hæc vobis.] Aduerte igitur Legem, perſpicue atque palam edicere tum iis, qui de genere eſſent Iſraël, tum qui extrinſecus in illos populos inſiti, proſelytis inquam; vt maculas victimarum diligentiſſime conſiderent; offerendum enim à nobis eſſe inquit maſculum, & immaculatum, id eſt, robuſtum, & à vitiis liberum: mollities enim, & muliebres animi; atque etiam interior mentis atque intellectus debilitas, reiicitur à Deo prorſus, atque reſpuitur. An non ſacris ineptum eſſe dices eum, cui hæc vitia manifeſte inſunt? PALLADIVS. Cur verò negem? CYRILLVS. Igitur quod imbelle eſt quidem & veluti languens, reiicitur; acceptum eſt contra quod robuſtum, vt maſculo ſexu deſignatum, ſi præterea immaculatum fuerit. Eiuſmodi autem apertam Chriſti figuram gerunt; maſculus enim ſimul & immaculatus eſt Emmanuël; ſiquidem plane Dei virtus eſt, & neſcit peccatum: maſculus ad hæc alia ratione; excellit enim ſemper, ac præſtantior eſt altero ſexu maſculus:

A προσκειμένων πρὸς αὐτοὺς ἐν Ἰσραήλ, ὃς ἂν προσενέγκῃ τὰ δῶρα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν ὁμολογίαν αὐτῶν, ἢ κατὰ πᾶσαν αἵρεσιν αὐτῶν, ὅσα ἂν προσενέγκωσι τῷ Θεῷ εἰς ὁλοκαύτωμα· δεκτὰ ὑμῖν, ἄμωμα ἄρσενα ἐκ τῶν βουκολίων, καὶ ἐκ τῶν προβάτων, καὶ ἐκ τῶν αἰγῶν. πάντα ὅσα ἂν ἔχῃ μῶμον ἐν αὐτῷ, οὐ προσάξουσι κυρίῳ, διότι οὐ δεκτὸν ἔσται ὑμῖν. καὶ ἄνθρωπος ὃς ἂν προσενέγκῃ θυσίαν σωτηρίου τῷ κυρίῳ,
B διαστείλας εὐχὴν, ἢ κατὰ αἵρεσιν ἢ ἐν ταῖς ἑορταῖς ὑμῶν, ἐκ τῶν βουκολίων ἢ ἐκ τῶν προβάτων, ἄμωμον ἔσται εἰς δεκτὸν, πᾶς μῶμος οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ. τυφλὸν ἢ συντετριμμένον, ἢ γλωσσότμητον, ἢ μυρμηκιῶντα, ἢ ψωραγριῶντα, ἢ λειχῆνας ἔχοντα, οὐ προσάξουσι ταῦτα τῷ Θεῷ, καὶ εἰς κάρπωσιν οὐ δώσετε ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῷ κυρίῳ. καὶ μόσχον ἢ πρόβατον ὠτότμητον, ἢ κολοβόκερκον σφάγια ποιήσεις αὐτὰ σεαυτῷ· εἰς δὲ εὐχήν σου οὐ
C δεχθήσεται. θλαδίαν καὶ ἐκτεθλιμμένον, καὶ ἐκτομίαν, καὶ ἀπεσπασμένον, οὐ προσάξετε αὐτὰ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὑμῶν οὐ ποιήσετε. καὶ ἐκ χειρὸς ἀλλογενοῦς οὐ προσοίσετε τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἀπὸ πάντων τούτων. ὅτι φθάρματά ἐστιν ἐν αὐτοῖς, καὶ μῶμος ἐν αὐτοῖς. οὐ δεχθήσεται ταῦτα ὑμῖν. ἄθρει δὴ οὖν ὅτι παρεγγυᾷ σαφῶς καὶ ἀναφανδὸν ὁ νόμος, καὶ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ, καὶ τοῖς ἔξωθέν τε καὶ εἰσκεκλημένοις εἰς λαοὺς, φημὶ δὲ τοῖς προσηλύτοις,
D τὸ χρῆναι μωμοσκοπεῖν εὖ μάλα τὰ ἱερά. δεῖν γὰρ ἔφη προσκομίζεσθαι πρὸς ἡμῶν τὸ ἄρσεν τε καὶ ἄμωμον, τοῦτ' ἔστι, τὸ εὐσθενὲς, καὶ ἀνώτερον παθῶν. ὁ γάρ τοι μαλακισμὸς καὶ φρόνημα τὸ θηλυπρεπὲς, καὶ μήν τοι καὶ τὸ νοσεῖν τὴν εἴς γε νοῦν ἔσω καὶ νοητὴν ἐμπειρίαν, ἀπαράδεκτον παντελῶς τῷ Θεῷ, καὶ ἀπόβλητον. ἢ οὐκ ἀνίερον εἶναι φὴς τὸν ὅτῳ περ ἂν φαίνοιτο προσόντα ταυτί; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πῶς γὰρ οὔ; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν
E ἀπόβλητον μὲν τὸ ἄναλκι, καὶ τὸ οἱονεὶ παρειμένον, δεκτὸν δὲ τὸ εὐσθενὲς, ὡς ἐν ἀρσένων φύσει ζωγραφούμενον, εἴπερ ἐξευγμένον ἔχοι τὸ ἄμωμον. εἶεν δὴ ἂν εἰς τύπον ἡμῖν σαφῆ τὰ τοιάδε Χριστοῦ. ἄρσην γὰρ ὁμοῦ καὶ ἄμωμος ὁ Ἐμμανουήλ, εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς Θεοῦ δύναμις, καὶ οὐκ εἰδὼς ἁμαρτίαν. ἄρσην δὲ καὶ ἑτέρως. προὖχον γὰρ ἀεὶ, καὶ ἐν ἀμείνοσι θατέρου τὸ ἄρσεν·

καὶ πρό γε δὴ τούτῳ καὶ ἡγεμονικώτατον. προσέστηκε δὲ καὶ ἀσυγκρίτως ἔστιν ἐν ἀμείνοσι, καὶ καθηγεῖται τῶν ὅλων, εἰ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ υἱὸς, καὶ ὁ ποιμὴν ἐν προβάτοις κατελογίσθη χρησίμως. ἀνίερα δὲ καὶ ἀπόπεμπτα τῶν θυμάτων, τυφλὸν, καὶ συντετριμμένον, καὶ μὴν καὶ γλωσσότμητον, καὶ μυρμηκιῶν, καὶ ψωραγριῶν, καὶ λειχῆνας ἔχον, ὠτότμητόν τε καὶ κολοβόκερκον. ἀλλὰ καὶ εἴ τῳ, φησὶ, κατατεθλασμένα τυχὸν τὰ ἀρρενικὰ, καὶ τὸ εἰς εὐνούχους ἤδη τελοῦν, ἀνάγκῃ ἔχοι πάθος. τουτὶ γὰρ οἶμαι δηλοῦν, θλαδίαν καὶ ἐκτεθλιμμένον, ἐκτομίαν καὶ ἀπεσπασμένον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἆρ' οὖν εἰς ἤθη καὶ τρόπους τοὺς καθ' ἡμᾶς μεταληπτέον ταυτί; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν· εἴη γὰρ ἂν οὐχ ἑτέρως ἢ οὕτως ἡμῖν πνευματικὸς ὁ νόμος. γένοιτο δ' ἂν οὐδεὶς παρὰ Θεῷ λόγος τῆς ὡς ἐν σκιαῖς λατρείας. ἀλλ' οὐδ' ἂν ὡρίσατό ποτε τοὺς ἐν αὐτῇ νόμους, μὴ οὐχὶ τῆς ἀληθείας προαναζωγραφοῦν ἐν αὐτῇ τὸ ἐκπρεπέστατον κάλλος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. πέραινε δὴ οὖν τὸν ἐφ' ἑκάστῳ λόγον, καὶ τίς ἂν γένοιτο διασάφει πάλιν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν εἰμί τοι καὶ μάλα πρόθυμος. τυφλὸν μὲν οὖν ἔοικε, τὸν ἄσοφόν τε καὶ ἀσύνετον λέγειν, καὶ φῶς οὐκ ἔχοντα θεῖον ἐν ἑαυτῷ, τοῦτ' ἔστι, τὸν διὰ Χριστοῦ φωτισμὸν ἐν πνεύματι. ἀνίερος δὲ παντελῶς, ὁ ἄνους τε καὶ ἄπιστος ἔτι. ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε φησίν. συντετριμμένον δὲ αὖ, τὸν ὁλοτρόπως ἠρρωστηκότα, καὶ ὑγιὲς ἔχοντα παντελῶς οὐδὲν, οὔτε μὴν ὀρθοποδεῖν δυνάμενον, ἤγουν δρᾶσαί τι τῶν ἀγαθῶν ἰσχύοντα, εὐρωστίας δὲ τῆς ἐν Χριστῷ καὶ ἐν πνεύματι παντελῶς ἡττώμενον. πεπόνθασι δέ τι τοιοῦτον, οἱ περὶ ὧν γέγραπται, δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν. τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐτῇ πατέρες καὶ υἱοὶ ἅμα· γείτων καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ ἀπολοῦνται. ἀλλ' ὅγε θεῖος ἡμῖν μελῳδὸς, τοὺς ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένους, εἰσκεκόμικεν ἱλαρούς, ψάλλοντάς τε καὶ λέγοντας. εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου, τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου. γλωσσότμητόν τε, καθά γε οἶμαι, τὸν ὀρθοεπεῖν οὐκ εἰδότα, οὔτε μὴν ἀναφωνεῖν ἰσχύοντα τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὸ ἐξ ἀγαθῆς συνειδήσεως ἐπερώτημα εἰς Θεόν. πλὴν ὅτι καὶ τὴν τοιάνδε πάλιν ἀποκρούσονται νόσον, ἐν παρουσίᾳ Χριστοῦ, σαφηνιεῖ

A adhæc etiam longe principem locum tenet; itidem ille Filius præſtat omnibus, & innumeris partibus potior eſt, & omnium princeps; etſi noſtri ſimilis factus eſt, &, cum paſtor eſſet, benigne inter oues numeratus. Victimæ porro ſacris ineptæ ſunt & reiiciendæ, cæcum animal & contritum, atque etiam cui abſciſſa lingua eſt, quod verrucoſum, quod ſcabioſum, quod impetigines habet, cui ſectæ aures caudaque detruncata: Quinetiam, inquit, ſi cui contuſi ſunt teſtes, & quod vi iam exectum; id B enim ſignificat, opinor, contuſum & colliſum, exectum nempe & abſciſſum. PAL. Num igitur, ad affectus moreſque noſtros hęc transferenda ſunt? CYR. Ita prorſus: neque enim alia ratione Lex eſſe ſpiritualis poteſt, neque illum vt in vmbris cultum Deus aliquo numero habet: neque verò vnquam eius cultus legem ſanxiſſet, niſi vt in illo præſtantiſſimam veritatis formam præfiguraret. PAL. Rectè ais. Exequere igitur cuiuſ- C que vitii rationem, & quænam ea ſit, explica. CYR. Aggrediar ergo, & quidem alacri animo atque prompto. Cæcum igitur videtur inſipientem atque imperitum dicere, & qui diuinum lumen in ſe, illam inquam per Chriſtum in Spiritu illuminationem non habet: ſacris autem ineptus eſt ille ſtultus & infidelis adhuc: [Niſi enim credideritis, Eſai. 7.
» non intelligetis,] inquit. Contritum præterea appellat eum, qui omni ex parte infirmus eſt, & integri prorſus nihil habet, neque aut recte incedere, aut D boni aliquid facere poteſt, ſed omni firmitate, illa inquam in Chriſto & in ſpiritu, omnino vacuus eſt; quales erant ii, de quibus quidam ſanctus Propheta ſcripſit, [Hæc dicit Dominus, Ecce ego » Hier. 6.
do in populum iſtum infirmitatem & in- »
firmabuntur in ea patres & filii ſimul, »
vicinus & proximus eius morientur.] At »
vero diuinus ille cantor eos, qui in fide, quæ eſt in Chriſto, iuſtificati ſunt, induxit hilares pſallentes atque dicentes, [Benedic, anima mea Domino, qui ſanat » Pſalm. 102.
E omnes infirmitates tuas, qui redimit de »
interitu vitam tuam.] Abſciſſam porro »
linguam habentem, vt ego arbitror, eum vocat, qui recte eloqui neſciat, neque enuntiare poſſit verbum fidei, quod prædicamus, ſicut ſcriptum eſt, illam nempe bonæ conſcientiæ interrogationem in Deum: fore tamen vt hanc quoque debilitatem abiicerent in aduentu Chriſti, declarat Propheta dicens, Rom. 10. 1. Pet. 3.

Isai. 32. » [Et linguæ balbutientes diſcent velociter eloqui pacem.] Abſciſſam igitur linguam habet ille adhuc balbutiens, & qui ſupernam illam, & à Patre nobis datam pacem, id eſt, Chriſtum, aut quæ de eo ſunt, nondum eloqui didicit. Verrucoſos autem & ſcabioſos, & impetiginem habentes eſſe eos dicimus, qui affectibus morboſis infectum animum in ſe ipſis habent, magnaque peccatorum corruptione laborant, neque cogitant mala hæc eſſe minuenda, ſed ea potius ad turpiora ſerpere, & in peius dilatari ſinunt: verrucæ enim & indomita ſcabies, atque etiam impetigo ſemper augeſcere videntur, & in peius vergunt, totamque paulatim carnem depaſcuntur: eiuſmodi autem ſunt noſtrorum animorum vitioſi affectus, niſi præcidantur, ſed effuſo impetu in peius ſemper excurrere permittantur. abſciſſis vero auribus animal, & detruncata cauda proteruum hominem ac dicto minus audientem, & non vſquequaque honeſtum ſignificat. Quid? non eorum auditus oblæditur, quibus eſt auris abſciſſa? PALLADIVS. Sane quidem. CYRILLVS. Animantia porro caudam non habentia, cenſeas ne pulcherrima eſſe forma? minime profecto: habent quippe in ſe ipſis deformitatem longe maximam. Ergo inhoneſtus & turpis eſt, qui animante caudam non habente oblique ſignificatur. Repudiat maſculum etiam, quod ad naturam pertinet, ſed qui tamen maſculorum exequi munera nequeat, colliſum inquam & exectum: ii vero ſunt rurſus, qui, cum viriles ad virtutem putentur, non tamen efficaces item ſunt ad virtutis laudem comparandam, ſed aridi quodammodo & infecundi, & facultate fructum ferendi multifariam priuati: maxima namque nos nefariarum affectionum turba ad ignauiam & infirmitatem adigit, & præterea eo perducit, vt fructum proferre nullum queamus: ob eamque cauſſam, vt opinor, multis quoque nominibus id animal, quod caſtratum eſſet, Lex appellat, contuſum, inquit, & colliſum, & exectum & abſciſſum; nam variæ admodum in nobis affectiones vigent, quæ nos multis itineribus ad ignauiam imbecillitatemque quodammodo pertrahunt. PAL. Credibilis ſane expoſitio. CYRILL. Adhæc eſſe illud quoque deteſtandum, alienigenæ hominis manu Deo victimas immolare, declarauit dicens,

A λέγων ὁ προφήτης. καὶ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι ταχὺ μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. γλωσσότμητος οὖν ὁ ψελλίζων ἔτι, καὶ λαλεῖν οὔπω δεδιδαγμένος τὴν ἄνωθεν ἡμῖν καὶ παρὰ πατρὸς εἰρήνην, τουτέστι, Χριστὸν, ἤτοι τὰ ἐπ' αὐτῷ. μυρμηκιῶντας γε μὴν καὶ ψωραγριῶντας, καὶ λειχῆνας ἔχοντας εἶναί φαμεν τοὺς, οἵπερ ἂν ἔχοιεν ἔν γε δὴ σφίσιν αὐτοῖς ἐμπαθῆ τὸν νοῦν, καὶ πολλὴν ἐγκατηρρυηκότας τὴν ἐν ἁμαρτίαις φθοράν, οὐ μὴν ὅτι χρὴ καὶ πρὸς τὸ μεῖον ἄγειν αὐτοὺς
B διενθυμουμένους, ἐφιέντας δὲ μᾶλλον διέρπειν ἐπὶ τὸ αἴσχιον, καὶ κατευρύνεσθαι πρὸς τὸ χεῖρον. μυρμηκία τε γὰρ, καὶ ἀγρία ψώρα, καὶ μὴν καὶ λειχὴν, ἀεὶ πρὸς ἐπίδοσιν ἰόντα φαίνεται, καὶ πρὸς τὸ χειρόνως ἔχειν διανενευκέ πως, καὶ ὅλην κατὰ βραχὺ διανέμεται τὴν σάρκα. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς οὐκ ἀνακοπτόμενα τῶν παθῶν, ἀσχέτῳ δὲ ὥσπερ ὁρμῇ πρὸς τὸ χεῖρον ἀεὶ διεκτρέχοντα. ὠτότμητον δὲ, πρός γε δὴ τούτῳ τὸν κολοβόκερκον, τὸν δυσπειθῆ καὶ ἀνήκοον,
C καὶ τὸ μὴ μέχρι παντὸς εὐσχήμονα κατασημαίνοιεν ἄν. ἢ οὐχὶ τὸ βλάβος εἰς ἀκοὴν, οἷς γε τὸ οὖς ἀποκεκομμένοις; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὰ δὲ τῶν ζώων τὴν κέρκον οὐκ ἔχοντα, δοίης ἂν αὐτὸς ἔν γε τῷ καλλίστῳ σχήματι; οὐδαμῶς. νοσεῖ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς πολὺ δὴ λίαν τὸ ἀπρεπές. οὐκοῦν ἀσχήμων καὶ ἀκαλλὴς ὁ ὡς ἐν ζώῳ τυχὸν τῷ τὴν κέρκον οὐκ ἔχοντι πλαγίως ὑποδηλούμενος. ἀπόβλητον δὲ ποιεῖται τὸ ἄρσεν μὲν, ὅσον ἧκεν εἰς φύσιν, ἐνεργεῖν δὲ τὰ ἀρσένων οὐ δυνάμενον, θλαδίας δὲ
D λέγω καὶ ἐκτομίας. εἶεν δ' ἂν οἱ τοιοίδε πάλιν, οἱ ἐν ὑπολήψει μὲν ἀνδρείας τῆς εἰς ἀρετὴν, οὐ μὴν ἔτι καὶ ἐνεργοὶ πρὸς ἀρετῆς αὐχήματα, ξηροὶ δὲ ὥσπερ καὶ ἄκαρποι, καὶ τὸ δύνασθαι καρποφορεῖν πολυτρόπως ἀφῃρημένοι. πλεῖστος γὰρ ὅσος ἡμᾶς ἀνοσίων παθῶν καταβιάζεται δῆμος εἰς τὸ ἄναλκί τε καὶ ἀδρανές. καὶ προσέτι τούτῳ τὸ μὴ ἰσχύσαι καρποφορεῖν. ταύτῃ τοι, καθάπερ
E ἐγῷμαι, καὶ πολλοῖς ὀνόμασι τὸ εὐνουχισθὲν ὁ νόμος ἀποκαλεῖ. θλαδίαν γὰρ, φησὶ, καὶ ἐκτεθλιμμένον, καὶ ἐκτομίαν καὶ ἀπεσπασμένον. παμποίκιλα γὰρ τὰ ἐν ἡμῖν πάθη, διὰ πολλῆς ὥσπερ ἄγοντα τρίβου πρὸς τὸ ἄναλκί τε καὶ ἀδρανές. ΓΑΛΛΑΔΙΟΣ. Γιθανὸς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Μυσαρὸν δὲ ὅτι πρὸς τούτοις ἐστὶ, καὶ διὰ χειρὸς ἀλλοτρίας, τὰς ἱερουργίας καταθύειν Θεῷ, προσεπιφέρει λέγων.

καὶ ἐκ χειρὸς ἀλλογενοῦς οὐ προσοίσετε τὰ δῶρα κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. δι' οὗ σημαίνεται τυπικῶς, ὡς διὰ μόνου Χριστοῦ προσιτὸς ὁ πατήρ. αὐτὸς γὰρ ἡμῶν ὁ ἄμωμος ἀληθῶς καὶ μέγας ἀρχιερεὺς, ὁ μεσίτης οἰκονομικῶς· ὡς γὰρ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ἐν αὐτῷ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν ἐν πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα. μώμου δὴ οὖν ἀπηλλάχθαι πρέπει τοὺς οἵπερ ἂν ἕλοιντο τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καθιερῶν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, μεσιτεύοντος τοῦ Χριστοῦ. ἅγιοι γὰρ ἔσεσθε, φησὶ, καθὼς ἐγὼ ἅγιός εἰμι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καταριθμήσας δὲ τῆς θυσίας τοὺς τρόπους, ὡς ἐν βουσὶ καὶ προβάτοις, καὶ δι' ἑτέρων ἡμῖν ἐπιτονώτερον ἔρχεται, ὅτι δεῖν ἀμωμήτως προσιέναι Θεῷ τοῖς τοῦτο δρᾷν εἰωθόσιν, εὖ μάλα παρεγγυῶν. ἔφη γὰρ πάλιν ἐν τῷ Λευιτικῷ· πᾶσαν θυσίαν ἣν ἂν προσφέρητε κυρίῳ, οὐ προσοίσετε ζυμωτήν, πᾶσαν γὰρ ζύμην καὶ πᾶν μέλι οὐ προσοίσετε ἀπ' αὐτοῦ, καρπῶσαι κυρίῳ, δῶρον ἀπαρχῆς προσοίσετε αὐτὰ κυρίῳ, ἐπὶ δὲ θυσιαστήριον οὐκ ἀναβιβασθήσεται εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ, καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται. οὐ διαπαύσετε ἅλας διαθήκης κυρίου ἀπὸ θυσιασμάτων ὑμῶν, ἐπὶ παντὸς δώρου ὑμῶν προσοίσετε κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν ἅλας. ζύμη μὲν οὖν πανουργίας ἂν εἴη τύπος, οὐχὶ πάντως γε καὶ μόνης τῆς κατεψεγμένης, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑτέρας· φημὶ δὴ τῆς ἀγαθῆς καὶ ἐπαινουμένης, ἣν καὶ τῆς σοφίας ὁ λόγος, τοῖς ἀκάκοις ἔτι διδόναι κατεπαγγέλλεται. μέσον γάρ πως ἐστὶ τὸ τῆς πανουργίας ὄνομα. μέλι δὲ αὖ, ἡδονὴν μὲν ἔσθ' ὅτε τὴν σωματικὴν ἡμῖν πλαγίως ὑπαινίττεται, ὡς ἔν γε τῷ φάναι· μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί· μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης. ποτὲ δὲ καὶ ἀγαθῶν γλυκασμῶν εἰσφέρει τὴν ὑποτύπωσιν. γέγραπται γὰρ ὅτι, φάγε μέλι υἱὲ, ἀγαθὸν γὰρ κηρίον, ἵνα γλυκανθῇ σου ὁ φάρυγξ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀποφάσκει δὴ οὖν ὁ νόμος, ὅ προσκομίζεσθαι δεῖν εἰς κάρπωμα καὶ θυσίαν, ζύμην τε καὶ μέλι. δέχεται μὲν γὰρ παρὰ τοῦ προσάγοντος εἰς δῶρον καὶ ἀπαρχήν, ἀνακομίζει δὲ οὐδαμῶς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ. εἰπὲ τί τὸ αἴνιγμα διασαφεῖ πάλιν. ΚΥΡ. Δυσέφικτον, ὦ Παλλάδιε, τὸ χρῆμά ἐστι. τί γὰρ ἂν βούλοιτο δηλοῦν, τὸ, ἀποβλητὰ μὲν οὐδαμῶς ποιεῖσθαι ταυτὶ, μὴ μὴν ἔτι καὶ εἰς κάρπωμα καὶ θυσίαν ἀνακομίζειν αὐτά,

A [Et ex manu alienigenæ non offeretis dona domino Deo veſtro:] quo figurate ſignificatur, per ſolum Chriſtum accedi ad Patrem poſſe: ipſe enim plane immaculatus eſt & magnus Pontifex noſter, ac diſpenſatoria ratione Mediator; vt enim beatus Paulus ait, [In ipſo acceſſum habemus in ſpiritu ad Patrem.] A maculis igitur eſſe remotos decet, quicunque, Chriſto mediatore interpoſito, ſuas animas Deo ac Patri conſecrare voluerint: [Sancti B enim eritis, inquit, ſicut ego ſanctus ſum.] PALLAD. Optimè ſanè eſt à te dictum. CYR. Cùm igitur hoſtiarum genera in bobus & ouibus moderatus eſſet, aliis quoque viis pergit, diligentiſſimeque præcipit, vt, qui id munus exequi conſueuerunt, ii ſine macula ad Deum accedant: ait enim in Leuitico rurſus, [Omnem oblationem, quam offeretis Deo, non offeretis fermentatam: omne enim fermentum, & omne mel non offeretis ex eo, vt adoleatur C Domino: donum primitiarum offeretis ea Domino: ſuper altare autem non imponentur in odorem ſuauitatis Domino: & omne donum oblationis veſtræ ſale condietur: non auferetur ſal fœderis Domini ab oblationibus veſtris: in omni dono veſtro offeretis domino Deo veſtro ſal.] Fermentum igitur aſtutiæ figura eſt, non illius omnino duntaxat, quæ improbatur, ſed alterius quoque, illius inquam probatæ atque laudabilis, quam ipſa etiam Sapientia ſimplicibus adhuc D hominibus daturam ſe pollicetur: medium eſt enim quodammodo nomen aſtutiæ. Mel autem voluptatem interdum corporis oblique nobis indicat, vt cùm dicitur, [Ne attendas improbam mulierem; mel enim ſtillat de labiis mulieris meretricis:] nonnunquam etiam laudandæ dulcedinis ſignificationem infert; ſcriptum eſt enim, [Comede mel, fili: bonus eſt enim fauus, vt dulcedine perfundatur guttur tuum.] Prohibet itaque Lex, ne in ſacrificium & oblatio-E nem fermentum aut mel offeratur, nam ea quidem doni primitiarumque loco ab offerente ſuſcipit, non tamen permittit vllo modo, vt Deo in odorem ſuauitatis dicentur. PALLAD. Sed mihi rurſus, quid ſibi hoc ænigma velit, explica quęſo. CYRILL. Difficilis, Palladi, ea quæſtio eſt; nam perſpicere quid ſignificare velit, quod hæc quidem reiicienda minime putat, non tamen vt adoleantur incendanturque, offerre ſinit;

Leuit. 22. Rom. 5. Leuit. 19. Leuit. 2. Prou. 2. Prou. 5. Prou. 24.

quomodo non ſit arduum atque difficile? Puto igitur piæ probæque animæ aſtutiam, ſi tempeſtiue interim adhibeatur, cauſſamque habeat illam in Deum pietatem, ab eo minime repudiari, non tamen eodem numero, quo bonus virtutis odor haberi, neque pro ſpirituali ſacrificio cenſeri: ſimplicitas quippe pluris eſt apud Deum; admirantur enim ac laudant ſacræ literæ beatum Iacob, his verbis, [Et erat Iacob ſimplex vir, habitãs in domo:] aliena eſt autem prorſus à ſimplicibus aſtutia. Ceterum ſanctis Apoſtolis Saluator ipſe dicebat, [Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbę] Verumtamen ſimplicitas quidem apud Deum eſt in pretio, &, ſi cum altera conferatur, omnino præſtantior: illa tamen aſtutia atque calliditas eſt apoſtolatus diſpenſationi conueniens, qua opportune beatus Paulus etiam vtebatur, cum vbique immaturam mortem ſibi ab inimicis intentatam effugeret. Aſtutiam igitur in ſtudiis Dei cauſſa ſuſceptis acceptam eſſe, nihil prohibet, reputari autem in odorem ſuauitatis nullo modo poteſt, ſi ex ipſius natura pendatur. Eadem quoque ratione mel, ſi pro figura carnalis voluptatis accipiatur, mundanam hanc, vt opinor, & à carnalibus delectationibus haud alienam vitam ſignificat: nuptiæ enim honorabiles ſunt illæ quidem, ſi liberorum procreationi ſubſeruiant, neque culpandus Chriſtianus, qui illis legitime vtitur, non tamen id in quoquam homine vim virtutis habebit, neque cum continentiæ laudibus æquari poterit: ſcribit autem ad coniugatos beatus Paulus, [Nolite ſeparari ab inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis deprecationi & orationi, & iterum in idipſum reuertimini, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram:] his porro verbis adiunxit, [Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium.] Vides igitur eum veniam dare coniugio iunctis? quî igitur fieri poteſt, vt id virtus ſit, cui venia medetur? De virgine autem, inquit, [Beatior eſt, ſi ſic manſerit,] innupta nimirum. Non ergo reiiciendum eſt mel, nuptiæ namque recipiuntur, non tamen in odorem ſuauitatis, quemadmodum virtutes. At vero ſal oblationibus inſpergitur: oportet enim nos, mea quidem ſententia, ſapienter prudenterque ſacrificare,

Gen. 25. — Matth. 10. — 1. Cor. 7.

A Lex itaque leproſum immundum eſſe decernit; vtpote cuius caro iam ſit emortua; immunem vero ab eo vitio iudicat eum, qui ex albugine laborat, quod in ſuſpicionem quidem venerit lepræ, non etiam leproſus ſit. Itaque ait, Si fuerit cicatrix ſigni, & tactus lepræ, & depreſſior aſpectus cutis, atque etiam pili in album colorem demutatio, quod videlicet cum ſubiecta carne ſimul intereat, lepra iam prorſus eſt; mortificatio namque illa in B profundum ſerpit. Quod ſi fuerit albor ſignificationis, ſine vlla depreſſione cutis, aut pili in album colorem conuerſione, id à ſacerdote probetur, inquit, & ſegregetur ſecundo: nihil enim mirum, ſi illa dierum dilatio cum probaret morbum, tandem exquirentibus rei veritatem indicatura eſſet: pilus enim alterum colorem ſuſcipit, cute depreſſa, & albor in lepram tranſiuit. Vbi vero horum nihil acciderit, Abſoluatur, inquit, à culpa: C non enim lepra ille morbus eſt, ſed lepræ ſimilis, & admodum vicinus, id eſt, albor. Ratio igitur, quæ ad manum erat, reique ipſius declaratio ſatis expoſita eſt. Age igitur iam ſpiritualia dicamus, & ad animum ac mentem pertinentes ac latentes intelligentias aggrediamur. PALLADIVS. Præclarum id erit ſane atque vtiliſſimum. CYRILLVS. Nobis igitur, qui in Chriſto viuificamur, viuificatione, inquam, ſpirituali, à mortuis operi- D bus eſt recedendum, & quam longiſſime abeundum: ea ſunt autem, vt opinor, per quæ efficitur, vt moriatur anima, & mens extinguatur, dum ad ea, quæ carnis ac mundi ſunt, effrænate feruntur. Nam, ſi verum eſt, qui in carne ſeminat, eum ex carne metere corruptionem; & qui ſecundum carnem viuunt, Deo placere non poſſe; quomodo aut vndenam poterit ambigi, quin mox morituri ſint? Mortuus eſt igitur, & operibus mortuis obſtri- E ctus teneturis, cuius & anima & mens inquinata eſt; & mundanæ nequitiæ plena. Hanc ſpiritualem lepram ſi quis appellare velit, minime à vero aberrabit; immundus eſt eiuſmodi homo in oculis Chriſti: Contaminabit enim, inquit, eum ſacerdos; in eorum namque numero poſitus, quibus peccata admodum placuerunt, ad diuinum illud tribunal conſtitutus audiet, [Diſcedite à me operarii iniqui- „

Galat. 5. Rom. 8.

Luc. 13.

tatis; neſcio vos.] Cum albore autem & cicatrice ſignificationis illi ſunt conferendi, qui in ſolis adhuc concupiſcentiis manent, necdum ad cogitationis opus peruenerunt; An verum eſſe non putas, prius quam ad ipſa opera perueniatur, in nobis exiſtere & tanquam exoriri libidines atque cogitationes, quæ nos ad ea, quæ Lege damnata ſunt, impellunt? PALLAD. Fateor equidem; memini enim beati

Pſalm.118. Dauid dicentis, [Prius quam humiliarer, ego deliqui.] CYRILLVS. Rectiſſime ais: nam ante opera animus omnino in delictis verſatur, concepta voluptate; tamen, dum adhuc in ſola concupiſcentia peccatum ſitum eſt, in medio ſtat mens in vtramque partem ſpectans, liberamque facultatem habens eo inclinandi, quo libitum fuerit; neque dum emortua eſt, ſed proxime ad interitum accedit, & malum illud parturit. Eiuſmodi quidpiam ille quoque Saluatoris noſtri di-

Iac. 1. ſcipulus perſpicue monuit: [Nemo, inquiens, cum tentatur dicat, quod à Deo tentor; Deus enim intentator malorum eſt. ipſe vero neminem tentat: vnuſquiſque autem tentatur à propria concupiſcentia attractus & illectus: deinde concupiſcentia, cum conceperit, parit peccatum; peccatum autem cum conſummatum fuerit, generat mortem.] PALLAD. Ita eſt. CYR. Mors igitur illa nempe ſpiritualis lepræ ac mortificationis, ex peccato prouenientis, non in ſolis concupiſcentiis exiſtit, ſed in fine atque exitu operum, & quoad mens hoc malum adhuc parturit, nondum mortificatio, nondum mors: non enim omne peccatum ad mortem eſt, vt Chriſti diſcipulus dixit; ſed adhuc ſuſpicione laborat eius morbi qui mortem afferre ſolet. Al-

1.Ioan.5. borem vero videri lepram aut lepræ proximum dicebamus; Conſiderabit, inquit, ſacerdos eum, qui hoc morbo laborat, albore inquam; &, ſi quidem videatur non mutari in lepram, non contaminabit eum, ſed ſegregabit potius: neque enim apud Deum reprehenſione vacat, vel concupiſcentia certe ad malum propius accedere. Sin morbus ille non fuerit mutatus, neque in peius declinauerit, mundus eſto, inquit. Optimum igitur eſt & plane ſalutare mortificationem vitare, eam nempe, quæ in factis eſt, & ipſis iam operibus mentem extinguit.

μένας, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. λευκῇ γὰρ μὲν καὶ οὐλῇ σημασίας παράκεισθαι τοὺς ἐν ψιλαῖς ταῖς ἐπιθυμίαις κειμένους ἔτι, καὶ οὔπω πρὸς ἔργον ἥκοντας λογισμοῦ. ἢ οὐχὶ δὴ φὴς ὑπάρχειν ἀληθὲς, ὡς προανατέλλουσιν ἐν ἡμῖν καὶ οἱονεὶ προανίσχουσι τῶν ἀποτελεσμάτων αἱ ἡδοναὶ καὶ λογισμοὶ, καλοῦντες ἐπί τι τῶν διαβεβλημένων ἐκ νόμου; ΠΑΛ. Φημί· μεμνήσομαι γὰρ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ λέγοντος, πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι, ἐγὼ ἐπλημμέλησα. ΚΥΡ. Ὀρθότατα ἔφης· πρὸ γάρ τοι τῶν ἀποτελεσμάτων, γίνεται δὴ πάντως ἐν πλημμελείαις ὁ νοῦς, προωδινήσας τὴν ἡδονήν, πλὴν ἐν μόναις ἔτι ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ἁμαρτίας κειμένης, ἕστηκεν ἐν μεταιχμίῳ, πρὸς ἄμφω βλέπων ὁ νοῦς· καὶ ἐλευθέραν ἔχων ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτο τὴν ῥοπήν, καὶ πέπονθε οὔπω τὴν νέκρωσιν, ἄγχου δὲ δὴ σφόδρα γεγονὼς τοῦ κακοῦ, καὶ ἐν ὠδῖσιν ἔχων τὸ πάθος. τοιουτονί τι σαφῶς καὶ ὁ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπεφώνησε μαθητής. μηδεὶς γὰρ, φησὶ, πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ πειράζομαι. ὁ γὰρ Θεὸς, ἀπείραστός ἐστι κακῶν. πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος. εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα, τίκτει ἁμαρτίαν. ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, ἀποκύει θάνατον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν τὸ ἐκτεθνάναι τυχὸν, ὡς ἐν λέπρᾳ, φημὶ τῇ νοητῇ, καὶ ὡς ἐν πάθει τῷ κατὰ νέκρωσιν τὴν ἐξ ἁμαρτίας, οὐκ ἐν μόναις ἂν γένοιτο ταῖς ἐπιθυμίαις, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐκβάσεσι τῶν ἀποτελεσμάτων, καὶ ἕως μέν ἐστιν ἐν ὠδῖσιν ἔτι τοῦ νοῦ τὸ κακόν, οὔπω νέκρωσις, οὔπω θάνατος. οὐ γὰρ πᾶσα ἁμαρτία πρὸς θάνατον, ὡς ὁ τοῦ σωτῆρος εἴρηκε μαθητής, ἀλλ' ἐν ὑποψίαις ἔτι τοῦ παθεῖν τὰ νεκρῶν εἰδότα. ἐν δοκήσει δέ πως ἢ ἄγχου τῆς λέπρας, τὴν λευκὴν ἐλέγομεν. ὄψεται, φησὶν, ὁ ἱερεὺς, τὸν τῷ πάθει κάτοχον, φημὶ δὴ, τῇ λευκῇ· καὶ εἰ μὲν ὁρῷτο μὴ μεταβάλλουσα πρὸς λέπραν, οὐ καταμιανεῖ αὐτὸν, ἀφοριεῖ δὲ μᾶλλον. οὐ γὰρ ἀνεπίπληκτον παρὰ Θεῷ, κἂν γοῦν ἐν ἐπιθυμίαις καὶ ἀγχοῦ γενέσθαι τοῦ κακοῦ. Εἰ δὲ παραιτοῖτο, φησὶ, τὸ πάθος τὴν μεταβολὴν, οὐκ εἰς τὸ χεῖρον ἐκνενευκὸς, καθαρὸς ἔστω, φησίν. ἄριστον δὲ οὖν καὶ σωτήριον ἀληθῶς τὸ παραιτεῖσθαι τὴν νέκρωσιν, τὴν ὡς ἐν ἔργοις φημὶ, καὶ αὐτοῖς ἤδη πως τοῖς ἀποτελέσμασι τὸν νοῦν

Quid? non intelligis nos lepram eſſe A aſſeruiſſe illam ex parte in viua carne mortificationem, & qui eo morbo teneretur, eum tanquam immundum reiici? PALLADIVS. Intelligo. CYRILLVS. Vide igitur id nobis viciſſim in contrarium verti. Si enim, inquit, fuerit totus per totum leproſus, & illa mortificatione ita teneatur, vt nihil ſani habeat, is tum contaminationis crimine abſolutus cenſeatur, mundus eſt: ſed, ſi nonnullæ carnis viuæ reliquiæ in eo fuerint, Damnet, inquit, cum ſacerdos immunditiæ; con- B taminabit enim eum caro viua, & lepra eſt: id enim tantundem eſt, ac ſi lepræ vitio laboraret. PALLADIVS. Equidem quale iſtud ſit, quod ais, intelligere non poſſum: nam, ſi nonnullos inquinat illa ex parte lepra, quomodo mundos efficiet illa per totum fuſa atque perfecta? CYRILLVS. Eſt quidem, Palladi, in his verbis gracilitas quædam vocis, ſed tamen putare minime debemus illam Legis diligentiam compugnantem & contrariam nobis intelligentiam inferre; ſed cuiquerei ſapientem quandam & neceſſariam, minimeque reprehendendam rationem eſſe adiunctam. Atque age dicamus, ſi placet. PALLAD. Mihi vero placet, & quidem maxime: iucundiſſimum namque mihi erit, ſi id ardenter ſitienti explicaueris. CYRILL. Duplici, vt puto, ratione laudabilem Deo iudice virtutis amantiſſimo vitam, & Legi maxime conſentaneam tenebimus: aut enim illi viuentes, mortificationem ex morbis animi atque peccatis exiſtentem vitamus; idque eſt non laborare lepra: viuo namque corpori mortificatio adueniens, ac partem occupans, efficit lepram: aut altero modo ex laudabili mortificatione adhuc mundo viuere fugientes, præſtantiſſimo illo quod rebus optimis defertur iudicio, tanquam corona quadam ornabimur; ſic enim ſcribit beatus Paulus,

Rom. 6. „ [Ita & vos exiſtimate vos mortuos „ quidem eſſe peccato, viuentes autem „ Deo in Chriſto Ieſu.] Igitur viuentes quidem in Chriſto, quia efficere conamur quod ei placet, mortificationem refugiemus, ex vitiis nimirum atque peccatis exiſtentem: mortui autem peccato, ſicut ſcriptum eſt, viuere in eo, ſapienti conſilio recuſabimus. PALLADIVS. Differe dum iſta mihi clarius; neque enim ſatis intelligo.

A Οὐ γὰρ δὴ συνίης ὅτι λέπραν μὲν εἶναι διεβεβαιούμεθα, τὴν ἐκ μέρους νέκρωσιν ἐν ζώσῃ σαρκί, καὶ ἀπόβλητος ἦν ὁ τῇ νόσῳ κάτοχος, ὡς μεμολυσμένος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄθρει δὴ οὖν, ὅτι περιτέτραπταί πως ἡμῖν τὸ χρῆμα δὴ πάλιν εἰς τὸ ἐναντίως ἔχον. εἰ γὰρ δὴ γένοιτο, φησίν, ὅλος δι᾽ ὅλου λεπρός, καὶ νεκρώσει κάτοχος, οὐδὲν ἔχων ὑγιές, ἀνείσθω δὴ τότε τῶν εἰς μολυσμὸν ἐγκλημάτων, καθαρός ἐστι. χρωτὸς δὲ δὴ ζῶντος εἰ μὲν εἴη τι λείψανον ἐν αὐτῷ, B καταγραφέτω, φησίν, ὁ ἱερεὺς αὐτοῦ τὴν ἀκαθαρσίαν· μιαίνει γὰρ αὐτὸν ὁ χρὼς ὁ ζῶν, καὶ λεπρός ἐστιν· ἰσομοιρήσει καὶ τόδε τοῖς εἰς λέπραν αἰτιάμασιν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οὐκ ἂν ἔχοιμι νοεῖν ὅ,τι ποτέ ἐστιν, ὃ φής. εἰ γὰρ ἡ ἐκ μέρους λέπρα καταμιαίνει τινάς, πῶς ἀποφαίνει καθαροὺς ἡ εἰσάπαν καὶ ὁλοτελής; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἰσχνομυθία μὲν οὖν, ὦ Παλλάδιε, τὸ χρῆμά ἐστιν. οἰησόμεθα δὲ οὔτι που μαχομένην ὥσπερ καὶ ἀντεξάγουσαν ἡμῖν C τὴν θεωρίαν, εἰσφέρειν τοῦ νόμου τὸ ἀκριβές. ἐφήρμοσται δέ τις ἑκάστῳ λόγος σοφός τε καὶ ἀναγκαῖος, καὶ ἀδιαβλήτως ἔχων. καὶ φέρε λέγωμεν, εἰ δοκεῖ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν· ἐρῶ γὰρ ὡς ἥδιστα διψῶντί μοι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Κατὰ διπλοῦν, οἶμαι, τρόπον τὸν εὐδοκιμώτατον παρά γε τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ κατορθώσομεν βίον. ἢ γάρ, ζῶντες αὐτῷ τὴν ἐκ παθῶν τε καὶ ἁμαρτίας παραιτούμεθα νέκρωσιν, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μὴ παθεῖν τὴν λέπραν, ζῶντι D γὰρ σώματι νεκρότης ἐπισυμβαίνουσα μερική, τὴν λέπραν ἀποτελεῖ· ἤγουν καθ᾽ ἕτερον τρόπον διὰ νεκρώσεως ἀγαθῆς, καὶ τὸ μηκέτι ζῆν ἀνέχεσθαι κοσμικῶς, καθάπερ τινὰ στέφανον, τὴν ἐφ᾽ ἅπασι τοῖς ἀρίστοις ἀναδησόμεθα ψῆφον. γράφει γὰρ ὧδέ πῃ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς εἶναι νεκροὺς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. οὐκοῦν ζῶντες μὲν ἐν Χριστῷ, διά γε τὸ κατορ- E θοῦν ἐπείγεσθαι τὸ αὐτῷ δοκοῦν, τὸ κατανεκροῦσθαι μισήσομεν, δῆλον δέ, ὅτι πρὸς πάθη καὶ ἁμαρτίας· ἀποθανόντες δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὸ ζῆν ἐν αὐτῇ διωσόμεθα, φρονοῦντες ὀρθῶς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φράζε δή μοι ταυτὶ καὶ ἔτι σαφῶς. συνίημι γὰρ οὐ λίαν. ΚΥΡΙΛ-

ΛΟΣ. Οὐ γὰρ, ὦ Παλλάδιε, ταύτῃ τοί φαμεν, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον ἀνατλῆναι Χριστὸν, ἵνα οἱ ζῶντες, μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, τουτέστι Χριστῷ; ΠΑΛ. Φαμὲν ὁμολογουμένως. ΚΥΡ. Ζῶμεν οὖν ἄρα Χριστῷ, πολιτευόμενοι μὲν εὐαγγελικῶς, καταμυσαττόμενοι δὲ τὴν ἐξ ἁμαρτίας νέκρωσιν, ἤτοι τὸν ἐκ παθῶν θάνατον. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Πέτρος ἐπιστέλλει περὶ Χριστοῦ· ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ξύλου, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν. οἶμαι γὰρ δεῖν, τοὺς οἷς ἂν εἴη λόγος τοῦ διαβιῶναι λαμπρῶς, παντὸς τοῦ κατανεκροῦν εἰδότας ἰέναι μακρὰν, καὶ κατορθοῦν εὖ μάλα τὸ ἀπαλλάττεσθαι μολυσμῶν. ΠΑΛΛ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν, πάθοι ἂν ἥκιστά γε τὸ ὡς ἐν λέπρᾳ πάθος, ὁ Χριστῷ μὲν ζῆν ἠρημένος, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασι κατακολουθῶν. διωθούμενος δὲ τὴν ἐξ ἁμαρτίας νέκρωσιν. ΠΑΛΛ. Πείθομαι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Καὶ εἷς μὲν οὑτοσὶ τρόπος, εὐαρεστεῖν ἡμᾶς δύνασθαι τῷ Θεῷ· ἕτερός γε μὴν ἐπιτελοῖτ' ἂν ὀρθῶς ὡδί πη πάλιν. χρὴ γὰρ ἡμᾶς νεκροῦντας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, δοκεῖν πως ἤδη καὶ ἐκτεθνάναι τῇ ἁμαρτίᾳ· καὶ τοῦτο εἰσάπαν, οὐκέτι ζῶντας ἐν αὐτῇ. καὶ πληροφορήσει λέγων ὁ θεσπέσιος Παῦλος. τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμένωμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; μὴ γένοιτο. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; ὥσπερ οὖν ἔν γε τῷ ζῆν ἑλέσθαι Χριστῷ, τὸ νεκροῦσθαι μερικῶς ὑπετίθει τῇ δίκῃ ὁ νόμος, οὕτω καὶ ἐν τῷ τεθνάναι τῇ ἁμαρτίᾳ, τὸ ζῆν ἐν αὐτῇ, μολυσμὸς ἂν εἴη πάλιν, καὶ τῆς ἐκ νόμου γραφῆς οὐκ ἀπηλλαγμένος. ταύτῃ τοι φησίν· ὡς εἰ γένοιτο λέπρα καθόλου τοῦ σώματος, καὶ οἱονεὶ νέκρωσις κατὰ παντὸς ἰοῦσα μέρους, κατασημαίνει ἂν, τὸν ἀποθανόντα τῇ ἁμαρτίᾳ· καὶ μολυσμὸς οὐκέτι ἐν σώματι. καθαρὸς γάρ ἐστι, φησὶν, ὅλος διόλου τεθνεὼς τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τόπον οὐδένα παραχωρήσας αὐτῇ, καὶ οἱονεί πως ἐν ἑαυτῷ τὸ ἐναυλίζεσθαι δούς· εἰ δὲ δή φησι χρὼς ἐν αὐτῷ ζῶν ὁρῷτο πάλιν, μιανεῖ αὐτὸν ὁ χρὼς ὁ ζῶν. τὸ γάρ τοι ζῆν ὅλως τῇ ἁμαρτίᾳ κἂν γοῦν ἐκ μέρους, βδελυρὸν ἀποφαίνει τὸν ἠρρωστηκότα· μικρὰ γὰρ, φησὶ, ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ·

CYR. An non, Palladi, ideo dicimus mortem pro nobis Chriſtum ſuſtinuiſſe, vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit, id eſt, Chriſto? PAL. Dicimus proculdubio. CYR. Viuimus igitur Chriſto, cum ſecundum Euangelium viuimus mortificationemque ex peccato veniẽtem deteſtamur, id eſt, mortem illam, quæ de morbis animi proficiſcitur. Itaque beatus Petrus de Chriſto ſcribit, [Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus.] Sic enim ſtatuo, qui præclare viuendi ſtudium aliquo numero habent, eos ab omni re, quæ interimere poſſit, abſiſtere debere, idque efficiendum illis eſſe maxime, vt maculis liberẽtur. PAL. Rectè dicis. CYR. Minime igitur is tanquam lepræ morbo laborabit, qui Chriſto viuere ſtatuit, & euangelica præcepta ſequitur, mortificationemque repellit eam, quæ ex peccato deſcendit. PALLAD. Aſſentior. CYRILL. Atque hic quidem vnus eſt modus, quo Deo placere poſſimus: alter vero hac ratione rurſus perficietur: oportet enim, vt mortificando membra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, propemodum mortui iam eſſe peccato videamur, idque prorſus ex omni parte, non adhuc viuentes in ipſo: quod confirmat beatus Paulus, dicens, [Quid igitur dicemus? manebimus in peccato, vt gratia abundet? abſit: qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?] Vt igitur in ea vita, qua Chriſto viuitur, illa ex parte mortificatio crimen erat Lege damnatum; ſic in ea morte, qua peccato morimur, ſi in illo viuamus, inquinatio ea res cenſetur, & à Legis accuſatione minime aliena: ideoque inquit, Si fuerit lepra per totum corpus, ac veluti mortificatio per omnia membra peruaſerit, ſignificari ea re, hominem qui mortuus eſt peccato, neque eſſe corpus illud immundum: eſt enim, inquit, mundus, cum totus omni ex parte peccato ſit mortuus, neque vllum locum peccato reliquerit, aut ſedem in ſe ipſo quodammodo atque domicilium dederit. Quod ſi in eo caro viua rurſus apparuerit, inquit, contaminabit eum caro viua: nam quoquo modo vel ex parte peccato viuere, impurum reddit hominem eo morbo laborantem: [Modicum enim fermentum totam, inquit, maſſam corrumpit:]

2.Cor.5. 1.Petr.2. Rom.6. 1.Cor.5.

quod veriſſime dictum eſt. Quòd ſi reſtituta fuerit, inquit, caro viua, & in lepram tranſeat, abſoluatur à crimine; purus eſt: ſicque à peccato receſſit, vt ei non adhuc ex parte viuat, cùm eius animus ad mortificationem laudabilem tranſierit, & in præclaram ſane mutationem abierit. igitur (repetam enim per capita, quæ dixi) ſi viuimus Deo, nihil ſit in nobis mortui, ſi mortui ſumus peccato, nulla eius pars viuat in nobis. Hæc enim eſt præclara ſanctæ conuerſationis via, & nihil habentis, quod reprehendi poſſit. PALLADIVS. Recte eſt à te dictum. CYRILL. Subtilius autem hæc vitia corporis Lex diſtinguit, atque ait, Quod ſi fuerit ſuſpicio aut opinio lepram forte eſſe in vulnere ad cicatricem perducto, vel in parte corporis olim adusta, eadem rurſus diligentia & inſpectione vtatur ſacerdos: ac ſi albor ille, qui effloruiſſe videtur, non mutatus fuerit in lepram, mundus ſit, inquit: quod ſi perſpicua alboris illius mutatio in lepram facta ſit, immundus erit & impurus: per hæc autem indicat nobis quodammodo Lex morbos animarum, ſunt autem ij quamplurimi; ſi, poſteaquam probis moribus curati fuerint, atque paulatim tanquam ad cicatricem perducti, noſtra negligentia quodammodo refricentur, fore vt Chriſtus ille pontifex noſter inſpiciat, & iuſtiſſimè condemnet: nam, ſi morbus, inquit, ad ſolas cogitationes progrediatur, qui eo affectus eſt, minime immunis erit: ſeparabitur enim, non tamen omnino reiectus, neque in totum emortuus. Sin is morbus extra cogitationes atque concupiſcentiam egrediatur, cum iam prorſus in peius commutatus ſit, qui denuo in eum morbum incidit, eum ille contaminationis pœna mulctabit. Eſt igitur in primis cauendum, ne morbos iam ſopitos excitemus neve mentis vlcera renouemus, & ad ſuperiora vitia recurramus: alioquin etiam ipſi illum ſanctum virum clamantem audiemus,

1. Pet. 2. „ [Contigit illis, quod vero prouerbio „ celebratur, Canis reuerſus ad vomitum ſuum, & lota ſus ad volutabrum luti.] PALLAD. Rectè mihi videris, & valde congruentia dicere. CYRILL. De lepra igitur, quæ in cicatricibus & vlceribus eſt, hactenus nobis Lex prodidit:

Leuit. 13. „ iis adiũgit etiam & ait, [Et viro ſiue mu- „ lieri ſi fuerit in ipſis tactus lepræ in capite, vel in barba, videbit ſacerdos caput,

καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. εἰ δὲ ἀποκαταστασαίη, φησὶν, ὁ χρὼς ὁ ζῶν, καὶ μεταχωρήσῃ πρὸς λέπραν, λελύσθω τὰ ἐγκλήματα, καθαρός ἐστιν. ἀπήλλακται γὰρ καὶ οὐ μερικῶς ἔτι ζῇ τῇ ἁμαρτίᾳ, πρὸς νέκρωσιν τὴν ἐπαινουμένην μετῳχημένου τοῦ νοῦ, καὶ παγκάλην ἀληθῶς ἔχοντος τὴν μετάστασιν. οὐκοῦν· ἀνακεφαλαιώσομεν γὰρ ἅπερ ἔφην· εἰ ζῶμεν Θεῷ, μηδὲν ἔστω νεκρὸν ἐν ἡμῖν. εἰ ἀποθνήσκομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, μηδὲν αὐτῆς ἔστω ζῶν ἐν ἡμῖν. οἶμος γὰρ ἤδη λαμπρᾶς πολιτείας ἡμῖν ἀξιοπρεποῦς, καὶ οὐδὲν ἐχούσης ὃ διαβεβλήσεται. ΠΑΛ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡ. Ἰσχνότερον δὲ διαιρεῖ ὁ νόμος τὰ τοιάδε τῶν παθῶν, κἂν εἰ γένοιτο, φησὶν, ὑποψία καὶ δόκησις, τοῦ λελεπρῶσθαι τυχὸν, ἢ ἐν ἀπουλωθέντι τραύματι, ἤγουν ἐν μορίῳ σώματος καταπεκαυμένῳ ποτὲ, ταῖς αὐταῖς ἀκριβείαις τε καὶ ἐπισκέψεσι κεχρήσθω πάλιν ὁ ἱερεύς. κἂν εἰ τὸ δοκοῦν ἐξανθῆσαι λευκὸν, μὴ μετατεθείη πρὸς λέπραν, καθαρὸς ἔστω, φησίν. εἰ δὲ δὴ γένοιτο σαφὴς μετάστασις τῆς λευκῆς εἰς λέπραν, ἀκάθαρτος ἔσται καὶ βδελυρός. ὑπαινίττεται δέ πως καὶ διὰ τούτων ἡμῖν ὁ νόμος, ὅτι τὰ ἐν ψυχαῖς ἀρρωστήματα, μυρία δὲ ἐστὶ ταυτὶ, τεθεραπευμένα ταῖς ἐπιεικείαις, καὶ κατὰ καιρὸν οἱονεὶ πρὸς ἀπούλωσιν ἀνειλημμένα, ταῖς πρὸς ἡμῶν ῥαθυμίαις εἰ ἀνασκαλεύοιτό πως, ἐποπτεύσει μὲν ὁ Χριστὸς, ὁ μέγας ἡμῶν ἀρχιερεὺς, ὀρθὸν δὲ δὴ λίαν ἐξοίσει τὸ κρίμα. εἰ γὰρ δὴ μέχρι μόνων προήκει, φησὶ, λογισμῶν ἡ νόσος, ἀνεπιτίμητος μὲν ὁ παθὼν οὐδαμῶς, ἀφοριασθήσεται γὰρ, πλὴν οὐκ ἀπόβλητος παντελῶς, οὔτε μὴν εἰσάπαν νενεκρωμένος. εἰ δὲ δὴ λογισμῶν καὶ ἐπιθυμίας αὐτῆς διαπέτοι τὸ πάθος, πεπονθὸς ἤδη πως τὴν εἰσάπαν εἴς γε τὰ χείρω μεταβολὴν, τὸν ἐκ μολυσμῶν ὑποθήσει δίκαις τὸν αὖθις ἠρρωστηκότα. παραφυλακτέον δὴ οὖν ὅτι μάλιστά γε τὰ ἤδη κατηυνασμένα μὴ ἀφυπνίζειν τῶν παθῶν, μήτε μὴν ἀνανεοῦν τὰ εἰς νοῦν τραύματα, καὶ παλινδρομεῖν εἰς τὰ ἐν ἀρχαῖς. εἰ δὲ μὴ, καὶ ἡμεῖς ἀκουσόμεθα διακεκραγότος ἁγίου· γέγονεν αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας. κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. Π. Ὀρθῶς μοι δοκεῖς, καὶ σφόδρα εἰκότα λέγειν. Κ. Λέπρας μὲν οὖν πέρι καὶ τῆς ἐν οὐλαῖς τε καὶ ἐγκαύμασι, ταυτὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ νόμος. προσεπάγει δὲ δὴ καὶ φησί. καὶ ἀνδρὶ ἢ γυναικὶ ἐὰν γένηται ἐν αὐτοῖς ἁφὴ λέπρας ἐν τῇ κεφαλῇ, ἢ ἐν τῷ πώγωνι, καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς τὴν κεφαλήν.

A καὶ εἰ μὲν τις εἴη κοιλότης, φησὶν, ἐν αὐτῇ, τοῦ δέρματος τηκομένου καὶ ὑφιζάνοντος, καὶ μὴν καὶ τριχὸς εἰς λευκότητα μεταβολὴ, λεπρὸς ὁ τοιόσδε καὶ ἀκάθαρτος ἔσται, φησὶν, ὁμολογουμένως. εἰ δὲ δὴ τῶν τοιούτων γένοιτο μηδὲν, ξυράσθω τὴν κεφαλὴν ἤτοι τὸν πώγωνα, φησὶν, ὁ τὴν λευκὴν ἀπομεμηνυκώς. ἐψιλωμένος δὲ οὕτω τὴν τρίχα, προσίτω τῷ ἱερεῖ, καὶ δοκιμαζέσθω τότε. τῆς μὲν γὰρ σημασίας ἤτοι τῆς λευκῆς οὐ διακεχυμένης εἰς τὸ εὐρὺ, μενούσης δὲ ὥσπερ κατὰ χώραν, ἤγουν εἰς τὸ μεῖον ὑπενηνεγμένης, B καθαρὸς ἔστω πάλιν. οὐ γάρ τοι λέπρα τὸ πάθος, ὑποψία δὲ μᾶλλον καὶ δόκησις. ΠΑΛ. Τίς οὖν ἂν εἴη καὶ τούτων ὁ νοῦς; ΚΥΡ. Διττὸς ἐν ἡμῖν ὁ μολυσμὸς, ὦ Παλλάδιε, σαρκός τε καὶ πνεύματος. καὶ κατασπιλοῖ μὲν τὴν σάρκα τὰ ταύτης ἔκτοπά τε καὶ ἀνόσια πάθη, ψυχήν τε καὶ νοῦν· μάλιστα μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἡ ἐξ ὀρθότητος τῆς δογματικῆς ἐπὶ τὰ χείρω παραφορὰ, καὶ τῆς ὑγιοῦς πίστεως ἡ παραφθορά· καὶ προσέτι δὲ δόλοι καὶ ἀπάται, ψευδορκίαι, C ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, ἔρειδες, ζῆλοι, καὶ ὅσα τούτοις ἀγχοῦ τε καὶ ἀδελφὰ, καὶ ἰσομοιροῦσαν ἔχει τὴν ἐπὶ φαυλότητα καταβολήν. ἔοικε τοίνυν ὁ νόμος ἡμῖν ἐν τούτοις ψυχικῶν τάχα που διαμεμνῆσθαι παθῶν, καὶ ὅσα συμβαίνειν ἔθος κατὰ νοῦν ἀρρωστήματα, ταῦτα βούλεσθαι δηλοῦν· ἡ κεφαλὴ μὲν γὰρ, νοῦ τύπος· καὶ μὴν καὶ πώγων, διανοίας ἔμφρονος. τελειότητος γὰρ καὶ αὐτὸ σημεῖον. ἐποπτεύει τοίνυν τὰ καθ' ἡμᾶς καὶ περιεργάζεται λεπτῶς ὁ πάντων ἀρ- D χιερεὺς, τουτέστι Χριστὸς, καὶ εἰς αὐτὸν ἐμβλέψεται τὸν νοῦν, καὶ τὰ ἔσω τε, καὶ κεκρυμμένας δοκιμάσει φρένας· κἂν εἰ μὲν τις γένοιτο καταφθορά τε καὶ μεταποίησις, ἢ ἀπό γε τοῦ πιστεύειν ὀρθῶς ἐπὶ τὸ μὴ οὕτως ἔχον, ἤγουν εἰς ἠθῶν φαυλότητα καὶ κακοβουλίαν τὴν αὐτῷ μάλιστα κατεστυγημένην, ἀποσοβήσει δὴ πάλιν, ὡς μεμολυσμένους, καὶ τὴν εἰσάπαν καταμιαίνουσαν ἐποίσει ψῆφον. τοῦτο εἶναί φημι, τὸ παθεῖν τὴν λέπραν εἰς κεφαλὴν, ἢ πώγωνα. εἰ δὲ δὴ γένοιτο μὲν ὡς ἐν ἀρχαῖς τοῦ παθεῖν ὁ νοῦς, οὐ E μὴν ἀπονενευκὼς ὁρῷτο παντελῶς, εἰς τὸ νοσεῖν ἅπερ ἔφην, ἀφορίζεται μὲν συμμετρίοις ἐπιτιμήσεσιν ὑπενηνεγμένος, ἔσται δὲ οὐχὶ παντελῶς ἀκάθαρτος, οὔτε μὴν ἀλλότριος Θεοῦ. πλυνάμενος δὲ τὰ ἱμάτια, καθαρὸς ἔσται, τουτέστι, δέξεται πρὸς ἐπικουρίαν, τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν.

Et ſi quidem fuerit depreſſio, inquit, in ipſo, cutis tabeſcentis atque ſubſidentis, atque etiam capilli in albedinem conuerſi fuerint, eiuſmodi leproſus, & immundus erit, inquit, ſine dubio; ſin horum nil fuerit, tondeat caput aut barbam, inquit, qui albore laborat: itaque raſo capillo, adeat ſacerdotem, & tunc probetur: nam, ſi ſignificatio, id eſt, albor, non fuerit latius diffuſa, ſed in ſua quodammodo ſede manſerit, aut imminuta etiam fuerit, mundus eſto rurſus: non enim ille morbus lepra eſt, ſed lepræ potius opinio atque ſuſpicio. PALLAD. Quis igitur horum verborum ſenſus eſt? CYRILLVS. Duplex in nobis eſt inquinamentum, Palladi, carnis inquam & ſpiritus: ac maculant carnem quidem illa eius turpia nefariaque vitia, animum vero atque mentem præ ceteris illa ex recta dogmatum ratione ad peruerſa declinatio, & ſanæ fidei corruptio, doli præterea & deceptiones, periuria, ſuſurrationes, inflationes, contentiones, zeli, & quæcunque iis vicina ſunt & affinia, & pariter improbitatis nomine damnantur. Videtur itaque Lex in iis verbis vitia nobis commemorare ad animum pertinentia, & eos morbos ſignificare velle, quicunque menti ſolent accidere: caput enim mentis typum gerit, barba item prudentis rationis; eſt enim ea quoque perfectionis ſignum. Inſpiciet igitur ea, quæ ad nos pertinent, atque ſubtiliter exquiret ille omnium Pontifex, id eſt Chriſtus, & mentem ipſam intuebitur, & intima latentiaque præcordia probabit; ac, ſi aut à recta fide ad peruerſam, aut ad morum improbitatem ac malitiam illi maxime inuiſam aliqua facta fuerit immutatio atque corruptio, repellet vt inquinatos, ſententiamque feret, qua prorſus immundos eſſe pronunciet: hoc eſſe arbitror, lepram habere in capite vel in barba. Sin animus in ipſis mali eius initiis adhuc ſit, necdum tamen ad eos, quos dixi, morbos declinaſſe prorſus videatur, ſegregatur ille quidem, mediocrique caſtigationi ac pœnæ ſubiicitur; erit autem non omnino immundus, neque à Deo alienus; ſed ablutis veſtimentis, mundus erit, id eſt, Chriſti iuſtificationem in auxilium accipiet,

Illa porro capilli detonſio, quæ ſacerdoti vlcus nudum proponit, ſignificare poteſt omnia velut de medio recedere, ac nudum minimeque impeditum diuinitatis oculis omnium rerum, quas videre velit, propoſitum eſſe conſpectum: [neque eſt enim creatura inuiſibilis in conſpectu eius, omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius,] vt ſcriptum eſt. PALLADIVS. Ita eſt: dixit enim ſancti cuiuſdam voce, [Deus propinquans ego ſum, & non Deus à longe; num à me occultabitur aliquid?] CYRILLVS. Vide iam, Palladi, Legem multo ſubtilius loqui, nihilque prætermittere, quod ad cognitionem ſit neceſſarium, quin illud ſuis regul s ſubiiciendo, audientibus conſulat: [delicta enim nemo intelliget,] vt ſcriptum eſt, [in multis autem offendimus omnes:] natura namque noſtra imbecillitate laborat, & facile in peccata prolabitur, & [nemo mundus à ſorde, vt ſacræ literæ dicunt, ne ſi vnius quidem diei ſit eius vita ſuper terram:] hac de cauſſa beatus Dauid concinit, dicens, [Si iniquitates obſeruaueris, Domine Domine, quis ſuſtinebit? quia apud te propitiatio eſt.] Vide igitur Legem clementer nobis eiuſmodi delictorum crimina remittentem, & eos ex benignitate purgantem, qui humano lapſu in acerbos fere & minime voluntarios delictorum caſus inciderunt: ſic enim dixit, [Et viro aut mulieri ſi fuerint in cute carnis eius candores candentes albeſcentes, videbit ſacerdos, & ecce in cute carnis eius cādores candentes albeſcentes; alba vitiligo eſt, effloreſcet in cute carnis eius: mundus eſt.] Atqui, ſi rem accurate perueſtigemus, carnis morbus eſt, & affinis lepræ alba vitiligo; non tamen mortificationem habet adiunctam, neque eſt prorſus deſperata. eiuſmodi ſunt autem, quæ inſunt nobis delicta, quæ, cum proculdubio vitia ſint, non tamen ſunt ad mortem, & animæ interitum: non enim ſummo iure agit ille Iudex; quia [ipſe cognouit figmentum noſtrum,] & noſtræ naturæ imbecillitatem non ignorat: itaque remiſſionem culpæ ex inſita benignitate largitur, idque, vt opinor, eſt, Vitiligine alba qui laborat, mundus eſt. Quinetiam ipſis quoque ſanctis viris exiguæ culpæ in animum incidunt, quales ſunt verbi gratia breues offenſiones, mediocres commotiones ad iram, ſimultates cū fratribus,

Heb.4. Hier.23. Prou.18. Iac.3. Iob 14. Pſal.129. Leuit.13. Pſalm.102.

ἡ δέ γε τῶν τριχῶν ξύρησις, παραπήξασα τῷ ἱερεῖ τὸ τραῦμα γυμνόν, ὑποσημαίνειν ἂν τὸ οἱονεὶ πάντα ἐκ μέσου χωρεῖν, καὶ γυμνὴν καὶ ἀπαραπόδιστον τοῖς τῆς θεότητος ὀφθαλμοῖς, τῶν ὧν ἂν βούλοιτο καθορᾶν, παρακεῖσθαι θέαν. οὐ γάρ ἐστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ΠΑΛ. Ἀληθές. ἔφη γάρ που διὰ φωνῆς ἁγίου, Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόρρωθεν. μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι; ΚΥΡ. Ἄθρει δή, ὦ Παλλάδιε, πολὺ δὴ μᾶλλον ἰσχνολογοῦντα τὸν νόμον· καὶ τῶν ἀναγκαίων εἰς εἴδησιν ἀφέντα μηδέν, ὃ μὴ τοῖς ἰδίοις θεσμοῖς ὑποθείς, ὀνίνησι τοὺς ἀκροωμένους. παραπτώματα μὲν γὰρ οὐδεὶς συνήσει κατὰ τὸ γεγραμμένον. πολλὰ δὲ πταίομεν ἅπαντες. νοσεῖ γὰρ ἡ φύσις τὸ ἄναλκι, καὶ τὸ εὐόλισθον εἰς τὸ πλημμελές· καὶ καθαρὸς οὐδεὶς ἀπὸ ῥύπου, καὶ κατὰ γράμμα φησὶν ἱερόν, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. ταύτῃ τοι καὶ ὁ θεσπέσιος ἡμῖν ἀναμέλπει Δαβίδ. ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς κύριε, κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν. ὅρα τοίνυν τὸν νόμον ἀνέντα χρηστῶς τῶν τοιούτων παραπτωμάτων ἡμῖν τὴν γραφήν, καὶ ἐξ ἡμερότητος καθαρίζοντα τοὺς ἐξ ὀλισθήματος ἀνθρωπίνου πικροῖς μονονουχὶ καὶ ἀνεθελήτοις ὑπενηνεγμένους πταίσμασιν. ἔφη γὰρ ὧδε· καὶ ἀνδρὶ ἢ γυναικὶ ἐὰν γένηται ἐν δέρματι σαρκὸς αὐτοῦ αὐγάσματα αὐγάζοντα λευκαθίζοντα, καὶ ὄψεται ὁ ἱερεύς, καὶ ἰδοὺ ἐν δέρματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ αὐγάσματα αὐγάζοντα λευκαθίζοντα, ἀλφός ἐστιν. ἐξανθήσει ἐν τῷ δέρματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καθαρός ἐστι. καίτοι τῆς ἀκριβείας ἐρευνωμένης, πάθος ἂν εἴη σαρκός, καὶ λέπρας ἀγχοῦ, τὸ παθεῖν ἀλφόν. ἀλλ' οὐ νοσεῖ τὴν νέκρωσιν, οὔτε μὴν τὸ ἄγαν ἀπεγνωσμένον. τοιαῦτα δέ πως ἐστὶ καὶ τὰ ἐν ἡμῖν παραπτώματα, πάθη μὲν ὄντα ὁμολογουμένως, πλὴν οὐκ εἰς θάνατον καὶ ψυχῆς καταφθοράν. ἀκριβολογεῖται δὲ οὐ λίαν ὁ κριτής, ὅτι αὐτὸς ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν, καὶ τὸ τῆς ἡμετέρας φύσεως οὐκ ἠγνόησεν ἀσθενές. κατανέμει δὴ οὖν τὴν ἄφεσιν ἐξ ἐμφύτου φιλανθρωπίας. καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστι, τό, ἀλφὸς καθαρός ἐστιν. ἀλλὰ καὶ εἰς νοῦν ἴτω ὅτι συμβαίνει καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τὰ σμικρὰ τῶν αἰτιαμάτων, οἷον φέρε εἰπεῖν, προσκρουσμοὶ βραχεῖς, σύμμετροι κινήσεις αἱ πρὸς ὀργάς, ὀλιγοψυχίαι πρὸς ἀδελφούς,

καὶ κενῶν ἔσθ' ὅτε δοξαρίων ἔφεσις, καὶ τὰ τοιάδε τῶν παθῶν, καὶ αὖθις ἔσθ' ὅτε τοῖς ἀδιάβλητον ἔχουσι τὴν ζωὴν, καὶ καθαροῖς ἀληθῶς, συμβαίνειν ἔθος. ἀνθρώπινα γὰρ, καὶ οἱονείπως πᾶσι κοινὰ, τοῖς τὸν ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι διαζῶσι βίον. ὑπογράφει δὴ οὖν ὁ νόμος καὶ ταυτὶ πάλιν αἰνιγματωδῶς, οὕτω πη φησίν. ἐὰν δέ τινι μαδήσῃ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ, φαλακρός ἐστι, καθαρός ἐστιν. ἐὰν δὲ κατὰ πρόσωπον μαδήσῃ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ, ἀναφαλαντός ἐστι, καθαρός ἐστιν. ἡ τριχῶν ἀνεθέλητος ἀποβολὴ, κεφαλῆς ἂν εἴη πάθος. νοῦ δὲ εἰς τύπον ὀνομάζεσθαι τὴν κεφαλὴν, ἀρτίως ἐλέγομεν. νοῦ γὰρ ἐνδιαίτημα, κεφαλὴ, κατά γε τὸ τισὶ δοκοῦν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Μεμνήσομαι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν τὰ κεφαλῆς πάθη σωματικῆς, ἐμφαίνοιεν ἂν εἰκότως τὰ εἰς νοῦν ἀρρωστήματα, σμικρὰ δὲ δὴ πάλιν, καὶ τὰ οἷς ἂν ἕποιτο ἀφίεσθαι πρέπειν. ἀπαλλάττει δὴ οὖν ὁ νόμος παντὸς ἡμᾶς ἀνθρωπίνου πάθους, καὶ μολυσμῶν ἀνεθελήτων, οἵπερ ἂν ἡμῖν ἐπισυμβαίνοιεν, ἐπεί τοι τὸ ἄναλκι νοσεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει, καὶ ἀπηλλάχθαι παθῶν εἰσάπαν οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, πρέποι δ' ἂν αἰῶνι τῷ μέλλοντι, καθ' ὃν ἐκ βάθρων ἡ ἁμαρτία καταστραφήσεται, καὶ εἰς ἀλώβητον παντελῶς μεταχωρήσομεν βίον. πλὴν εἰ γένοιτο, φησὶν, οὐλὴ σημασίας πυῤῥίζουσα ἐν τῷ φαλακρώματι, ἢ ἐν τῷ ἀναφαλαντώματι, λεπρός ἐστι, καὶ μιαρὸς ἔσται. μετατρέχει γὰρ ἔσθ' ὅτε καὶ τὰ σμικρὰ τῶν παθῶν εἰς ἐγκλημάτων δύναμιν, καὶ καταμιαίνει δεινῶς μὴ ἀνακοπτόμενα πρὸς ἡμῶν, ἀνειμένην δὲ ὥσπερ καὶ ἀνεπίπληκτον παντελῶς τὴν εἴς γε τὰ χείρω λαχόντα πρόοδον, οἷόν τι φημί· ὀργίζεταί τις ἔσθ' ὅτε μικρὰ, καὶ ἠῤῥώστηκεν ἐν ἀνθρώπῳ τὸ πάθος, ἀνακοπτέσθω ταῖς ἐπιεικείαις, ἵνα μὴ τοῦ μικροῦ παραπτώματος εἰς αὔξην ἰόντος, κατὰ βραχὺ γραφὴ πρὸς θάνατον τοῖς παθοῦσιν εὑρίσκηται. τοῦτό ἐστι τὸ ἐν φαλακρώματι τυχὸν ἐξανθῆσαι λέπραν, τὴν ἐκ τοῦ μηδενὸς ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπὴν, ὡς ἐν τύπῳ συμβαίνουσαν. ὀρθῶς δὴ οὖν εἰρῆσθαί φημι τῷ μακαρίῳ Δαβὶδ τὸ, ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. ΠΑΛ. Ὡς βαθὺς ὁ λόγος. ΚΥΡ. Πάνυ μὲν οὖν. ὑπαισθάνῃ γάρ με, καθάπερ ἐγῷμαι, λεπτοεποιοῦντα λίαν, καὶ ἀνιδρωτὶ τὰ τοιαῦτα τῶν θεωρημάτων ἢ νοεῖν ἢ φράζειν οὐκ ἔχοντα.

A inanis quandoque glorioſæ appetitus, & eius generis perturbationes, quæ iis quoque, in quorum vitam nullum crimen cadit, & mundi plane ſunt, accidere ſolent: humana quippe ſunt, & iis omnibus prope communia, qui vitam in carne & ſanguine ducunt. Hæc itaque rurſus deſcribit Lex per ænigma, his verbis, [Si cui de capite capilli fluxerint, caluus eſt, mundus eſt; &, ſi ante faciem capilli de eius capite fluxerint, recaluus eſt, mundus eſt.] Capillorum illa non voluntaria amiſſio, B capitis morbus eſt: ad mentis autem figuram acceptum eſſe capitis nomen, paulo ante dicebamus, mentis enim domicilium caput eſt, vt quibuſdam placet. PALLADIVS. Meminero. CYRILL. Igitur corporei capitis vitia, mentis morbos congruenter indicant, ſed exiguos item, & quibus æquum ſit veniam dare: Lex itaque nos ab omni humana perturbatione remouet, & ab inquinamentis haud voluntarie ſuſceptis, quæcunque nobis accidere poſſunt; quandoquidem imbecillitate laborare naturam neceſſe eſt; & C prorſus à perturbationibus alienum eſſe, non eſt huius temporis, ſed venturi ſæculi proprium, quo ex imis ſedibus peccatum deturbabitur, & ad vitam omni prorſus vitio carentem tranſibimus. Si tamen, inquit, extiterit cicatrix ſignificationis rubeſcēs in caluitio, vel in recaluatione, leproſus eſt, & impurus erit: nam exiguæ nonnunquam perturbationes ad vim criminum tranſeunt; &, niſi coërcitæ à nobis fuerint, ſed patentem ac liberum, nulliſque caſtigationibus obſtructum aditum nanci- D ſcantur, grauiſſime contaminant: verbi gratia, iraſcitur aliquis leuiter, & eo morbo tentatur, coerceatur ergo ea perturbatio manſuetudine, ne, ſi exiguum delictum incrementum capiat, paulatim ad mortale crimen iis, in quibus ineſt, euaſiſſe deprehendatur; idque eſt in caluitio effloruiſſe lepram, illam, inquam, ab exiguis initiis ad peſſimos exitus propenſionem, quam in eo morbo tanquam in figura videmus accidere. E Recte igitur beato Dauid dictum eſſe cenſeo, [Iraſcimini, & nolite peccare.] PALLAD. Maximam ſane profunditatem habent hæc verba. CYRILL. Sane quidem; ſentis enim, vt opinor, nimium ſubtiliter hæc dici, nec ſine ſudore eiuſmodi intelligentias aut mente percipi aut verbis explicari poſſe.

1.Cor.5.

Pſal. 4.

Fieri autem non poſſe, vt, qui manifeſtis delictis nefarie laborant, lateant, cùm illa exigua nonnunquam ignorentur, & occulta ſint, ex eo diſces: nam, qui caluitio laborarint, mundos eſſe, inquit, admonebit; quibus verbis rectè nobis exiguos errores condonat, vt paulo ante dicebamus: ſed, ſi quibus in caluitio gignatur lepra, id eſt, ſi ab exiguis initiis ad maiora vitia feratur morbus, tum denique manifeſtè fœdum euaſiſſe pronunciat, neque vllam eſſe illi reliquam defenſionem, qua crimina defendere poſſit. Itaque ait, „ [Et lepro- „ ſus, in quo eſt tactus, veſtimenta eius „ ſint diſſoluta, & caput eius detectum, „ & circa os ſuum operiatur, & immun- „ dus vocabitur: omnibus diebus, qui- „ bus fuerit ſuper eo tactus immundi- „ tiæ, immundus erit, & ſegregatus ſe- „ debit, extra caſtra erit eius diuerſo- „ rium:] nam diſſolutio illa veſtimentorum, & detectio capitis manifeſtiſſime præ ſe ferunt apertam impudentiam: quòd autem operto eſt ore, id ſignificat, nullam quodammodo eum excuſationem habere, nec poſſe aliquid dicere, Deo impuritatem accuſante: quòd vero illum è caſtris exire iubet, figura itidem eſt, illum non amplius vnà cum ſanctorum choris habitare, ſed tanquam pulſum de ſacro illo cœtu omnis boni expertem fore. PALLADIVS. Grauiſſimum ſane malum & execrandum. CYRILLVS. Omnino ita eſt, Palladi, ob eamque cauſſam dicebat beatus Dauid, » [Delicta iu- » uentutis meæ, & ignorantias meas ne » memineris: ſecundum miſericordiam » tuam memento mei, propter bonita- » tem tuam, Domine.] Per omnia por- » ro Lex pergit, ac ſeueritatis ſuæ ſignificationem edit vſque ad ſupellectilia, lanam dico, & ſubtegmen & ſtamen, & vas pelliceum: Si lepra fuerit, inquit, & vni ex his hoc malum acciderit, rurſus diligenter ſacerdos inſpiciat, & ſeparet tactum; &, ſi nulla ſignificationis in melius conuerſio facta fuerit, abſumatur igni: Lepra enim permanens eſt, inquit: tamen ablui iubet id, in quo vitium fuerit; ac, ſi poſtea compertum fuerit in eo vitium illud inſitum eſſe, ignibus iam tradi præcipit, vt quod omnino nulli ſit vſui: in quibus verbis iterum fortaſſe lanæ & ſubtegmini & ſtamini & pellibus nos comparat:

Leuit 13.

Pſal 24.

A ὅτι δὲ οὐκ ἔνεστι τοὺς τὰ ἐκφανῆ τῶν πλημμελημάτων ἀνοσίως ἠρρωστηκότας δύνασθαι λαθεῖν, ἀγνοουμένων ἔσθ᾽ ὅτε τῶν ἐλαχίστων, καὶ κεκρυμμένων, κἀντεῦθεν εἴσῃ τοι. τοὺς μὲν τι φαλάκρωμα πεπονθότας, καθαροὺς εἶναι, φησὶ, διαμηνύσει καλῶς ἡμῖν ἀνιεὶς τὰ τῶν πλημμελημάτων μικρὰ, καθάπερ ἐλέγομεν ἀρτίως. ἀλλ᾽ εἰ γένοιτό τισιν ἐν φαλακρώματι λέπρα, τουτέστιν, ὅταν ἐκ μικρῶν ἐπὶ τὰ χείρω φέρηται τὸ πάθος, τότε δὴ τότε, καταφανῆ καὶ ἀσχήμονα γενέσθαι λέγει, καὶ λόγον οὐκ ἔχοντα τὸν τοῖς ἐγ- B κλήμασι συνειπεῖν δυνάμενον. διὰ τοῦτό φησι, καὶ ὁ λεπρὸς, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ ἁφὴ, τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἔστω παραλελυμένα, καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἀκατακάλυπτος, καὶ περὶ τὸ στόμα αὐτοῦ περιβαλέσθω, καὶ ἀκάθαρτος κεκλήσεται· πάσας τὰς ἡμέρας, ὅσας ἐὰν ᾖ ἐπ᾽ αὐτοῦ ἡ ἁφὴ, ἀκάθαρτος ὢν ἀκάθαρτος ἔσται, κεχωρισμένος καθήσεται, ἔξω τῆς παρεμβολῆς αὐτοῦ ἔσται ἡ διατριβή. τὸ μὲν γὰρ παραλελύσθαι τὰ ἱμάτια, καὶ ἀκατακάλυ- C πτον εἶναι τὴν κεφαλὴν, ἀπεμφαίνειν αὖ καὶ μάλα σαφῶς, τὸ ἀκρύπτως ἀσχημονεῖν. τὸ δέ γε περιβεβλῆσθαι περὶ τὸ στόμα, τὸ, οἱονείπως ἀπολογίαν οὐκ ἔχειν, καὶ εἰπεῖν δύνασθαι μηδὲν, ἐγκαλοῦντος Θεοῦ τὴν ἀκαθαρσίαν. τὸ δέ γε τῆς παρεμβολῆς ἐξοίχεσθαι δεῖν, τύπος ἂν εἴη πάλιν, τοῦ μηκέτι τοῖς τῶν ἁγίων αὐτὸν συναυλίζεσθαι χοροῖς, πλήθους δὲ ὥσπερ τοῦ ἱεροῦ ἐξωστρακισμένον, ἀμέτοχον ἔσεσθαι παντὸς ἀγαθοῦ. ΠΑΛ. D Ὡς δεινὸν τὸ χρῆμα καὶ ἀπευκτόν. ΚΥΡΙΛ. Παντάπασι μὲν οὕτω, ὦ Παλλάδιε, τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὁ θεῖος ἡμῖν Δαβίδ. ἁμαρτίας νεότητός μου, καὶ ἀγνοίας μου, μὴ μνησθῇς, κατὰ τὸ ἔλεός σου μνήσθητί μου, ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, κύριε. διὰ πάντων δὲ ὥσπερ ἰεὶς ὁ νόμος, τῆς ἐνούσης ἀκριβείας αὐτῷ τὴν ἔνδειξιν, καὶ μέχρι σκευῶν, ἐρίου δὴ λέγω, καὶ κρόκης καὶ στήμονος, καὶ δερματίνου σκεύους, εἰ λέπρα γένοιτο, φησὶν, καὶ τούτων ἑνὶ συμβαίνοι τὸ πάθος. καταθρείτω πάλιν ὁ ἱερεὺς, καὶ ἀφοριζέτω E τὴν ἁφήν· καὶ εἰ μή τις γένοιτο μεταδρομὴ τῆς σημασίας ἐπὶ τὸ ἄμεινον, δαπανάσθω πυρί. λέπρα γὰρ ἔμμονός ἐστι, φησί. πλὴν, ἀποπλύνεσθαι δεῖν ἐπιτάττει τὸ πεπονθός. καὶ εἰ μετὰ τοῦτο φαίνοιτο τὸ πάθος ἐμπεφυκὸς, πυρὶ δίδωσι λοιπὸν, ὡς ἀχρεῖον παντελῶς, ἐρίῳ που πάλιν τάχα καὶ κρόκῃ, στήμονί τε καὶ δέρμασι παρεικάζων τὰ καθ᾽ ἡμᾶς. ὅτι γὰρ

ρίων ἢ κρόκης, ἤγουν τῶν ἑτέρων, οὐδεὶς ἂν γένοιτο παρὰ Θεοῦ λόγος, πῶς ἂν ἢ πόθεν ἐνδοιάσειέ τις; παγχάλεπον οὖν ἔγκλημα εἶναι δώσομεν, τὸ μετὰ κάθαρσιν καὶ ἀπόνιψιν, ἣν ἂν ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν ἐργάσαιτο, μὴ ἀποφέρεσθαι μολυσμῶν, ἀλλὰ ἔμμονον εἰς αὐτοὺς ποιεῖσθαι τὴν στάσιν. εἰ γὰρ μηδὲν ὄνησιν ἀπονίζων ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, πυρὶ παραδίδωσι κολασθησομένους, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ κατὰ νόμον ἱερεὺς, οὐδὲν ὠφελήσας τὴν κρόκην, ἤτοι τὸν στήμονα, διὰ τῆς ἐκπλύσεως, κατεπίμπρα λοιπόν. ΠΑΛ. Ὧδε ἔχει. ΚΥΡ. Λέπραν δὴ οὖν ὁ νόμος, τὴν ὡς ἐν ἔργοις νέκρωσιν ἀποφαίνει καλῶς, ἀφ' ὧν ἄν τις ἴδοι σαφῶς τε καὶ αἰσθητῶς τὰς τῶν ἀφανεστέρων ἐννοίας ἀνακομίζων ἀστείως, καὶ σαρκικοῖς παραδείγμασι καταλευκαίνων τὰ νοητά. πλουσίαν δὲ ὥσπερ ἡμῖν τῶν ἐν ψυχαῖς μολυσμῶν παρατιθεὶς τὴν γνῶσιν, καὶ καθιστὰς ἐναργῆ, καθάπερ ἐν ἀῤῥωστήμασι σώματος τὰ νοητῶς συμβαίνοντα, προσεφώνει πάλιν ἐν τῷ Λευιτικῷ. Ἀνδρὶ ἀνδρὶ, ᾧ ἂν γένηται ῥύσις ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἡ ῥύσις αὐτοῦ, ἀκάθαρτός ἐστι. καὶ οὗτος ὁ νόμος τῆς ἀκαθαρσίας αὐτοῦ. ῥέων γόνον ἐκ σώματος αὐτοῦ, ἐκ τῆς ῥύσεως ἧς συνέστηκε τὸ σῶμα αὐτοῦ, διὰ τῆς ῥύσεως, αὕτη ἡ ἀκαθαρσία αὐτοῦ ἐν αὐτῷ. πᾶσαι αἱ ἡμέραι ῥύσεως σώματος αὐτοῦ ᾗ συνέστηκε τὸ σῶμα αὐτοῦ διὰ τῆς ῥύσεως, ἀκαθαρσία αὐτοῦ ἐστι. πᾶσα κοίτη ἐφ' ἧς ἂν κοιμηθῇ ἐπ' αὐτῆς ὁ γονοῤῥυὴς, ἀκάθαρτός ἐστι, καὶ πᾶν σκεῦος ἐφ' ὃ ἂν καθίσῃ ἐπ' αὐτὸ ὁ γονοῤῥυὴς, ἀκάθαρτον ἔσται. καὶ ἄνθρωπος, ὃς ἐὰν ἅψηται τῆς κοίτης αὐτοῦ, πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ σκεύους, ἐφ' ὃ ἂν καθίσῃ ὁ γονοῤῥυὴς, πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ λούσεται ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. καὶ ὁ ἁπτόμενος τοῦ χρωτὸς τοῦ γονοῤῥυοῦς, πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ λούσεται ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. ἐὰν δὲ προσσιελίσῃ ὁ γονοῤῥυὴς ἐπὶ τὸν καθαρὸν, πλυνεῖ τὰ ἱμάτια καὶ λούσεται ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. καὶ πρός γε δὴ τούτοις, φησὶ, βδελυρὸν ἔσεσθαι καὶ ἀπηχθημένον πᾶν σκεῦος ὅπερ ἂν ἐνιζήσειεν ὁ γονοῤῥυὴς, κἂν εἰ ἀπονίψαιτο τὰς χεῖρας ὕδατι, καὶ τοῦτο ἔσται μεμολυσμένον. κἂν εἰ ἅψαιτό τις τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ, συμμεθέξει πάντως τῆς ἀκαθαρσίας τὴν γραφήν. κἂν εἰ προσσιελίσειέ τις τῶν οὔπω μεμολυσμένων, ἀπο-

A nam lanam & ſubtegmen, & cetera apud Deum nullo haberi loco, quomodo cuiquam eſſe ambiguum poteſt? Igitur grauiſſimum eſſe crimen cenſendum eſt, poſt eam purgationem & ablutionem, qua nos Chriſtus abluit, ab inquinamentis non recedere, ſed in illis permanere atque conſiſtere: nam, ſi Chriſtus abluens, nihil nobis profeciſſe viderit, ignibus torquendos tradet, vt ille profectò ſecundum Legem ſacerdos, poſtquam nihil profecerat ſubtegmen
B aut ſtamen abluendo, denique comburebat. PALLAD. Ita eſt. CYRILL. Per lepram ergo Lex mortificationem illam, quæ in factis peruerſis eſt, congruenter oſtendit, ab iis, quæ perſpicuò cernuntur, & ſenſibus obiecta ſunt, rerum occultiorum intelligentias eleganter aſſumens, & ſpiritualia carnalibus exemplis illuſtrans; cumque cumulatam nobis in languoribus corporis, ſpiritualium inquinamentorum, quæ in animis exiſtunt, cognitionem proponere, & tanquam in corporis
C morbis, ea, quæ ſpiritualiter accidunt, vellet oſtendere, dixit in Leuitico, [Viro, viro, cuicunque fuerit fluxus ex corpore eius, fluxus eius immundus eſt; hæc eſt Lex immunditiæ eius, emittens ſemen ex corpore ſuo, ex fluxu quo conſtitit corpus eius per fluxum, hæc immunditia eius in ipſo eſt, omnes dies fluxus corporis ſui, quo conſtitit corpus eius per fluxum, immunditia ipſius eſt: omnis lectus, in quo cuba-
D uerit ſuper ipſum is, qui ſeminis fluxum patitur, immundus eſt; & omne vas, ſuper quo ſederit, qui ſeminis fluxum patitur, immundum eſt; & homo, qui tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, & lauabit corpus ſuum aqua, & immundus erit vſque ad veſperam; & qui ſederit ſuper vas, in quo ſederit is, qui ſeminis fluxum patitur, lauabitur aqua, & immundus erit vſque ad veſperam; & qui tetigerit cor-
E pus ſeminiflui, lauabit veſtimenta ſua, & lauabitur aqua, & immundus erit vſque ad veſperam.] Ad hæc autem ait impurum fore & abominandum omne vas, in quo ſederit ſeminifluus; etiamſi aqua manus abluerit, & id eſto inquinatum; &, ſi tetigerit quiſpiam corpus eius, participabit omnino culpam immunditiæ; &, ſi acceſſerit ad aliquos nondum inquinatos ſubi-

Leuit. 15.

bunt prorſus crimen immunditiæ; ob eamque cauſſam ſimul cum leproſis exibat, efferebaturque extra caſtra, quod nefas eſſet ad eum accedere, aut cum ceteris miſceri, & ipſo manus contactu contaminaret eos, qui ei temere occurrerent. PALLADIVS. Sed quænam in anima eſt affectio, quæ ſit corporalis ſeminis fluxui perſimilis? ſpiritualis eſt namque Lex. An non ita eſt? CYRILLVS. Ita prorſus: rectè enim dixiſti. Illud vero aduertas velim: corporis fluor naturæ facultatem aptam fecunditati quodammodo lædit, cum ſuppeditationem ſeminis ad nihilum perducat, & partium illarum firmitatem eneruando, corruptionem minime voluntariam efficiat, ita vt, qui eo languore tenentur, iugi perpetuaque contaminatione laborent. Perge igitur ex hac corporis infirmitate, euidentique imagine ad ea, quæ menti accidunt: ipſa namque mens corrumpitur, cùm in iis, quæ minime conuenit, prodigo labore defatigatur, & nulla in re, quæ fructuoſa ſit, efficaciæ ſuæ ſtudium collocat, ita vt fructum quidem iuſtum ac proprium habeat nullum; aſſidue vero ad id, quod officit delabatur, & præcipiti lapſu ad
Ephes. 2. res turpes feratur. PALLAD. Qualenam iſtud eſt, quod dicis? CYRIL. Nonne, Palladi, creatum eſſe hominem ad opera bona, beatus Paulus ait? PALLAD. Sane quidem. CYRILLVS. Ingenium ergo ſortitus eſt ad omnia rerum laudandarum genera aptum & accommodatum. Quid enim? nonne hoc animal ſapientiæ omniſque ſcientiæ capax eſſe fateris, temperantiæque & fortitudinis, iuſtitiæ quoque munera facile exequi, ſi ſuas partes agere velit, & diuinis legibus obſequi? PALLAD. Fateor. CYRILLVS. Sed, ſi his prætermiſſis, non ſapiens iam, ſed ſtultus & excors fuerit, neque iis, qui ad veritatem inſtituendo perducere poſſunt, momenta ſuæ voluntatis adiunxerit, ſed potius extra id, quod ſibi conſentaneum eſt, præceps ferri maluerit, & cum iis, qui recta peruertere ſtudent, ad interitum deſcendere, neque rectam atque integram de Deo opinionem habeat, neque ſine reprehenſione rerum agendarum viam pertranſeat; nonne iam vere poſſis eiuſmodi hominem ſpiritualiter ſeminifluum dicere, vtpote qui eas vires, per quas fructificare Deo poterat, in nihilum abſumat?

A μεμνοῦσι δὴ πάντως τῆς ἀκαθαρσίας τὴν γραφήν. τοιγάρτοι καὶ ἀναμὶξ τοῖς λεπροῖς ἐξῄει τε καὶ ἐξωκίζετο τῆς παρεμβολῆς, ἀπρόσιτος ὢν καὶ ἄμικτος καὶ αὐτῇ καταμιαίνων τῇ χειρὸς ἀφῇ τοὺς προσυγχάνοντας ἁπλῶς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ ποῖον ἂν εἴη τὸ ἐν ψυχῇ πάθος, τῇ σωματικῇ γονορροίᾳ προσεοικός; πνευματικὸς γὰρ ὁ νόμος· ἢ οὐχ ὧδε ἔχει; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν· ἔφης γὰρ ὀρθῶς. πλὴν ἐκεῖνο διανοοῦ. ἡ τοῦ σώματος ῥύσις, τὴν τῆς φύσεως ἐπιτηδειότητα πρὸς
B καρπογονίαν ἀδικεῖ τρόπον τινά, καθιεῖσα πρὸς τὸ μηδὲν τὴν σπερμάτων χορηγίαν, καὶ τοὺς ἐν τοῖς μορίοις χαλῶσα τόνους, ἀνεθέλητον ἤδη πως ἐργάζεται τὴν καταφθοράν, ὡς ἐν μολυσμοῖς εἶναι μακροῖς καὶ διηνεκέσι τοὺς τῷ πάθει κατειλημμένους. ἴθι δὴ οὖν ὡς ἐξ ἀρρωστίας σωματικῆς καὶ ἐναργοῦς εἰκόνος, ἐπὶ τὰ εἰς νοῦν συμβαίνοντα· καταφθείρεται γὰρ καὶ αὐτὸς ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν ὁ νοῦς ἀσωτότατα διαπονούμενος, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀναγκαίων τῆς ἰδίας ἐνεργείας ἐνιεὶς τὸ σπούδασμα, ὡς καρπὸν μὲν
C οὐδένα γνήσιον ἔχειν, ὑποφέρεσθαι δὲ ἀεί πως πρὸς τὸ ἀδικοῦν, καὶ ἀκατασχέτως νοσεῖν τὴν εἰς τὰ αἴσχιω κάθοδον. ΠΑΛΛ. Οἷον δὴ τί φής; ΚΥΡ. Οὐ γὰρ, ὦ φιλότης, ἐκτίσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς ὁ θεῖος ἡμῖν ἔφη Παῦλος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Φύσιν οὖν ἄρα διεκληρώσατο πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπαινουμένων ὀρθῶς ἔχουσαν καὶ ἐπιτηδείως· ἢ γὰρ, οὐχὶ σοφίας μὲν δεκτικόν, καὶ ἁπάσης ἐπιστήμης τὸ ζῶον εἶναι φής; σωφροσύνην δὲ καὶ ἀνδρίαν, καὶ μὴν καὶ δι-
D καιοσύνην κατορθώσειεν ἂν εὐκόλως, εἰ διαπράττειν ἕλοιτο τὰ εἰκότα, καὶ τοῖς θείοις ἕπεσθαι νόμοις; ΠΑΛ. Σύμφημι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἰ δὲ τὰ τοιάδε μεθεὶς, σοφὸς μὲν οὐκ ἔτι, μωρὸς δ' ἂν γένοιτο καὶ ἀκάρδιος, οὐ τοῖς εἰς ἀλήθειαν παιδαγωγεῖν εἰωθόσι τὴν οἰκείων θελημάτων ἐπιδοὺς τὴν ῥοπήν, ἐκτετιμηκὼς δὲ μᾶλλον τὸ ἔξω φέρεσθαι τοῦ εἰκότος, καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφειν μεμελετηκόσι συγκαταθέσθαι πρὸς ὄλεθρον, οὔτε
E τὴν ἀρίστην καὶ ἀμωμήτους ἔχουσαν περὶ Θεοῦ δόξαν ἔχων, οὔτε μὴν ἀδιαβλήτως τὴν τῶν πρακτέων διάττων ὁδόν· ἆρ' οὐκ ἀπεικὸς ἤδη πως γονορρυῆ νοητῶς τὸν τοιόνδε λέγειν, ὡς τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς καρποφορεῖν δύνασθαι τῷ Θεῷ, δαπανῶντα πρὸς τὸ μηδέν; ΠΑΛ-

ΛΑΔΙΟΣ. Φαίην ἄν, ἴσθι τοι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τί δὲ, εἰ τὸ ἐργάζεσθαι τὴν δικαιοσύνην ἀφεὶς, καὶ τοῖς τῆς ἀνδρείας ἐναβρύνεσθαι καλοῖς, ἄδικός τε καὶ προειμένος εἰς ἡδονὰς ὁρῷτο δὴ πάλιν, ἆρ' οὐκ ἂν οἰήσῃ τῷ γονοῤῥυεῖ τὰ ἴσα νοσεῖν, τὴν ἐπιτηδειότητα τῆς φύσεως, ἣν ἂν ἔχοι πρὸς τὸ ἀγαθὸν, δαπανῶντα πρὸς τὰ αἴσχιω, καὶ πνευματικῆς εὐκαρπίας τὴν ἐπ' οὐδενὶ τῶν χρησίμων ζημίαν ἀνθῃρημένον; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οἰηθείην ἄν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἰέναι δὴ οὖν ὁ νόμος ἀπωτάτω προστέταχε τοῦ γονοῤῥυοῦς, ὡς ἀποφοιτᾶν ὅτι μάλιστα διδάσκων ἡμᾶς τῶν εἰς φαυλότητα νενευκότων, καὶ ἀποσείεσθαι γεννικῶς οὓς ἂν καὶ αὐτὸς καταμυσάττοιτο Θεὸς, ὡς διηνεκῆ νοσοῦντας τὸν μολυσμόν. χρῆμα γὰρ ἀληθῶς οὐκ ἀζήμιον τὸ κολλᾶσθαι πονηροῖς. ἀτεχνὲς γὰρ ὅτι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὁ ἁπτόμενος πίσσης, μολυνθήσεται. καταμιαίνει γε μὴν πᾶν σκεῦος, οὗπερ ἂν ἅπτοιτο τυχὸν ὁ γονοῤῥυὴς, καὶ κοίτην αὐτοῦ, καὶ χρῶτα καὶ ἀγγεῖα, καὶ ὕδωρ καὶ σκεύη ξύλινα· δι' αἰνιγμάτων ὑποδηλῶν, ὅτι τῆς ἐνούσης ἀκαθαρσίας αὐτῷ μεθέξοι τις ἄν, κἂν εἰ μόνον ἀγχοῦ κατὰ διάθεσιν γένοιτο τὴν πνευματικήν. γέγραπται γὰρ, ὅτι σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει, καὶ μὴ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. πλὴν, καὶ τὰ τῶν παθῶν ἀπεγνωσμένα, καὶ τὰ ἐν τῷ βάθει κεκρυμμένα τῶν ἡμετέρων διανοιῶν ἀῤῥωστήματα, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἐν ἡμῖν μαλακίαν, ἐξίστησιν ὁ Χριστὸς, καὶ ἡ δι' αὐτοῦ κάθαρσις, οὐχ οἵου τε ὄντος τοῦ νόμου τοῦτο δρᾷν. δικαιοῦται γὰρ οὐδεὶς ἐν νόμῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἴδοις δ' ἂν ὅτι καὶ τοῦτό ἐστιν οὐ διεψευσμένον τοῖς ἐφεξῆς γεγραμμένοις προσβάλλων· ἔφη γὰρ πάλιν. ἐὰν δὲ καθαρισθῇ ὁ γονοῤῥυὴς ἐκ τῆς ῥύσεως αὐτοῦ, καὶ ἐξαριθμήσεται αὐτῷ ἑπτὰ ἡμέρας εἰς τὸν καθαρισμὸν αὐτοῦ, καὶ πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ λούσεται τὸ σῶμα ὕδατι, καὶ καθαρὸς ἔσται. καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ λήψεται ἑαυτῷ δύο τρυγόνας, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν, καὶ οἴσει αὐτὰ ἔναντι κυρίου ἐπὶ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ δώσει αὐτὰ τῷ ἱερεῖ. καὶ ποιήσει αὐτὰ ὁ ἱερεὺς, μίαν περὶ ἁμαρτίας, καὶ μίαν εἰς ὁλοκαύτωμα. καὶ ἐξιλάσεται περὶ αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς ἔναντι κυρίου ἀπὸ τῆς ῥύσεως αὐτοῦ. καθαίρει μὲν οὖν τὸν γονοῤῥυῆ, καὶ ἀπαλλάττει τοῦ πάθους, πλὴν ἐν Χριστῷ, δι' ὕδατός τε καὶ αἵματος. ἐξαριθμήσεται γὰρ ἑαυτῷ, φησὶν, ἑπτὰ ἡμέρας εἰς τὸν καθαρισμὸν αὐτοῦ, καὶ

A PALLADIVS. Equidem ita ſentio. CYRILLVS. Quid vero, ſi iuſtitiam facere prætermiſerit, & fortitudinis ornamenta contempſerit, contráque aperte iniuſtus, & voluptatibus diſſolutus eſſe cernatur, an non æque ac ſeminifluum eum affectum putes, qui eam naturæ facultatem, quam ad probas actiones obeundas habet, in res turpes inſumat, & ſpirituali fecunditati præferat iacturam in rebus inutilibus factam? PALB LADIVS. Puto ſane. CYRILLVS. Lex itaque nobis longiſſime à ſeminifluo abſiſtere præcepit, vt ab iis maxime diſcedere doceret, qui ad vitium propenſi eſſent, atque eos ſtrenue repellere, quos ipſe quoque Deus execraretur, vt qui perpetua contaminatione laborent: neque enim profecto impunè ferimus, cùm improbis adhæreſcimus: verum eſt enim, quod ſcriptum eſt, [Qui tangit picem, inquinabitur.] Contaminat autem omnem C ſupellectilem ſeminifluus, quamcunque contigerit, & lectum ſuum, & corpus, & vaſa, & aquã, & vaſa lignea; per ænigmata videlicet oſtendens, illius immunditiæ participem fore, quiſquis vel prope illum modò per ſpiritualem affectionem acceſſerit: ſcriptum eſt enim, [Teipſum caſtum cuſtodi, & ne communicaueris peccatis alienis.] Verumtamen & aperta vitia, & morbos in noſtris mentibus altiſſime conditos, & D omnes, vno verbo, languores, qui nobis inſunt, expellit Chriſtus, & quæ per ipſum fit purgatio; cum id efficere Lex non poſſit: nemo quippe iuſtificatur in Lege, ſicut ſcriptum eſt, idque minime falſum eſſe perſpicies, ſi conſequentia Scripturæ verba intuearis: ait enim rurſum, [Si vero mundatus fuerit ſeminifluus ex fluxu ſuo, enumerabit ſibi ſeptem dies ad purgationem ſuam; & lauabit veſtimenta ſua, & lauabit corpus ſuum E aqua; & mundus erit: & die octauo ſumet ſibi duos turtures, vel duos pullos columbarum, & feret eos ante Dominum, ad oſtium tabernaculi teſtimonii; & dabit eos ſacerdoti, & faciet eos ſacerdos, vnum pro peccato, & vnum in holocauſtum & propitiabitur pro eo ſacerdos corã Domino à fluxu ſuo.] Mundat igitur ſeminifluum, & à morbo liberat, in Chriſto tamen, per aquam & ſanguinem: Numerabit enim ſibi, inquit, ſeptem dies ad purgationem ſuam; &

Eccl. 13.

1. Tim. 5.

Leuit. 15.

lauabit veſtimenta ſua, & lauabit corpus ſuum aqua; & mundus erit. Quod autem in diem ſeptimum mundatio producitur, ſignificat omnino per totam vitam, & in omni vitæ tempore abluendos eſſe probis actionibus eos, qui ex mundanis vitiis tranſire ad honeſtiores actiones conſtituerint: nam hebdomadis ſpatium temporis plenitudinem habet, ac reuolutionem ad id, quod à principio fuerat, cum tempus iam ad finem appellitur: Apertiſſime autem dicit, oportere, vt ad noſtras probas actiones accedat atque adiiciatur illa per Chriſtum purgatio, & per aquam purificatio, vt in ablutione corporis atque veſtium, ſanctum baptiſma intelligatur, illa etiam purgatione per ſanguinem proculdubio ſimul adiuncta: Octauo namque die, inquit, ſumet ſibi duos turtures, vel duos pullos columbarum: rurſum octauus dies tempus deſignat illius cum carne diſpenſationis, cum pro nobis mortem ſuſtinuit Emmanuel, ille nempe argutus canoruſque turtur, qui ſanguine ſuo conſummauit in æternum ſanctificatos: quicquid autem habeat Chriſti mors, id totum eſſe in ſuauitatem odoris, nam pro mundi vita deſtructioneque peccati ſuſcepta eſt; id ſignificatur ex eo, quod duo cum ſint turtures, vnus pro peccato immolatur, alter in holocauſtum: propitiationem quoque pro peccatis noſtris fuiſſe Chriſtum, vt Scripturæ tradunt, oſtendit dicens, Et propitiabitur pro eo ſacerdos coram Domino à fluore ſuo. PALLADIVS. Præclare ſane dixiſti. CYRILLVS. Hoc itaque ritu purgari oportere ſeminifluum, diuina nobis Lege præceptum eſt. Contaminat item cuicunque vel præter voluntatem, vel ſponte fluor acciderit; qui ex inſito in natura motu tanquam ex fonte manat. Ac ſponte quidem accidit, vt qui in coniunctione vxoris, & ex nuptiarum lege contingit; præter voluntatem vero, vt in imaginibus fere nocturnis: ſic enim iterum dixit, [Et homo, ex quo exierit ſemen concubitus, lauabit totum corpus ſuum aqua, & immundus erit vſque ad veſperam: & mulier cum qua dormierit vir concubitu ſeminis, lauabunt corpus aqua, & immundi erunt vſque ad veſperam:]

1. Ioan. 2.

Leuit. 15.

A πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ καθαρὸς ἔσται. καὶ τὸ μὲν εἰς ἑβδόμην ἡμέραν παρατείνεσθαι τὸν καθαρισμόν, σημαίνει που πάντως, τὸ διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ ἐν παντὶ τῷ τῆς ζωῆς χρόνῳ διασμήχεσθαι δεῖν ταῖς ἐπιεικείαις τοὺς ἐκ φαυλότητος κοσμικῆς μεταφοιτᾶν ἑλομένους ἐπὶ τὸ δρᾶν ἑλέσθαι τὰ πρεπωδέστερα. τοιγάρτοι τῆς ἑβδομάδος μέτρον χρόνου πλήρωσιν ἔχει, καὶ ἀνακύκλησιν εἰς τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὡς εἰς πέρας ἤδη καταίροντος τοῦ καιροῦ. προσοίσεσθαι δὲ δεῖν B καὶ ἀναγκαίως ἐπάγεσθαι ταῖς παρ᾽ ἡμῶν ἐπιεικείαις εὖ μάλα φησί, τὴν διὰ Χριστοῦ κάθαρσιν, καὶ τὸν δι᾽ ὕδατος ἁγιασμόν, ὡς ἐν ἀπονίψει σώματός τε καὶ ἱματίων, νοουμένου λοιπὸν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, συνθέοντος δηλονότι καὶ τοῦ δι᾽ αἵματος ἁγιασμοῦ. τῇ γὰρ ἡμέρᾳ, φησί, τῇ ὀγδόῃ, λήψεται ἑαυτῷ δύο τρυγόνας, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν. κατασημαίνει δ᾽ αὖ ἡ ἡμέρα πάλιν ὀγδόη τῆς μετὰ σαρκὸς οἰ- C κονομίας ἡμῖν τὸν καιρόν, ὅτε τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε σφαγὴν ὁ Ἐμμανουήλ, ἡ εὔγλωττος ἀληθῶς καὶ εὐηχεστάτη τρυγών, ἣ ἐν τῷ αἵματι τῷ ἰδίῳ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους. ὅτι δὲ τὸ εὐῶδες ἅπαν ὁ Χριστοῦ θάνατος ἔχει· πέπρακται γὰρ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, καὶ εἰς ἀναίρεσιν ἁμαρτίας, ἐμφανίζει αὖ τὸ δύο μὲν εἶναι τὰς τρυγόνας, καταθύεσθαι δὲ μίαν μὲν ὑπὲρ ἁμαρτίας, εἰς ὁλο- D καύτωμα δέ, τὴν ἑτέραν. ὅτι δὲ καὶ ἱλασμὸς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν γέγονεν ὁ Χριστὸς κατὰ τὰς γραφάς, προέδειξεν εἰπών. καὶ ἐξιλάσεται περὶ αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς ἔναντι κυρίου, ἀπὸ τῆς ῥύσεως αὐτοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ὧδε μὲν οὖν τὸν γονορρυῆ διακαθαίρεσθαι δεῖν, ὁ θεῖος ἡμῖν κατεχρησμῴδησε νόμος. καταμιαίνει δὲ αὐτόν, ὥσπερ ἂν γένοιτο καὶ ἀθέλητος ῥύσις, ἤγουν θελητή, καὶ πηγὴν ἔχουσα τὴν ἔμφυτον κίνησιν. καὶ θελητὴ μέν, ὡς ἐν ὁμιλίαις ταῖς πρὸς γυναῖκά φημι, καὶ κατὰ νόμον τοῦ E γάμου· ἀθέλητος δὲ αὖ, ὡς ἐν φαντασίαις τάχα που νυκτεριναῖς. ἔφη γὰρ πάλιν ὧδε. καὶ ἄνθρωπος, ᾧ ἂν ἐξέλθῃ ἐξ αὐτοῦ κοίτη σπέρματος, καὶ λούσεται πᾶν τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. καὶ γυνὴ ἣ ἐὰν κοιμηθῇ ἀνὴρ μετ᾽ αὐτῆς κοίτην σπέρματος, καὶ λούσονται τὰ σώματα ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτοι ἔσονται ἕως ἑσπέρας. ἴσα γὰρ ἐπ᾽

ἀμφοῖν τὰ ἐγκλήματα, καὶ τὸ παραλλάττον οὐδέν. ἐν μὲν οὖν τῇ γονορροίᾳ, ὃ οἱονεὶ μακρόν πως ἡμῖν καὶ διηνεκὲς ἐγράφετο πάθος. ἐν δὲ τῷ προκειμένῳ καταδηλοῦν ἔοικεν ὁ τοῦ νόμου σκοπὸς, ὡς ἔσται μεμολυσμένος καὶ εἰ μή τις τυχὸν τὴν εἰσάπαν καὶ ὁλόκληρον ἀρρωστοίη καταφθορὰν, ὁρῷτο δὲ πεπονθὼς, κἂν γοῦν ἐκ μέρους καὶ σπανιάκις. τοιοῦτόν τι καὶ ὁ τοῦ σωτῆρος ὑπέφηνε μαθητής. ὅταν γὰρ, φησὶν, ὅλον τὸν νόμον τελέσῃ τις, πταίσῃ δὲ ἐν ἑνὶ, γέγονε πάντων ἔνοχος. ὁ γὰρ εἰπὼν, μὴ μοιχεύσῃς, εἶπε καὶ, μὴ φονεύσῃς. εἰ δὲ, οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δὲ, γέγονας παραβάτης νόμου. B πεπλημμεληκότι γὰρ ἅπαξ, ἤγουν ὅτι παρανενόμηκεν ὅλως, κἂν γοῦν ἐφ᾽ ἑνὶ καὶ ἐκ μέρους, ἕψεταί που πάντως αὐτῷ τὸ ἐγκαλεῖσθαι δεῖν. μιαρὸς οὖν ἄρα κατὰ τὸν νόμον, κἂν εἰ μή τις ἴοι πρὸς ἔσχατον μολυσμοῦ, καταφωρῷτο δὲ πεπονθὼς κἂν γοῦν ἐκ μέρους αὐτόν. πλὴν, οὐκ ἀπόβλητος παντελῶς. καθαίρεται δὲ καὶ αὐτὸς δι᾽ ὕδατος ἐν Χριστῷ. τὸν γάρ τοι τῆς ἐπιδημίας καιρὸν, ὑπεμφαίνει C αὖ μάλα, τὸ, μέχρις ἑσπέρας ἀκάθαρτον εἶναι λέγειν τὸν μεμολυσμένον. ἐπὶ συντελείᾳ γὰρ, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐπ᾽ αὐταῖς ἥκοντος ἤδη δυσμαῖς τοῦ αἰῶνος τούτου, παραγέγονεν ὁ Χριστὸς δι᾽ οὗ, καὶ ἐν ᾧ πάντα μὲν ῥύπον ἐκνενίμμεθα τὸν ἐξ ἁμαρτίας, ἀπηλλάγμεθα δὲ μικρῶν τε καὶ μεγάλων αἰτιαμάτων οἱ ταῖς πλημμελείαις ἐνεσχημένοι. ὅτι δὲ πρὸ τῶν τῆς ἐπιδημίας καιρῶν οὐκ ἦν ἀπονίψασθαι μολυσμὸν, D ἐδικαιοῦτο γὰρ οὐδεὶς ἐν νόμῳ, κατὰ τὰς γραφὰς, ἀναμάθοις ἂν, διὰ τοῦ φάναι σαφῶς ὅτι ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι ὃ φὴς, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προσεπάγει δὲ τούτοις ὁ νόμος τὰ περὶ γυναικὸς, τῆς ῥεούσης αἵματι, καὶ ἀσχέτῳ καταφορᾷ τὸ καταμιαίνεσθαι δεῖν νοσούσης ἐφ᾽ ἑαυτῇ· καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ γονορρόους, πᾶν σκεῦος κατεμολύνετο, καὶ κοίτη πᾶσα, καὶ E πᾶν ἱμάτιον, καὶ πᾶς ὁ ἁπτόμενος, ἄχρι τοῦ τι ἰὼν, οὕτω τε ἐπ᾽ αὐτῆς. ἀπαλλάττει δὲ καὶ αὐτὴν κατὰ τὸν ἴσον ἐκείνῳ τρόπον, ὕδατι διανίζων, καὶ τρυγόνων καταθυομένων, τε μὴν καὶ ἱλασμοῦ τοῦ μεσιτεύοντος ἱερέως. ἀνακομίζων δὲ ὥσπερ εἰς ἐννοίας ἡμᾶς τὰς πνευματικὰς ὁ νόμος, καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς ἀρρωστήμασιν ἐμφιλοχωρεῖν οὐκ ἐῶν, παρελήφθη γὰρ εἰς τύπον τὸν εἰς νοῦν ἔσω

A paria ſunt enim in vtriſque crimina; nihilque eſt, quod differat. In ſeminis igitur fluxu longus atque continuus nobis deſcribebatur morbus; in hoc vero loco, qui propoſitus eſt, id ſpectare Lex videtur, vt declaret, eum etiam immundum eſſe, qui, quamvis non perpetua ac plena corruptione laboret, tamen ex parte certe & minus ſæpe laborare videatur. Simile quiddã inſinuare videtur ille Chriſti diſcipulus, [Si enim, inquit, totã Legem perfecerit quiſpiam, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus: qui [Iacob 2.] B enim dixit, Non mœchaberis; dixit etiam, Non occides: quod ſi non mœcheris, occidas autem, factus es tranſgreſſor Legis:] Nam qui ſemel deliquerit, ſiue is in totum Legem violarit, ſiue in vno & ex parte; eum omnino neceſſe eſt criminis reum fieri. Impurus igitur ex Lege eſt, etiam qui non ad ſummum contaminationis gradum peruenit, ſed vel aliqua ex parte incidiſſe in eam deprehenditur: non tamen omnino reiicitur; nam is quoque purgatur per aquam in Chriſto: aduentus enim Domini tem- C pus inſinuare videtur, quod ait, eiuſmodi hominem immundum eſſe vſque ad veſperam; in conſummatione namque, cùm ſæculum præſens ad ipſum prope occaſum vergeret, Chriſtus aduenit, per quem & in quo omnes ſordes abluimus ex peccato venientes, & à leuibus grauibuſque criminibus abſoluti ſumus, quicunque delictis conſtricti tenebamur. Ceterum ante aduentus tempora [Galat. 3.] maculas elui non potuiſſe, nemo enim in Lege iuſtificabatur, vt eſt in Scriptu- D ris, id verò diſcere ex eo potes, quod aperte ait, Immundus erit vſque ad veſperam. PAL. Intelligo quod dicis; & vera oratio eſt. CYRILL. His Lex adiungit ad mulierem pertinentia, ſanguinis fluxu laborantem, ſicque affectam, vt defluuio, quem ſiſtere non poſſit, eam inquinari ſit neceſſe; vtque in ſeminifluo omne vas cõtaminabatur, & lectus omnis, & omne veſtimentum, & omnis qui eum tangeret, aut propius E accederet; item in hac quoque, eodemque modo hanc liberat, quo illum liberauit, aqua nimirum abluens, & turturibus immolatis, atque etiam propitiatione ſacerdotis, qui mediatoris officio fungebatur. Cumque Lex vellet nos ad intelligentiam ſpiritualem extollere, neque in carnis languoribus immorari ſineret, qui ad res in animo ſitas, & quæ intellectu percipiuntur, figurandas aſſumpti

Leuit. 12.

» aſſumpti ſunt, aperte ſubiungit, [Et » cauentes facietis filios Iſrael ab impu- » ritatibus ſuis, & non morientur propter » immunditiam ſuam, dum inquinant ipſi » tabernaculum meum, quod eſt inter » ipſos:] nam, cùm purgati & ſanctificati per Chriſtum erimus, tum denique plane ſplendidi accedemus, neque amplius ſanctum tabernaculum inquinabimus; ſed ad Eccleſias adeuntes, puri pure puriſſimum Deum adorabimus. PALLADIVS. Optimè dixiſti. CYRILLVS. Ceterum fuiſſe maculatam hominis naturam, neque aliter mundari poſſe niſi per Chriſtum veram & ſacram ſanctamque victimam, manifeſtiſſime intelliges, ſi alterum præterea Legis decretum exquiſieris: ſcriptum eſt enim iterum in Leuitico, » [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, » dicens, Loquere filiis Iſrael, & dices » ad eos, Mulier, quæ ſemen conceperit, » ac pepererit maſculum, immunda erit » ſeptem dies, iuxta dies ſeceſſus purga- » tionis ſuæ, immundus erit; & die octauo » circuncidet carnem præputii eius, & tri- » ginta tres dies ſedebit in ſanguine impu- » ro ſuo: omne ſanctum non continget, & » ad Sanctuarium non ingredietur, quoad » impleti fuerint dies purgationis ipſius. » Quod ſi fœminam pepererit, immun- » da erit bis ſeptem dies, iuxta ſeceſ- » ſionem purgationis ſuæ, & ſex & ſexa- » ginta dies ſedebit in ſanguine impuro » ſuo: & cum impleti fuerint dies purifi- » cationis ſuper filio, vel ſuper filia, affe- » ret agnum anniculum immaculatum » in holocauſtum, & pullum colum- » bæ vel turturem pro peccato, ad » oſtium tabernaculi teſtimonii, ad ſa- » cerdotem; & offeret ante Dominum, » & exorabit pro ea ſacerdos, & pur- » gabit eam à fonte ſanguinis ſui.] PAL. Quæ tandem eſt mulier, quæ peperit? quidve Lex in iis quæ de ea præcipit, ſpectat? CYRILLVS. Subtilitate nos orationis vti, niſi fallor, neceſſe eſt: difficilis eſt enim huius præcepti ſenſus, nec facile percipi poteſt; perſcrutabimur tamen, quoad licuerit. Illud vero, Palladi, præ ceteris vehementer admiratus ſum. PAL. Quid tandem iſtud eſt? CYRILL. Nam, cùm ea lex in omnes mulieres caderet, quæ vel maſculum vel fœminam parerent, atque generalem aduerſus nos omnes ſententiam ferret, illa ſancta Virgo à probro exempta eſt, ex qua Chriſtum ſecundum carnem editum eſſe prædicamus.

A καὶ νοητῶν, ἐπάγει σαφῶς. καὶ εὐλαβεῖς ποιήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀποθανοῦνται διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτῶν, ἐν τῷ μιαίνειν αὐτοὺς τὴν σκηνήν μου, τὴν ἐν αὐτοῖς· κεκαθαρμένοι γὰρ δὴ καὶ ἡγιασμένοι διὰ Χριστοῦ, τότε δὴ τότε λαμπροὶ προσίεμεν ἀληθῶς, καὶ οὐ μιανοῦμεν ἔτι τὴν ἁγίαν σκηνήν· προσκυνήσομεν δὲ καθαροὶ καθαρῶς τῷ πανάγνῳ Θεῷ, φοιτῶντες ἐν ἐκκλησίαις. ΠΑΛ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡΙΛ. Ὅτι τοι προσκατηῤῥώστησε μὲν ἡ ἀνθρώπου φύσις τὸν μολυσμὸν, διασμήχοιτο δ' ἂν οὐχ ἑτέρως, B πλὴν ὅτι διὰ Χριστοῦ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἱεροῦ καὶ ἁγίου θύματος, εἴσῃ τοι καὶ μάλα σαφῶς καὶ ἕτερον ἐπὶ τῷδε τῷ νόμῳ χρησμῴδημα πολυπραγμονῶν. γέγραπται γὰρ πάλιν ἐν τῷ Λευιτικῷ. καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων· λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· γυνὴ ἐάν τις σπερματισθῇ, καὶ τέκῃ ἄρσεν, ἀκάθαρτος ἔσται ἑπτὰ ἡμέρας κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ χωρισμοῦ τῆς ἀφέδρου αὐτῆς, C ἀκάθαρτος ἔσται. καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ περιτεμεῖ τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ. καὶ τριάκοντα καὶ τρεῖς ἡμέρας καθήσεται ἐν αἵματι ἀκαθάρτῳ αὐτῆς. παντὸς ἁγίου οὐχ ἅψεται, καὶ εἰς τὸ ἁγιαστήριον οὐκ εἰσελεύσεται, ἕως ἂν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι καθάρσεως αὐτῆς. ἐὰν δὲ θῆλυ τέκῃ, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται δὶς ἑπτὰ ἡμέρας, κατὰ τὴν ἄφεδρον αὐτῆς. καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας καὶ ἓξ καθεσθήσεται ἐν αἵματι ἀκαθάρτῳ αὐτῆς. καὶ ὅταν D ἀναπληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι καθάρσεως αὐτῆς ἐφ' υἱῷ ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, προσοίσει ἀμνὸν ἐνιαύσιον ἄμωμον εἰς ὁλοκαύτωμα, καὶ νεοσσὸν περιστερᾶς ἢ τρυγόνα περὶ ἁμαρτίας ἐπὶ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, πρὸς τὸν ἱερέα. καὶ προσοίσει αὐτὸν ἔναντι κυρίου. καὶ ἐξιλάσεται περὶ αὐτῆς ὁ ἱερεὺς, καὶ καθαριεῖ αὐτὴν ἀπὸ τῆς πηγῆς τοῦ αἵματος αὐτῆς. ΠΑΛ. Τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ἡ τίκτουσα γυνή; καὶ τίς ἂν εἴη πάλιν ὅ γε ἐπ' αὐτῇ τοῦ νόμου σκοπός; ΚΥΡ. Ἰσχνομυθεῖν, ὡς ἔοικεν, ἀναγκαῖον ἡμᾶς. δριμὺ γὰρ λίαν τῆς ἐντολῆς τὸ E χρῆμα, καὶ οὐχ ἕτοιμον ἑλεῖν. πλὴν ὡς ἔνι διερευνήσομεν. ἐκεῖνό γε μὴν, ὦ Παλλάδιε, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων κατατέθηπά τοι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τὸ τί δὴ φής; ΚΥΡ. Ἰόντος γὰρ δὴ τοῦ νόμου κατὰ γυναικὸς ἁπάσης τικτούσης ἄρσεν ἢ θῆλυ, καὶ καθολικωτάτην ἡμῶν ποιουμένου τὴν κατάῤῥησιν, ὑπεξῄρηται τῆς δυσφημίας ἡ ἁγία παρθένος, ἧς ἐκφῦναί φαμεν τὸν κατὰ σάρκα Χριστόν.

θέα γὰρ, εἴ τοι δοκεῖ, τοῦ νόμου τὸ ἀκριβές. γυνὴ γάρ φησιν, καὶ οὐ πᾶσαι τυχὸν ἀδιακρίτως, ἀλλ᾽ εἴ τις ἐὰν σπερματισθῇ καὶ τέκῃ ἄρσεν, ἀκάθαρτος ἔστω. ἀλλ᾽ ἐκ πνεύματος ἁγίου τὸ θεῖον συνέστη σῶμα, πλαστουργούμενον ἀρρήτως ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, καὶ τῶν τῆς φύσεως νόμων ὀλίγα πεφροντικός. ἥκιστα γὰρ δὴ σπερματικῆς ἐδεῖτο καταβολῆς ὁ τῶν ἁγίων πρωτότοκος, ἡ ἀπαρχὴ τῶν λαχόντων τὴν ἐκ Θεοῦ διὰ πνεύματος ἀναγέννησιν. περὶ ὧν εἴρηται σαφῶς, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλ᾽ ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. διέδρα δὴ οὖν τὴν ἐκ νόμου καταβολὴν ἡ ἁγία παρθένος, σπερματισθεῖσα μὲν οὐδαμῶς, ἐνεργείᾳ δὲ τῇ διὰ ἁγίου Πνεύματος, τὸ θεῖον ἀποκυήσασα βρέφος. ἡ δὲ τίκτουσα, καὶ ἀκάθαρτος διὰ τοῦτο γυνὴ, εἴη ἂν κατά γε τὸ εἰκὸς καὶ τὸν ἀμωμήτως ἔχοντα νοῦν, ἡ ἀνθρώπου φύσις. τὸ γάρ τοι τῆς γυναικὸς πρόσωπον αὐτῇ περιθήσομεν εἴς γε τὸ παρὸν, τῇ φύσει. κατηγορεῖται δὲ νόμῳ, καὶ μολυσμοῖς ἔνοχος ὀνομάζεται, διά τοι τὸ τίκτειν εἰς φθορὰν, καὶ οὐκ εἶναι μὲν ἐν οἷς ἦν εὐθὺς, τὸ εἶναι λαχοῦσα παρὰ Θεοῦ· γέγονε γὰρ ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ· παρενηνέχθαι δὲ μᾶλλον εἰς τὸ καταφθείρεσθαι δεῖν, κατεγνωσμένη διὰ τὴν παράβασιν, καὶ τὴν ἐκ θείας ἀρᾶς ἀνατλᾶσα δίκην, παρὰ φύσιν ἡ φύσις. ὁ γὰρ Θεὸς, θάνατον οὐκ ἐποίησε, κατὰ τὸ γεγραμμένον. οὐδὲ τέρπεται ἐπ᾽ ἀπωλείᾳ ζώντων, καὶ οὐκ ἔστιν ᾅδου βασίλειον ἐπὶ γῆς. ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου. φθόνῳ δὲ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. καταμολύνει δὴ οὖν τὴν φύσιν ἡ ἐπείσακτος φθορὰ, καὶ ὁ φθόνῳ διαβολικῷ κατακρατήσας θάνατος, ῥίζαν ἔχων τὴν ἁμαρτίαν. καταμιαίνει δὲ καὶ ἑτέρως, τὸ ὡς ἐν φιληδονίᾳ σαρκικῇ σπείρεσθαι τὰ γεννώμενα. καὶ δή τι τοιοῦτον ὑποδηλοῦν ἔοικεν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ψάλλων τε καὶ λέγων. ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. ἀκάθαρτος οὖν ἡ φύσις, ὡς ἐκ παραβάσεώς τε καὶ ἐξ ἀρᾶς ὑπομένουσα τὴν φθορὰν, παρά γε τὸ Θεῷ δοκοῦν. ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, τὸ ἀληθὴς ὁ λόγος. ΠΑΛΛ. Τίνα δὴ οὖν τρόπον ἀπαλλάττοιτο ἂν τῆς ἀκαθαρσίας, προσθεὶς λοιπόν. ΚΥΡ. Αὐτὸς ἡμῖν, ὦ Παλλάδιε, κατέδειξε τὴν ὁδὸν καταδικάζων ὁ νόμος. ἀφοριζέσθω γὰρ, φησὶν, ὡς ἀκάθαρτος, ἑπτὰ ἡμέρας.

A Vide enim, ſi placet, accuratam Legis diligentiam; Mulier, inquit, non quæuis citra diſtinctionem, ſed ſi qua conceperit ſemen, & pepererit maſculum, immunda eſto; atqui ex Spiritu ſancto diuinum illud corpus compactum eſt, arcana quadam ratione in ſancta Virgine, neglectis naturæ legibus formatum: neque enim indito ſemine indigebat ille ſanctorum primogenitus, ac primitiæ eorum, qui regenerationem illam ex Deo per Spiritum aſſecuti ſunt; de quibus eſt diſertè dictum, B [Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt.] Ioan. 1. Effugit igitur Legis condemnationem ſancta Virgo, quæ minime ſemen concepit, ſed Sancti ſpiritus opera diuinum puerum peperit. At vero, quæ parit, & ob eam cauſſam impura mulier, congruenter, atque integro ſenſu hominis natura intelligitur; ipſi namque naturæ ad præſens mulieris perſonam imponemus. Culpatur autem à Lege, & contaminationibus obnoxia dicitur, eo C quod pariat ad corruptionem, & non ea conditione ſit, qua fuit ſtatim atque à Deo accepit vt eſſet, (facta eſt enim ad incorruptionem) ſed potius eo perducta, vt illi corrumpi & interire neceſſe ſit, damnata propter præuaricationem natura, & preter naturam ex diuina maledictione pœnas luens: [Deus enim mortem non fecit, vt ſcriptum eſt, neque oblectatur perditione viuentium, neque eſt regnum Inferorum in terris; creauit enim vt eſſent omnia, & ſalutares generationes mundi: inuidia vero D Diaboli mors intrauit in mundum.] Sap. 1. Sap. 2. Contaminat itaque naturam aduentitia corruptio, & mors, quæ inuidia Diaboli imperium tenuit, ex radice peccati profecta. Alia quoque ratione illud eam contaminat, quod in carnali voluptate ferantur, qui gignũtur. Eiuſmodi quiddam ſignificare videtur etiam beatus Dauid, cùm pſallit ac dicit, (Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.] Pſal. 50. Impura eſt igitur natura, vt quæ in tranſgreſſione & maledictione, præter id, E quod Deo placebat, corruptioni ſit obnoxia: creauit enim vt eſſent omnia, vt vere dictum eſt. PAL. Quomodo igitur ab impuritate quiſquam liberari poſſit, adiunge viam, ſi placet. CYRILL. Ipſa eadem, quæ condemnabit, Lex nobis, Palladi, iam oſtendit; Segregetur enim, inquit, vt impura ſeptem dies:

A enumeret deinde alios tres atque triginta, & ſedebit in ſanguine impuro ſuo; nimirum ſi maſculum genuit; Sin fœminam pepererit, inquit, duplo longior ſegregatio eſto, etiam aliorum dierum ſupputatio duplo maior. Igitur ſi mas quidem editus fuerit, immunda eſt quæ peperit, & in impuritate eſt ſeptem & triginta tres dies, id eſt, in ſumma quadraginta; ſin fœmina, bis ſeptem & ſexaginta ſex, id eſt, octoginta. PALLADIVS. Quæ tandem eſt poſtremo eius rei ratio?

B CYRILLVS. Ab exemplis carnalibus Lex nos reuocat ad rerum abditarum perceptionem, & tanquam in tabula quadam ſpiritualis intelligentiæ, res depingit, quæ ſenſu percipiuntur. Ij igitur, qui harum rerum habent intelligentiam, aiunt, ſi mas ſit fœtus in vtero conceptus, vix poſt quadraginta tranſactos dies formam accipere; ſin fœmina, tardius eam ad hoc peruenire, vt quæ infirmiori ſit imbecilliorique natura: ſed indigere & ipſam aiunt ad expreſſam formæ effictionem, bis quadraginta,

C id eſt, octoginta diebus. Impura eſt igitur quæ marem peperit, diebus quadraginta: & femellam enixa, totos octoginta numero dies in immunditia & impuritate verſabatur, id eſt, vſque ad expreſſam formationem fœtus, & humanę formæ ſuſceptionem. Purificationis autem nomine, vt Legi placet, agnus & turtur immolabantur ad oſtium tabernaculi, interueniente ſacerdote, & ſacra perficiente: circuncidendum item

D eſſe maſculum ait ritu, quem Lex decreuit, id eſt, octauo die. Hic eſt quidem literæ ſenſus. Sed nos ad intelligentiam ſpiritualem recurramus, dicamuſque, qua ratione natura, quæ nos ad corruptionẽ & impuritatem genuerat, inquinamenta repulerit, & impuritatem ac Legis condemnationem vitauerit: multis namque temporibus in ſegregatione, id eſt, longe à Dei conſpectu verſata fuerat: ea porro tempora anteaduentum fuerunt, quibus regnauit

E mors ab Adam vſque ad Moyſen, ac multiforme peccatum terrenis hominibus imperauit: ſed, poſteaquam octauo die, id eſt, poſt Legis tempus, & antiquum illum ſabbatiſmum, circunciſione non manufacta per Spiritum circunciſi ſumus, & formati in Chriſtum, diuinę eius naturę facti participes,

A ἀπαριθμείτω δὲ καὶ ἑτέρας τρεῖς καὶ τριάκοντα καὶ καθίσεται ἐν αἵματι ἀκαθάρτῳ αὐτῆς, ἐπ' ἄρσενι δὲ δηλονότι τῷ γεννήματι εἰ δὲ δὴ θῆλυ τέκοι, φησὶ, διπλοῦς ὁ ἀφορισμὸς, διπλῆ καὶ ἡ τῶν ἑτέρων ἡμερῶν ἀπαρίθμησις. Οὐκοῦν εἰ μὲν ἄρσεν εἴη τὸ ἀποτεχθὲν ἀκάθαρτος ἡ τεκοῦσα, καὶ ἐν μολυσμοῖς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα καὶ τρεῖς ἡμέρας, τουτέστι, τεσσαράκοντα. εἰ δὲ θῆλυ, δὶς ἑπτὰ, καὶ ἑξήκοντα καὶ ἕξ, τουτέστιν, ὀγδοήκοντα. ΠΑΛ. Καὶ τίς ἂν εἴη λοιπὸν καὶ ὁ τοῦδε λόγος;

B ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐκ παραδειγμάτων ἡμᾶς σαρκικῶν ἀνακομίζει πάλιν ὁ νόμος εἰς κατάληψιν τῶν ἀφανεστέρων, καὶ ὥσπερ τινὰ πίνακα πνευματικῆς θεωρίας, ἀναγράφει τὰ αἰσθητά. Φασὶ τοιγαροῦν οἱ ταῦτα σοφοί, ὡς εἰ μὲν ἄρσεν εἴη τὸ ἐν μήτρᾳ καταβληθὲν, εἰδοποιεῖσθαι μόλις ἡμερῶν αὐτὸ τεσσαράκοντα διαπεπληρωμένων. εἰ δέ γε θῆλυ, βραδεῖαν ἔχειν τὴν εἰς τοῦτο πρόοδον, ὡς ἀσθενές τε καὶ ἄναλκι. δεῖσθαι δὴ καὶ αὐτό φασιν εἰς εἰδοποίησιν ἐναργῆ, τῶν δὶς τεσσαράκοντα ἡμερῶν, τουτέστιν, ὀγδοήκοντα.

C ἀκάθαρτος οὖν ἡ ἀρρενοτόκος ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα. ἡ δέ γε θήλεως μήτηρ, ἐν ὅλαις ταῖς ὀγδοήκοντα τὸν ἀριθμὸν ἡμέραις, ἐν μολυσμοῖς καὶ ἀκαθαρσίαις, τουτέστιν, ἄχρι μορφώσεως ἀκριβοῦς τοῦ ἐν μήτρᾳ, καὶ μὴν καὶ ἀφίξεως τῆς εἰς εἶδος τὸ ἀνθρώπινον. ἐπεὶ δέ γε τῷ καθαρισμῷ κατά γε τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν, ἀμνὸς καὶ τρυγὼν ἐσφάζετο παρὰ τὴν θύραν τῆς ἁγίας σκηνῆς, μεσιτεύοντος ἱερέως καὶ τελοῦντος τὰ ἱερά. περιτέμνεσθαι δὲ δεῖν καὶ τὸ ἄρσεν ἔφη κατὰ

D τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν, τουτέστι, κατὰ τὴν ὀγδόην. τοιόσδε μὲν οὖν, ὁ τοῦ γράμματος νοῦς. ἡμεῖς δὲ πρὸς θεωρίαν ἀναθέοντες τὴν πνευματικὴν, φέρε δὴ λέγωμεν τίνα δὴ τρόπον ἡ εἰς φθορὰν ἡμᾶς καὶ ἀκαθαρσίαν τεκοῦσα φύσις διεκρούσατο μολυσμοὺς, καὶ διέδρα τὴν ἀκαθαρσίαν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ νόμου κατάρρησιν· μακροῖς μὲν γὰρ ἤδη διατετέλεκε χρόνοις ἐν ἀφορισμῷ, τουτέστιν, ἐκ προσώπου Θεοῦ. χρόνοι δὲ ἦσαν οἱ πρὸ τῆς ἐπιδημίας, καθ' οὓς βεβασίλευκεν

E ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ μέχρι Μωσέως, κατεκράτησε δὲ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἡ πολύμορφος ἁμαρτία. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν ὀγδόην, τουτέστι, μετὰ τὸν τοῦ νόμου καιρὸν, καὶ τὸν ἀρχαῖον ἐκεῖνον σαββατισμὸν, ἀχειροποιήτῳ περιτομῇ περιτετμήμεθα, διὰ πνεύματος, μεμορφώμεθα δὲ καὶ εἰς Χριστὸν, τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως γενόμενοι κοινωνοί,

διεκρουσάμεθα δὴ τὰ ἐγκλήματα, κατηφάνισται δὲ καὶ ὁ ῥύπος, καὶ ἅπας ἡμῶν οἴχεται μολυσμός. τικτόμεθα γὰρ οὐκ εἰς φθορὰν ἔτι, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, ἀλλ᾽ εἰς ζωήν τε καὶ ἀφθαρσίαν, διὰ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείναντος σφαγὴν, ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀληθινοῦ, ὡς τρυγόνος θείας καὶ νοητῆς. σεσώσμεθα γὰρ οὐχ ἑτέρως. ἢ γὰρ οὐχ ὧδε ἔχει; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Παντάπασι μὲν οὖν· σαφὲς γὰρ λίαν τὸ αἴνιγμα.

A tum verò crimina repulimus, ſordes etiam abolitæ ſunt, & omnes immunditiæ noſtræ abierunt: neque enim adhuc gignimur ad corruptionem, per illam in Adam tranſgreſſionem, ſed ad vitam & incorruptionem, per illam in Chriſto iuſtificationem, qui ſe pro nobis immolari paſſus eſt, vt agnus immaculatus ac verus, vt turtur diuinus ac ſpiritualis; neque enim alia ratione ſalutem accepimus. An non ita eſſe cenſes? PAL. Imo vero maxime: figura enim admodum perſpicua eſt.

FINIS LIBRI QVINTIDECIMI.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙ-ΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ προσκυνήσεως καὶ λατρείας.

ΛΟΓΟΣ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE.

LIBER SEXTVSDECIMVS.

Spirituales hoſtias, & oblationes à nobis offerri Deo oportere.

A Ὅτι χρὴ προσάγειν ἡμᾶς θυσίας πνευματικὰς καὶ δωροφορίας Θεῷ.

SATIS multa quidem ſunt in eam ſententiam dicta, vt aggrediendam eam peccati ablutionem, atque purgationem, quæ per Chriſtum fit, doceremus, qui ſordes omnes nobis inhærentes abſtergere poteſt, & Spiritus efficacia conſumit, mundoſque ac ſanctos efficere nouit. Itaque ſacræ quoque literæ hanc ſancti Spiritus operationem nobis eſſe tribuendam antè prædicarunt, his verbis,

Malach. 3. " [Quia ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuũ Dominus, quem vos quæritis; & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens, quis ſuſtinebit diem ingreſſus eius ?

ἈΠΟΧΡΗ μὲν οὖν, καθάπερ ἐγῷμαι, τὰ εἰρημένα πρὸς τὸ δεῖν ἐναγωνίως εἰς ἀπόῤῥιψιν ἁμαρτίας, καὶ εἰς ἀποκάθαρσιν τὴν διὰ Χριστοῦ, πάντα μὲν ῥύπον τὸν ἐν ἡμῖν διασμήχειν οἷόν τε, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ συντήκοντος, ἐκνενιμμένους δὲ καὶ ἁγίους ἀποφαίνειν εἰδότος. τιγάρτοι καὶ ἱερὸς ἡμῖν B ὁ λόγος τοιοῦτος, τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν εἰς ἡμᾶς ἐσομένην προανακεκήρυχε λέγων, ὅτι ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ;

ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸς εἰσπορεύεται, ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων, καὶ καθιεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων, ὡς τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον. συνᾴδει δὲ τούτοις καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας λέγων, ὅτι ἐκπλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιών, καὶ τὸ αἷμα ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν ἐν πνεύματι κρίσεως, καὶ ἐν πνεύματι καύσεως. ἆρ' οὖν, ὦ Παλλάδιε, τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης δικαιοσύνης ὁ τρόπος διαπεραίνοιτο ἂν πρὸς ἡμῶν, ὡς ἔν γε δὴ μόνῳ τῷ διανίψασθαι δεῖν, καὶ τοὺς ἀρχαίους ἡμᾶς ἀποτρίψασθαι μολυσμούς, ἀρκέσειεν ἂν εἰπέ μοι πρὸς δόξαν ἡμῖν ἁγιοπρεπῆ, καὶ τῆς ἀνωτάτω στεφανώσει τιμῆς; ἢ τότε μᾶλλον, ἔσται πως τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν ἀμείνοσι, καὶ τοῖς εἰς ἄκρον ἐπαίνοις κατασεμνυνοίμεθα εἰκότως τὰς ἑαυτῶν κεφαλάς, οἷά περ τινα δωροφορίαν πνευματικήν, καὶ ἱερὸν ἀληθῶς ἀνάθημα προσκομίζοντες τῷ Θεῷ, τὴν ἐν ἁγιασμῷ καὶ ὁσιότητι ζωήν, καὶ πνευματικὴν λατρείαν εὖ μάλα διαπεραίνοντες. ΠΑΛ. Οὕτω φημί. ΚΥΡ. Καὶ γάρ τοι τὸ χρῆμά ἐστι τοῖς ἱεροῖς συμβαῖνον νόμοις, καὶ Θεῷ κεχαρισμένον, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα δεδοκιμασμένων. καταλήγειν μὲν ἔργου παντὸς προστέταχεν ἐν σαββάτῳ, δρᾶν δὲ δὴ ὅλως ἠφίει τινὰς οὐδ' ὅπως τι οὖν, οὕτω λέγων ἐν τῇ Ἐξόδῳ. μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων ἁγιάζειν αὐτήν. ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ, καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου. τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, σάββατα, ἀνάπαυσις κυρίῳ τῷ Θεῷ σου. οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον. τὸν ἐν πνεύματι δηλονότι σαββατισμὸν τοῦ τύπου κατασημαίνοντος, ὅτι καὶ εἰς κατάληξιν καὶ ἀνακωχὴν παντὸς ἔργου σαρκικοῦ, καὶ μοχθηρῶν σπουδασμάτων, δι' αὐτοῦ κεκλήμεθα τοῦ Χριστοῦ, τὸ τῆς ἁμαρτίας ἄχθος ἀποσεισάμενοι, καὶ τὴν ἐκ τῆς φαυλότητος ἀγαπῶντες ἀπόστασιν, καὶ τὴν ἔξω νόμου, τὴν ἀργίαν. ἀπελείπετο μὲν γὰρ ὁ τοιόσδε σαββατισμὸς τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. εἰσβεβήκασι γὰρ οὐδαμῶς εἰς τὴν κατάπαυσιν τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. ἡμᾶς δὲ κατέπαυσεν ὁ Χριστός, καὶ σαββατίζειν ἀνέπεισε νοητῶς, ἀνειμένους εἰς ἀρετήν, καὶ καλὴν πλημμελημάτων ἀργίαν ἐπιτηδεύοντας. ΠΑΛ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡ. Ἀλλ' ἐθεσμοθέτει μὲν καὶ πάλαι Θεός, τὸ δεῖν ἅπαντας ἀργεῖν ἐν σαββάτῳ. πλὴν οἱ τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ κατεστεμμένοι, καὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ προσεδρεύειν ἐπιτεταγμένοι, πάλιν ἐτέλουν τὰ ἱερά, καὶ βεβηλοῦντες τὸ σάββατον

A aut quis ſubſiſtet in viſione eius? quia ipſe ingreditur, quaſi ignis conflatorii, & quaſi herba lauantium, & ſedebit conflans, & emundans ſicut argentum & aurum.] His conſonat etiam beatus Eſaias, dicens, Eluet Dominus ſordes filiorum, & filiarum Sion, & ſanguinem purgabit de medio eorum in ſpiritu iudicii, & ſpiritu combuſtionis.] Num igitur, Palladi, iuſtitiæ, quæ in Chriſto intelligitur, modus perficietur à nobis hac vha B re, ſi nos ablucrimus? ac veteres abſterſiſſe maculas ſatis erit ad illam, quæ ſanctis viris debetur, gloriam, & ſummos illos honores conciliabit? an vero tum clariores erimus, & digni, qui ſummis laudibus ornemur, cum illam in ſanctitate vitam, tanquam ſpirituale donum, & Deo ſacrum reuera munus offeremus, & ſpiritualem cultum perficiemus? PALLADIVS. Ita eſſe fateor. CYRILLVS. Etenim ea res cum diuinis legibus conuenit, & Deo grata eſt, & in primis proba- C ta: nam ceſſare Sabbato ab omni opere præcepit, ac facere quicquam omnino vetuit, his verbis in Exodo poſitis, [Memento diem Sabbati, vt ſanctifices eum. Sex dies operare, & facies omnia opera tua; die autem ſeptimo, Sabbata, requies Deo tuo: non facies in eo omne opus:] illum in ſpiritu ſabbatiſmum nimirum hæc figura deſignat, cum ad ceſſationem ac vacationem ab omnibus carnalibus ope- D ribus & vitioſis ſtudiis per ipſum Chriſtum vocati ſumus, & peccati onus à nobis excuſſimus, & à vitiis libenter abſceſſimus, & ab iis, quæ per Legem fiunt, ceſſauimus. deeſt enim talis ſabbatiſmus filiis Iſrael; neque enim introierunt in requiem Chriſti, vt beati Pauli verbis vtar. Nobis autem requiem præſtitit Chriſtus: & Sabbatum ſpiritualiter celebrare ſuaſit, virtuti vacantes, & præclaram à delictis ceſſationem ſe- E ctantes. PALLADIVS. Optime eſt à te dictum. CYRILLVS. Quamuis autem inſtituiſſet olim Deus, vt omnes ceſſarent Sabbato; ij tamen, qui diuino cultui præerant, & qui vt tabernaculo aſſiſterent, conſtituti erant, ſacra munia itidem obibant; &, cum Sabbatum

Eſai. 4.

Exod. 20.

Hebr. 4.

Matth. 12.

violarent, iuxta Saluatoris vocem, ſine culpa erant, neque Legis violatæ nomine in crimen vocabantur. Itaque à terrenis quidem ſtudiis nos ipſi quoque in Chriſto ceſſabimus, & hoc modo ſpiritualem ſabbatiſmum implebimus: neque tamen eouſque ab operibus aſtinebimus, vt Deo ſpirituales hoſtias, & intelligibilia dona minime offeramus; ſed Chriſti veſtigia ſequentes, ſicut ſcriptum eſt, nos ipſos ſacrificabimus, (1. Petr. 2.) & illum rerum vniuerſarum Deum non oue cæſa, vitulorumque ſanguine venerabimur; ſed nos potius illi in odorem ſuauitatis conſecrabimus: placebimus enim ſuper vitulum (Psal. 68.) nouellum, cornua producentem & vngulas; vtor enim voce Pſallentis. PALLADIVS. Recte exiſtimas. Sed iam perge iterum, & è ſacris literis, adeo præclari admirabiliſque cultus formam depinge. CYRILLVS. Ait itaque Deus in Leuitico omnibus nimirum, qui erant ex genere Iſrael.] Homo ex vobis quicunque offert dona Domino à pecoribus, & à bobus, & (Leuit. 1.) ab ouibus feretis dona veſtra; ſi holocauſta donum eius ex bobus, maſculum immaculatum offeret, ad oſtium tabernaculi teſtimonii afferet illud, acceptum coram Domino, & imponet manum ſuper caput victimæ, acceptabile ipſi, vt propitietur pro ipſo, & mactabit vitulum coram Domino: & afferent filii Aaron ſacerdotes ſanguinem, & effundent ſanguinem ad altare in circuitu, quod eſt ad oſtium tabernaculi teſtimonii, & detrahentes pellem holocauſti, concident illud per membra, & imponent filii Aaron ſacerdotes ignem ad altare, & congerent ligna in ignem, & congerent filii Aaron ſacerdotes conciſas partes & caput & adipem ſuper ligna quæ ſuper ignem, qui eſt ſuper altare, ventrem vero & pedes lauabunt aqua, & imponet ſacerdos omnia ſuper altare: incenſio eſt, ſacrificium, odor ſuauitatis Domino.] Nonne perſpicua hæc eſt figura ſanctorum hominum vitæ, & integræ illius atque in ſpiritu, & ſanctitate perfectæ cum Deo coniunctionis? Sumus enim tanquam in manſuetis animantibus vitulo & oui perſimiles, cum mundo certe morimur, eo ipſo quod carnem mortificamus, vt Deo per

A κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, ἦσαν ἀναίτιοι, τὸ ἐπὶ τῷ λελύσθαι τὸν νόμον, οὐχ ὑπομένοντες γραφήν. Οὐκοῦν ἐπιγείων μὲν σπουδασμάτων καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ καταλήξομεν ἐν Χριστῷ, τὸν νοητὸν πληροῦντες σαββατισμὸν, ἀφεξόμεθα δ᾽ οὐχὶ τῶν ἱερῶν ἔργων, τοῦ χρῆναί φημι προσκομίζειν Θεῷ θυσίας πνευματικὰς, καὶ νοητὰς δωροφορίας. ἑπόμενοι δὲ ὥσπερ τοῖς ἴχνεσι τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἑαυτοὺς ἱερουργήσομεν, οὐ μηλοσφαγίαις καὶ μόσχων αἵμασι τὸν τῶν ὅλων τιμῶντες Θεὸν, ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον εἰς ὀσμὴν B εὐωδίας ἀνατιθέντες αὐτῷ. Ἀρέσομεν γὰρ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλὰς, κατά γε τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθῶς ἐξενόησας· πλὴν ἴθι δὴ πάλιν, καὶ ἐξ ἱερῶν γραμμάτων τῆς ὧδε λαμπρᾶς καὶ ἀξιαγάστου λατρείας ἀνατύπου τὰς γραφάς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔφη τοίνυν Θεὸς ἐν τῷ Λευϊτικῷ, δῆλον δὲ ὅτι πρὸς πάντας τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἐὰν προσαγάγῃ δῶρα τῷ Κυρίῳ, ἀπὸ τῶν κτηνῶν καὶ ἀπὸ τῶν βοῶν καὶ ἀπὸ τῶν προβάτων προσοί- C σετε τὰ δῶρα ὑμῶν. ἐὰν ὁλοκαύτωμα τὸ δῶρον αὐτοῦ, ἐκ τῶν βοῶν ἄρσεν ἄμωμον προσάξει, πρὸς τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου προσοίσει αὐτὸ δεκτὸν ἐναντίον Κυρίου. καὶ ἐπιθήσει τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ καρπώματος δεκτὸν αὐτῷ, ἐξιλάσασθαι περὶ αὐτοῦ. καὶ σφάξει τὸν μόσχον ἔναντι Κυρίου, καὶ προσοίσουσιν οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς τὸ αἷμα, καὶ προσχεοῦσι τὸ αἷμα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον κύκλῳ τὸ ἐπὶ τῶν θυρῶν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἐκ- D δείραντες τὸ ὁλοκαύτωμα, μελιοῦσιν αὐτὸ κατὰ μέλη. καὶ ἐπιθήσουσιν οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς πῦρ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. καὶ ἐπιστοιβάσουσι ξύλα ἐπὶ τὸ πῦρ. καὶ ἐπιστοιβάσουσιν οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς τὰ διχοτομήματα, καὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ στέαρ ἐπὶ τὰ ξύλα τὰ ἐπὶ τοῦ πυρὸς τοῦ ὄντος ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου. τὰ δὲ ἐγκοίλια καὶ τοὺς πόδας πλυνοῦσιν ὕδατι. καὶ ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς τὰ πάντα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. κάρπωμά ἐστι θυσία, ὀσμὴ εὐωδίας τῷ Κυρίῳ. Ἆρ᾽ οὐκ ἐναργὴς ὁ E τύπος τῆς τῶν ἁγίων ζωῆς, καὶ οἰκειότατος ὁλοτελοῦς, τῆς πρὸς Θεὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἁγιασμῷ; μορφούμεθα γὰρ, ὡς ἐν τοῖς ἡμέροις τῶν ζώων, μόσχῳ τέ φημι καὶ προβάτῳ, κόσμῳ μὲν ἀποθνήσκοντες, διὰ τοῦ τὴν σάρκα κατανεκροῦν, ἵνα Θεῷ ζήσωμεν διὰ τῆς

εὐαγγελικῆς πολιτείας, ἀναβαίνοντες δὲ ὥσπερ εἰς θυσίαν τὴν πνευματικὴν ἀληθῶς καὶ εὐοσμοτάτην δι' υἱοῦ τῷ πατρί. καὶ φέρε σοι πάλιν τὰ ἐφ' ἑκάστῳ λέγωμεν, ἰσχνοεποιοῦντες ὡς ἔνι. δῶρον μὲν γὰρ ὥσπερ τι τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ, τὴν ἰδίαν ἕκαστος ἀνατίθησι ζωήν, πλὴν ὡς ἑκάστῳ δίδοται, καὶ ὡς ἂν ἔχοι μέτρον. ὁ μὲν γὰρ, οὕτως· ὁ δὲ, οὕτως, ἴδιον ἔχων ἐκ Θεοῦ χάρισμα, κατὰ τὴν τοῦ σοφωτάτου Παύλου φωνήν. ἐν γὰρ τοῖς μεγέθεσι τῶν ζώων, ἤτοι ταῖς κατ' εἶδος διαφοραῖς, τὸ ἀνίσως τε καὶ ἀνομοίως ἔχον, κατ' ἰσχὺν τάχα που τὴν πνευματικὴν, καὶ κατά γε τὸ τῆς διανοίας, πλαγίως ὑποσημαίνεται. εἴτ' οὖν ὡς ἐν μόσχῳ μέγας εἴη τυχὸν, καὶ μὴν καὶ ἄγαν εὐσθενής, ἤγουν ὡς ἔν γε προβάτῳ, τὸ μεῖον ἔχων, καὶ τοῦ τελείου κατόπιν ἰὼν, ἑαυτὸν εἰς δωροφορίαν προσκομιζέτω Θεῷ, καὶ τοῦτο εἰς ὁλοκαύτωμα, τουτέστιν, εἰς ὁλόκληρον ἀφιέρωσιν, οὐ μεμερισμένην ἔχων πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ τὴν ζωὴν, ἀλλ' ὅλην ἐξ ὅλου δεκτήν τε ἱερὰν τῷ Θεῷ. ποιὸς δέ τις ἔστω τῆς θυσίας ὁ τρόπος· ἄρσεν τε καὶ ἄμωμον ἔστω τὸ θῦμα, φησί. σύμμορφοι γὰρ ἀεί πως εἰσὶν οἱ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ἄρσην τε καὶ ἄμωμος ἀληθῶς, τοῦ μὲν ἄρσενος, τὸ ἡγεμονικὸν, τοῦ δὲ ἀμώμου, τὴν ὑπερφυᾶ καὶ ἀσύμβλητον ἁγιότητα καταγράφοντος. εἷς γὰρ ἡμῶν καθηγητὴς καὶ πανάγιος ἀσυγκρίτως, ὁ Ἐμμανουήλ. ἄλλως τε, χρῆναι γὰρ δεῖν κἀκεῖνο εἰπεῖν, καὶ οἴησομαι δεῖν, ἄρσενάς τε καὶ ἀμώμους πρέποι ἂν εἶναι, τοὺς Θεῷ καθιερωμένους, οὐδὲν ἔχοντας τὸ θηλυπρεπὲς, οὐ παρειμένους εἰς ῥαθυμίαν, ἀλλὰ πολὺ λίαν διατεινομένους εἰς τὸ ἀνδρίζεσθαι δεῖν, ἄρσενά τε καὶ οἱονεὶ διεγηγερμένον τὸν ἔν γε δὴ σφίσιν αὐτοῖς διασώζοντας νοῦν. καὶ μέντοι πρὸς τόδε φαίην ἂν, ὅτι καθαρούς τε καὶ ἀμώμους εἶναι χρὴ κατά γε τὸ ἐγχωροῦν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. ψάλλει γάρ που καὶ μάλα ἐμφρόνως ὁ θεσπέσιος Δαβίδ. κρῖνόν με κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν ἀκακίαν μου ἐπ' ἐμοί. συμμεμέτρηται γὰρ παρὰ Θεῷ τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιεικείας ὁ τρόπος, ὑπερανισχούσης δηλονότι τῆς τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ πολὺ τὸ καθ' ἡμᾶς ὑπεραιρούσης μέτρον. οὐκοῦν ἄρσεν τε καὶ ἄμωμον τὸ ἱερὸν ἔστω θῦμα. ἀποφέρεται δέ πως πρὸς αὐταῖς ταῖς θύραις τῆς ἁγίας σκηνῆς. τελειούμεθα γὰρ οὐχ ἑτέρωσέ ποι, ἢ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐν ἐκ-

A euangelicam conuerſationem viuamus; & tanquam ſacrificium ſane ſpirituale, & ſuauiſſimi odoris Patri per Filium offerimur. Sed age, de ſingulis iterum dicamus, & ſubtiliter, quoad fieri poterit, diſſeramus. Nam veluti donum quoddam ſuam quiſque vitam præpotenti omnium Deo conſecrat: ſed quatenus cuique datur, ac pro menſura, quam habet; cùm hic quidem ſic, alius verò ſic, proprium donum à Deo habeat, vt b[illegible] Pauli B verbis vtar: magnitudine namque illa horum animalium ac diuerſitate formæ, inæqualitas atque diſſimilitudo ſpiritualis rationaliſque fortitudinis obliquè ſignificatur. Siue ergo, vt in vitulo magnus ſit atque etiam firmus, ſiue vt in oue minor, & à perfectione abſit, ſeipſum in donum offerat, idque in holocauſtum, id eſt, integram conſecrationem, vt vitam non in res terrenas partitam, ſed totam prorſus acceptam Deo ac ſacram habeat. Hic C porro ſit eius hoſtiæ ritus, Maſcula eſto victima, inquit, & immaculata: ſancti namque viri ſemper fere ſunt Chriſto conformes; qui maſculus eſt reuera & immaculatus, quòd maſculus quidem principis dignitatem, immaculatus autem præſtantiſſimam excellentiſſimamque ſanctitatem deſignet: vnus eſt enim dux ac magiſter noſter ille Emmanuel, idemque ſanctiſſimus, adeo vt cum eo nemo conferri poſſit. Aliter quoque dici illud D poteſt, decere, vt, qui Deo conſecrantur, maſculi ſint, immaculati, nihilque fœmineum habeant, nec [illegible]æ ſocordia langueant, ſed vehementer admodum incumbant, vt ſe viriliter ac ſtrenue gerant, maſculumque quodammodo & erectum in ſe ipſis animum ſeruent: quinetiam cenſuerim puros & immaculatos eſſe oportere, quoad humanæ naturæ liceat; prudentiſſime quippe pſallit quodam lo- E co beatus Dauid, [Iudica me, Domine, ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me.] Eſt enim apud Deum definitus quodammodo humanæ probitatis modus, cùm illa, quæ ſanctorum angelorum eſt, emineat, & multis partibus noſtram menſuram ſuperet. Maſcula igitur & immaculata ſacra victima eſto. Affertur autem quodammodo ad ipſa tabernaculi oſtia; neque enim alibi perficimur, niſi prorſus in Ec-

1.Cor.7.

Psal.7.

cleſiis erimus accepti Deo, & Patri, Chriſtuſque nos vt ſacerdos offerat: per ipſum enim acceſſum habuimus, & ipſe nobis innouauit ad eſſentiam ingreſſum, cùm præcurſor pro nobis ingreſſus ſit in Sancta ſanctorum, & nobis verum iter oſtenderit. Manus præterea vitulo iuſſit imponere, qua in re obliquè ſignificauit eos in figura pro ſeipſis illum offerre, cùm in ipſa pecudis cæde ſimulacrum quoddam exhiberent, quo aptiſſime ſignificaretur, non aliter nos ſancte viuere poſſe, quàm ſi mortui mundo fuerimus. Conſidera enim quemadmodum vmbra nobis formam veritatis exprimat: immolabatur quippe bos corã Domino, effundebatur autem ſanguis ad altare: mors enim illa, qua morimur mundo, illaque carnalium motuum extinctio, res eſt Deo iucundiſſima, ſupernaque inſpectione digna. Ac fortaſſe eiuſmodi quidpiam pſallit beatus Dauid his verbis, [Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius:] donum enim quoddam ſacrum Deo mors ſanctorum erit. Neque vero mortem ſecundum carnem intelligo, ſed potius eam nobis hæc verba ſignificant, quam illi ſubire ſoliti ſunt, qui cùm mundo moriantur, Deo in pietate, & ſanctificatione viuunt: neque enim fas eſt ſanctam vitam agere, niſi prius mundo mortui fuerimus. Scribit enim Petrus de Chriſto, [Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus.] Igitur bouis immolatio declarare videtur illud ipſum, quod peccatis morimur, & mortem ſubimus, quæ apud Deum pretioſa eſt, quamque intueri dignatur: Immolabunt enim, inquit, vitulum coram Domino. Illa porro ad altare ſanguinis effuſio, vitæ noſtræ conſecrationem, & animæ in Dei gloriam dedicationem apte, vt opinor, deſignat. Detrahitur autem pellis hoſtiæ, & membratim conciditur; atque ipſa quidem pellis detractio, nudationem apertionemque omnium, quæ in nobis inſunt, inſinuat. quod vero per membra cæditur, Dei Verbum vſque ad compages, ac medullas penetrare optime ſignificat: [Viuus eſt enim ſermo Dei, inquit, & efficax, & penetrantior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cor-

κλησίαις ἐσόμεθα εὐπρόσδεκτοι τῷ Θεῷ καὶ πατρί, προσκομίζοντος ἡμᾶς ὡς ἱερέως Χριστοῦ. δι' αὐτοῦ γὰρ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν εἰς τὸ εἴσω πρόσοδον, πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελάσας εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ καταδείξας ἡμῖν τὴν ἀληθῆ τρίβον. ἐπιθεῖναί γε μὴν τῷ μόσχῳ τὰς χεῖρας προστέταχε, διά γε δὴ τούτου πλαγίως ὑποσημαίνων, ὡς ἀνθ' ἑαυτῶν ἐν τύπῳ προσάγουσιν εἰκόνα τινὰ τοῦ χρῆναι βιοῦν ἁγίως, διὰ τοῦ τεθνάναι τῷ κόσμῳ, τὴν τοῦ κτήνους σφαγὴν εὖ μάλα ποιούμενοι. ἄθρει δὴ οὖν ὅπως ἡμῖν ἡ σκιὰ διαμορφοῖ τὴν ἀλήθειαν. ἐσφάζετο μὲν γὰρ ὁ μόσχος ἐναντὶ κυρίου, προσεχεῖτο δὲ τὸ αἷμα τῷ θυσιαστηρίῳ. τὸ γάρ τοι τεθνάναι τῷ κόσμῳ, καὶ τῶν σαρκικῶν ἡ νέκρωσις κινημάτων, ἥδιστον τῷ Θεῷ, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐποπτείας ἄξιον· καὶ τάχα που ψάλλει τι τοιοῦτον ὁ θεῖος ἡμῖν Δαβίδ, ᾠδῇ πη λέγων. τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. ἀνάθημα γὰρ ὥσπερ ἱερὸν ἔσται τῷ Θεῷ, τῶν ὁσίων ὁ θάνατος· καὶ οὔτι που πάντων τὴν κατὰ σάρκα φημί· κατασημαίνει δὲ μᾶλλον ὁ λόγος ἡμῖν, ὃν ὑπομένειν ἔθος αὐτοῖς, κόσμῳ μὲν ἀποθνήσκοντας, Θεῷ δὲ ζῶντας, ἐν ὁσιότητι καὶ ἁγιασμῷ. ἀμήχανον γὰρ τὴν ἁγίαν ἡμᾶς κατορθῶσαι ζωήν, μὴ οὐχὶ προεκτεθνεῶτας τῷ κόσμῳ. γράφει γὰρ ὁ Πέτρος περὶ Χριστοῦ, ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ξύλου, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν. οὐκοῦν ἡ τοῦ μόσχου σφαγή, καταδηλοῦν ἔοικε τὸ ἀπογενέσθαι ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ τὸ ὑπομεῖναι θάνατον, τὸν παρὰ Θεῷ τίμιον, ὃν καὶ ἐφορᾶν ἀξιοῖ. σφάξουσι γάρ, φησί, τὸν μόσχον ἔναντι κυρίου. ἡ δέ γε τοῦ αἵματος χύσις ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τὴν τῆς ζωῆς ἀφιέρωσιν, καὶ ψυχῆς ἀνάθεσιν εἰς δόξαν Θεοῦ κατασημαίνει ἄν, οἶμαί που. ἐκδέρεται δὲ τὸ θῦμα, καὶ τέμνεται κατὰ μέλος· τὸ μὲν ἐκδέρεσθαι, τὴν οἱονεὶ γύμνωσίν τε καὶ ἀποκάλυψιν τῶν ἐν ἡμῖν ὑποφαίνοντος· τὸ δὲ μελίζεσθαι, τὸ μέχρις ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν τὸν τοῦ Θεοῦ καθικνεῖσθαι λόγον, εὖ μάλα παραδεικνύντος. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, φησί, καὶ ἐνεργής, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρ-

δίας, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. ἀνακαίοντος δὲ τοῦ ἱερέως τὸ πῦρ, ἐπιτίθεται τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ διχοτομήματα, σὺν τῇ κεφαλῇ καὶ τοῖς ποσὶ, καὶ μήν τοι καὶ ἐνδοσθίοις, ἐκνενιμμένοις ὕδασιν. εὐώδη γὰρ ἅπαντα τὰ τῶν ἁγίων. οὐδὲν ἀπόβλητον παρὰ Θεῷ τῶν ἐκείνοις ἐνεῖναι πεπιστευμένων. εἶεν δὴ ἂν εἰς τύπον τὰ μὲν κρέα, τῆς οἱονεὶ παχυτέρας αὐτῶν καὶ ἐνσωματοῦ ζωῆς. σεμνὴ γὰρ αὕτη καὶ πάναγνος. κεφαλὴ δὲ, νοῦ σημεῖον. λογισμῶν δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν, τὰ ἐντόσθια· πόδες δὲ αὖ, πρακτικῆς, καὶ τῆς ὡς ἐν ἔργοις πορείας αἴνιγμα λεπτόν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὡς δριμὺς ὁ λόγος; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἔχει δὴ οὖν ὅμως τὸ ἀληθές· καὶ τι διαλάμπον ἡμῖν, ὡς ἐν ὁμίχλῃ καὶ σκότῳ. βαθὺς γὰρ ὁ νόμος. ἐὰν δὲ ἀπὸ τῶν προβάτων, φησὶ, τὸ δῶρον αὐτοῦ τῷ κυρίῳ, ἀπό τε τῶν ἀρνῶν καὶ τῶν ἐρίφων εἰς ὁλοκαύτωμα, ἄρσεν ἄμωμον προσοίσει αὐτὸ, καὶ ἐπιθήσει τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ σφάξουσιν αὐτὸ, ἐκ πλαγίων τοῦ θυσιαστηρίου πρὸς βορρᾶν, ἔναντι κυρίου. μελίζεται δὲ καὶ αὐτὸ, ἐκνενιμμένων τῶν ἐντοσθίων κατὰ τὸν ἴσον τῷ μόσχῳ τρόπον. ἀνακομίζεσθαι δὲ δεῖν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἐθεσμοθέτει πάλιν· ὁ αὐτὸς δὴ ἂν εἴη τῆς θεωρίας καὶ ἐπὶ τῷδε λόγος. πλὴν, ἔχει τι παρηλλαγμένον. ἐσφάζετο γὰρ ὁ ἀμνὸς ἐκ πλαγίων τοῦ θυσιαστηρίου, πρὸς Βορρᾶν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τίς οὖν ἄρα ἐστὶ καὶ ὁ τοῦδε λόγος; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι νοτιωτέρα πως ἐστὶ τῶν Ἰουδαίων ἡ γῆ; τὰ δέ γε πρὸς θάλασσαν τὴν βορειοτέραν αἱ ἀναρίθμητοι τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι διεμοιρήσαντο, κατὰ χώρας καὶ πόλεις συνῳκισμέναι; ΠΑΛΛ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Αἴνιγμα δὴ οὖν τοῦ καὶ αὐτὰς τὰς εἰς Βορρᾶν ἀγέλας, ἱερὰς ἔσεσθαι τῷ Θεῷ, τὸ, ὡς ἐν μέρει τῷ βορειοτέρῳ καταθύεσθαι τὸν ἀμνόν. τοῦτό τοι καὶ ὁ σωτὴρ περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἀγέλης προσανεφώνει λέγων, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. ΠΑΛΛ. Συνῆκα ὃ φής. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ῥαθυμίας δὲ ἀμείνους καὶ ὄκνου παντὸς ἐπέκεινα ἐθέλων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τισὶ γὰρ ἂν ἕλοιντο πληροῦν τὰ νενομισμένα, καταλεαίνει τρόπον τινὰ τῆς καρποφορίας τὴν ὁδὸν,

A & non eſt creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo.] Accendente autem ignem ſacerdote, conciſa illa fruſta imponuntur altari cum capite ſimul ac pedibus, & aqua ablutis inteſtinis: ſuauitatem enim odoris habent omnia, quæ ad ſanctos pertinent, neque quicquam illis ineſſe creditur, quod à Deo reiiciatur. Carnes porro figura ſunt vitæ illorum veluti craſſioris atque corporeæ: illa B namque veneranda eſt atque mundiſſima. Caput vero mentis eſt ſignum, vt cogitationum ac deſideriorum inteſtina. Pedes denique inceſſum, qui in factis actionibuſque verſatur, ſubtiliter inſinuant. PALLADIVS. Sanequam acuta expoſitio. CYRILLVS. Habet tamen veritatem quamuis per caliginem ac tenebras micantem: abdita enim eſt Lex in profundo. [Si autem ab ouibus, inquit, fuerit donum eius Domino, ab agnis atque ab hædis in holocauſtum, maſculum immaculatum offeret ipſum, & imponet manum in caput eius, & immolabunt eum ex latere altaris ad Aquilonem, coram Domino.] Conciditur etiam ablutis inteſtinis æque ac bos. Sancitque prætcrea, vt ſuper altare imponatur: eadem in hoc quoque erit ſubtilioris intelligentiæ ratio; nonnihil tamen diuerſitatis habet; immolabatur enim agnus è latere altaris, ad Aquilonem. PALLADIVS. Quæ tandem iſtius quoque rei eſt ratio? CYRILLVS. An ignoras magis ad Auſtrum vergere Iudæorum terram, ſpatium vero ad mare, magis ad Aquilonem ſpectans, infinitos Gentium greges inter ſe partitos eſſe, per vrbes regioneſque collocatos? PALLAD. Verum eſt. CYRILLVS. Quod ergo in parte, quæ magis ad Aquilonem ſpectabat, agnus immolabatur, ænigma erat, ipſos quoque greges fore Deo ſacros, qui Aquilonem verſus incolebant, hoc idem Saluator etiam de Gentium grege pronuntiauit, dicens, [Et alias oues habeo, quæ non E ſunt ex hoc ouili; & illas oportet me adducere; & fiet vnum ouile, vnus paſtor.] PALLAD. Teneo quod dicis. CYRILLVS. Ne vero qui ea, quæ Lege ſancita eſſent, implere vellent, deſperatione atque cunctatione aliqua detinerentur, planiorem quodammodo facit offerendi viam ille vniuerſorum Deus,

Leuit. 1.

Ioan. 10.

& animantibus oue minoribus perfici ſacrificium iubet, dicens, [Leuit.] [Si autem de volucribus oblationem obtulerit donum Domino, offeret à turturibus, vel à columbis donum ſuum: & offeret illud ſacerdos ſuper altare, & confringet caput eius, & imponet ſuper altare, & exprimet ſanguinem ad baſim altaris, & auferet ingluuiem cum pennis, & proiiciet eas prope ad altare ad Orientem ad locum cineris: & franget ab axillis, & non diuidet, & imponet illud ſacerdos ſuper altare ſuper ligna, quæ ſunt in igne; oblatio eſt ſacrificii, odor ſuauitatis Domino.] Velim igitur animaduertas rurſum, quàm recte atque ſolerter illa ſanctorum hominum cum Chriſto ſimilitudo atque conformatio ſeruata ſit: eſt enim ille plane ſupernus, & reſonans turtur, itemque manſuetiſſima columba. Itaque in Cantico canticorum de eo ſcriptum eſt, [Cant. 2.] [Vox turturis audita eſt in deſerto.] Summæ porro manſuetudinis ſe ipſum figuram & exemplar nobis propoſuit, cum dixit, [Matth. 11.] [Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.] Ecce autem ipſis etiam ſanctis viris ob eam cauſſam, quod Chriſto conformes ſunt, eorundem prope bonorum honor ac dignitas ſeruata eſt: nam ipſi quoque congruenter accipi turtures poſſunt, cùm diuinam ſacramque vocem auditoribus mittant, & cantus atque carmina in Dei gloriam edere ſtudeant, ideo dicunt, [Pſal. 70.] [Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.] Quinetiam illam in Chriſto vitam degunt, & manſuetiſſimam euangelicæ conuerſationis viam tenent, cum iis, qui in dexteram maxillam percutere volunt, offerunt etiam ſiniſtram; & angariantibus milium vnum, ſponte, ſi velint, & alia duo pergere, gratis pollicentur. Seſe igitur ipſi in odorem ſuauitatis, & in holocauſtum Deo conſecrant inſtar turturum atque columbarum. Deinde capite confracto ſacerdos imponit altari: ſancta namque plane mens ſanctorum hominum eſt, & in primis ſacra, & digniſſima, quæ puriſſimo Deo dicetur: eſt enim ea optimarum cogitationum plena, & veræ Dei cognitionis vnguentum ſpirat:

A καὶ ἐν τοῖς ἔτι προβάτου μείοσι, τὰ τῆς θυσίας
ἀποπερατοῦσθαι δεῖν ἐπιτάττει, λέγων· ἐὰν δὲ ἀπὸ
τῶν πετεινῶν κάρπωμα προσφέρῃ δῶρον τῷ
κυρίῳ, καὶ προσοίσει ἀπὸ τῶν τρυγόνων, ἢ ἀπὸ
τῶν περιστερῶν τὸ δῶρον αὐτοῦ. καὶ προσοίσει αὐ-
τὸ ὁ ἱερεὺς πρὸς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀποκνίσει
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς ἐπὶ
τὸ θυσιαστήριον, καὶ στραγγιεῖ τὸ αἷμα πρὸς τὴν
βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου. καὶ ἀφελεῖ τὸν πρόλο-
B βον σὺν τοῖς πτεροῖς, καὶ ἐκβαλεῖ αὐτὰ παρὰ
τὸ θυσιαστήριον κατ' ἀνατολὰς εἰς τὸν τόπον τῆς
σποδοῦ, καὶ ἐκκλάσει αὐτὸ ἐκ τῶν πτερύγων,
καὶ οὐ διελεῖ, καὶ ἐπιθήσει αὐτὸ ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὸ
θυσιαστήριον ἐπὶ τὰ ξύλα τὰ ἐπὶ τοῦ πυρός.
κάρπωμά ἐστι θυσίας, ὀσμὴ εὐωδίας τῷ κυρίῳ.
ἄθρει δὴ πάλιν, ὡς ἄριστά τε καὶ εὐτέχνως τὸ
ἐν συμμορφίᾳ φαίνεσθαι τοῦ Χριστοῦ, τοῖς
ἁγίοις τετήρηται. ἔστι μὲν γὰρ ἀληθῶς ὁ ἄνωθέν
C τε καὶ λαλιστάτη τρυγὼν αὐτὸς, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ
πραοτάτη περιστερά. καὶ γοῦν ἐν μὲν τῷ ᾄσ-
ματι τῶν ᾀσμάτων γέγραπται περὶ αὐτοῦ, φω-
νὴ τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ ἐρήμῳ. πραότητος
δὲ τῆς ἄγαν καὶ αἰωτάτω τύπον ὥσπερ τινὰ καὶ
ὑπόγραμμον ἑαυτὸν ἡμῖν προτέθεικε, λέγων·
μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς
τῇ καρδίᾳ. ἀλλ' ἰδὲ καὶ αὖθις τοῖς ἁγίοις, διὰ τοῦ
τὸ ἐν μορφῇ γενέσθαι Χριστοῦ, τὸ, ἐν ἴσοις ὥσ-
περ ἀγαθοῖς εὐπρεπές τι καὶ ἀξιάγαστον, εὖ
μάλα τετήρηται. τρυγόνες γὰρ καὶ αὐτοὶ νοοῖντ' ἂν
εἰκότως, τὸν θεῖόν τε καὶ ἱερὸν τοῖς ἀκροωμένοις
D ἱέντες λόγον, ᾠδάς τε καὶ μέλη τὰ εἰς δόξαν
Θεοῦ ποιεῖσθαι σπουδάζουσι. τοιγάρτοι καὶ λέ-
γουσιν· ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύ-
νην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. καὶ
μὴν τοι καὶ τὸν ἐν Χριστῷ διαζῶσι βίον, καὶ τὴν
πραοτάτην τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἴενται
τρίβον, τοῖς παίειν ἐθέλουσιν εἰς τὴν δεξιὰν σια-
γόνα, παραφέροντες καὶ τὴν ἀριστεράν, καὶ τοῖς
ἀγγαρεύουσι μίλιον ἓν ἐθελοντὶ συνοδεύοντες, τὸ
E εἴπερ ἕλοιντο διατείνειν καὶ δύο. ἱεροῦσι σφᾶς
αὐτοὺς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ εἰς ὁλοκαυτώ-
ματα καθιεροῦσι Θεῷ, καὶ ὡς ἐν εἴδει τρυγόνων
καὶ περιστερῶν. εἶτα τὴν κεφαλὴν ἀποκνίσας ὁ
ἱερεὺς ἐπιτίθησι τῷ θυσιαστηρίῳ, προσχεύσας
τὸ αἷμα. ἅγιος γὰρ ἀληθῶς, καὶ ὅτι μάλιστα τῶν
ἱερωτάτων ἁγίων ὁ νοῦς, ἀνακεῖσθαι πρέπει τῷ
παναγεῖ Θεῷ. ἐννοιῶν γάρ ἐστιν ἐπίμεστος ἀγα-
θῶν, καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας εὐωδιάζει τὸ μύρον

A ὁ δὲ ἀπὸ πενταετοῦς, καὶ ἕως εἰκοσαετοῦς, εἰ μὲν ἄρσεν εἴη, διδράχμων εἴκοσι ποιεῖται κατάθεσιν. εἰ δέ γε θήλεια, δέκα. ἐκ πέντε γὰρ, οἶμαι, καὶ μόλις ἐτῶν, ἄρχεταί πως ὁ νοῦς ἀναμύειν ὥσπερ εἰς σύνεσιν, νηπιοπρεπῆ μὲν ἔτι καὶ ἀσθενῆ, πλὴν ἰοῦσαν ὡς ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἐπίδοσιν δὲ τὴν εἰς τὸ ἀεὶ πως εὐσθενὲς τὸ σῶμα ποιεῖται. ἢ οὐ συνίεις ὃ λέγω; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛ. Συμμεμέτρηται μὲν οὖν ταῖς πνευματικαῖς εὐρωστίαις, καὶ ὁ παρ' ἑκάστου καρπός. καὶ ἔστι δὲ πανταχοῦ τὸ θῆλυ, τοῦ ἄρσενος, καὶ ἐν B ἡμίσει πολλάκις. ὅτι γὰρ τὸ σκεῦος ἀσθενὲς μεμαρτύρηκε σαφῶς ὁ θεσπέσιος Παῦλος. λείπεται δὲ τῆς ἀνδρῶν εὐφυΐας, καὶ σιωπᾷ μὲν ἐν ἐκκλησίαις. οὐ γὰρ πεπίστευται λόγον, εὐσθενὲς δὲ οὔτι που πρὸς κατορθώσεις ἀρετῆς, ὡς ἂν ὁρῷτο ἄρσεν. ἀπὸ δέ γε μηνιαίου, φησὶ, καὶ ἕως πενταετοῦς, πέντε μὲν δίδραχμα τὸ ἄρσεν· τρία δὲ αὖ, τὸ θῆλυ. καί τοι τίς ἂν γένοιτο παρὰ βρεφῶν ὁ καρπός. οὐκοῦν τὸ ἀρτιγενὲς ἐν Χριστῷ C παιδίον, ὁ λόγος ἡμῖν παραφαίνεται, οἷς καὶ τὸ γάλα πρέπειν εἰς τροφὴν ὁ ἱερὸς ἔφη Παῦλος. τῶν γὰρ ἄρτι κεκλημένων διὰ τῆς πίστεως, καὶ νηπιαζόντων ἔτι, βραχὺς ὁ καρπός· καὶ τοῦτο εἰδότες οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστέλλουσι, καὶ τῆς πλείστης ὅσης εὐαγγελικῆς ἐντολῆς δοθείσης παρὰ Χριστοῦ, φυλάττεσθαι δεῖν ἀπό τε πορνείας καὶ πνικτοῦ, καὶ αἵματος. ταῦτα δὲ δρῶντας, εὖ πράξειν ἔφασκον. οὐ γὰρ τοῖς ἄγαν φορτικοῖς καταβαρύνεσθαι χρὴ τὸν τρυφερὸν ἔτι καὶ νηπιά- D ζοντα νοῦν. προσεπενόησε δὲ ὁ νόμος, ἐξαιτεῖσθαι δεῖν, τοὺς ἀπὸ ἑξηκονταετοῦς καὶ ἐπέκεινα. ἄρσενα μὲν, δέκα καὶ πέντε δίδραχμα· θήλειαν δὲ, δέκα. τὸ γὰρ ἤδη νενευκὸς εἰς τὸ ἄναλκί τε καὶ ἀδρανὲς, οὐκ ἂν γένοιτό πως ἐν εὐκαρπίᾳ πολλῇ, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὰ γηράσκοντα τῶν φυτῶν, παλαιουμένης αὐτῶν τῆς ῥίζης, κατηφιῶντα φαίνεται πρὸς τὴν ἀνειμένην ἐκβολήν. οὐκοῦν ὁ δίκαιος ἀληθῶς καὶ φιλοικτίρμων Θεὸς, ἀναλό- E γως ταῖς ἑκάστου προθυμίαις, καὶ τῇ κατὰ νοῦν ἐπιτηδειότητι, δέχεται τοὺς καρποὺς, οὔτε τὸ ἄναλκι καὶ ἀφηβηκὸς, ἔξω τοῦ λόγου τιθεὶς, καὶ ἀποπέμπων ὡς ἀδρανὲς, οὔτε μὴν ἀγέραστον τὸ εὐσθενὲς ἀφιείς. ἀνευρύνει δὲ ὥσπερ τοῖς ἐθέλουσι τὸ εὐδοκιμεῖν, καθ' ὃν ἂν ἕκαστος ἔχοι τρόπον. τοὺς δέ γε τὴν ἕξιν ἀσθενεστέρους, τάχα δέ που καὶ ὀλιγογνώμονας, αὐτὸς ἐξετάζει, τὴν καρποφορίαν ἐπιμετρῶν ἑκάστῳ τὴν κατ' ἰσχύν. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐστὶ, τὸ,

στήσεται ἐναντίον τοῦ ἱερέως, καὶ τιμήσεται αὐτὸν ὁ ἱερεὺς, καθ' ὅσον ἰσχύει ἡ χεὶρ τοῦ εὐξαμένου. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὡς ἰσχνὸς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛ. Ἀνακομιστέον δὴ οὖν, ὦ Παλλάδιε, τῷ Θεῷ, καθάπερ ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ ὀφλημάτων ἐν τάξει, πολιτείαν ἁγιοπρεπῆ, καὶ τῆς ἐξαιρέτου ζωῆς τὰ αὐχήματα. γεγραφότος δὲ δὴ τῶν ἁγίων ἀπεπύθου τινὸς, τίμα τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης· βουθυσίαις μὲν γὰρ οἱ πάλαι καὶ λιβανωτοῖς ᾤοντο τιμᾶν. πολιτείας γὰρ ἦν αὕτη τῆς κατὰ νόμον ὁδός· ἡμεῖς δὲ λοιπὸν οἱ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, τὴν ἀμείνω καὶ προφερεστέραν ἰόντες τρίβον, τὴν ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν ἀναθήσομεν τῷ Θεῷ, πάντα μὲν ὥσπερ σείοντες κάλων, εἴς γε τὸ δύνασθαι γνησίως διαπεραίνειν ἃ χρεὼν, ἀναθήμασι δὲ τοῖς πνευματικοῖς τε καὶ ἱεροῖς καταγεραίρειν Θεόν. φημὶ γὰρ ἔγωγε διαμεμνῆσθαι δεῖν λέγοντος ἐναργῶς διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων σου φυλάξῃ, τουτέστιν, ὅπερ ἂν εὔξῃ, διαπεραίνειν ἐπείγου καὶ μάλα γοργῶς· χρῆμα γὰρ ἐν τούτοις ὁ μελλησμὸς οὐκ ἀζήμιον. ἐὰν γὰρ εὔξῃ, φησὶν, εὐχὴν τῷ κυρίῳ, μὴ χρονίσῃς τοῦ ἀποδοῦναι αὐτήν. ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαί σε, ἢ εὔξασθαι, καὶ μὴ ἀποδοῦναι. ΠΑΛΛ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛ. Καὶ μήν τοι τῆς εὐτεχνίας τὸν εὐφυᾶ σκοπὸν, τῆς ἐπί γε τῷ δεῖν ἀποπεραίνειν εὐχὰς καὶ ὁμολογίας, οὐκ ἂν μάθοι τις ἂν οὐχ ἑτέρωθεν ἀσφαλῶς, πλὴν ὅτι διὰ τοῦ νόμου. γέγραπται γὰρ, ὅτι λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. ἆρα γὰρ οὐχὶ νόμῳ τῷ θείῳ φωταγωγούμεθα, καὶ εἶμεν ὀρθήν τε καὶ ἀπλανῆ διά τινος ἂν, λύχνον ὥσπερ τινὰ τὰς ἐκεῖθεν ἔχων αὐγάς. ΠΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ψάλλει γάρ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ἡ ἐντολὴ κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τίνα δὴ οὖν τρόπον εὐδοκιμήσομεν, τὸν εὐκλεᾶ τε καὶ πάναγνον διαζῶντες βίον, καὶ λαμπρὸν ἀνάθημα τῷ Θεῷ, τοὺς τῆς ἄγαν ἐπιεικείας ἀπονέμοντες τρόπους, εἴσῃ τοι καὶ μάλα σαφῶς, καὶ δι' ἑτέρων ἡμῖν θεσπισμάτων ἐπισκήπτοντος τοῦ Θεοῦ. ἔχει δὲ οὕτως ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς. καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. ἀνὴρ ἢ γυνὴ ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἀφαγνίσασθαι ἁγνείαν κυρίῳ, ἀπὸ οἴνου καὶ σίκερα ἁγνισθήσεται. καὶ ὄξος ἐξ οἴνου

A vt opinor, ſtabit coram ſacerdote, & æſtimabit eum ſacerdos, quantum poteſt manus vouentis. PALLADIVS. Quam ſubtilis expoſitio? CYRILLVS. Offerenda eſt igitur Deo, Palladi, tanquam odor ſuauitatis, ac tanquam debitum quoddam digna ſanctis hominibus conuerſatio, & excellentis vitæ gloria: ſcis enim quendam ſanctum virum ſcripſiſſe, [Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus, & primitias illi offer de tuis iuſtitiæ fructibus:] (Prou. 3.) B nam priſci illi homines boum victimis & thure ſe Deum honorare putabant; ea enim erat legalis conuerſationis via: ſed nos, qui iam in Christo per fidem, præſtantiorem atque meliorem viam ingredimur, adorationem, quæ in ſpiritu ac veritate ſit, Deo dicabimus, omnem rudentem, vt dicitur, mouentes, vt ſtrenue, quæ oportet, perficiamus, & donis ſpiritualibus ac ſacris Deum veneremur. Nam ego quidem cenſeo meminiſſe oportere verborum, quæ per ſapientiſſimum virum Moyſen aperte C dicit, [Quæ egrediuntur de ore tuo, ſeruabis,] (Deut. 23.) id eſt, quodcunque voueris, omnibus viribus contende, vt perficias: nam in his rebus cunctatio non eſt impunita. [Si enim voueris, inquit, votum Domino, ne moreris reddere illud: bonum eſt, non vouere te, quam vouere & non reddere.] (Eccle. 5.) PALLAD. Verum eſt. CYRILL. Atqui induſtriæ in ſoluendis votis atque nuncupationibus aptum propoſitum non aliunde certò diſcere D licet, quam ex Lege: ſcriptum eſt enim, [Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.] (Pſal. 118.) Quid enim? nonne Lege diuina tanquam lumine præeunte, ducimur? nonne per viam rectam certamque facile curret, cui ſplendor inde exiſtens tanquam fax quædam affulſerit? PALL. Quis id neget? pſallit enim profecto beatus Dauid, [Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.] (Pſal. 18.) CYRILLVS. Sed quomodo præclaram ac puriſſimam vitam viuendo, & E ſummæ probitatis mores, Deo tanquam præclarum donum offerendo, mereri laudem poſſimus, apertiſſime intelliges ex aliis reſponſis, quæ pro nobis præcipit Deus. Sic autem habetur in Numeris, [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Vir aut mulier, quicunque vouerit magnum votum, vt conſecret ſanctificationem Domino, à vino & ſicera purificabit ſe, & acetum ex vino, & acetum

„ & acetum ex ſicera non bibet, &
„ quæcunque fiunt ex vua, non bibet,
„ vuam recentem & vuas paſſas non co-
„ medet omnibus diebus voti ſanctifica-
„ tionis ſuæ, ab omnibus, quæ fiunt
„ ex vite, vinum ex vinaceis vſque ad
„ ſemen acini non comedet omnibus
„ diebus voti ſanctificationis ſuæ; no-
„ uacula non aſcendet ſuper caput eius,
„ quoad impleti fuerint dies, quotquot
„ vouit Domino: ſanctus erit, nutriens
„ comam, crinem capitis omnibus die-
„ bus voti Domino; ad omnem ani-
„ mam mortuam non ingredietur; in
„ patre & matre, & in fratre & ſorore,
„ non inquinabitur in ipſis, cum mo-
„ riuntur; quia votum Dei ſui ſuper ip-
„ ſo, in capite ſuo: omnibus diebus vo-
„ ti ſui ſanctus erit Domino: quod ſi
„ quis morte moriatur repente ſuper
„ eum, ſtatim inquinabitur caput voti
„ eius, & tondebit caput ſuum, quo die
„ purgatus fuerit, die ſeptimo tondebi-
„ tur, & die octauo feret duos turtu-
„ res, vel duos pullos columbarum ad
„ ſacerdotem, ad oſtium tabernaculi
„ teſtimonii, & faciet ſacerdos vnum pro
„ peccato, & vnum in holocauſtum, &
„ exorabit pro eo ſacerdos, pro eo quod
„ peccauit in anima, & ſanctificabit ca-
„ put eius: eo die, quo ſanctificauit Do-
„ mino omnes dies voti, offeret agnum
„ anniculum in holocauſtum delicti, &
„ dies priores non computabuntur, quia
„ contaminatum eſt caput voti ſui.]

PALLADIVS. Non facile eſt hoc Dei reſponſum inſpicere, niſi Lex hæc ſubtiliter examinet: namque non tondere capillum, longoſque crines iactari ſinere, à vino quoque & aceto, & vua paſſa & acinorum ſemine abſtinere, quam habet in ſe partem diuini cultus? CYRILLVS. Nullam ſane, Palladi, reuera, ſi quis rem ipſam per ſe ex natura ſua ſpectet: non tamen admiratione vacat Legis propoſitum, quæ mores Gentium artificio quodam ad decentiora traducit, & id ipſum, quod vanum eſſe videtur, ad imaginem euangelicæ vitæ eleganter immutat. Igitur, ſi cui propoſitum ſit, ſeipſum Deo, magno voto, id eſt, excellentiſſimæ conuerſationis modo & perfectæ iuſtitiæ recta integraque via conſecrare, à vino & ſicera longe abſcedat, id eſt, ab omni re, quæ inebriare ac perturbare poteſt, abducat animum: hæc autem ſunt, ſenſus mundanus, terrenæ cupiditates, ſolicitudines carnis,

A καὶ ὄξος ἐκ σίκερος οὐ πίεται, καὶ ὅσα κατεργάζεται ἐκ σταφυλῆς οὐ πίεται. σταφυλὴν πρόσφατον καὶ σταφίδα οὐ φάγεται πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς τοῦ ἁγιασμοῦ αὐτοῦ. ἀπὸ πάντων ὅσα γίνεται ἐξ ἀμπέλου, οἶνον ἀπὸ στεμφύλων ἕως γιγάρτου οὐ φάγεται πάσας τὰς ἡμέρας τοῦ ἁγιασμοῦ. ξυρὸν οὐκ ἐπελεύσεται ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἕως ἂν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι, ὅσας ηὔξατο κυρίῳ. ἅγιος ἔσται τρέφων κόμην, τρίχα κεφαλῆς πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς κυρίῳ. ἐπὶ πάσῃ ψυχῇ τετελευτηκυίᾳ οὐκ εἰσελεύ-

B σεται ἐπὶ πατρὶ καὶ μητρί, καὶ ἐπ' ἀδελφῷ καὶ ἐπ' ἀδελφῇ, οὐ μιανθήσεται ἐπ' αὐτοῖς, ἀποθανόντων αὐτῶν, ὅτι εὐχὴ Θεοῦ αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ ἐπὶ κεφαλῆς αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς αὐτοῦ ἅγιος ἔσται κυρίῳ. ἐὰν δέ τις θανάτῳ ἀποθάνῃ ἐπ' αὐτῷ ἐξάπινα, παραχρῆμα μιανθήσεται ἡ κεφαλὴ εὐχῆς αὐτοῦ· καὶ ξυρήσεται τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ᾗ ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ. τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ξυρηθήσεται· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ οἴσει δύο τρυγόνας, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν πρὸς τὸν ἱε-

C ρέα, ἐπὶ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ ποιήσει ὁ ἱερεὺς μίαν περὶ ἁμαρτίας, καὶ μίαν εἰς ὁλοκαύτωμα· καὶ ἐξιλάσεται περὶ αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς περὶ ὧν ἥμαρτε περὶ τῆς ψυχῆς, καὶ ἁγιάσει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἡγίασε κυρίῳ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς, καὶ προσάξει ἀμνὸν ἐνιαύσιον εἰς ὁλοκαύτωμα πλημμελείας. καὶ αἱ ἡμέραι αἱ πρότεραι ἄλογοι ἔσονται, ὅτι ἐμιάνθη ἡ κεφαλὴ εὐχῆς αὐτοῦ. ΠΑΛ. Οὐκ ἄπραγον μὲν τὸ

D χρησμῴδημα συνιδεῖν, ἥκιστά γε μήν, οὐχὶ τοῦ νόμου λεπτὴν παθόντος τὴν βάσανον. τὸ γὰρ μὴ ψιλοῦσθαι τὴν τρίχα, μακρὰν δὲ ἀφιέναι καὶ κατασείεσθαι κόμην, οἴνου τε καὶ ὄξους καὶ σταφίδος, καὶ μὴν καὶ γιγάρτων ἀποφοιτᾶν, ποῖον ἂν ἔχοι λατρείας τρόπον; Κ. Οὐδένα μέν, ὦ Παλλάδιε, κατά γε τὸ ἀληθές, εἴπερ τις ὅλως αὐτὸ κατὰ φύσιν ὅτι ποτέ ἐστι καταθεωροῖ τὸ χρῆμα. οὐκ ἀθαύμαστός γε μὴν ὁ τοῦ νόμου σκοπός, τὰ Ἑλλήνων ἔθη μεταχαράττοντος εὐτέχνως ἐπὶ τὰ πρεπωδέστερα, καὶ μεταπλάττοντος ἀστείως εἰς εἰκόνα ζωῆς εὐαγγελικῆς, καὶ τὸ εἰκαῖον

E εἶναι δοκοῦν. οὐκοῦν εἴτῳ περ εἴη σκοπὸς ἀφαγνίσασθαι τῷ Θεῷ κατὰ τὴν μεγάλην εὐχήν, τουτέστι κατά γε τὸν τῆς ἀρίστης πολιτείας τρόπον, καὶ δικαιοσύνης ἐντελοῦς ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον τρίβον, οἴνου καὶ σίκερος οἰχέσθω μακράν, τουτέστι, παντὸς τοῦ καταμεθύσκειν ἰσχύοντος, καὶ καταθολοῦν εἰωθότος, ἀπαλλαττέτω τὸν νοῦν. εἶεν δ' ἂν οἶμαι ταυτί, φρόνημα κοσμικόν, γεώδεις ἐπιθυμίαι, μέριμναι σαρκὸς

A εἰκαῖοι περισπασμοί· ταῦτά τοι πεπονθότας τῶν ἱερέων τινὰς λόγος ἐνθρηνεῖ προφητικὸς, ὡδί πως ἔχων. ὅτι ἱερεὺς καὶ προφήτης ἐξέστησαν διὰ τὸν οἶνον, ἀπὸ τῆς μέθης τοῦ σίκερα. καὶ μὴν καὶ περὶ ἑτέρων ὁ προφήτης φησίν. ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων, ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόῤῥας. ἡ σταφυλὴ αὐτῶν, σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν θυμὸς δρακόντων, ὁ οἶνος αὐτῶν. ποτίζειν δὲ λέγονται καὶ ἕτεροί τινες τὸν πλησίον, ἀνατροπὴν θολεράν. ἐξείργει δὴ οὖν παντὸς τοῦ καταμεθύσκειν εἰδότος, τὸν ἡγιασμένον τὸν νοῦν. B καὶ μέντοι καὶ ὄξους ἀμέτοχον εἶναι δεῖν αὖ μάλα φησίν. ὄξος οἶμαί που, τὰς παρὰ φύσιν τε καὶ ἐκτετραμμένας ὀνομάζων ἡδονάς. σταφίδος δὲ καὶ γιγάρτων ἀπαγορεύει χρῆσιν, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν εἰς ἀρχαῖα λείψανα τῶν ἐν ἡμῖν ἡδονῶν, καθικνεῖσθαί που τὸν νοῦν ἐφιείς. οἶνος μὲν δὴ καὶ πάντα τὰ ἐξ αὐτοῦ, διαβέβληνται νόμῳ, ταυτησὶ καθάπερ ἐγῷμαι καὶ οὐχ ἑτέρας ἕνεκα τῆς αἰτίας. τί δ' ἂν εἴη λοιπὸν καὶ C τό γε δὴ χρῆναι μακρὰν τῷ Θεῷ καθεῖναι τὴν κόμην, φέρε δὴ λέγωμεν, ἐκεῖνο τῶν ἄλλων προηγορευκότες. Ἑλλήνων μὲν γὰρ ἀνοήτατοι παῖδες, ταῖς παρὰ φύσιν αὐτοῖς ἑπόμενοι συνηθείαις, καὶ κτηνῶν ἀλόγων διαβιοῦντες δίκην, ἀνίεσαν κόμην, δαιμονίοις αὐτὴν σκηπτόμενοι τρέφειν· καὶ ὁ μέν τις αὐτὴν νύμφαις ὀρειάσιν, ὁ δεῖνα δὲ αὖ ποταμῷ κατὰ καιροὺς ἀπεκείρετο· καὶ λατρείας ἦν τρόπος τὸ χρῆμα αὐτοῖς. Μωσῆς γε μὴν ὁ σοφώτατος, μᾶλλον δὲ διὰ Μωσέως D ὁ πάνσοφός τε καὶ ἀριστοτέχνης Θεὸς, δυσαποσπάστοις ἔχουσι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ πλάνησιν, τὰ ἴσα νομοθετεῖ, διὰ τῶν ἀρχαίων ἠθῶν τε καὶ τρόπων κατὰ βραχὺ μεθιστὰς, εἴς γε τὸ δαίμοσι μὲν οὐκέτι, Θεῷ δὲ τῷ πάντων, ὡς διὰ τύπου καὶ σκιᾶς, ἀνάπτειν τὸ σέβας. τιγάρτοι καὶ τοὺς περὶ τῶν θυσιῶν ἐτίθει νόμους, καὶ τὰς δι' αἱμάτων θυσίας ἀνεθελήτως ἐδέχετο. καὶ γοῦν ἔφασκεν ἐναργῶς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου, τίς E γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; οὐκοῦν συνήθεια μὲν ἀλογωτάτη παρ' Ἕλλησιν ἦν, διδάσκει δὲ τὰ ἀμείνω καὶ καταρυθμίζει λόγῳ πρὸς τὸ εὖ ἔχον ὁ νόμος, καὶ τὸ εἰκαῖον εἶναι δοκοῦν. βούλει δὲ ὡς ἔνι καὶ τὰ ἐφ' ἑκάστῳ λέγωμεν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Μάλιστά γε. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἢ οὐκ οἶσθα, μεμνήσομαι γὰρ, εἰς νοῦ τύπον ὁ λόγος ἔθηκε τὴν κεφαλὴν, ὡς ἐν διαιτήματι νοῦ. δέχεται γὰρ οὕτως ἡ θεόπνευστος γραφή,

A vanæ diſtractiones, quibus ſacerdotes quoſdam affectos eſſe, ſermo propheticus queritur his verbis, [Quia ſacerdos & propheta inſanierunt præ vino, præ ebrietate ſiceræ :] necnon de aliis propheta dicit, [Ex vinea Sodomorum vitis eorum, & palmes eorum ex Gomorrha ; vua eorum vua fellis, botrus amaritudinis eorum, furor draconum vinum eorum.] Potare etiam alii dicuntur proximum ſuum peruerſione turbida. Itaque ab omni re, quæ inebriare B poteſt, remouet animum ſanctificatorum: atque etiam aceto abſtinere oportere ait; acetum, vt opinor, voluptates præter naturam atque peruerſas appellans; vuæ etiam paſſæ & ſeminum acinorum vſum prohibet, ne ad veteres quidem reliquias inſitarum in nobis libidinum deſcendere animum permittens: vinum enim & omnia, quæ ex eo fiunt, hac, vt opinor, non alia de cauſſa Lege culpantur. Iam vero quidnam ſit longam oportere comam Deo nutrire, age C dicamus, illud ante alia præfati; ſtultiſſimi namque Gentiles, cùm conſuetudinem, quæ præter naturam eſſet, ſequerentur, & pecudum more viuerent, promittebant comam, illam eius rei cauſſam afferentes, dæmoniis ſe illam nutrire, & hic quidem illam oreadibus nymphis, ille viciſſim fluuio alicui certo tempore tondebat, eaque res religioſa putabatur. Moyſes verò ſapientiſſimus, imò verò per Moyſen ille longe omnium ſapientiſſimus atque optimus artifex Deus, fi- D liis Iſrael, quibus adeo Ægypti error inſederat, vt ægre ablui poſſet, eadem præcipit, ac per veteres illos mores atque ritus paulatim eò transfert, vt non amplius Dæmoniis, ſed omnium Deo tanquam per figuram & vmbram eum cultum deferrent: ob eamque cauſſam leges de ſacrificiis tulit, illaſque cruentas victimas haud admodum libenter accipiebat. ideoque dicebat aperte per Eſaiæ vocem, [Quis quæſiuit hæc de manibus veſtris?] Ergo conſuetudo ſtultiſ- E ſima apud Gentiles erat; Lex vero præſtantiora docet, ac ratione ad meliorem ſtatum id quoque reformat, quod vanum eſſe videbatur. Placetne vero, vt, quoad fieri poteſt, etiam quæ ad ſingula pertinent, perſequamur? PALLAD. Maxime vero. CYRILL. An ignoras, vt iam dicta commemorem, pro figura mentis caput poſuiſſe Scripturam, tanquam mentis domicilium? ſic enim accipit diuinitus inſpirata Scriptura.

Eſai. 28.
Deut. 32.
Abac. 2.
Eſai. 1.

PALLADIVS. Fateor. Sed quid tandem iſtud eſt? CYRILLVS. Quia capilli fructus quodammodo ſunt capitis, & more inſitorum germinum exoriuntur: cogitationes viciſſim, & quæ ex mente exiſtunt omnia, fructus ſunt mẽtis, quæ in nobis legẽ germinant, & in ipſa velut pulchra ac florida coma decent. Oportet itaque, vt mentem in nobis habeamus non nudam & ſpoliatam rectis cogitationibus, ſed veluti germinantem, & ad Dei honorem certiſſima omnium rerum pulcherrimarum ſcientia comptam, qua ipſam quoque diuinam pulchritudinem cuiuſmodi ſit perueſtiget, & clare circumſpiciat, quę tanquam in profundo latent, & rectiſſimę fidei rationes aſſequatur, ita vt de Deo cognitionem omni reprehenſione vacantem percipere, & viam certiſſimam atque in primis laudandam ingredi valeat. An vero non iam ad ſummum laudis verticem ſcandere eiuſmodi hominem dixeris? PALLADIVS. Maxime vero. CYRILLVS. Tonderi autem & radi caput capillo ad cutem inciſo, nonne ignominiæ opinionem affert iis, quibuſcunque id forte contigerit? PALLADIVS. Intelligo. CYRILL. Scis enim matri Iudæorum Hieruſalem,
Mich. 1. » inquam, dixiſſe Deum, [Tondere &
» decaluare ſuper filiis tuis delicatis, dila-
» ta viduitatem tuam vt aquila, quia ca-
» ptiui ducti ſunt à te:] ignominioſa enim & turpis eſt detonſio, & lugentibus conuenientiſſima. PALLAD. Recte ais. CYRILL. Nudus igitur & ignominioſus eſt animus, & turpitudinis plenus, cum iis caret, quę ipſi laudem conciliant. In horum numero iure cenſentur imperiti, & qui peruerſam opinionem de Deo habent, ita vt lapides adorent, & ſtultiſſime audeant venerationem creaturæ deferre potiuſquam creatori atque conditori, & quæ prorſus peruerſa ſunt, & ſentiant & dicant, ac veram immaculatamque fidem reiiciant, & ad ea potius accurrant, quæ nemo niſi præ ſtultitia dixerit, quia mentem non habent rectis cogitationibus comptam. PAL. Recte dicis. CYRILL. Sit ergo mens ratiocinationum rectarum plena, & cogitationum inuentis in quouis genere laudabilium rerum, tanquam comis ornata. Sapiens enim eſt eiuſmodi animus in primis, & ad illam lucem admittendam, quæ in Chriſto per fidem tribuitur, accommodatus.

A ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Σύμφημι· τί οὖν τοῦτό γε; ΚΥΡΙΛΛ. Οὐ τρίχες μὲν, καρποὶ κεφαλῆς, καὶ ἐμφύτων βλαστημάτων ἀνίσχουσι δίκην· ἔννοιαί γε μὴν, καὶ τὰ ἐκ νοῦ πάντα, καρπὸς ἂν εἶεν αὖ νοῦ, νόμον ἡμῖν ἀναβρύουσαι, καὶ οἱονείπως αὐτῷ καλή τε καὶ εὐανθὴς ἐμπρέπουσα κόμη· χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς, οὐ γυμνὸν καὶ ἐψιλωμένον ἐννοιῶν ἀγαθῶν ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν τὸν νοῦν, ἀλλ' οἱονεὶ βρύοντα καὶ κομῶντα Θεῷ τὴν ὁποιουοῦν τῶν ἀρίστων εἴδησιν ἀκριβῆ, δι' ἧς καὶ αὐτὸ
B τὸ θεῖον, ὅ τί ποτέ ἐστι, περιεργάσεται κάλλος, καὶ περιαθρήσει λαμπρῶς τὰ ὡς ἐν βάθει κεχρυμμένα, καὶ τοὺς τῆς ἄγαν ὀρθότητος καταπλουτήσει λόγους, ὡς ἀνύπαιτον παντελῶς τὴν ἐπὶ Θεῷ δύνασθαι γνῶσιν ἑλεῖν, καὶ ἀπλανεστάτην ἰέναι τρίβον, τὴν ἐφ' ἅπασι λέγω τοῖς τεθαυμασμένοις. ἢ οὐκ εἰς λῆξιν ἐπαίνου παντὸς διαφέρειν ἤδη πως τόν γε τοιοῦτον ἐρεῖς; ΠΑΛ. Καὶ μάλα. ΚΥΡ. Τί δὲ, οὐχὶ τὸ ξυρᾶσθαι καὶ κα-
C ταψιλοῦσθαι τὴν κεφαλὴν τεμνομένης ἐν χρῷ τῆς τριχὸς, ἀτιμίας ὑπόληψιν ἐργάσαιτ' ἂν, οἷσπερ ἂν ὅλως συμβαίνοι τυχὸν, ἰέναι; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Συνίημι. ΚΥΡΙΛ. Εἰ γὰρ Θεοῦ λέγοντος πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ξύρησαι καὶ κεῖραι ἐπὶ τὰ τέκνα τὰ τρυφερά σου. ἐμπλάτυνον τὴν χηρείαν σου ὡς ἀετὸς, ὅτι ᾐχμαλωτεύθησαν ἀπὸ σοῦ. ὑβρίστρια γὰρ καὶ ἀτιμοποιὸς
D ἡ ξύρησις, καὶ τοῖς πενθοῦσι πρεπωδεστάτη.

ΠΑΛΛΑΔ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛ. Γυμνὸς οὖν ἄρα καὶ ἀτιμότατος νοῦς, καὶ αἰσχύνης ἔμπλεως οὐκ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὰ δι' ὧν θαυμάζεται. εἶεν δ' ἂν ἐν τούτοις καὶ μάλα εἰκότως οἵ τε ὀλιγογνώμονες, καὶ παρεφθαρμένην ἔχοντες ἐπὶ Θεῷ τὴν δόξαν, ὡς λίθοις προσκυνεῖν, ἤγουν ἀσυνέτως ἀποτολμᾶν ἀπονέμειν τῇ κτίσει τὸ σέβας, παρὰ τὸν κτίστην καὶ ποιητὴν, καὶ τὰ εἰσάπαν διεστραμμένα φρονεῖν τε καὶ λέγειν.
E καὶ τὴν μὲν ἀληθῆ καὶ ἀμώμητον ἀποσείεσθαι πίστιν, ἐπιθρώσκειν δὲ μᾶλλον, οἷς ἂν ἐξ ἠλιθιότητος παραφθέγξαιντό τινες, ἅτε τοι τὸν νοῦν ἀγαθοῖς οὐκ ἔχειν κατακομῶντα λογισμοῖς. ΠΑ. Ἄριστα ἔφης. Κ. Ἔστω δὴ οὖν τοῖς εἰς ὀρθότητα λογισμοῖς μεμεστωμένος ὁ νοῦς, καὶ ἐννοιῶν εὑρήμασι τοῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων, οἷά τινι κόμῃ κατεστεμμένος. ἔμφρων γὰρ ὁ τοιοῦτος ἐστὶν οὗτος μάλιστά γε, καὶ ἐπιτηδείως ἔχων εἴς γε τὸ χωρῆσαι λοιπὸν τὸ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως εἰσκεκομισμένον φωτο-

id enim eſt, vt opinor, Dies priores non computabuntur. Eiuſmodi quiddam per Ezechielis quoque vocem ait, (Ezech 18.) [Iuſtitia iuſti non eximet eum, quo die peccauerit; & iniquitas iniqui non nocebit ei, quocunque die conuertetur ab iniquitate ſua.] Ergo, ſi interim eueniat, vt, qui ſanctificati ſunt, contaminentur, eorum, quæ antea geſſerint, iacturam facient; non tamen eiuſmodi damnum eſt, vt nullo modo ei ſubueniri poſſit: abluuntur enim in Chriſto, qui turturis atque columbæ loco ſeipſum pro nobis Deo & Patri offert, & vt agnus immolatur, & nos carnis ſuæ morte iuſtificat. Hac de cauſſa iuſſit, vt ille detonſus ſacrificia offerret, quæ figuram haberent Chriſti, qui iuſtificat impium, & confirmat infirmum, & erigit lapſum, & conuertit errantem, & abluit inquinatum. PALLADIVS. Rectiſſime dictum eſt. CYRILLVS. Equidem exiſtimo, ſi paululum ea, quæ propoſita ſunt, verba animaduerterimus, aliam quoque nos poſſe ſubtilium abditorumque ſenſuum altitudinem intueri: neque enim ea Lex ad hanc rem inconſiderate nos hortatur, de eo, qui comam Deo nutrit ſcripta, (Num. 6.) [Si vero mortuus repente fuerit, ſtatim inquinabitur caput voti eius, & tondebit caput ſuum, quo die purgatus fuerit, die ſeptimo tondebitur, & die octauo feret duo turtures, vel duos pullos columbarum ad ſacerdotem; & ſanctificabit, inquit, capút eius illo die:] afferre etiam agnum anniculum iubebatur. PALLADIVS. Sed iure hoc loco ambiget Chriſti diſciplinæ ſtudioſus, quid tandem hoc ænigma ſit, quove ſpectet: idque mihi diſcere cupienti explices velim. CYR. Dicam equidem, vt potero: tu vero viciſſim, ſi qua in re à via deflexero, veniam dabis: difficilis enim eſt hic locus, & obſcurum ænigma. PALLADIVS. Aſſentior. CYRILLVS. Cum corporis caput, Palladi, in ſe ipſo mentis figuram gerat: (ſic enim diuinis ſacriſque literis decretum eſt.) cogitationes atque notiones, quæ ex illa in illa, natura vi oriuntur, per quas ad cognitionem cuiuſcunque rei ducimur, cum crinibus & comis comparamus: hæc enim ſunt, quæ ex capite germinant. PALLAD. Memini. CYRILL. Eſt ergo in nobis mẽs intonſa quodammodo, & comis Deo ſacratis ornata,

A τοῦτο γάρ, οἶμαι, ἐστί, τό, αἱ ἡμέραι αἱ πρῶται ἄλογοι ἔσονται. τοιοῦτόν τί φησι καὶ διὰ φωνῆς Ἐζεχιήλ. δικαιοσύνη δικαίου οὐ μὴ ἐξέληται αὐτόν, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἁμάρτῃ, καὶ ἀνομία ἀνόμου οὐ μὴ κακώσῃ αὐτόν, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ. οὐκοῦν εἰ γένοιτο μεταξὺ καταμιαίνεσθαί πως τοὺς ἡγιασμένους, ζημίαν μὲν ὑποστήσονται τῶν ἤδη προειργασμένων, οὐ μὴν δυσδιάφυκτον τὴν ἐντεῦθεν νοσοῦσι ζημίαν· διασμήχονται γὰρ ἐν Χριστῷ, καθάπερ ἐν τάξει τρυγόνος καὶ περιστερᾶς, ἑαυτὸν ὑπὲρ
B ἡμῶν προσάγοντος τῷ Θεῷ καὶ πατρί, καὶ ὡς ἀμνοῦ καταθυομένου, καὶ δικαιοῦντος ἡμᾶς τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκός. ταύτητοι προστέταχε, τὸν τὴν ξύρησιν ὑπομείναντα, θυσίας προσάγειν ἐν τύπῳ Χριστοῦ, τοῦ δικαιοῦντος τὸν ἀσεβῆ, καὶ ῥωννύντος τὸ ἀσθενές, καὶ ἀνιστάντος τὸ πεπτωκός, καὶ ἐπιστρέφοντος τὸ πλανώμενον, καὶ ἀπονίζοντος τὸ μεμολυσμένον. ΠΑΛ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡ. Οἶμαι δ᾽ ἔγωγε, μικρὸν ἐνιέντας τοῖς προκειμένοις τὸν νοῦν, καὶ ἕτερον ἡμᾶς δύνασθαι καταθρῆσαι βάθος λεπτῶν τε καὶ κεκρυμμένων ἐν-
C νοιῶν. παραθήγει γὰρ εἴς γε δὴ τοῦτο ἡμᾶς, οὐκ ἀπεριεσκέπτως ὁ νόμος, περὶ τοῦ τὴν τρίχα τρέφοντος Θεῷ. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ἐξάπινα, παραχρῆμα μιανθήσεται ἡ κεφαλὴ εὐχῆς αὐτοῦ, καὶ ξυρήσεται τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ, τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ξυρηθήσεται, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, οἴσει δύο τρυγόνας, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν, πρὸς τὸν ἱερέα. καὶ ἁγιάσει, φησί, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐν ἐκείνῃ ἡμέρᾳ. προσάγειν δὲ καὶ ἐνιαύσιον ἀμνὸν ἐπετάττετο. ΠΑΛ.
D Ἐπαπορήσειε δ᾽ ἂν εἰκότως ὁ χριστομαθής, τί δ᾽ ἂν εἴη λοιπὸν τὸ αἴνιγμα, καὶ πρὸς τί βλέπει μαθητιῶντι φράσον. ΚΥΡ. Οὐκοῦν ἐρῶ μέν, ὡς ἔνι· σὺ δὲ δὴ αὖ, εἴ τι παρεκθέοιμι τῆς ὁδοῦ, συγγνώμων ἔσο· δριμὺς γὰρ ὁ λόγος, καὶ ἀμυδρὸν τὸ αἴνιγμα. ΠΑΛ. Σύμφημι. ΚΥΡ. Ἀνατυπούσης ἡμῖν, ὦ Παλλάδιε, τῆς τοῦ σώματος κεφαλῆς, ὡς ἐφ᾽ ἑαυτῇ, τὸν νοῦν, ὧδε γὰρ ἔδοξε τῷ θείῳ τε καὶ ἱερῷ γράμματι, τὰς ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ἀνισχούσας ἐννοίας,
E δι᾽ ὧν εἰς εἴδησιν τὴν ἐφ᾽ ὅτῳ οὖν τῶν ὄντων χειραγωγούμεθα, θριξί τε καὶ κόμαις παρεικάζομεν. ταυτὶ γὰρ ἡμῖν τὰ ἐκ κεφαλῆς ἀναβρύοντα. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Μεμνήσομαι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀκειρεκόμης οὖν ἄρα, καὶ ἐν ἡμῖν οἱονείπως ὁ νοῦς, καὶ Θεῷ κατάκομος.

ἐννοιῶν ὑπάρχων ἐπίμεστος ἀγαθῶν. γυμνὴ δὲ δὴ αὖ καὶ ἐψιλωμένη, καὶ ἀτιμότατον φαλάκρωμα νοσοῦν; εἰ μήτε ὀρθὰς ἐπὶ Θεῷ τὰς διαλήψεις ἔχοι, μήτε μὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς πρακτέοις ἀρίστην τε καὶ ἀκατάμεμπτον καταπλουτήσει τὴν εἴδησιν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ταυτὶ γὰρ ἡμῖν καὶ ἀρτίως διεγυμνάζετο. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν πρὸ μὲν τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας, κέκληται πρὸς θεογνωσίαν διὰ Μωσέως ὁ Ἰσραήλ. ταύτῃ τοι καὶ ἡγιάζετο. ηὔξατο δὲ τρόπον τινὰ τῷ Θεῷ τὴν εἰς ἁγνείαν εὐχήν. ὅτι γὰρ ἔσται νομοφύλαξ, ἐπηγγέλλετο σαφῶς ἐν τῷ ὄρει Χωρὴβ, οὕτω λέγων. καὶ πάντα ὅσα εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς, ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα. ἦν οὖν ἄρα νομικῆς παιδεύσεως τὸν νοῦν ἔχων ἀνάπλεω, καὶ οἱονεὶ κομῶντα Θεῷ, τῆς διὰ Μωσέως ἐντολῆς τὰ αὐχήματα· ἀλλ' ἐμιάνθησαν ἐπὶ νεκρῷ. ἀπεκτόνασι γὰρ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ ἅγιος μὲν ἀληθῶς ὁ Χριστοῦ θάνατος. μολυσμὸς δὲ τοῖς ἀπεκτονόσιν ἦν, τὰ τῆς κυριοκτονίας ἐγκλήματα. ξυρᾶσθαι δὴ οὖν ὁ νόμος αὐτοῖς ἐπιτάττει λοιπὸν, οἷά τινα κόμην, τὴν ἐν νόμῳ παίδευσιν, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀποκείρεσθαι τὰ ἐν τύποις κατὰ τὴν ἑβδόμην, τουτέστι, τὰ πρὸ τῆς ὀγδόης, καθ' ἣν ἀνεβίω Χριστὸς, ἀνακαινίζων ἡμᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ εἰς νέαν τε καὶ εὐαγγελικὴν ἀναπλάττων ζωήν. ἀποκειράμενος γοῦν τὰ πρὸ τῆς ὀγδόης, ἀνακομᾷ πάλιν, καὶ ἁγιάζει τὴν κεφαλὴν μετὰ τὴν ὀγδόην. ἀνακομᾷ δὲ, οὐκ ἔτι τύποις καὶ σκιαῖς, καθὰ καὶ πρὶν, ὁ νοῦς, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ δόγμασιν. ἢ γὰρ, οὐκ οἴεσθαι δεῖν, τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους, ἀποψιλοῦσθαι μὲν ὥσπερ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας τὴν εὐδοκίμησιν· ἀναφύεσθαι δὲ αὖ, καὶ εἰς νοῦν ἔσω καὶ καρδίαν ἐλθεῖν, τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν εἴδησιν, ὡς ἀμείνω παρὰ πολὺ καὶ προφερεστέραν τῆς ὡς ἐν ἀρχαῖς; ΠΑΛ. Πῶς ἔφης; ΚΥΡ. Οὐ γὰρ δὴ σαφῶς καὶ ἀναφανδὸν ἀνακέκραγε λέγων νομομαθὴς ὢν ὁ Παῦλος, περὶ τῶν ἀρχαίων ἐκείνων καὶ νομικῶν αὐχημάτων. ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἡγοῦμαι τὰ πάντα ζημίαν εἶναι, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως

A ſi rectarum cogitationum plena ſit: eadem rurſus nuda, & turpiſſimo caluitio dehoneſtata, ſi neque rectas de Deo notiones habeat, neque de rebus omnibus, quæ agendæ ſunt, optima ac probatiſſima cognitione ſit prędita. PALLADIVS Fateor: hoc enim à nobis paulo antè tractatum eſt. CYR. Itaque ante Saluatoris aduentum vocatus eſt Iſrael per Moyſen ad Deum cognoſcendum: ideoque ſanctificatus B eſt, & quodammodo vouit Deo ſeruandæ puritatis votum; nam ſe legem ſeruaturum, profeſſus apertè eſt in monte Horeb, his verbis, [Et omnia, quæ dixit Dominus, faciemus & audiemus.] Exod. 19. Habebat ergo mẽtem legalis eruditionis plenam, & gloriatione Legis per Moyſen datæ veluti comis ornatam. Sed inquinati ſunt in mortuo: occiderunt enim Emmanuel. Ac, licèt ſancta Chriſti mors fuerit, tamen Dominicę necis crimina parricidas in- C quinauerunt. Itaq; præcipit illis Lex, vt illam Legis eruditionem veluti comam quandam detondeant, ac propemodum ea radant, quæ ſeptimo die in figura erãt, id eſt, quę ante octauum diem vigebant, quo die reuixit Chriſtus, noſque ad incorruptionem renouauit, aque ad nouam euãgelicamque vitam reformauit. Poſtea vero quã ea, quæ ante octauum diem erãt, totõdit, rurſus coma veſtitur, & ſanctificat caput poſt diem octauum: coma vero mens, non iam vt antea figuris vmbriſque dẽſa veſtitur, ſed illis in fide & ve- D ritate diſciplinis. An vero, qui in fide iuſtificati ſunt, eos nõ putas illa legalis cultus gloria tãquam ſpoliari oportere, rurſumq; germinare, & conuerſationis euangelicæ cognitionem, vt vetere illa multo meliorẽ atque pręſtantiorem in mẽtem atque in cor intrinſecus admittere? PALL. Quomodo tandem iſtud probas? CYR. Nonne aperte atq; perſpicue Paulus in Lege peritus clamauit, cum de veteribus illis atque legalibus ornamẽtis diceret. E [Quæ mihi erant lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta: Philip. 3. veruntamen etiam exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter ſupereminentem ſciẽtiam Ieſu Chriſti domini noſtri, propter quem omnium detrimentum feci, & arbitror ſtercora eſſe, vt Chriſtũ lucrifaciam, & inueniar in ipſo non habens meam iuſtitiam, quæ eſt in Lege, ſed quæ eſt per fidem Ieſu

Christi?] PALLAD. Audiui equidem. A CYRILLVS. Obiurgauit etiam alios, quod circumciſionem Legis poſt Christi myſterium plurimi facerent, [Euacuati eſtis, inquit, à Chriſto, qui in Lege iuſtificamini; à gratia excidiſtis: nos autem per fidem ſpem iuſtitiæ expectamus.] Antiquatum etiam illud vetus mandatum dixit, quod nō vacaret reprehenſione, alterumque loco illius ſubrogatum eſſe nimirum illud euangelicum. PALLAD. Verum eſt. CYRILLVS. Ergo vacare illam Legis diſciplinam hoc ænigma de- B clarat, cùm Iſrael, qui votum nuncupauerat, tonderi iubet, vt pote qui in mortuo ſit inquinatus, id eſt, crimine dominicæ necis obſtrictus, comamque alteram quodammodo poſt octauum diem, id eſt, poſt reſurrectionem, accuratā, inquam, illam euangelicorum præceptorum & expolitam elegantiam & eruditionem Deo dicare præcipit. Ceterum ei, qui crinem promitteret, poſt octauum diem, turtures atque columbas offerre Lex præcepit: quod ipſum tanquam iudicium C eſſe voluit eius, qui purgat inquinatos, id eſt, Chriſti: nam vtroque idem ſignificatur, vt maxime canorus per turturem, vt manſuetiſſimus per columbam, cùm Lex & tardiore lingua ſit, & clementiam non habeat; quippe quæ delinquentibus illico pœnas irroget. Vnà vero cum his auibus agnus offertur, vt per omnia Chriſtus intelligatur, per aues quidem, vt qui ſuperne ſit, atque è cælitus extiterit: per agnum vero, vt inferne, & ex terra editus. Verbum D enim, cùm ſecundum naturam Deus eſſet, factum eſt caro. Sed erat & eſt ſic quoque Deus, & nos à Legis vmbra remouet, & omnium hominum cordibus præceptorum ſuorum cognitionem inſerit. & ſanctos plane efficit, cùm ſuo illos purget ſanguine, vt Scripturæ tradunt. PALLAD. Ita res eſt. CYRILL. Quod ſi rite à comam nutriente, voti ſolemnitas abſoluta poſt diem octauum fuerit, tum vero conſecretur: atque id qua ratione fiat, præſcribit E dicens, [Et hæc Lex vouentis; quo die expleuerit dies voti ſui, afferet ipſe ad oſtium tabernaculi teſtimonii, & offeret donum ſuum Domino, agnum anniculum immaculatum vnum in holocauſtum, & agnam anniculam immaculatam vnam in peccatum, & arietem vnum immaculatum in ſalutare,

A Ἰησοῦ Χριστοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἐπυθόμην. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ ἑτέροις, ὡς τὴν ἐν νόμῳ τετιμηκόσι περιτομὴν, μετὰ τὸ Χριστοῦ μυστήριον. κατηργήθητε γὰρ ἀπὸ Χριστοῦ, φησὶν, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσετε. ἡμεῖς δὲ διὰ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα. ἠχρειῶσθαι δὲ καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἔφασκεν ἐντολὴν, οὐκ ἀμωμήτως ἔχουσαν, ἀντεισῆχθαι δὲ τὴν ἑτέραν, τουτέστι τὴν εὐαγγελικήν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἀργοτέραν B οὖν ἄρα τὴν ἐν νόμῳ παίδευσιν ἀποφαίνει τὸ αἴνιγμα ξυρᾶσθαι κελεῦον τὸν εὐξάμενον Ἰσραὴλ, ὡς μολυσμὸν ὑπομείναντα τὸν ἐπὶ νεκρῷ, τουτέστι, τὸν τοῖς τῆς κυριοκτονίας ἐνισχημένον ἐγκλήμασι, κόμην δὲ ὥσπερ ἑτέραν ἁγιάζειν Θεῷ μετὰ τὴν ὀγδόην, τουτέστι, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τὴν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων τὴν ἀκριβῆ καὶ τετορευμένην ἀστειότητά τε καὶ παίδευσιν. τῷ γε μὴν τρέφοντι τὴν τρίχα, μετὰ τὴν ὀγδόην, τρυγόνας προσάγειν καὶ περιστερὰς ὁ νόμος προστέταχε, μηνύων ὥσπερ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ κα- C θαίροντος τοὺς μεμολυσμένους, τουτέστι, Χριστοῦ. σημαίνεται γὰρ δι' ἀμφοῖν, ὡς εὐφωνότατος μὲν διὰ τρυγόνος, πρᾳότατος δὲ, διὰ τῆς περιστερᾶς. καὶ τοιούτου νόμου βραδυγλώσσου τι ὄντος, καὶ τὸ πρᾶον οὐκ ἔχοντος. ἐπιτίθησι γὰρ εὐθὺς τοῖς πλημμελοῦσι τὰς δίκας. ἀναφέρεται δὲ καὶ ἀμνὸς τοῖς στρουθίοις ὁμοῦ, ἵνα διὰ πάντων νοοῖτο Χριστὸς, ὡς διὰ μὲν τῶν στρουθίων, ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, διὰ δὲ τοῦ ἀμνοῦ, κάτωθεν, καὶ ἀπὸ D γῆς. Θεὸς γὰρ ὑπάρχων κατὰ φύσιν ὁ λόγος, γέγονε σάρξ. ἀλλ' ἦν καὶ ἔστι καὶ οὕτω Θεός· καὶ ἀπαλλάττει μὲν ἡμᾶς τῆς κατὰ νόμον σκιᾶς, ἐνίησι δὲ ταῖς ἁπάντων καρδίαις τὴν ἑαυτοῦ θεσπισμάτων τὴν εἴδησιν· καὶ ἁγίους ἀληθῶς ἀποφαίνει, τῷ ἰδίῳ καθαίρων αἵματι, κατὰ τὰς γραφάς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὧδε ἔχει. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εἰ δὲ δή φησιν ἀποπεραίνοιτο καλῶς ὁ τῆς εὐχῆς τρόπος, τῷ κομῶντι μετὰ τὴν ὀγδόην, τελειούσθω τότε. καὶ ὅπως ἔσται τὸ χρῆμα, νομο- E θετεῖ λέγων. καὶ οὗτος ὁ νόμος τοῦ εὐξαμένου. ᾗ ἂν ἡμέρᾳ πληρώσῃ ἡμέρας εὐχῆς αὐτοῦ, προσοίσει αὐτὸς παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου· καὶ προσάξει τὸ δῶρον αὐτοῦ κυρίῳ ἀμνὸν ἐνιαύσιον ἄμωμον ἕνα εἰς ὁλοκαύτωσιν, καὶ ἀμνάδα ἐνιαυσίαν μίαν ἄμωμον εἰς ἁμαρτίαν, καὶ κριὸν ἕνα ἄμωμον εἰς σωτήριον,

καὶ κανοῦν ἀζύμων σεμιδάλεως, ἄρτους ἀναπεποιημένους ἐν ἐλαίῳ, καὶ λάγανα ἄζυμα κεχρισμένα ἐν ἐλαίῳ, καὶ θυσίαν αὐτῶν, καὶ σπονδὴν αὐτῶν, καὶ προσοίσει ὁ ἱερεὺς ἔναντι κυρίου, καὶ ποιήσει τὸ περὶ ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ τὸ ὁλοκαύτωμα αὐτοῦ, καὶ τὸν κριὸν ποιήσει θυσίαν σωτηρίου τῷ κυρίῳ ἐπὶ τοῦ κανοῦ τῶν ἀζύμων. καὶ ποιήσει ὁ ἱερεὺς τὴν θυσίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν σπονδὴν αὐτοῦ. καὶ ξυρήσεται ὁ ηὐγμένος παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου τὴν κεφαλὴν τῆς εὐχῆς αὐτοῦ, καὶ ἐπιθήσει τὰς τρίχας ἐπὶ τὸ πῦρ, ὅ ἐστιν ὑπὸ τὴν θυσίαν τοῦ σωτηρίου. καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς τὸν βραχίονα ἑφθὸν ἀπὸ τοῦ κριοῦ, καὶ ἄρτον ἕνα ἄζυμον ἀπὸ τοῦ κανοῦ, καὶ λάγανον ἄζυμον ἕν, καὶ ἐπιθήσει ἐπὶ τὰς χεῖρας τοῦ ηὐγμένου μετὰ τὸ ξυρήσασθαι αὐτὸν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ προσοίσει αὐτὰ ὁ ἱερεὺς ἐπίθεμα ἔναντι κυρίου. ἅγιον ἔσται τῷ ἱερεῖ ἐπὶ τοῦ στηθυνίου τοῦ ἐπιθέματος, καὶ ἐπὶ τοῦ βραχίονος τοῦ ἀφαιρέματος, καὶ μετὰ ταῦτα πίεται ὁ ηὐγμένος οἶνον. οὗτος ὁ νόμος τοῦ εὐξαμένου, ὃς ἂν εὔξηται δῶρον αὐτοῦ κυρίῳ περὶ τῆς εὐχῆς, χωρὶς ὧν ἂν εὕρῃ ἡ χεὶρ αὐτοῦ κατὰ δύναμιν τῆς εὐχῆς αὐτοῦ, ἣν ἂν εὔξηται κατὰ νόμον ἁγνείας. ἀποφορτισάμενος γὰρ ὥσπερ τῆς Μωσαϊκῆς ἱστορίας τὸ πάχος, καὶ λατρείας τῆς ἐν τύποις καὶ σκιαῖς, οἱονεί τινος κόμης μακρᾶς καὶ ἐμβριθοῦς, ἀπαλλάξας τὸν νοῦν, ὁ ἐκπληρώσας Θεῷ τὴν εἴς γε τὸ δεῖν ἁγιάσασθαι προσευχήν, τρίχα δὲ ὥσπερ ἀναβλαστοῦσαν ἔχων τὴν διὰ Χριστοῦ θεσπισμάτων τὴν ἁγιοποιὸν ἀληθῶς εἴδησίν τε καὶ παίδευσιν, ἅγιος ἔσται καὶ ἱερός, καὶ πρός γε δὴ τούτῳ, καὶ ἀξιόληπτος. ἀνοίσει δ' ἂν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ, καὶ θυσίαν ὥσπερ ἀναθήσει δεκτήν, τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀμώμητον ἀστειότητα. προσοίσει γάρ, φησί, τὸ δῶρον αὐτοῦ, ἀμνὸν ἐνιαύσιον, εἰς ὁλοκαύτωμα καὶ ἀμνάδα πάλιν εἰς ἁμαρτίαν. καὶ μὴν καὶ κριὸν εἰς σωτήριον. καὶ κανοῦν ἀζύμων, ἐλαίῳ δεδευμένων, καὶ λάγανα ἄζυμα κεχρισμένα ἐλαίῳ. καὶ διὰ μὲν τοῦ ἀμνοῦ, νοοῖτ' ἂν εἰκότως, ἡ τοῦ τὴν θυσίαν προσάγοντος ἡ ἐν Χριστῷ νηπιότης. διὰ δέ γε τοῦ κριοῦ, τὸ ἐν φρεσί τε καὶ ὡς ἐν καρποφορίᾳ τέλειον. ἀδελφοὶ γάρ, φησί, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε. ταῖς δὲ φρεσί, τέλειοι γίνεσθε. διὰ μέσου δὲ ἀμνάς, ὑπὲρ ἁμαρτίας. δι' οὗ δὴ πάλιν ἡμῖν καταθρῆσαι ῥᾷον, ὅτι καὶ τῶν ἄγαν ἁγιαζομένων ὁ

A & caniſtrum azymorum ſimilæ, panes conſperſos oleo, & lagana azyma lita oleo, & ſacrificium eorum; & libamen eorum; & offeret ſacerdos ante Dominum, & faciet, quod pro peccato eius eſt, & holocauſtum eius, & arietem faciet ſacrificium ſalutaris Domino in caniſtro azymorum; & faciet ſacerdos ſacrificium eius, & libamen eius, & tondebit, qui vouit, ad oſtium tabernaculi teſtimonii, caput voti ſui, & imponet crines ſuper ignem, qui eſt ſub ſacrificio ſalutaris: B & accipiet ſacerdos armum coctum ab ariete, & panem vnum azymũ à caniſtro, & laganum azymum vnum, & imponet in manus eius, qui vouit, poſtquam totonderit caput ſuum: & offeret ea ſacerdos impoſitionem coram Domino: ſanctum erit ſacerdoti ad pectuſculum impoſitionis, & ad ſeparationem armi; & poſt hæc bibet, qui vouerat, vinum. Hæc eſt lex vouentis, qui vouerit donum ſuum Domino, de voto, quod inuenerit manus eius pro viribus voti ſui, quod vouerit iuxta legem C ſanctificationis.] Nam, vbi Moſaicæ hiſtoriæ quaſi craſſam concretamque molem abiecerit, atque à cultu illo, qui in figura, & vmbris eſt, tanquam prolixa grauique cæſarie mentem leuauerit is, qui Deo ad ſanctificationis votum perſoluendum eſt obſtrictus, cumque iam præceptorum, quæ per Chriſtum tradita ſunt, cognitionem ac diſciplinam, quæ hominem vere ſanctum facit, tanquam crinem repullulantem habuerit, tum D denique ſanctus ac ſacer erit, & dignus præterea, qui admittatur, ac ſe ipſum offerat in odorem ſuauitatis Deo, & ſeſe velut acceptum ſacrificium, illam nempe conuerſationis ſuæ glorioſam & immaculatam elegantiam dicabit. Afferet enim, inquit, donum ſuum, agnum anniculum in holocauſtum, & agnam rurſus pro peccato, & arietem in ſalutare, & caniſtrum azymorum oleo E conſperſorum, & lagana azyma oleo lita: ac per agnum quidem conuenienter intelligi poteſt illa in Chriſto infantia, ſacrificium offerentis; per arietem vero animi ſenſuum fœcunditatiſque perfectio: Fratres enim, inquit, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. His interiecta eſt agna pro peccato: ex quo facile animaduertere licet, etiam eorum 1.Cor.14.

vitam, qui vel maxime pueri ſunt, & qui ſimplicitate & innocentia, quæ in Chriſto intelligitur, & mentis integritate perfecti, non omnino reprehenſione vacare, ſed purgatione prorſus indigere: etenim nihil habere, quod vituperari poſſit, haud cuiquam contingit; ſed ſoli Emmanuel id ſeruatur, eique tanquam proprium tribuendum eſt; vt vere dicere

Ioan. 14. „ potuerit, [Venit enim princeps mundi
„ huius, & in me nihil inueniet.] Ergo in agno quidem & agna & ariete ea, quæ dixi, conſiderare licet; panibus vero infermentatis ſimplex ac pura vita ſignificatur. Scribit enim profectò beatus Pau-

1. Cor. 5. „ lus ad ſanctificatos, [Expurgate ergo ve-
„ tus fermentum, vt ſitis noua conſperſio,
„ ſicut eſtis azymi.] Lagano autem illa ſanctorum vitæ ſuauitas & veluti dulcedo deſignatur. Ergo noſipſos offeremus, tanquam in agno quidem propter illam in Chriſto infantiam: rurſus vero tanquã in agna propter infirmitatem naturæ, ac delinquendi facilitatem: (fœmina enim infirmitatis eſt figura) demum in ariete vt perfecti, & qui ad menſuram ætatis, quæ in Chriſto eſt, peruenerimus. Iam vero tanquam in panibus azymis, puri, ſuaues vero ac iucundi tanquam in laganis: per Chriſtum tamen miſericordiam conſecuti; iuſtificati namque ſumus non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum magnam illius miſericordiam: ob eamque cauſſam rectè panibus oleum infundebatur. Iterum vero mediatoris munere fungitur ſacerdos, & offert primum quidem ſacrificium pro peccato, deinde holocauſtum, tertio loco arietem ſalutaris: nam Chriſto mediatore, & offerente nos Deo & Patri, accepti erimus, cùm preces pro peccatis noſtris offerimus, & veterum criminum remiſſionem petimus. Deinde tanquam holocauſtum ſpiritualiter incendimur, id eſt, in totum & integre, ſancti & ſacri & in odorem ſuauitatis Deo dicati erimus, non in ea, quæ ſunt in mundo, diuiſi: nam holocauſtum totum igni abſumebatur. Gratiarum quoque actiones pro noſtra ſalute ac vita conſecrabimus, non terrenis rebus Deum venerãdo, ſed muneris gratiſſimi loco, puram & infermentatam, & ſuauem ac ſanctam illi vitam offerendo: eiuſmodi namque eſt ſanctorum hominum vita. Deinde, vbi ex Legis præſcripto ſacerdos obtulerit ſacrificium, Tondeat, inquit, caput, qui votum ſuſcepit, ad oſtium tabernaculi teſtimonii, & igni crines imponat.

A βίος, καὶ ὡς ἐν ἁπλότητι καὶ ἀκακίᾳ τῇ ἐν Χριστῷ νοουμένῃ, καὶ ἐν ἀρτιότητι νοῦ τετελειωμένων, οὐκ ἀμώμητος παντελῶς, δεῖται δὲ δὴ πάντως καθαρισμοῦ. κεκτήσεται μὲν γὰρ τὸ ἀκατάσκεπτον παντελῶς οὐδείς, τετήρηται δὲ μόνῳ, καὶ ὡς ἴδιον ἀνακείσεται τῷ Ἐμμανουήλ, ὥστε αὐτὸν ἀληθείᾳ φράσαι, ἔρχεται γὰρ ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. οὐκοῦν ἐν μὲν τῷ ἀμνῷ, καὶ τῇ ἀμνάδι, καὶ τῷ κριῷ, κατίδοι τις ἂν ὅπερ ἔφην· ἐν δέ γε τοῖς ἄρτοις τοῖς οὐκ ἐζυμωμένοις, ὁ ἄδολός τε καὶ B καθαρὸς σημαίνεται βίος. ἐπιστέλλει γάρ που καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος τοῖς ἡγιασμένοις· ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. ἐν δέ γε τῷ λαγάνῳ, τὸ ἥδυσμα καὶ οἱονεὶ τὸ γλυκὺ τῆς τῶν ἁγίων ζωῆς. ἑαυτοὺς οὖν ἄρα προσοίσομεν, ὡς ἐν ἀμνῷ μὲν διὰ τὸ νήπιον ἐν Χριστῷ· ὡς ἐν ἀμνάδι δὲ αὖ, διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς καὶ εὐπερίοιστον εἰς τὸ πλημμελές. ἀσθενείας γὰρ τύ- C πος τὸ θῆλυ. ὡς ἐν κριῷ δὲ δή, τέλειοι, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἐλθόντες, τῆς ἐν Χριστῷ. καὶ ὡς ἐν ἄρτοις μὲν τοῖς ἀζύμοις, καθαροί· ἡδεῖς δὲ ὡς ἐν λαγάνοις. πλήν, ἠλεημένοι διὰ Χριστοῦ. δεδικαιώμεθα γάρ, οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. ἐπεχεῖτο δὴ οὖν ταύτῃτοι καλῶς τοῖς ἄρτοις τὸ ἔλαιον. μεσιτεύει δὲ πάλιν ὁ ἱερεύς, καὶ προσκομίζει μὲν πρῶτον τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας εἶτα, τὸ ὁλοκαύτωμα. καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις, τὸν D σωτηρίου τὸν κριόν. μεσιτεύοντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ προσάγοντος ἡμᾶς τῷ Θεῷ καὶ πατρί, δεκτοὶ μὲν ἐσόμεθα, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, προσκομίζοντες λιτάς, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων ἐξαιτοῦντες τὴν ἄφεσιν. ὁλοκαυτούμεθα δὲ νοητῶς, τουτέστιν, εἰσάπαν καὶ ὁλοκλήρως, ἅγιοί τε καὶ ἱεροί, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνακεισόμεθα τῷ Θεῷ, πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ μὴ μεμερισμένοι. ὅλον γὰρ E ἐδαπανᾶτο τῷ πυρὶ τὸ ὁλοκαυτούμενον. ἀναθήσομεν δὲ καὶ τὰ χαριστήρια, τὰ ὑπέρ γε τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ ζωῆς, οὐ φθαρτοῖς καὶ γηΐνοις τιμῶντες Θεόν· ξένιον καὶ ὥσπερ αὐτῷ προσάγοντες ἀξιόληπτον τὴν καθαράν τε καὶ ἄζυμον, καὶ ἡδεῖαν ζωὴν καὶ ἁγίαν. τοιουτοσὶ γάρ πως ὁ τῶν ἁγίων βίος. προσκεκομικότος δὲ τοῦ ἱερέως τὴν θυσίαν κατὰ τὸν νόμον, ψιλούσθω, φησί, τὴν κεφαλὴν ὁ εὐξάμενος, παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἐπιθέτω τὰς τρίχας ἐπὶ τὸ πῦρ.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ τί δὴ τοῦτο εἶναι φῄς; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Εὐχῆς ἀπόδοσιν, καὶ οἱονεὶ τῶν ἐπηγγελμένων τὸ πέρας. οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ μιανθεὶς ἐπὶ νεκρῷ, τὴν ἀτιμοτάτην ἤδη καὶ βέβηλον κατεξυρᾶτο τρίχα· οὕτω κἀνθάδε τὸν τῆς ξυρήσεως ἐκδεξόμεθα τρόπον. ἀλλ' ὥσπερ ἤδη τετελειωμένος ἐν Χριστῷ, καὶ κόμην ἑτέραν τρέφων μετὰ τὴν ὀγδόην ἀνατίθησι τῷ Θεῷ καθάπερ ἐν τύπῳ, τὰ ἐπηγγελμένα. σημεῖον δὲ τοῦ δεδέχθαι παρὰ Θεοῦ τὴν δωροφορίαν, τὸ B δαπανᾶσθαι πυρὶ τὴν τρίχα. εἶδος γὰρ τοῦ πυρὸς ἀεὶ τῇ θείᾳ περιτίθησι φύσει τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος ἔφη Μωσῆς· ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστί. τὸ πανταλκὲς οἶμαί που τῆς θείας καὶ ἀκηράτου φύσεως παρεικάζων πυρί. ἄθρει δ' ὅπως παρὰ τὰς τῆς σκηνῆς θύρας, ἡ ἐν τελειώσει ξύρησις, τουτέστιν, ἁπάσης ἡμῶν δικαιοσύνης καὶ ἁγιασμοῦ πέρας. μόναι γὰρ ἡμᾶς, εἴπερ ἂν γένοιτο παρ' ἡμῶν ἁγνεία τε καὶ δικαιοσύνη, πῶς ἂν εἰσοίσαιεν εἰς τὰ ἅγια τῶν C ἁγίων, τὸ ἀκαταιτίατόν τε καὶ ἀπλημμελὲς οὐκ ἔχουσαι παντελῶς· καθαρὸς γὰρ ἀπὸ ῥύπου παντελῶς οὐδείς· εἰσκομίζει δὲ ὁ Χριστὸς, ἀμνησικάκως ἐλευθερῶν, καὶ πάσης ἡμᾶς ἀνιεὶς ἁμαρτίας. πρόδρομος γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελήλυθεν, οὐχ ἑαυτῷ που πάντως, ἀλλὰ τοῖς ἔξω θυρῶν, καὶ ἐπ' αὐτῷ πως ἤδη γεγονόσιν οὐδῷ τῆς ἁγίας σκηνῆς, καταλεαίνων τὴν εἴσδρομιν. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐγκαινίσαι D λέγεται πρόσφατόν τε καὶ ζῶσαν ὁδόν. μετὰ δέ γε τὸ ξυρᾶσθαι πρὸς αὐταῖς ἥκοντα ταῖς θύραις τῆς ἁγίας σκηνῆς, καὶ μὴν καὶ πυρὶ δαπανῆσαι τὴν τρίχα, λήψεται, φησὶν, ὁ ἱερεὺς τὸν βραχίονα ἑφθὸν ἀπὸ τοῦ κριοῦ· ἄρτον τε καὶ λάγανον, καὶ ἐπιθήσει ἐπὶ τὰς χεῖρας τοῦ εὐξαμένου καὶ αὖθις ἀναλαβὼν, προσοίσει, φησὶν, ἐπίθεμα ἔναντι Κυρίου, καὶ ἅγιον ἔσται τῷ ἱερεῖ, καθὰ καὶ τὸ στηθύνιον τοῦ ἀφαιρέματος. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. E Εἶτα, τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν ὁ νόμος; ΚΥΡΙΛ. Εἰς τύπον μὲν δὴ τοῦ ἰσχύοντος, ἤτοι τῶν ἐν ἰσχύϊ κατορθωμάτων, ὁ βραχίων ἀεὶ παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ νοεῖται, ζωῆς δὲ δὴ πάλιν ἁγίας τε καὶ καθαρᾶς, ὁ ἄζυμος ἄρτος. καὶ μὴν καὶ τὸ εὔχαρί τε, καὶ τὸ ἡδὺ παραδείξειεν ἂν ἐφ' ἑαυτῷ, τὸ λάγανον ἐλαίῳ μαλτόμενον, καὶ εἰς πλακοῦντα τελοῦν. τοῦ δὲ μεσιτεύοντος ἱερέως τὸ πρόσωπον, περιθείη τις ἂν καὶ μάλα εἰκότως

A PALLADIVS. Hoc vero quidnam eſſe cenſes? CYRILL. Voti redditionem, & veluti profeſſionis promiſſioniſque finem: neque enim vt ille inquinatus in mortuo, turpatum, atque profanatum crinem tondebat; ſic hoc quoque loco eundem tonſionis modum accepturi ſumus. Sed tanquam in Christo iam perfectus, & qui comam aliam poſt octauum diem aluerit, Deo quæ pollicitus fuerat, velut in figura dedicat. Eſſe autem eam oblationem B Deo acceptam, eo ſigno declaratur, quod igni crinis abſumitur: nam ignis formam ſacræ literæ diuinæ naturæ ſemper adſcribunt. Itaque beatus Moyſes dixit, [Deus noſter ignis conſu- " Deut. 4. mens eſt;] omnipotentiam videlicet, " vt opinor, diuinæ incorruptæque naturæ ex ignis imagine coniectans. Vide autem vt ad oſtium tabernaculi fiat illa perfectionis detonſio, id eſt, ille omnis noſtræ iuſtitiæ ac ſanctitatis finis: qui enim fieri poterit, vt ſancti- C ficatio illa & iuſtitia, quæ à nobis ſeruata fuerit, ſolæ nos in Sancta ſanctorum inducant, cùm eæ non omnino culpæ atque delicti ſint expertes? [mundus enim à ſorde nemo eſt,] " Iob. 14. Hebr. 6. ſed Chriſtus nos introducit, cùm, abiecta omni ſuæ iniuriæ memoria, nos liberat, & omnia nobis peccata relaxat: præcurſor namque pro nobis ingreſſus eſt, non ſibi plane; ſed iis aditum aperiens, qui ſunt extra oſtium, & ad ipſum quodammodo tabernaculi D ſacri limen peruenerunt. PALLADIVS. Ita eſt. CYRILLVS. Ipſe enim innouaſſe dicitur nobis recentem & viuentem viam. Poſtea vero Hebr. 10. quam tonſus fuerit, ad tabernaculi fores, & igni crinem abſumpſerit, Sumet, inquit, ſacerdos armum coctum ab ariete, panem quoque & laganum, & imponet manibus eius qui vouerat, & rurſum recipiens, offeret, inquit, impoſitionem coram Domino, & ſacrum erit ſacerdoti vt pectuſculum E ſeparationis. PALLADIVS. Quid vult ergo Lex per hæc verba ſignificare? CYRILL. Armus in diuinis literis pro figura potentis, vel rerum fortiter geſtarum fere ſemper accipitur, vt panis azymus item pro figura ſanctæ puræque vitæ, laganum etiam oleo conſperſum, & in placentæ formam redactum, ſuauitatis iucunditatiſque ſpeciem præfert. Porro ſacerdotis perſonam, qui mediator interponitur,

illi Emmanuel iure optimo imponere licet. Quiſquis igitur ſummam ſanctificationem excoluerit, ac ſanctiſſimo Deo præclarum donum, fortitudinis inquam illius ſpiritualis opera, in arietis armo deſignata, & vitam immaculatam in azymo pane figuratam, quinetiam vitæ in ſanctificatione ductæ iucunditatem ac ſuauitatem tanquam in lagano ſignificatam obtulerit; is, inquam, hæc omnia ſuis manibus prope dixerim impoſita, Chriſti mediatoris interuentu Deo conſecrat; qui tanquam de manibus in manus oblationes accipit, in eaque re verum fidelemque cultorem ſuum ſummis honoribus afficit. Ideoque inquit, is qui adeo purum ſanctumque votum ſoluit, manibus ſuis donum imponens, ſacerdoti tradit impoſitionem, & eximiam attributamque illi partem, pectuſculum inquam arietis, vt Legiſlator decreuit. Vt igitur armum indicium eſſe diximus rerum fortiter geſtarum, aut ipſius fortitudinis, ita animi ſenſuum ac mentis, pectuſculum arietis: in corde enim & in pectore ſenſus habemus; diuina enim ſcriptura nullo diſcrimine frequenter his vocibus vtitur, & nonnunquam pro mentis figura caput, nonnunquam ad ſenſus animi ſignificandos pectus aſſumit. Sacra ergo ſunt & eximia, ac propemodum de manibus in manus oblata & acceptiſſima, per Chriſtum Deo, & Patri munera, illa ſanctificatorum hominum fortitudo ſpiritualis & animi ſenſus. Vere ſiquidem dici poteſt, non aliter vnquam niſi per ſpiritualem fortitudinem, rectumque ſenſum contingere vt ſancti viri, quæ Deo grata ſunt, efficere poſſint. PAL. Præclare dicis. CYR. Coctum vero armum aſſumi iuſſit, in quo ſæuitiam illam veluti crudam & extra conuenientem rationem egreſſam, à ſanctorũ fortitudine reiicit: neque enim acerbos ac rigidos decet eſſe eos, qui Deo dicati ſunt, neque auſteriorem animum habere, ſed leui quodam mollique modo, & ſumma ſolertia perficere, quæ ad virtutem pertinent. neque enim aliter præclara ſanctorum facta ſuauia fiunt, & Deo ad veſcendum accommodata, niſi minime cruda & ingrata fuerint. Scis enim videlicet eorum ſalutem, qui in ſanctitate viuunt, à Chriſto ſuum quodammodo cibum appellari, cum dicit ſanctis illis diſcipulis, [Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.] Recordare item illum immolare quidem agnum iuſſiſſe in Chriſti figuram:

A τοῦ Ἐμμανουήλ. ὁ τὴν ἁγιείαν τὴν ἀνωτά-
τω κατωρθωκώς, καὶ αὐτῷ λαμπρὰν προσ-
κεκομικὼς τῷ παναγίῳ Θεῷ, τὰ ἐξ ἰσχύος
ἔργα, δηλονότι τῆς πνευματικῆς, ὡς ἐν βρα-
χίονι τοῦ κριοῦ, καὶ ζωὴν ἄμωμον, ὡς ἐν ἄρ-
τῳ τῷ ἀζύμῳ νοουμένην, καὶ μὴν ἔτι καὶ τὸ ἡ-
δὺ καὶ τὸ ἐπίχαρι τῆς ἐν ἁγιασμῷ ζωῆς, ὡς
ἐν τῷ λαγάνῳ, μονονουχὶ χερσὶν ἰδίαις ἐπιτε-
θεὶς, ἀναφέρει Θεῷ, διὰ μεσίτου Χριστοῦ, ὃς
οἱονείπως ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρας δέχεται τὰς δω-
B ροφορίας, ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς, καὶ τούτῳ δὴ
μάλιστα, τὸν γνήσιον ἀληθῶς καταγεραίρων προσ-
κυνητήν. ταυτὶ γάρ φησιν, ὅτι χερσὶν ἐπιθεὶς
ἰδίαις, ὁ τὴν ἁγίαν οὕτω καὶ πανάγνον ἀποπε-
ραίνων εὐχήν, ἐπιδώσει τῷ ἱερεῖ ἐπίθεμα καὶ
ἐξαίρετον, καὶ ἐκνεμηθὲν αὐτῷ, καθά γε τὸ στη-
θύνιον τοῦ κριοῦ, κατά γε τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν.
ὥσπερ δὲ τὸν βραχίονα μηνυτὴν εἶναι φαμὲν τῶν
ἐξ ἰσχύος κατορθωμάτων, ἤγουν τῆς ἰσχύος αὐτῆς,
C οὕτω καὶ τὸ στηθύνιον τοῦ κριοῦ, φρενός τε καὶ νοῦ.
κεκτήμεθα γὰρ ἐν σπλάγχνοις καὶ ἐν τῷ στήθει τὰς
φρένας. ἀδιαφορεῖ δὲ πολλάκις ἡ θεία γραφή,
καὶ ποτὲ μὲν εἰς νοῦ τύπον τὴν κεφαλήν, ποτὲ
δὲ τὸ στῆθος, εἰς φρενὸς ποιεῖται δήλωσιν. ἱερὰ δὲ
ὄντως καὶ ἐξαίρετα, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἀπὸ χειρὸς
εἰς χεῖρα προσκομιζόμενα, καὶ εὐπρόσδεκτα δι'
αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρί, τῶν ἁγιαζομένων ἰσχὺς
ἡ πνευματική, καὶ μήν τοι καὶ φρένες. εἴπερ ἐστὶν
D ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως γένοιτό ποτε κα-
τορθοῦν δύνασθαι τοὺς ἁγίους τὰ ἀρέσκοντα Θεῷ,
μὴ οὐχὶ δι' ἰσχύος τῆς πνευματικῆς, καὶ μήν τοι καὶ
φρενὸς ἀγαθῆς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ
ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἑφθὸν δὲ προσ-
τέταχε λαμβάνεσθαι τὸν βραχίονα, τὸ οἱονεί-
πως ὠμὸν, καὶ τὸ τοῦ καθήκοντος παράλογον τῆς
τῶν ἁγίων ἰσχύος ἀποσοβῶν. οὐ γὰρ ἀποτόμους
εἶναι χρὴ τοὺς ἀνακειμένους Θεῷ, οὔτε μὴν ἀ-
κράτῳ κεχρῆσθαι τῷ νῷ, ἀλλ' ἁπαλῷ τινι καὶ
E ἁπαλῶς καὶ λίαν εὐτέχνως κατορθοῦν ἐπείγεσθαι
τὰ εἰς ἀρετήν. ἔσται δ' ἂν ὧδε καὶ οὐχ ἑτέρως
τῶν ἁγίων τὰ κατορθώματα χρηστὰ καὶ ἐδώ-
διμα τῷ Θεῷ, τὸ ὠμὸν οὐκ ἔχοντα καὶ ἀπη-
χθημένον. διεπύθου δέ που τὴν ἐν ἁγιείαις ἐπὶ
τὴν σωτηρίαν τροφήν, ὥσπερ ἰδίαν ὀνομάζον-
τος τοῦ Χριστοῦ καὶ λέγοντος τοῖς ἁγίοις μαθη-
ταῖς, ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ
οἴδατε. διαμέμνησο δὲ ὅτι καὶ καταθύεσθαι
μὲν ἐκέλευε τὸν ἀμνὸν, εἰς τύπον Χριστοῦ.

A οἱ γάρ τοι τοιοίδε τῆς ἁγίας ἡμῶν ἑορτῆς ἀπώλισθον ἀναγκαίως. ὑστερίζουσι δὲ καὶ διημαρτήκασι τοῦ καιροῦ καθ' ὃν ὁ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀρχηγὸς τετελείωται διὰ παθημάτων. ἐλέου γε μὴν τοῦ πάντας σώζειν ἐθέλοντος, ἐν τοῖς μετὰ τοῦτο καιροῖς, ὡς ἐν μηνὶ δευτέρῳ, μεθέξουσι καὶ αὐτοὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ συνεορτάσουσι τοῖς ἁγίοις, τοῖς ἐν καιρῷ κεκλημένοις, δηλὸν δ' ὅτι τοῖς ἐξ ἐθνῶν. ἄθρει γὰρ ὅπως οἱ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ τὸν τῆς εἰδωλολατρείας εὐθὺς ἀποτριψάμενοι ῥύπον, σφάζουσι τὸν ἀμνὸν ἐν πρώτῳ μηνὶ, καὶ εἰς τὰς τοῦ πιστεύειν ἀρχὰς ἀναθρώσκουσιν. B οἱ δὲ κεχρισμένοι τῷ αἵματι τοῦ κυρίου, παρ' οὐδὲν ἡγήσονται τὸν ὀλοθρευτὴν, καὶ ἀμείνους ἔσονται τῆς φθορᾶς. οἱ δὲ, ὡς ἐν ἔτει τε καὶ ἐν μηνὶ δευτέρῳ, προσίασι μόλις καὶ ὁμολογοῦσι τὸν μολυσμὸν, καὶ ὅτι γεγόνασιν ἀκάθαρτοι ἐπὶ ψυχῇ ἀνθρώπου, διαβεβαιοῦνται σαφῶς, καὶ τῆς εὐλογίας ἀξιοῦσι τυχεῖν, ὕστερον δὲ καὶ μετὰ τοὺς πρώτους, πληροῦσι τὴν ἑορτήν. C ὅταν γὰρ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, φησὶ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. προανεπεφώνηκε δέ που καὶ ὁ προφήτης περὶ αὐτῶν. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπιζητήσουσι κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν. καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. ἐπιζητηθήσεται γὰρ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς παρὰ τῶν ὑπολελειμμένων ἐξ Ἰσραὴλ, ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ σάρκα Χριστός. ΠΑΛ. Ἀληθὴς ὁ λόγος. τέθειται γὰρ ἐν ἐλπίσιν ὁ Ἰσραήλ. Κ. D Ὅτι δὲ οὐκ ἀπλημμελὲς, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἄγαν σφαλερωτάτων, τὸ μὴ πληροῦν ἑορτὰς ἐπὶ Χριστῷ, διεσάφησεν εὐθὺ, τὸν μήτε ἀκάθαρτον ἐπὶ ψυχῇ ἀνθρώπου, μήτε μὴν ἐν ὁδῷ μακρᾷ γεγονότα, καὶ ἀναγκαῖον οὐκ ἔχοντα τὸ ἐμπόδισμα, ποιναῖς ταῖς ἐσχάταις ὑπενεχθήσεσθαι λέγων, εἰ μὴ δρᾷν ἕλοιτο τὰ νενομισμένα. νοηθείη δ' ἂν παρ' ἡμῶν ἀκάθαρτος μὲν ὡς ἐπ' ἀνθρώπου ψυχῇ, καθάπερ ἐλέγομεν ἀρτίως, ὁ κυριοκτόνος Ἰουδαῖος. E ἐν ὁδῷ δὲ ὡς ἐπὶ μακρᾷ, καὶ ἔξω που τῆς Ἱερουσαλὴμ ἤγουν τῆς ἁγίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησίας, ὁ τῷ ξύλῳ λέγων, Θεός μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ λέγων, σὺ ἐγέννησάς με. καὶ μέντοι τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα προσκυνῶν, ἤγουν ὁ ἑτέραν τινὰ νοσήσας πλάνησιν: ἔστι γὰρ ἀληθὲς, ὡς ἀγχοῦ μὲν ὑπάρχων νοοῖτο Θεοῦ πᾶς ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ ἀκίβδηλον ἔχων ἐπ' αὐτῷ τὴν δόξαν. ἐξέστηκε δὲ καὶ ἀποφοιτᾷ καὶ ἔστι μακρὰν πᾶς ὅστις οὐχ ὧδε ἔχει.

A hi namque ab eiuſmodi noſtro feſto penitus exciderunt: defuerunt etiam, & non occurrerunt ad tempus, quo ille omnium vitæ auctor per paſſiones eſt conſummatus: miſericordia tamen illius, qui omnes ſaluare vult, conſequentibus temporibus tanquam ſecundo menſe ipſi quoque participes Chriſti fient, & vnà cum ſanctis, qui in tempore vocati ſunt, ex Gentibus, inquam, feſtum agent. Animaduerte enim vt illi quidem in Ægypto ſtatim atque idololatriæ ſordes B abſterſerunt, agnum immolant menſe primo, ac primum in credendo locum occupant, vnctique ſanguine Domini, contemnent Exterminatorem, & mortis atque interitus victores erunt: hi vero tanquam anno, menſeque ſecundo vix accedunt, & immunditiam ſuam confitentur, & ſe in anima hominis impuros eſſe perſpicue affirmant, & orant vt benedictionem eis conſequi liceat; ſecundo autem loco & poſt primos feſtum diem agunt: [Cum enim plenitu- *Rom. 11.* C do Gentium intrauerit, inquit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet:] Prædixit etiam de ipſis propheta, [Et poſt hæc reuertentur *Oseæ 3.* filii Iſrael, & exquirent dominum Deum ſuum, & Dauid regem ipſorum, & obſtupeſcent in Domino, & in bonis eius in extremis diebus:] exquiretur enim in extremis temporibus à reſiduis ex Iſrael, ille ex ſemine Dauid ſecundum carnem Chriſtus. PAL. Vera dicis: in ſpe namque poſitus eſt Iſrael. CYR. Ceterum D haud eſſe ſine culpa, imò verò periculoſum in primis, feſta in Chriſto non agere, declarauit ſtatim, cum dixit, eum, qui neque immundus eſſet ſuper anima hominis, neque in via longinqua, & nullo neceſſario impedimento diſtineretur, ſummo afficiendum eſſe ſupplicio, ſi, quæ Lege ſancita ſunt, facere noluerit: atque impurus quidem in anima hominis intelligi à nobis poteſt, vt modo dicebamus, ille Domini occiſor Iudæus: in via autem longinqua E quodammodo, & longe à Hieruſalem, id eſt, à ſancta noſtri Saluatoris Eccleſia, ille eſt, [qui dicit ligno Deus meus *Hier. 2.* es tu, & qui dicit lapidi; Tu genuiſti me;] atque etiam qui deſerto creatore, creaturam adorat, aut alio quouis errore tenetur: verum eſt enim vitum quemque probum, & qui ſinceram de Deo opinionem habeat, prope Deum eſſe, recte intelligi; ac viciſſim ab eo recedere, & remotum eſſe, longeque diſiunctum, quiſquis non ita ſe habeat.

Ergo, ſi neque impuri ſuper anima hominis, vt Iudæi, neque in via longinqua ſumus, vt Gentiles & hæretici, celeriter ſine vlla cunctatione ſacrificium offeramus, & feſta Domini veneremur: eodemque ritu proſelytus vnà nobiſcum feſtum celebrabit, & gaudentibus congratulabitur; nam qui pro tempore fidei, quæ eſt in Chriſto, ornamenta ſuſceperint, eos incruenti illius ſacrificii ſocios facimus, & ad ſanctæ menſæ participationem vocamus. Illud etiam opportune mihi adiiciendum videtur, in Eccleſiis obtinuiſſe conſuetudinem, ex hac, vt opinor, lege profectam, vt, ſi quartuſdecimus lunæ dies extra primum menſem ceciderit, alter menſis, ac proximus ſufficiatur, dieſque in eo conſtitutus quæratur, ne à vero ritu feſti tempus excedat. Hæc autem obſeruatio ita ſe habet, vt olim lege præceptum erat. PALLADIVS. Rectè ſanè à te dictum eſt: ſed illud mihi exponas velim, vtrum non cuiuis fortaſſe, etiamſi in via longinqua fuerit quam longiſſime remotus ab Hieruſalem, permiſerit Lex, vt ſine culpa celebrare Paſcha poſſit? CYRILLVS. minime vero cuiuis, in ſancta namque ciuitate modo iuſſit immolare, in qua etiam vetus illud templum Salomon extruxit: ſic autem allocutus eſt filios Iſrael Moyſes in Deuteronomio, dicens,

Deut. 16. [Obſerua menſem nouorum, & facies Paſcha domino Deo tuo in menſe nouorum, quia egreſſus es noctu de Ægypto, & immolabis Paſcha domino Deo tuo, oues & boues, in loco quem elegerit dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen eius ibi: non edes cum eo fermentum: ſeptem dies edes cum eo azyma, panem afflictionis; quia cum feſtinatione exiſti ex Ægypto nocte; vt recordemini diei exitus veſtri de terra Ægypti omnibus diebus veſtris: non apparebit in te fermentum in omnibus terminis tuis ſeptem dies: & non pernoctabit de carnibus, quas immolaueris veſpere die primo, in mane: non poteris immolare Paſcha in vlla ciuitatum tuarum, quas dominus Deus tuus dat tibi, niſi in loco, quem elegerit dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen eius ibi: facies Paſcha veſperi ad occaſum ſolis tempore quo exiſti de Ægypto, & coques, & aſſabis & comedes in loco, quem elegerit dominus Deus tuus:] quamplurimis enim vrbibus atque oppidis

Οὐκοῦν εἰ μήτε ἀκάθαρτοι ἐπὶ ψυχῆς ἀνθρώπου κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, μήτε μὴν ὄντες ἐν ὁδῷ μακρᾷ, καθ' Ἕλληνας ἢ αἱρετικούς, σπουδαίως τε καὶ ἀμελλητὶ προσοίσομεν τὴν θυσίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς κυρίου τιμήσομεν. ἑορτάσει δὲ σὺν ὑμῖν κατὰ τὸν ἴσον νόμον, καὶ συμπαθήσεται χαίρουσιν, ὁ προσήλυτος. τοὺς γάρ τοι κατὰ καιροὺς τοὺς ἐν Χριστῷ πίστεως προσιεμένους τὰ αὐχήματα, ποιούμεθα κοινωνοὺς τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, καὶ τῆς ἁγίας τραπέζης καλοῦμεν εἰς μέθεξιν. κἀκεῖνο δὲ εἶναι μοι προσεπενεγκεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι κεκράτηκεν ἔθος ἐν ἐκκλησίαις, ἀπό γε οἶμαι τοῦδε τοῦ νόμου, ὡς εἰ ἐκπίπτοι τοῦ πρώτου μηνὸς ἡ κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτη, τὸν δεύτερον καὶ αὐτὸν περιεργάζεσθαι μῆνα, καὶ ἐν αὐτῷ ζητεῖν τὴν ὡρισμένην ἡμέραν, ἵνα μὴ ἐξοίχοιτο τὸν ἀληθοῦς τῆς ἑορτῆς ὁ καιρός. ἔχει δὲ οὕτω τὸ χρῆμα, καθὰ καὶ τῷ πάλαι προσηγόρευται νόμῳ. ΠΑΛΛ. Ὀρθῶς ἔφης· πλὴν ἐκεῖνο φράσον. εἰ μὴ πάνυ τί τῳ τυχὸν καὶ εἰ ἐν ὁδῷ γένοιτο μακρᾷ, καὶ ὡς ἀπωτάτω τῆς Ἱερουσαλήμ, ἐφῆκεν ὁ νόμος ἀνεπιλήπτως δύνασθαι τὸ πάσχα πληροῦν. ΚΥΡΙΛΛ. Οὐ μὲν οὖν· ἐν μόνῃ γὰρ δὴ κατὰ θύειν ἐκέλευε τῇ ἁγίᾳ πόλει, ἐν ᾗ καὶ τὸν πάλαι ναὸν ὁ Σολομὼν ἀνεδείματο. προσεφώνει δὲ οὕτως ὁ Μωσῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, λέγων. Φύλαξαι τὸν μῆνα τῶν νέων, καὶ ποιήσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, ὅτι ἐν τῷ μηνὶ τῶν νέων ἐξῆλθες ἐξ Αἰγύπτου νυκτός. καὶ θύσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ Θεῷ σου πρόβατα καὶ βόας ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἐὰν ἐκλέξηται κύριος ὁ Θεός σου αὐτόν, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ. οὐ φάγῃ ἐπ' αὐτοῦ ζύμην. ἑπτὰ ἡμέρας φάγῃ ἐπ' αὐτοῦ ἄζυμα, ἄρτον κακώσεως, ὅτι ἐν σπουδῇ ἐξήλθετε ἐξ Αἰγύπτου, ἵνα μνησθῆτε τὴν ἡμέραν τῆς ἐξοδίας ὑμῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν· οὐκ ὀφθήσεταί σοι ζύμη ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις σου ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ οὐ κοιμηθήσεται ἀπὸ τῶν κρεῶν ὧν ἐὰν θύσῃς τὸ ἑσπέρας τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ εἰς τὸ πρωΐ. οὐ δυνήσῃ θῦσαι τὸ πάσχα ἐν οὐδεμιᾷ τῶν πόλεών σου ὧν κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι. ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον ὃν ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ Θεός σου, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ. θύσεις τὸ πάσχα ἑσπέρας πρὸς δυσμὰς ἡλίου ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐξῆλθες ἐξ Αἰγύπτου. καὶ ἑψήσεις καὶ ὀπτήσεις καὶ φάγῃ ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ ἐὰν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου αὐτόν. μυρίαις μὲν γὰρ ὅσαις πόλεσί τε καὶ κώμαις ἦν τῶν

Ἰουδαίων ἐπεπλήρωτο χώρα, τελεῖν δὲ τὰ ἱερὰ καὶ τὸν ἐπὶ τῷ πάσχα νόμον, ἐν μόνῃ δὲ χρῆναι τῇ ἁγίᾳ πόλει διετύπου Θεός, ἐκεῖνο, οἶμαι, μου σκιαγραφοῦντος ἡμῖν εὖ μάλα τοῦ νομικοῦ γράμματος, ὡς οὐκ ἂν εἴη θέμις οὔτε μὴν ἐφεῖταί τισι τὸ ἐπὶ Χριστῷ μυστήριον, καθ' ὃν ἂν ἕλοιτο τρόπον, ἤγουν ἐν τόπῳ παντὶ δύνασθαι πληροῦν. χῶρος γὰρ μόνος ὁ πρέπων αὐτῷ, καὶ οἰκειότατος ἀληθῶς, ἡ ἁγία πόλις, τουτέστιν, ἡ ἐκκλησία, ἐν ᾗ καὶ νόμιμος ἱερεύς, καὶ διὰ χειρῶν ἡγιασμένων τελεῖται τὰ ἱερά, καὶ θυμίαμα προσφέρεται τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ, καὶ θυσία καθαρά, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. οὐκοῦν ἄρα τὸν ἐπὶ τῷδε ποιοῦνται νόμον, οἱ τὰ ὀρθῶς ἔχοντα διαστρέφοντες αἱρετικοί. κατατεθύουσι γὰρ τὸν ἀμνόν, οὐκ ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει, οὔτε μὴν διὰ χειρὸς τῶν ἐξειλεγμένων διὰ τοῦ πνεύματος εἰς ἱερουργίας, ἀλλ' ὡς ὁ θεῖος ἡμῖν γράφει Παῦλος, ἑαυτοῖς ἁρπάζοντες τὴν τιμήν, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ προσάγοντες. ταῦροι γὰρ ὥσπερ ὑβρισταὶ καὶ ἀγέρωχοι, πρὸς μόνον ἀδιακρίτως ἵενται ὃ σφίσι δοκοῦν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν πολὺ τὸ ἀχάλινον καὶ τὸ νενευκὸς εἰς ἀπόνοιαν ἐπιτηδεύοντες, πικρὰς τῷ κριτῇ τῶν τοιῶνδε διασκεμμάτων τίσουσι δίκας. ἴωμεν δὲ πάλιν ἡμεῖς εἰς οἶμον τὴν ἐντριβῆ τε καὶ ἀδιάστροφον, ἐκ δὲ τοῦ προειρημένου δοκιμάζοντες νόμου. ἀκήκοας γάρ που λέγοντος σαφῶς ὅτι Φυλάξατε τὸν μῆνα τῶν νέων, καὶ ποιήσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, πρόβατα καὶ βόας. καίτοι τί δή ποτε, φαίη τις ἄν, τὸν ἐπὶ τῷ πάσχα νόμον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ τιθείς, ἕνα μόνον ἐκέλευσε καταθύειν ἀμνόν· προβάτων δὲ καὶ μόσχων μεμνημένον οὐχ εὑρήσομεν; ἆρ' οὖν τοῦ πρέποντος διημάρτηκεν ὁ Μωσῆς; οὐδαμῶς. ἐν γὰρ τοῖς Ἀριθμοῖς προσεπιτάττει τῷ ἀμνῷ βοῦς τε καὶ ὄϊς ἐπινομοθετεῖ Θεὸς οὕτω λέγων. καὶ ἐν τῷ μηνὶ τῷ πρώτῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς πάσχα τῷ κυρίῳ. καὶ τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τούτου ἑορτή, ἑπτὰ ἡμέρας ἄζυμα ἔδεσθε. καὶ ἡμέρα ἡ πρώτη ἐπίκλητος ἁγία ἔσται ὑμῖν. πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε. καὶ προσάξετε ὁλοκαυτώματα κάρπωμα κυρίῳ, μόσχους ἐκ βοῶν δύο, κριὸν ἕνα, ἀμνοὺς ἐνιαυσίους ἑπτά. ἄμωμοι ἔσονται ὑμῖν. καὶ θυσία αὐτῶν σεμίδαλις ἀναπεποιημένη ἐν ἐλαίῳ. τρία δέκατα τῷ μόσχῳ τῷ ἑνί, καὶ δύο δέκατα τῷ κριῷ τῷ ἑνί. δέκατον δέκατον ποιήσεις τῷ ἀμνῷ τῷ ἑνί, τοῖς ἑπτὰ ἀμνοῖς,

A Iudæorum regio plena erat, ſed in ſola ſancta ciuitate, & ſacra facere, & legem de Paſcha ſeruare præcepit Deus: in quo illud, opinor, legis litera nobis adumbrat, non eſſe fas, neque permiſſum cuiquam, vt Chriſti myſterium, quomodo libitum fuerit, aut quocunque loco celebret; locus enim ſolus eſt illi congruens & ſane aptiſſimus, ſancta ciuitas, id eſt, Eccleſia, in qua & legitimus eſt ſacerdos, & ſanctificatis manibus ſacra conſummantur, & thymiama omnium præpotenti Deo, & hoſtia Malach. 1.
B munda iuxta Prophetæ illius vocem offertur. Igitur legem hac de re conſtitutam negligunt, recta omnia peruertentes hæretici; nam neque in ſancta ciuitate agnum immolant, neque per eorum manus, qui per Spiritum ad ſacerdotium electi ſunt; ſed, vt beatus Paulus ſcribit, ſibi ipſi rapiunt honorem; & in omni loco offerunt: nam taurorum inſtar ſuperborum & Heb. 5.
C inſolentium in id ſolum, quod ſibi viſum fuerit, nullo habito diſcrimine, pergunt: ſed illi quidem, dum effrenatum impetum, & ad ſuperbiam pronum nimium ſequuntur, acerbas harum cogitationum iudici pœnas dabunt. Nos vero ad viam tritam atque rectam reuertamur, illudque è lege propoſita examinemus: audiſti enim illam perſpicue dicentem, Obſeruate menſem nouorum, & facies Paſcha domino Deo tuo, oues, & boues. Atqui dicet aliquis, quid tandem cauſ-
D ſæ eſt, quod, cùm legem de Paſcha ferret iis, qui in Ægypto erant, vnum tantummodo immolare iuſſit agnum, nec vnquam de ouibus aut bobus feciſſe mentionem inueniemus? an vero ab eo, quod rectum ſit, aberraſſe Moyſen dicendum eſt? minime: nam in Numeris ad agnum boues quoque & oues adiici præcepit Deus his verbis, [Et in menſe primo quarto „ Num. 28.
E decimo die menſis Paſcha Domino, „
& quintodecimo menſis huius feſtum: „
ſeptem dies azyma comedetis, & „
dies primus vocatus ſanctus erit vobis: „
omne opus ſeruile non facietis; „
& offeretis holocauſta, oblationem „
Domino, vitulos ex bobus duos, arietem „
vnum, ſeptem agnos anniculos, „
immaculati erunt vobis, & ſacrificium „
eorum ſimila conſperſa oleo, tres decimas „
vitulo vni, & duas decimas arieti „
vni facietis, & ſingulas ſingulis agnis, „

& hircum ex capris vnum pro peccato, vt propitietur pro vobis, præter holocauſtum perpetuum matutinum, quod eſt holocauſtum iuge; hæc & iuxta hæc facietis ſingulis diebus, per ſeptem dies donum oblationum in odorem ſuauitatis Domino: ſuper holocauſtum perpetuum facies libamentũ ipſius: & dies ſeptimus vocatus ſanctus erit vobis, omne opus ſeruile non facietis in eo.] Ac menſe quidem primo, & eius menſis quartodecimo die Paſcha ex Lege agendum eſſe, iam ſuperius diximus. Quid etiam ſignificare velit, azymorũ eſus, & otiũ ſabbati, & præterea quod primus ac ſeptimus dies appellati ſint celebres ac ſancti, ſuperiori diſputatione manifeſte demonſtratum eſt. Itaque, ne in his diutius immoremur, ad ſacrificiorum ritus reuertamur. Duo ſunt igitur vituli ad holocauſtum & ſacrificium, vnus aries, agni præterea numero ſeptem, omnes immaculati & anniculi, & ſuper eos ſacrificium ſimila oleo conſperſa, non tamen eadem menſura: tres enim decimæ in ſingulos vitulos, duæ in arietem, ſingulæ in agnos ſingulos; deinde ſimul affertur hircus ex capris pro peccato: Et hæc omnia, inquit, ſunt præter holocauſta perpetua. Vide itaque, Palladi, illius Emmanuel mortẽ fructus multos afferre, vt ab ipſo eſt perſpicue vereque dictum, [Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.] *Ioan. 12.* Immolatur enim agnus in Chriſti figuram menſe quidem primo ex Legis præſcripto, die vero quartodecimo: adiiciuntur autem vituli & aries & agni ac ſacrificiũ & holocauſta, qui eorum, vt ego arbitror, multitudinem, qui per fidem ad ſanctificationem vocati ſunt, & ſpiritualis magnitudinis menſuram tanquam in figura ſignificarent: niſi enim Chriſtus pro nobis mortuus eſſet, nunquam nos in odorem ſuauitatis à Deo & Patre accepti eſſemus: poſtea vero quam conſummatus eſt per paſſiones, è veſtigio nos illum ſequimur, ac ſacrum Deo & patri donum & hoſtiam vere ſpiritualem nos ipſos offerimus. Duo ſunt igitur vituli, duo quippe populi, Iſrael inquam, & ex gentibus: vnus aries; nam in Chriſto iungimur, [qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluit, & Legem mandatorum in decretis euacuauit, vt duos condat in vnum nouum hominem, *Ephes. 2.*

A καὶ χίμαρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας, ἐξιλάσασθαι περὶ ὑμῶν. πλὴν τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διαπαντὸς τῆς πρωϊνῆς, ὅ ἐστιν ὁλοκαύτωμα ἐνδελεχισμοῦ. ταῦτα κατὰ ταῦτα ποιήσετε τὴν ἡμέραν εἰς τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, δῶρον κάρπωμα εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ· ἐπὶ τοῦ ὁλοκαυτώματος τοῦ διαπαντός, ποιήσεις τὴν σπονδὴν αὐτοῦ. καὶ ἡ ἡμέρα ἡ ἑβδόμη κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν, πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε ἐν αὐτῇ. ὅτι μὲν οὖν ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ, καὶ μέντοι καὶ ἐν B ἡμέρᾳ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὸ πάσχα πληροῦν ἀνάγκη κατὰ τὸν νόμον, φθάσαντες ἤδη προειρήκαμεν. τί δὲ ἂν βούλοιτο δηλοῦν καὶ τῶν ἀζύμων ἡ βρῶσις, καὶ ἡ κατὰ σάββατον ἀργία, καὶ πρός γε τούτοις ἔτι τὸ ὠνομάσθαι κλητὰς ἁγίας τήν τε πρώτην καὶ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, προαπέδειξε σαφῶς ὁ λόγος. ἵνα γοῦν μηδεὶς τὸ ἐν τούτοις διαμηκύνειν ἔχῃ, ἐπὶ τοὺς τῶν θυσιῶν πάλιν ἴωμεν τρόπους. δύο μὲν τοίνυν οἱ μόσχοι, πρὸς ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίαν, εἷς δὲ κριός. καὶ μὴν καὶ ἀμνοὶ τὸν ἀριθμὸν ἑπτά. πάντες ἄμωμοί C τε καὶ ἐνιαύσιοι. καὶ θυσία μὲν ἐπ᾽ αὐτοῖς, σεμίδαλις ἐλαιόδευτος, πλὴν οὐκ ἐν ἴσῳ μέτρῳ. τρία μὲν γὰρ ἑκάστῳ μόσχῳ δέκατα, δύο δὲ τῷ κριῷ, καὶ ἓν ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν ἀμνῶν. εἶτα συνεισφέρεται καὶ χίμαρος ἐξ αἰγῶν, ὑπὲρ ἁμαρτίας. καὶ ταυτὶ δὴ πάντα, φησί, πλὴν τῶν ὁλοκαυτωμάτων τοῦ ἐνδελεχισμοῦ. θέα δὴ οὖν, ὦ Παλλάδιε, τὸν Ἐμμανουὴλ τὸν θάνατον, καρποφοροῦντα πολλούς, καθά γε τὸ παρ᾽ αὐτοῦ σαφῶς τε καὶ ἀληθῶς εἰρημένον, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς D τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν πολὺν φέρει. σφάζεται γὰρ ὁ ἀμνὸς εἰς τύπον Χριστοῦ, μηνὶ μὲν πρώτῳ κατὰ τὸν νόμον, ἡμέρᾳ δὲ αὖ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. προσεπάγονται δὲ μόσχοι καὶ κριός, καὶ ἀμνοὶ πρὸς θυσίαν καὶ ὁλοκαυτώματα, τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων εἰς ἁγιασμόν, καθάπερ ἔγωγε, τήν τε πληθύν, καὶ τῆς πνευματικῆς εὐεξίας τὸ μέτρον, ὡς ἐν τύπῳ κατασημαίνοντα· εἰ γὰρ μὴ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός, οὐκ ἂν ἡμεῖς προσεδέχθημεν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ἐπειδὴ δὲ τετελείωται διὰ παθημάτων, E κατόπιν ἴμεν εὐθὺς ἱεροπρεπὲς ἀνάθημα τῷ Θεῷ καὶ πατρί, καὶ θυσίαν ὄντως πνευματικὴν καθ᾽ ἑαυτοὺς ἀναφέροντες. δύο μὲν οὖν οἱ μόσχοι· δύο γὰρ οἱ λαοί· φημὶ δὲ τὸν Ἰσραήλ, καὶ μέντοι τοὺς ἐξ ἐθνῶν. εἷς δὲ κριός· ἑνούμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, τῷ ποιήσαντι τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λελυκότι, καὶ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσαντι ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον,

ποιῶν εἰρήνην, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἑπτὰ δ' ἦσαν οἱ ἀμνοί. ἓν γὰρ οἱ πάντες ἐν Χριστῷ γεγονότες, πληθυντική τίς ἐσμεν ἀγέλη, καὶ τὴν ἑνὸς τῶν πάντων ἀρχιποίμενος ὑποτρέχοντες χεῖρα, καὶ ἐκ ποιμνῶν δυοῖν, εἰς μίαν ἤδη πως συναγηγερμένοι, καὶ ἐν καθαρᾷ καὶ ἀμωμήτῳ διαπρέποντες ζωῇ, διαπολιτευόμεθα ἐν κόσμῳ, διὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἐν ἀνόμοις, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἁμαρτίας ὑπομείναντα σφαγήν, ὃς καὶ ἐν τῷ χιμάρῳ σημαίνεται. μόσχου γε μὴν καὶ κριοῦ, καὶ μὴν καὶ ἀμνοῦ μνημονεύσας ὁ νόμος, τῆς τῶν ἁγίων θεοφιλοῦς πολιτείας τὰς τρεῖς ὑπέφηνε διαφοράς· τήν τε ἀνωτάτω φημὶ καὶ μέσην, καὶ τὴν ἔτι μείω τε καὶ ὑποδεεστέραν. ἐν γὰρ τοῖς σωματικοῖς μεγέθεσι τῶν ζώων, ἡ τῆς πνευματικῆς εὐεξίας ἀνετυποῦτο ποσότης. ἦ γάρ, οὐχὶ καὶ γῆν ἔφη τὴν γονιμωτάτην ἐκδοῦναι καρποὺς ἐν τρισὶ διαφοραῖς, τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ὁ λόγος; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ναί· ἡ μὲν γάρ, φησιν, ἐποίησεν ἑκατόν· ἡ δέ, ἑξήκοντα· ἡ δὲ τριάκοντα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄραρεν οὖν ὅτι τὸ διάφορον ἐν ἀρετῇ, καὶ τοῦ βίου τὸ παρηλλαγμένον, ὡς ἐν ποσότητι τῶν θυμάτων, καὶ ὡς ἐν ὄγκῳ σωματικῷ σκιαγραφεῖται καλῶς. ἄκρως μὲν γὰρ καὶ ὑπερκειμένως, ὡς ἔν γε δὴ τῷ μόσχῳ. μέτρως δὲ αὖ, καὶ τοῦ τελείως ἔχοντος ὑποβεβηκότως ὡς ἐν μείονι τῷ κριῷ. ἐμφαίνονται δὲ καὶ ἔτι μείονι, τῷ ἀμνῷ. κριοῦ γὰρ μείων, ὁ ἀμνός, καθάπερ ἀμέλει καὶ μόσχου, κριός. τοιγάρτοι καὶ ἀναλόγως τοῖς ἑκάστου μεγέθεσι, τὸ τῆς σεμιδάλεως ἐπιφέρεται μέτρον, ζωῆς ἐχούσης τύπον. τρία μὲν γὰρ τῷ μόσχῳ δέκατα, δύο δὲ τῷ κριῷ, καὶ ἓν τῷ ἀμνῷ. πλὴν ἐν ἐλαίῳ τὰ πάντα διδόσθαι δεῖν ἔφη. ἕψεται γὰρ πάντως τοῖς ἑκάστου μέτροις ἀναλόγως, [τὰ] παρὰ Θεοῦ. καὶ τῆς ἐν εὐκλείᾳ καὶ μακαριότητι ζωῆς πολλή τις ἔσται διαφορά. τοῖς μὲν γὰρ πρέποι ἂν εἰκότως, ἡ ἀνωτάτω, ἑτέροις δ' αὖ ἡ ὡς ἐν μείονι μέν, πλὴν ἐν τιμῇ τε καὶ δόξῃ, τισὶ δὲ καὶ ὑποβεβηκότως καὶ ὑφειμένως τι ἔτι. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ· καὶ περὶ αὐτοὺς δέ φημι τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, ἐν διαφοραῖς εἶναι πολλαῖς τῆς εὐκλείας τὸ μέτρον, πλὴν ἐν οἷσπερ ἂν εἴη μέτροις, ἡ τῶν ἁγίων ζωή, τὸ ἱλαρὸν ἔχει· καὶ τὸ δὴ εὐθυμεῖσθαι δεῖν, καὶ καταπιαίνεσθαι τοῖς παρὰ Θεοῦ. ἄθρει γὰρ ὅπως τὸ ἔλαιον οὐχὶ μόνοις τοῖς τρισὶν ἐπεχεῖτο δεκάτοις, ἀλλὰ καὶ δυσί, καὶ ἑνί. ἐνδελεχισμοῦ

A faciens pacem,] vt ſcriptum eſt. Septem vero agni erant; nam omnes in Chriſto vnum facti, grex quidam copioſus efficimur, & ſub vnius paſtorum principis manum ſuccedimus, & ex duobus gregibus in vnum iam collecti ſumus, puraque & immaculata vitæ ratione inſignes in hoc mundo degimus, propter eum, qui pro nobis inter iniquos numeratus fuit, & pro omnium peccatis necem ſuſtinuit: qui etiam in hirco ſignificatur. *Eſai. 53.* Vitulum autem & arietem & agnos commemorando, Lex
B ſanctorum hominum Deo gratiſſimæ conuerſationis tres formas indicauit, ſupremam inquam, & mediam & infimam atque ſubmiſſiorem: corporea namque horum animalium magnitudine illa ſpiritualis habitudinis magnitudo figurabatur. Quid enim? non etiam Scriptura dixit, terram fertiliſſimam *Luc. 8.* illam triplici diſcrimine fructus euangelicæ conuerſationis edere? PALLAD. Certe: alia namque fecit, inquit, centum, alia ſexaginta, alia triginta.
C CYRILL. Apte igitur diximus virtutis diſcrimen diuerſamque viuendi rationem magnitudine ſacrificiorum, & mole corporea recte deſcribi: illud enim vitæ genus ſummum atque præſtantiſſimum per vitulum; quod medio modo ſe habet, atque illo perfecto inferius eſt, per arietem, qui minor; illud poſtremum per infimum & minorem adhuc agnum ſignificatur: eſt enim agnus ariete minor, vt proculdubio aries
D vitulo. Itaque pro cuiuſque pecudis magnitudine, ſimilæ, quæ vitæ figuram gerit, menſura confertur: tres namque vitulo decimæ dãtur, duæ arieti, vna agno: oleo tamen omnes perfundendas eſſe dicit; nam cuiuſque menſuræ proportione præmia à Deo collata omnino reſpondebunt, & vitæ illius glorioſæ atque beatæ multiplex erit differentia: nonnullis enim iure congruit illa ſuprema, aliis inferior illa quidem, non tamen gloriæ, & honoris expers; nonnullis denique ſubmiſſior adhuc & humilior;
E [Stella enim à ſtella differt in claritate.] *1. Cor. 15.* Quinetiam in ipſis quoque angelis ſanctis multas eſſe ac varias gloriæ menſuras cenſeo; ſed quacunque menſura fuerit, tamen hilaritatem habet illa ſanctorum vita, Deique donis eam lætari atque cumulari neceſſe eſt: velim namque aduertas, oleum non modò in illas tres decimas, ſed etiam in illas duas, in illam denique vnam infundi.

Iuge autem ſacrificium & holocauſta agnum illum vocat, qui mane, & ſub veſperam immolabatur in tabernaculo: ex quo rurſus intelligere licet magnam eſſe in ſancto tabernaculo ſuauitatem odoris, perpetuamque reuera ſuaueolentiam Eccleſiarum, & qui intra illas ſunt ſanctorum: ſpirant enim illum Emmanuel, & Chriſti myſterium conſummant, incruentumque Deo cultum exhibent: id enim eſt, vt mihi videtur, quod mane & ſub veſperam incenduntur agni; nam & initio & ad finem & in medio ſumitur. Igitur ab initio vſque ad finem ille ſuauis odor in Chriſto tanquam in agno in Eccleſiis perſeuerat. PALLADIVS. Rectè dictum eſt. CYRILLVS. Alterum præterea Lex huic primo feſtum adnectit, atque ipſa propemodum tempora conſerit dicens in Numeris,

Num. 28. [Et die nouorum cum obtuleritis ſacrificium Domino nouum hebdomadarum, vocatus ſanctus erit vobis: omne opus ſeruile non facietis: & offeretis holocauſta in odorem ſuauitatis Domino, vitulos ex bobus duos, arietem vnum, ſeptem agnos anniculos immaculatos, ſacrificium eorum, ſimila conſperſa oleo, tres decimæ vni vitulo, & duæ decimæ arieti vni; & ſeptem illis ſeptem agnis, & hircum ex capris vnum pro peccato, vt propitietur pro vobis, præter holocauſtum perpetuum, & ſacrificium eorum facietis mihi: immaculati erunt vobis, & libamina eorum.] Menſe enim primo iuxta Hebræorum leges, agnus immolabatur, conſequenti autem ac proximo nimirum colligere ex agris fruges mos eſt, præcoqua legumina, inquam, & faſciculum manipulorum, tritico iam demeſſo. Tempus ergo nouorum eſt, quo ex agris colligenda ſunt, quæ in illis ſata fuerint. Vocata eſt autem hæc item feſtiuitas ac legitime celebranda labore atque opere intermiſſo; relaxari namque mos eſt in feſtis, & ab operoſis negotiis abſtinere. Ex hoc item loco licet intelligere ſanctos, qui Deo feſtum agunt, minime decere peccatum committere, quod & turpe eſt, & laboris plenum; ſed potius, animum relaxando quodammodo, & explendo, virtutis ſtudiis oblectari. Offeruntur autem in holocauſtum & ſacrificium vituli duo, aries vnus, & agni ſeptem, ſimila oleo perfuſa, &

A δὲ θυσίαν καὶ ὁλοκαυτώματα, καλεῖ τὸν ἀμνὸν τὸν σφαγιαζόμενον ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ τὸ πρωῒ, καὶ ἄγχου πρὸς ἑσπέραν. δι' οὗ δὴ πάλιν ἔξεσται μαθεῖν, ὅτι πολὺ τὸ εὐῶδες τῆς ἁγίας σκηνῆς, καὶ ἀκατάληκτος ἀληθῶς ἡ τῶν ἐκκλησιῶν εὐοσμία, καὶ τῶν ἐν αὐταῖς ἁγίων. εὐωδιάζουσι γὰρ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ τὸ ἐπὶ Χριστῷ τελοῦσι μυστήριον τὴν ἀναίμακτον λατρείαν προσκομίζοντες τῷ Θεῷ. τοῦτο γάρ εἶναί φημι, τὸ πρωΐ B τε καὶ πρὸς ἑσπέραν ὁλοκαυτίζεσθαι τοὺς ἀμνούς. ἀρχῇ γὰρ καὶ τέλει, καὶ διὰ μέσου λαμβάνεται. οὐκοῦν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους τὸ εὐῶδες ἐν ἐκκλησίαις, ὡς ἐν ἀμνῷ τῷ Χριστῷ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὐεπής. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἑτέραν δὲ αὖ νόμος ἐπισυνάπτει τῇ πρώτῃ τὴν ἑορτὴν, μονονουχὶ δὲ καὶ αὐτοὺς ἡμῖν τοὺς καιροὺς συνείρει λέγων ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς. καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῶν νέων, ὅταν προσφέρητε θυσίαν νέαν κυρίῳ τῶν ἑβδομάδων, ἐπίκλητος ἁγία ἔσται ὑμῖν. πᾶν C ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε. καὶ προσάξετε ὁλοκαυτώματα εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ, μόσχους ἐκ βοῶν δύο, κριὸν ἕνα, ἀμνοὺς ἐνιαυσίους ἑπτὰ ἀμώμους. ἡ θυσία αὐτῶν σεμίδαλις ἀναπεποιημένη ἐν ἐλαίῳ. τρία δέκατα τῷ μόσχῳ τῷ ἑνὶ, καὶ δύο δέκατα τῷ κριῷ τῷ ἑνί. δέκατον δέκατον τῷ ἀμνῷ τῷ ἑνὶ, τοῖς ἑπτὰ ἀμνοῖς. καὶ χίμαρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας, ἐξιλάσασθαι περὶ ὑμῶν, πλὴν τοῦ ὁλοκαυτώματος τοῦ διαπαντός. καὶ τὴν θυσίαν αὐτῶν ποιήσετέ μοι, ἄμωμοι ἔσονται ὑμῖν, καὶ τὰς σπον- D δὰς αὐτῶν. ἐν μηνὶ μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ, κατὰ τοὺς Ἑβραίων νόμους, ὁ ἀμνὸς ἐσφάζετο. τῷ δὲ ἄγχου τάχα που καὶ γείτονι, συναγείρειν ἔθος τὰ ἐξ ἀγρῶν, ὀσπρίων δὴ λέγω τὰ πρώϊμα, καὶ δέσμην ἀμάλλης, ἀμηθέντος ἤδη καὶ σίτου. καιρὸς οὖν ἄρα τῶν νέων, καθ' ὃν ἐξ ἀγρῶν συναγείρεσθαι χρὴ, τὰ ἐν αὐτοῖς ἐσπαρμένα. κλητὴ δὲ πάλιν ἡ τοιάδε, φησὶν, ἑορτὴ, καὶ περαινέσθω συννόμως, πόνου καὶ ἱδρῶτος ἐξῃρημένη. ἀνίεσθαι γὰρ ἔθος ἐν ἑορταῖς καὶ ἀποφοιτᾷν ὅτι μά- E λιστα τῶν ἐργωδεστέρων. ἀναμάθοι δ' ἄν τις κἀκ τοῦδε δὴ πάλιν, ὅτι τοὺς ἁγίαν τῷ Θεῷ τελοῦντας τὴν ἑορτὴν, πρέποι ἂν ἥκιστά γε, τὴν ἀκλεᾶ καὶ παμμόχθηρον πληροῦν ἁμαρτίαν. ἀνιέντας δὲ ὥσπερ καὶ πληροῦντας τὸν νοῦν, τοῖς εἰς ἀρετὴν ἐντρυφᾶν σπουδάσμασι. προσφέρεται δὲ καὶ εἰς ὁλοκαύτωμα καὶ θυσίαν, μόσχοι μὲν δύο, κριὸς δὲ εἷς καὶ ἑπτὰ ἀμνοὶ, σεμίδαλις ἐλαιοβραχὴς, καὶ

χίμαρος ἐξ αἰγῶν. καὶ ὅποι ποτὲ βλέποι τοῦ νόμου τὸ αἴνιγμα διερμηνεύοντες ἀρτίως, οὐ ταυτολογήσομεν. πλὴν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν ἀναγκαίως, ὅτι τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως ἀνατυποῖ τὸ μυστήριον, ὁ τῶν νέων καιρός. ἀνέθαλε γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν πρώτῳ Χριστῷ, ἀποτετιναγμένη τὴν φθορὰν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας παλαίωσιν ἀποβαλοῦσα λοιπόν. τοιγάρτοι καὶ ἐπὶ τούτῳ λίαν ἀπεσεμνύνετο λέγουσα· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ. ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ μὴν καὶ εὐφροσύνης ἀμφίον, τὴν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἐν Χριστῷ που πάντως ὠνόμασεν ἀφθαρσίαν, σαφέστερον δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τῇδε τῇ πανηγύρει νόμον, καὶ διὰ πλείστων ὅσων ἐμφανὲς τὸ αἴνιγμα καθίστη λέγων ἐν τῷ Λευιτικῷ. εἶπον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. ὅταν εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν, ἣν ἐγὼ δίδωμί ὑμῖν, καὶ θερίζητε τὸν θερισμὸν αὐτῆς, καὶ οἴσετε τὸ δράγμα ἀπαρχὴν τοῦ θερισμοῦ ὑμῶν πρὸς τὸν ἱερέα. καὶ ἀνοίσει τὸ δράγμα ἔναντι κυρίου δεκτὸν ὑμῖν, τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης ἀνοίσει αὐτὸ ὁ ἱερεύς. καὶ ποιήσετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἂν φέρητε τὸ δράγμα, πρόβατον ἄμωμον ἐνιαύσιον εἰς ὁλοκαύτωμα τῷ κυρίῳ, καὶ τὴν θυσίαν αὐτοῦ δύο δέκατα σεμιδάλεως ἀναπεποιημένης ἐν ἐλαίῳ, θυσία τῷ κυρίῳ, ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ, καὶ σπονδὴν αὐτοῦ τὸ τέταρτον τοῦ ἲν οἴνου. καὶ ἄρτον, καὶ πεφρυγμένα χίδρα νέα οὐ φάγεσθε ἕως εἰς αὐτὴν τὴν ἡμέραν ταύτην, ἕως ἂν προσενέγκητε ὑμεῖς τὰ δῶρα τῷ Θεῷ ὑμῶν. νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν ἐν πάσῃ κατοικίᾳ ὑμῶν. καὶ ἀριθμήσετε ὑμῖν ἀπὸ τῆς ἐπαύριον τῶν σαββάτων, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἂν προσενέγκητε τὸ δράγμα τοῦ ἐπιθέματος, ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους, ἕως τῆς ἐπαύριον τῆς ἐσχάτης ἑβδομάδος ἀριθμήσετε πεντήκοντα ἡμέρας. ἑορτὴ μὲν γὰρ σωτήριος ἀληθῶς, ὁ ὑπὲρ ἡμῶν θάνατος τοῦ Ἐμμανουήλ. ἐκτέτικε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὰ ὀφλήματα, καὶ ἔστιν ἀληθὲς, ὅτι αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. προσήλωσε γὰρ τῷ ἰδίῳ σταυρῷ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ τεθριάμβευκεν ἐν αὐτῷ τοὺς πάλαι κρατοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, ἀρχὰς δὲ λέγω καὶ ἐξουσίας, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας· καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τὸν σατανᾶν. ἑορτὴ δὲ γείτων

A hircus è capris. Ac quorſum ſpectet Legis ænigma, quia modo diximus, non videtur eſſe repetendum: illud tamen opportune dicemus, Saluatoris noſtri reſurrectionis myſterium nouorum tempore deſignari: refloruit enim in Chriſto primum hominis natura, excuſſa iam corruptione & vetuſtate, quæ ex peccato veniebat, abiecta. Itaque in ea re valde gloriabatur dicens, [Exultet anima mea in Domino, induit enim me veſtimento ſalutis, (Eſai. 61.)

B & tunica lætitiæ:] veſtimentum quippe ſalutis, & tunicam lætitiæ incorruptionem illam ſupernam & è cœlo, & quæ prorſus in Chriſto eſt appellauit. Clariorem vero hanc de hac celebritate legem fecit, & quamplurimis verbis ænigma declarauit dicens in Leuitico, [Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Cum ingreſſi fueritis terram, quam ego do vobis, & metetis meſſem eius, & (Leuit. 23.)

C feretis manipulum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem, & offeret manipulum coram Domino, acceptum vobis: perendino offeret eum ſacerdos: & facietis in die, in quo obtuleritis manipulum, ouem immaculatam anniculam in holocauſtum Domino, & ſacrificium eius duas decimas ſimilæ conſperſæ oleo, ſacrificium Domino, odorem ſuauitatis Domino, & libamen eius quartam partem hin vini, & panem: & toſtas fruges nouas non comedetis vſque ad

D diem hanc, quouſque obtuleritis vos dona Deo veſtro: legitimum ſempiternum in progenies veſtras in omni habitatione veſtra: & numerabitis vobis à poſtero die ſabbatorum, à die, quo obtuleritis manipulum impoſitionis, ſeptem hebdomadas plenas numerabis, vſque ad alterum diem vltimæ hebdomadæ numerabitis quinquaginta dies.] Feſtum eſt enim plane ſalutare illa mors Emmanuel pro

E nobis tolerata: debita namque pro nobis perſoluit. Verumque illud eſt, ipſum peccata noſtra portare, & pro nobis dolere, & liuore eius nos ſanatos eſſe; affixit enim ſuæ cruci, quod aduerſum nos erat chirographum, & triumphauit in ipſo de iis, qui olim in terra imperium tenuerant, de principatibus & poteſtatibus, inquam, & de ſpiritualibus nequitiæ, & præ cæteris de Satana. Feſtum (Eſai. 53. Coloſſ. 2.)

A porro continuo proximum priore non inferius, illa eſt è mortuis reſurrectio, quæ deiicit interitum, præciditque peccatum, & deſtructa morte, ad vitam nos in ſanctificatione & incorruptione ducendam transfert: exuimus namque veterem hominem, & induimus nouum, id eſt Chriſtum, illam nempe in Chriſto conuerſationem, ac vitam. Vide igitur, obſecro, illas humanæ naturæ renouatæ primitias, id eſt, Chriſtum tanquam in figura faſciculi, & tanquam primas ex agro **B** fruges, & tanquam fructus primitiuos oblationem Deo ac Patri ſacram offerri. Quid enim? nonne ſpicarum inſtar refloruimus in hoc mundo? PALLADIVS. Certè; ideoque de nobis ipſe ille Chriſtus ſanctis ſuis diſcipulis dicebat, [Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? ecce dico vobis, leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem: **C** & qui metit, mercedem accipit, & qui colligit:] ſpicis enim, ac tritico nos comparat. CYRILLVS. Ergo velut primitiæ quædam ſpicarum, ac tanquam nouæ fruges in manipuli ſpecie Chriſtus intelligitur, ille primogenitus ex mortuis, illa nobis ad reſurrectionem via, ille qui omnia ad nouitatem commutat & transfert, & vetuſtatem pellit: [Vetera enim tranſierunt, inquit, ecce facta ſunt omnia noua: &, Si quis in **D** Chriſto, noua creatura,] vt Scripturæ dicunt. Offerebatur autem manipulus ille coram Domino, excitatus enim è mortuis ille Emmanuel, ille nouus humanæ naturæ, & tanquam in incorruptione fructus, aſcendit in cœlum, vt appareat nunc pro nobis Dei Patriſque vultui, non vt ſeipſum in illius conſpectum afferat, (nam perpetuo ſimul cum illo eſt, neque vnquam à Patre abeſſe poteſt, vtpote cum Deus ſit) ſed vt nos potius in ſeipſo ad illius conſpectum per**E**ducat, qui propter illam in Adam tranſgreſſionem ac peccatum, quod in nobis dominabatur, longe ab eius facie, & in ira verſabamur. In Chriſto itaque id aſſequimur, vt in faciem conſpectumque Dei veniamus: iam quippe tandem ſua nos inſpectione tanquam ſanctificatos dignatur. Vide autem vt Lex tempus quoque reſurrectioni congruens, id eſt, diem tertium præfigurauit; Perendino namque poſt primum, inquit, offeret manipulum ſacerdos coram Domino:

Ioan. 4.

2. Cor. 5.

Heb. 9.

A εὐθὺς, τῆς πρώτης οὐ μείων, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις, καταστείουσα τὴν φθορὰν, ἀποκείρουσα τὴν ἁμαρτίαν, καὶ εἰς νέαν ἡμᾶς μεθιστᾶσα ζωὴν, τὴν ὡς ἐν ἁγιασμῷ τε καὶ ἀφθαρσίᾳ, κατηργημένου θανάτου. ἀπεδυσάμεθα γὰρ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ μετημφιέσμεθα τὸν νέον, τουτέστι, Χριστὸν, ἤτοι τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν καὶ ζωήν. ἄθρει δὴ οὖν ἄθρει τὴν τῆς ἀνανεουμένης ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴν, τουτέστι Χριστὸν, ὡς ἐν τύπῳ δρά**B**γματος, καὶ ὡς πρωτόλειον ἐξ ἀγροῦ, καὶ ὡς ἐκ καρπῶν ἀπαρχὴν προσκομιζόμενον ἱερὸν ἀνάθημα τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ἢ οὐκ ἀσταχύων δίκην ἀναθάλλομεν ἐν κόσμῳ;

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ναί· τοιγάρτοι περὶ ἡμῶν καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Χριστὸς τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς **C** χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. καὶ ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει καὶ ὁ συνάγων. ἀστάχυσι γὰρ καὶ πυροῖς ἀπεικάζει τὰ καθ' ἡμᾶς.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Οὐκοῦν, ἀσταχύων οἷά τις ἀπαρχὴ καὶ νέος ὥσπερ καρπὸς ἐν εἴδει δράγματος νοεῖται Χριστὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ἡ τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν ὁδὸς, ὁ πάντα πρὸς καινότητα μεταστοιχειῶν, καὶ παλαιότητα ἀπαλλάττων. τὰ γὰρ ἀρχαῖα παρῆλθε, φησίν· ἰδοὺ **D** γέγονε τὰ πάντα καινά, καὶ εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις κατὰ τὰς γραφάς. ἀνεκομίζετο δὲ τὸ δράγμα, ἔναντι κυρίου. ἐγηγερμένος γὰρ ἐκ νεκρῶν ὁ Ἐμμανουὴλ ὁ νέος τῆς ἀνθρωπότητος καὶ ὡς ἐν ἀφθαρσίᾳ καρπὸς, ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵν' ἐμφανισθῇ νῦν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως ἑαυτὸν εἰς ὄψιν ἄγων αὐτοῦ, σύνεστι γὰρ ἀϊδίως, καὶ οὐκ ἂν ἀπολιμπάνοιτο τοῦ πατρὸς, ὡς Θεὸς, ὡς ἐν ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον, εἰς ὄψιν ἄγων **E** ἡμᾶς τοὺς ἔξω προσώπου, καὶ ἐν ὀργῇ διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν. οὐκοῦν ἐν Χριστῷ κερδαίνομεν τὸ καὶ ἐν προσώπῳ τυχεῖν γενέσθαι Θεοῦ. ἀξιοῖ γὰρ ἡμᾶς ἐποπτείας ἤδη λοιπὸν, ὡς ἡγιασμένους. ὅρα δὲ ὅπως ἡμῖν ὁ νόμος, καὶ τὸν τῇ ἀναστάσει πρέποντα προανετύπου καιρὸν, τουτέστι, τὴν τρίτην ἡμέραν. τῇ γὰρ ἐπαύριον τῆς πρώτης, φησὶν, ἀνοίσει τὸ δράγμα ὁ ἱερεὺς, ἔναντι Κυρίου. τρίτη δὲ πάν-

πως δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης, οὐκ αὔριον, ἀλλ' ἐπαύριον. ἀνεβίω δὲ ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τρίτην. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἀληθές. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Συναπακομίζεται δὲ τῷ δράγματι, καὶ πρόβατον ἄμωμον, δύο δεκάτων αὐτῷ σεμιδάλεως ἐπιζευγμένων ἀναμὶξ ἐλαίῳ πάλιν. ὁ γὰρ ὡς ἐν δράγματί τε καὶ ἀπαρχῇ καρπῶν οἱονεὶ ζωγραφούμενος, καὶ ὡς ἐξ ἀγέλης ἀπαρχὴ λαμβάνεται, ἀγέλης δὲ ζώσης ὡς ἐν πιότητι χάριτος, καὶ ἐν εὐφροσύνῃ πνεύματος. ταύτῃ τοι συναναφέρεσθαι δεῖν τῷ προβάτῳ φησὶ τὴν σεμίδαλιν, ἔλαιόν τε καὶ οἶνον· καὶ σεμίδαλις μὲν, σημεῖον ἂν γένοιτο ζωῆς, καθὰ πλειστάκις εἰρήκαμεν. πιότητος δὲ τὸ ἔλαιον, εὐφροσύνης δὲ, οἶνος. προσάγεται δὲ καὶ ὡς ἐν ἄρτῳ πάλιν, καὶ ἐν χίδροις πεφρυγμένοις· χίδρα δὲ τὰ ὄσπρια, φησί, διὰ τὸ οἶμαι τριβόμενα τοῖς ἀλέθουσιν αὐτὰ προσχεῖσθαι μύλοις. νοοῖτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ διὰ τούτου Χριστὸς, νέον φύραμα, πρὸς ὃν ἡμεῖς μεμορφώμεθα, προστετάγμεθά τε τελεῖν ἑορτὰς, ἐκκαθάραντες τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα καὶ ἡμεῖς νέον φύραμα χρηματίζωμεν, καθ' ὁμοιότητα τοῦ πᾶσαν ἡμῖν τὴν εἰς καινότητα πολιτείας ἐγκαινίσαντος ὁδὸν, τουτέστι, Χριστοῦ. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προσεπιτάττει δὲ δεῖν καρπῶν ἀπέχεσθαι νέων, καὶ ἐδώδιμον ἀπ' αὐτῶν ποιεῖσθαι μηδὲν, τὴν τοῦ δράγματος ἀνάθεσιν περιμένοντας. νέα γὰρ οὐ φάγεσθε, φησὶν, ἕως εἰς αὐτὴν τὴν ἡμέραν ταύτην. ἕως ἂν προσενέγκητε ὑμεῖς τὰ δῶρα τῷ Θεῷ ὑμῶν. καιρὸς γὰρ ὁ πρέπων τοῦ χρῆναι μεταλαχεῖν τῆς νέας τε καὶ ἀκηράτου ζωῆς, μόνος ἂν γένοιτο, καὶ σφόδρα εἰκότως, καθ' ὃν ἐπέλαμψεν ὁ Ἐμμανουήλ. ἱκανὸς δὲ πρὸ αὐτοῦ παντελῶς οὐδεὶς, εἰς νέαν ἡμᾶς ἀναστοιχειῶσαι ζωὴν, ἀπαρχὴ δὲ ὥσπερ καὶ πρῶτος αὐτὸς τῶν εἰς ἀφθαρσίαν ἐκτισμένων, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, καὶ ἐν σαρκὶ μεθ' ἡμῶν, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν. εἰσκεκόμικε δὲ παραχρῆμα τῆς ἁγίας ἡμῖν πεντηκοστῆς τὴν διατύπωσιν ἐναργῆ, ἑπτὰ χρῆναι λέγων ἐπαριθμεῖν ἑβδομάδας, τῇ τοῦ δράγματος εἰσκομιδῇ. μετὰ γάρ τοι τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμέραν, ἑπτὰ συνείροντες ἑβδομάδας, ἑορτάζομεν οἱ πεπιστευκότες. ΠΑΛΛ. Ὡς σαφὴς ὁ λόγος. ΚΥΡΙΛ. Ὁ δέ γε τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως ὁ καιρὸς μεθίστησι τοὺς εἰρημένους,

A tertius autem dies à primo non poſterus eſt, ſed perendinus: tertio autem reuixit Chriſtus. PALLAD. Verum eſt. CYRILLVS. Simul autem cum manipulo etiam ouis affertur immaculata, duæque decimæ ſimilæ illi adiiciuntur, permiſto item oleo: nam, idem tanquam manipulus quidam & primitiæ fructuum quodammodo figuratus, ac tanquam de grege primitiæ accipitur: de grege autem viuente, velut in pinguedine gratiæ & hilaritate ſpiritus. Hac de cauſſa ſimul cum oue ſimilam quoque & oleum ac vinum B afferendum eſſe dixit: ac ſimila quidem vitæ ſignum eſt, vt ſæpe iam diximus, pinguedinis, oleum; lætitiæ verò vinum. Offertur etiam rurſus tanquam in pane & nouis frugibus toſtis, quæ chidra apud Græcos vocantur; chidra autem legumina vocat, vt opinor, quod, dum teruntur, circa molas fundantur, quibus conteruntur: per hoc quoque Christus ſignificatur vt noua conſper- C ſio, ad cuius ſimilitudinem nos quoque formati ſumus, iuſſumque nobis eſt, vt feſtos dies agamus, expurgato veteri fermento, vt nos quoque noua ſimus conſperſio, ad illius exemplum, qui omnem viam nouæ conuerſationis innouauit, id eſt, Chriſti. PALLAD. Rectè ais. CYRILLVS. Ad hæc præcipit à nouis fructibus abſtinere, neque ex illis aliquid in eſcam aſſumere, ſed manipuli dedicationem expectare. Noua, inquit, non comedetis vſque ad hanc ipſam diem, vſque dum offeratis D dona Deo veſtro. Nam tempus aptum ad vitæ huius nouæ & incorruptæ conſortium aſſequendum illud eſt ſolum, & merito quidem, quo ille Emmanuel effulſit, nec ante eum quiſquam omnino ad nos in nouam vitam reformandos virium ſatis habuit; ipſe autem primitiæ quodammodo, ac primus eorum omnium fuit, qui ſunt ad incorruptionem creari; quatenus homo ap- E paruit, & in carne nobiſcum propter ſimilitudinem, qua nobis eſt iunctus. Intulit vero nobis continuo euidentem ſanctæ Pentecoſtes figuram, poſt oblationem manipuli ſeptem enumerandas eſſe hebdomadas, dicens: nam poſt reſurrectionis noſtri Saluatoris diem ſeptem conſequenter elapſis hebdomadibus, nos fideles feſtum diem agimus. PALLADIVS. Perſpicua ſatis ſunt, quæ dicis. CYR. Porro Saluatoris noſtri reſurrectionis tempus, illos

1.Cor.5.

illos qui Spiritu ſanctificati ſunt, ac fide iuſtificati, eo perducere, vt iam nouæ illius ac ſinceræ vitæ fructum offerre poſſint, clare oſtendit, illico
Leuit. 23. „ ſubiungens, [Et offeretis hoſtiam no-
„ uam Domino, ab habitatione veſtra of-
„ feretis panes impoſitionem, duos pa-
„ nes; ex duabus decimis ſimilæ erit pa-
„ nis vnus, fermentati coquentur ex pri-
„ mis frugibus Domino; & offeretis cum
„ panibus ſeptem agnos immaculatos
„ anniculos, & vitulum vnum ex armen-
„ tis, & arietes duos immaculatos; &
„ erunt in holocauſtum Domino, &
„ ſacrificia eorum & libamina eorum;
„ ſacrificium odor ſuauitatis Domino;
„ & facient hircum vnum ex capris pro
„ peccato, & duos agnos anniculos in
„ ſacrificium ſalutaris cum panibus pri-
„ marum frugum, impoſitio coram Do-
„ mino: & imponet ea ſacerdos cum
„ duobus agnis: ſancta erunt Domino:
„ ſacerdoti, qui offert ea, ipſi erunt:
„ & vocabitis hunc diem vocatum: vo-
„ catus ſanctus erit vobis: omne opus
„ ſeruile non facietis in eo; legitimum
„ ſempiternum in progenies veſtras in
„ omni habitatione veſtra.] Eius namque creaturæ, quæ ad nouitatem reformatur, primitiæ, & velut præcipuæ quædam fruges eſt ille Emmanuel, iſque inter nos velut primus panis eſt, ac noua conſperſio, nos deinde ex eius ſimilitudine via quadam ad eam rem aſſequendam arrepta, noua quodammodo ipſi quoque conſperſio vocati ſumus. Huius rei figura eſt euidens ille panis ex nouis frugibus oblatus; ſed non vnus ille eſt, nam duos offerendos eſſe dicit: duo namque ſunt populi, etſi Chriſti mediatoris opera in vnitatem coniuncti videantur: Sed fermentati coquentur, inquit: quid autem id ænigma velit, age dicamus, Legiſque profunditatem quoad fieri poteſt, circumſpiciamus. Num ergo fermentum in his verbis intelligere conuenit illud improbum, atque vitioſum? Sed quî fieri poteſt, vt non id ſtultiſſime dicatur? nam quomodo eos à vitii contagione immunes putabimus, qui ad euangelicæ conuerſationis nouitatem tranſlati ſunt? aut quomodo id ad nouitatem pertinere poteſt? quomodo etiam noua conſperſio dicentur aliqui, ſi in illis permanent fermenti reliquiæ? neque ex omni parte ſine impiæ ſordidæque vitioſitatis expertes?

A ἐν πνεύματι, καὶ ἐν πίστει δεδικαιωμένους εἰς τὸ δύνασθαι καρποφορεῖν τὴν νέαν τε καὶ ἀκίβδηλον ζωήν, κατεδείκνυ σαφῶς οὕτω λέγων εὐθύς. καὶ προσοίσετε θυσίαν νέαν τῷ κυρίῳ, ἀπὸ τῆς κατοικίας ὑμῶν προσοίσετε ἄρτους ἐπίθεμα, δύο ἄρτους. ἐκ δύο δεκάτων σεμιδάλεως ἔσται ὁ ἄρτος ὁ εἷς, ἐζυμωμένοι πεφθήσονται πρωτογεννημάτων τῷ κυρίῳ. καὶ προσάξετε μετὰ τῶν ἄρτων ἑπτὰ ἀμνοὺς ἀμώμους ἐνιαυσίους, καὶ μόσχον ἕνα ἐκ βουκολίου, καὶ κριοὺς δύο ἀμώμους, καὶ ἔσον-
B ται εἰς ὁλοκαύτωμα τῷ κυρίῳ. καὶ αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν θυσία ὀσμὴ εὐωδίας τῷ κυρίῳ. καὶ ποιήσουσι χίμαρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας, καὶ δύο ἀμνοὺς ἐνιαυσίους εἰς θυσίαν σωτηρίου μετὰ τῶν ἄρτων τοῦ πρωτογεννήματος. καὶ ἐπιθήσει αὐτὰ ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν ἄρτων τοῦ πρωτογεννήματος ἐπίθεμα ἐναντίον κυρίου μετὰ τῶν δύο ἀμνῶν, ἅγια ἔσονται τῷ κυρίῳ. τῷ ἱερεῖ τῷ προσφέροντι αὐτὰ αὐτῷ ἔσται. καὶ κα-
C λέσετε ταύτην τὴν ἡμέραν κλητήν. ἁγία ἔσται ὑμῖν. πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε ἐν αὐτῇ. νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν ἐν πάσῃ τῇ κατοικίᾳ ὑμῶν. ἀπαρχὴ μὲν γὰρ καὶ οἱονεὶ προβόλειον τῆς εἰς καινότητα μεταπλαττομένης κτίσεως ὁ Ἐμμανουήλ, νοεῖται δὲ πρῶτος ἐν ἡμῖν, ὡς ἄρτος καὶ νέον φύραμα, πεῖραν δὲ ὥσπερ τὴν εἰς τὸ χρῆμα λοιπὸν ἑλόντες ἡμεῖς, καθ' ὁμοιότητα τὴν πρὸς αὐτόν, νέον ὥσπερ τι καὶ ἡμεῖς κεκλήμεθα φύραμα.
D τύπος δ' ἂν εἴη καὶ τοῦδε σαφής, ὁ ἐκ νέων καρπῶν προσκομιζόμενος ἄρτος. ἀλλ' οὐχ εἷς ὁ ἄρτος, δύο δὲ χρῆναι προσάγεσθαι λέγει. δύο γὰρ οἱ λαοί, κἂν εἰς πρὸς ἑνότητα φαίνοιντο συνενηνεγμένοι διὰ μεσίτου Χριστοῦ. πλὴν ἐζυμωμένοι πεφθήσονται, φησί. καὶ τί τὸ αἴνιγμα, φέρε λέγωμεν, τὸ τοῦ νόμου βάθος, ὡς ἔνι, καλῶς, περιαθρήσαντες. ἆρα γὰρ ζύμην ἐν τούτοις ἐν-
E νοεῖν ἀκόλουθον, τὴν ὡς ἐν φαυλότητι καὶ κατεψευσμένην. εἶτα πῶς οὐ μωρία τοῦτό γε; πῶς γὰρ ἂν ἔτι κακίας ἀπηλλάξαμεν, τοὺς εἰς καινότητα πολιτείας εὐαγγελικῆς μετασκευασμένους; ἢ πῶς ἂν τοῦτο νοοῖτο καινότητος, πῶς δὴ ἂν ἔτι καὶ νέον φύραμα λέγοιντό τινες, εἰ ζύμης ἐν αὐτοῖς ἐναπομένει λείψανον; εἰ τι τῆς ἀνοσίου καὶ βδελυρᾶς φαυλότητος οὐκ εἰσάπαν ἠμοιρηκότες

A ἐπινοητέον δὴ ἕτερον κατά γε τὸ πρέπον τοῖς θεωρήμασι λόγον· ζύμης εἶδος ἕτερον, ὃ καὶ τὸ ψέγεσθαι δεῖν οὐκ ἐχούσης ἐφ' ἑαυτῇ, μᾶλλον δὲ καὶ τεθαυμασμένης παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ. ζύμῃ δὴ τὴν ὁ σωτὴρ τῆς θείας τε καὶ εὐαγγελικῆς παιδεύσεως τὴν εὐκλεᾶ τε καὶ ὀνησιφόρον δύναμιν ἀπεικάζει, λέγων, ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ζύμῃ ἣν λαβοῦσα γυνὴ, ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη τὸ ὅλον. εἰσδύουσα γὰρ εἰς νοῦν B καὶ καρδίαν τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως ἡ ζωοποιὸς ἐνέργεια, ψυχήν τε καὶ σῶμα καὶ πνεῦμα πρὸς ἰδίαν ὥσπερ ποιότητα μεταστοιχειοῖ. οὐκοῦν τῇ τοιᾶδε ζύμῃ πρέποι ἂν ὑπονοεῖν ἐζυμῶσθαι τοὺς λαοὺς, ὡς ἐν εἴδει τῶν ἄρτων προσκεκομισμένους, καὶ ἐκ δύο δεκάτων ἕκαστος, ὃ οἱονεὶ διπλοῦν τῆς παιδεύσεως, καταγράφοντος ἡμῖν αἰνιγματωδῶς τοῦ τύπου. ΠΑΛ. Οἷον δὴ τί φῄς; ΚΥΡΙΛ. Οὐ γὰρ, ὦ Παλλάδιε, φαίης ἂν, ὅτι διὰ διπλῆς παιδεύσεως, C νομικῆς τε καὶ εὐαγγελικῆς, ἱεροί τε ἐσόμεθα, καὶ εὐπρόσδεκτοι τῷ Θεῷ, ἴωμέν τε οὕτως εἰς νέαν καὶ ἀπόλεκτον ζωήν; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Φημί. ΚΥΡ. Τοῦτό τοι καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ σωτὴρ διεσάφει, λέγων, διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ πλουσίῳ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. οἱ γὰρ τὸν νοῦν ἔχοντες ἐπιστήμονα τῶν διὰ Μωσέως τεθεσπισμένων, καὶ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης D καὶ ὡς ἐν τύποις ἐντολῆς ἐκμεμεστωμένον, εἶτα πρὸς ἐκείνῃ τὴν νέαν καὶ εὐαγγελικὴν καταπλουτήσαντες γνῶσιν, διπλῆν οἶμαί που λοιπὸν αὐχοῦσι καὶ τὴν παίδευσιν. ΠΑΛΛΑΔ. Ὀρθῶς ἔφης. ΚΥΡΙΛΛ. Ἀλλ' οὐκ ἐν μόνοις ἄρτοις ἡμῖν ἡ τῶν εἰς καινότητα ζωῆς ἐσκευασμένων πληθὺς κατεγράφετο, προσεπιτάττει δὲ ὁ νόμος ἑπτὰ προσάγειν ἀμνοὺς σὺν μόσχῳ ἑνὶ, καὶ κριοῖς δυσίν· ἐπιχεομένης δὲ δηλονότι σπονδῆς τοῖς θύμασι, τουτέστιν, οἴνου καταχεομέ- E νου, καὶ ὡς ἐν τετάρτῳ τοῦ ἵν, ὅπερ ἐστὶ ξεστῶν ἕξ, γλώσσῃ τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκφωνούμενον. οὐκοῦν τύποι ἂν εἶεν οἱ ἑπτὰ πάλιν ἀμνοὶ, τῆς τῶν πιστευόντων ἀγέλης, νηπιαζούσης μὲν ἐν Χριστῷ. νηπιότητος γὰρ σύμβολον, ὁ ἀμνός· πλὴν, ὡς ἐν ἰσχύϊ καὶ ἀνδρίᾳ πνευματικῇ, προϊούσης εἰς τελειότητα καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος Χριστοῦ. Π. Πῶς ἔφης; Κ. Τοὺς ἀμνοὺς ὀνομάσας,

Excogitandum eſt igitur alterum fermenti genus, ad propoſitæ contemplationis rationem aptum, quod in ſe nihil habet vituperatione dignum, ſed potius apud diuinitus inſpiratam ſcripturam mirum in modum commendatur. Fermento igitur Saluator vim illam eruditionis euangelicæ præclaram atque vtilem comparat, dicens, Matth. 13.
"[Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum:] nam irrepens in animum atque in cor illa eruditionis euangelicæ viuificatrix efficacia, animam, & corpus, & ſpiritum quodammodo in ſuam qualitatem transfert. Tali igitur fermento non abſurde ſuſpicari poſſumus fermentatos eſſe populos, qui tanquam ſpecie panum oblati ſunt. Vterque autem ex duabus decimis; quæ figura duplicem nobis eruditionem per ænigma deſcribit. PAL. Id verò quale eſt tandem? CYR. An verò non fateris, Palladi, duplici nos eruditione, legali, inquam, & euangelica & ſacros, & Deo acceptos fore? & hoc modo ad nouam illam egregiamque vitæ rationem pergere? PAL. Ego vero fateor. CYRILL. Hoc idem ipſe quoque Saluator declarauit, cum dixit, Ibid.
"[Propterea dixi vobis, quia omnis ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini diuiti, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera:] nam qui animum habent eorum, quæ per Moyſen ſancita ſunt, ſcientia præditum, & mandato illo veteri & tanquam in figuris dato refertum, deinde præter illud nouæ atque euangelicæ cognitionis opibus ditati ſunt, duplici mea quidem ſententia eruditione ſunt exornati. PALLADIVS. Rectè dicis. CYRILLVS. Sed non in ſolis panibus illorum, qui ad nouitatem vitæ formati ſunt, cœtus deſignabatur, nam iubet præterea Lex, ſeptem agnos offerre, cum vitulo vno, & arietibus duobus, adiecta ſacrificiis proculdubio libatione, id eſt, infuſo vino ex quarta parte hin, quod eſt ſextariorum ſex, ſi noſtra lingua dicatur. Ergo illi ſeptem agni figura erunt credentium gregis, qui ætate quidem in Chriſto eſt infantili (infantiæ namque nota eſt agnus) ſed tamen robore ac fortitudine ſpirituali ad perfectionem, & ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti progreditur. PALLADIVS. Quo tandem modo? CYRILLVS. Cum agnos dixiſſet,

ac deinde in medio vitulum interpoſuiſſet, ſubiungit arietes: atque agni quidem figura ſunt gregis; roboris ac fortitudinis vitulus; (eſt enim hoc animal robuſtum) ætatis porro perfectæ arietes. Fideles igitur, dum ſe aduerſus terrena omnia fortiter gerunt, ad perfectionem aſcendunt, quæ in Chriſto intelligitur: perfecta enim ætate ſunt arietes, ſpiritualiſque perfectionis menſuram optime præ ſe ferunt. Sunt autem arietes duo: duplex enim eſt in nobis Chriſtiana perfectio, tum quæ in opere, tum quæ in verbo ſpectatur; [Quicunque enim fecerit & docuerit, inquit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.] *Matth. 5.* Vinum vero victimis rurſum infunditur; omnino enim ſequi neceſſe eſt, vt, qui ad perfectionem, quæ in Chriſto intelligitur, aſcendere ſtudent, ii hilaritate, & lætitia perfundantur: [Vinum enim, inquit, lætificat cor hominis.] *Pſal. 103.* Deinde hircus immolatur pro peccato: adducuntur inſuper duo agni cum panibus ad ſacrificium ſalutaris. Quid verò id indicat? nempe mortuus eſt Emmanuel pro peccatis noſtris, qui in hirco deſignatur, ſacramque & acceptam reddit noſtram in nouitate vitam, eamque mutationem, qua noua conſperſio facti ſumus, & illam vſque ad animam & corpus dedicationem atque conſecrationem, quam ſuſtinere conſueuimus, cum propemodum ſimul cum eo morimur, qui propter nos inter mortuos fuit, vt ſimul etiam cum illo viuamus. Eiuſmodi quiddam etiam Paulus ſapientiſſimus in epiſtola ſua ſcribit, dicens, [An ignoratis quoniam quicunque baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus cum ipſo per baptiſmum in mortem ipſius; vt, quemadmodum ſurrexit Chriſtus per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.] *Rom. 6.* Ergo occiſus ipſe quidem eſt pro peccatis noſtris, ſed nos etiam cum ipſo conſepulti ſumus, non corporis mortem obeundo, ſed mortificando membra, quæ ſunt ſuper terram, ac mundo non iam adhuc viuendo, ſed Chriſto potius, & per Chriſtum Patri. Conſidera igitur, dum hircus immolatur, ſimul etiam agnos mori, & panes adoleri: accepta eſt enim noſtra conſecratio, & in odorem ſuauitatis aſſumitur noua illa & euangelica viuendi ratio, Chriſti paſſionibus quodammodo conformata, & ad illius imitationem accedens: *Rom. 8.* [ſi enim compatimur,

A εἶτα διὰ μέσου παρενθεὶς τὸν μόσχον, ἐπιφέρει τοὺς κριούς. τύπος δ᾽ ἂν εἶεν οἱ μὲν ἀμνοὶ, τῆς ἀγέλης. ἰσχύος δὲ καὶ ἀνδρείας, ὁ μόσχος. τὸ γάρ τοι ζῶον εὐσθενές. ἡλικίας δὲ λοιπὸν τῆς ἐντελοῦς, οἱ κριοί. οὐκοῦν οἱ πιστεύοντες διὰ τοῦ κατανδρίζεσθαι φιλεῖν τῶν γεωδεστέρων, ἀναθρώσκουσιν εἰς τελειότητα, τὴν ὡς ἐν Χριστῷ νοουμένην. τέλειοι γὰρ εἰς ἡλικίαν οἱ κριοὶ, τῆς νοητῆς τελειότητος τὸ μέτρον, ὡς ἔν γε σφίσιν αὐτοῖς εὖ μάλα κατασημαίνοντες. δύο δὲ οἱ κριοὶ, διττὴ B γάρ πως ἐν ἡμῖν ἡ ἐν Χριστῷ τελειότης, ἡ ὡς ἐν ἔργῳ τε καὶ γνώσει νοουμένη. ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, φησὶν, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. οἶνος δὲ τοῖς ἱερείοις ἐπιχεῖται πάλιν. ἕψεται γὰρ πάντως τοῖς εἰς τελειότητα τὴν ἐν Χριστῷ νοουμένην διάττειν ἐσπουδακόσι, τὸ κατευφραίνεσθαι δεῖν. οἶνος γὰρ, φησὶν, εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου. καὶ χίμαρος μὲν ὑπὲρ ἁμαρτίας ἐσφάζετο. προσεπάγονται δὲ καὶ ἀμνοὶ δύο μετὰ τῶν ἄρτων, εἰς θυσίαν σωτηρίου. καὶ τί τὸ χρῆμα πάλιν; ἀπέθα- C νε γὰρ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ὁ Ἐμμανουὴλ, ὡς ἐν τῷ χιμάρῳ γραφόμενος. ἱερὰν δὲ ἡμῶν καὶ εὐπρόσδεκτον ἀποτελεῖ τήν τε εἰς καινότητα ζωὴν καὶ τὴν εἰς νέον φύραμα μεταβολὴν, καὶ τὴν μέχρι ψυχῆς καὶ σώματος ἀνάθεσίν τε καὶ καθιέρωσιν, ἣν ὑπομένειν εἰθίσμεθα, μονονουχὶ καὶ συναποθνήσκοντες τῷ δι᾽ ἡμᾶς ἐν νεκροῖς, ἵνα συζήσωμεν αὐτῷ. τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφὸς ἐπιστέλλει λέ- D γων· ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. οὐκοῦν ἐσφάγη μὲν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν αὐτὸς, συντεθάμμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτῷ, θάνατον ὑπομένοντες, οὐ σωματικὸν, ἀλλὰ νεκροῦντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ κόσμῳ μὲν E ζῶντες οὐκέτι, Χριστῷ δὲ μᾶλλον, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τῷ πατρί. ὅρα τοίνυν σφαζομένῳ τῷ χιμάρῳ συναποθνήσκοντας τοὺς ἀμνοὺς, καὶ συνθυμιωμένους τοὺς ἄρτους. δεκτὴ γὰρ ἡμῶν ἡ καθιέρωσις, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἡ νέα τε καὶ εὐαγγελικὴ ζωὴ, συμπλαττομένη τρόπον τινὰ τοῖς παθήμασι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ μίμησιν ὑποτρέχουσα. εἰ γὰρ συμπάσχομεν,

καὶ συμβασιλεύσομεν· εἰ συναποθνήσκομεν, καὶ συζησόμεθα· καὶ εἰ κοινωνοὶ παθημάτων ἐσμὲν, μέτοχοι καὶ τῆς εὐκλείας ἐσόμεθα καὶ αὐτοί. σωτηρίου δὲ θυσία διακεκλήσθω, φησὶν, ἡ τοιάδε καλῶς. σώζει γὰρ τοὺς ὑπὲρ ὧν τὴν σφαγὴν ὑπομεμένηκεν ὁ Χριστὸς, εἴπερ ἐξίστησιν ἁμαρτίας, καὶ θανάτου, καὶ φθορᾶς ἀμείνους ἀποτελεῖ τοὺς συντεθαμμένους αὐτῷ καὶ συναποθνήσκοντας, κατά γε τὸν ἤδη προειρημένον τρόπον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὡς βαθὺς ὁ λόγος, καὶ ἀμυδρὸν τοῦ νόμου τὸ χρῆμα; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Αἴνιγμα γὰρ, ὦ Παλλάδιε, καὶ οἱονεὶ λεπτῶν τε καὶ διεσμιλευμένων ἐννοιῶν, ἀσυμφανὲς ἀποσκίασμα. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τρεῖς μὲν οὖν καιροὺς ὁ νόμος ἔφη, καθ' οὓς ἂν ἡμᾶς ἑορτάζειν πρέποι. τρεῖς γὰρ, φησὶ, καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑορτάσατέ μοι. βούλει δὴ οὖν, ἐπεὶ δυοῖν ἤδη γεγονότες ἡμῖν ἀποχρώντως τοῦ λόγου, τίς ὁ τρίτος, καὶ ἐφ' ὅτῳ περ ἂν τελοῖτο λέγωμεν; διεπύθου γάρ που τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πρόφασιν. ὁ μὲν γὰρ, ὅτι σέσωκε τὸν ὑπέρ γε τῆς ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίας ἀνατλὰς θάνατον ὁ Χριστός· ὁ δὲ, ὅτι καταλύσας τὴν φθορὰν, ἀνεβίω πάλιν, καὶ εἰς νέαν ἡμᾶς ἀνεκαίνισε ζωὴν, ἐπετελεῖτο χρησίμως. καὶ τῆς μὲν πρῶτος ὁ καιρὸς ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ, πρῶτός τε καὶ ἐν ἀρχαῖς. τῆς δὲ δευτέρας ὁ γείτων εὐθὺς καὶ προεζευγμένος, καθ' ὃν ἦν εἰκὸς, ἐπείγεσθαι μὲν τοῖς ἀστάχυσι τὸν ἀμητῆρα σίδηρον, συγκομίζεσθαι δὲ δεῖν τὰ ἕτερα τῶν σπερμάτων. μυρία γὰρ ὅσα τῶν ἐν ἀγροῖς. Φέρε δὴ οὖν καὶ ἐπὶ τῷ τρίτῳ τῆς ἑορτῆς καιρῷ τὰ εἰκότα λέγωμεν, πολυπραγμονοῦντες εὖ μάλα τὸ ὅπως τε καὶ ἐπὶ τίσιν ἀποπεραίνεσθαι χρὴ καὶ τὴν ἐπὶ τῷδε γνῶσιν, τὸν νόμον ἐξαιτήσωμεν, καὶ ἐξ αὐτῶν ληψόμεθα τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ἴοι γὰρ ἂν οὕτω πρὸς τὸ ἀληθὲς ὁ λόγος. εἰ οὐκ ὀρθῶς σοι τοῦτο φάναι τε δοκῶ καὶ διεσκέφθαι πάλιν; ΠΑΛΛ. Παντάπασι μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛ. Γέγραπται τοίνυν ἐν τῷ Λευιτικῷ, καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων· λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ λέγων, τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου, μιᾷ τοῦ μηνὸς, ἔσται ἡμῖν ἀνάπαυσις, μνημόσυνον σαλπίγγων, κλητὴ ἁγία τῷ κυρίῳ. πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε, καὶ προσάξετε ὁλοκαυτώματα τῷ κυρίῳ. ἔοικε τοίνυν ἡμῖν ὁ ἕβδομος μὴν τὸν ἐπὶ συντελείᾳ τε καὶ ἐπ' ἐσχάτοις ὑπαινίττεσθαι καιρόν. μὴν γὰρ ἑβδόμος

A & contregnabimus, ſi commorimur, etiam ſimul viuemus; ſi ſocii paſſionum ſumus, gloriæ item participes erimus & ipſi.] Eiuſmodi autem ſacrificium ſalutaris appelletur, inquit; & recte, ſalutem quippe tribuit iis Chriſtus, pro quibus mortem ſuſtinuit; nam qui illo, quo iam diximus modo, conſepulti cum ipſo ſunt, & commortui, eos à peccato liberat, & mortis atque interitus victores efficit. PALLAD. Quàm recondita ſunt Scripturæ verba,
B & obſcura Legis ſententia: CYRILLVS. Ænigma nempe eſt, Palladi, ac veluti obſcura ſubtilium tenuiſſimarumque ſententiarum adumbratio. PALLADIVS. Recte ais. CYRILL. Igitur tempora Lex commemorat, quibus nos feſtum agere conuenit, Tribus, inquiens, temporibus per annum feſta celebrate mihi. Viſne igitur, quoniam de duobus ſatis eſt à nobis dictum, quodnam tertium ſit, & qua de cauſſa ageretur dicamus? audiſti enim
C cuiuſque cauſſam; alterum enim, quia ſalutem tribuit Chriſtus, pro noſtra omnium ſalute mortem perferendo; alterum verò quia, interitu deuicto iterum reuixit, & ad nouum nos vitæ genus innouauit, opportune celebrabatur. Ac prioris quidem tempus erat ille in anni menſibus primus, & initio occurrens; alterius vero is, qui proxime primum conſequitur, & illi eſt adiunctus, quo par erat ſegetibus falcem admoueri, & alia ſemina comportari: quam plurima nam-
D que in agris frugum genera naſcuntur. Age ergo de hoc tertio quoque feſti tempore, quæ congruere videbuntur, dicamus, diligenterque inueſtigemus, quomodo, quibuſve de cauſſis celebrandum ſit, eiuſque rei ſcientiam ex Lege quæramus, & ex ipſis ſacris literis aſſumamus: ita enim ad veritatis indagationem progredietur oratio. An tibi minus recte dicere atque conſiderare videor? PALL. Mihi vero rectiſſime. CYRILL. Scriptum eſt igitur in Leuitico, [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, (Leuit. 23.)
E Loquere ad filios Iſrael, dicens, Menſe ſeptimo, vna menſis, erit vobis requies, memoriale ſempiternum tubarum, vocatus ſanctus Domino: omne opus ſeruile non facietis; & offeretis holocauſtum Domino.] Videtur itaque mihi ſeptimus ille menſis tempus illud extremum, quod erit in conſummatione, ſignificare: nam ſeptimo menſe, quæ ex agro colliguntur,

omnia non ad aream, Palladi, comportandi tempus eſt, ſed in ipſis iam vniuſcuiuſque horreis recondi conuenit: atque abit iam fructuum ferendorum tempus, exoritur autem hiemis initium, attenuantur ſtirpes, & flores tabeſcunt. Agedum igitur ea, quæ ad tempus pertinent, ad nos ipſos transferamus, illudque dicamus, iam ad extremum labente hoc ſæculo, imminenteque alio ac ſubeunte, quo peccatores puniendi ſunt, quod ſuis quiſque laboribus peperit, coaceruabit, ſi ſapit, & in horrea cæleſtia comportabit, recordabiturque Chriſti dicentis, [Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur: theſaurizate autem potius in cœlis.] Ergo, quoniam reſuſcitato Chriſto, ſanctorum doctorum verba nos extremi temporis admonent; vndique enim clamant,] Vltima hora eſt,] ad ſupernos illos theſauros iam, inquit, ſua quiſque comportet: Sed primo die menſis, ait, quo menſe fructus reconduntur, erit vobis requies, memoriale tubarum: bona enim è ſuis quiſque ſudoribus parta recondit, & æternæ illius iucunditati atque requieti proſpiciet atque conſulet, memor eius, quod beatus Paulus ait, [Ipſe Dominus in iuſſu, in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo:] [canet enim tuba, inquit, & mortui reſurgent incorrupti:] [omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt ferat vnuſquiſque, quæ per corpus geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.] Meminerimus itaque ſacræ huius & terribilis tubæ, cùm feſtum ſanctorum eſt in primis inſigne, vocatum ſanctum, cùm ſperatorum bonorum poſſeſſionem, & fortiter præclaréque geſtorum cumulatam retributionem accipiunt. Oportet ergo nos huiuſmodi cogitationibus ad ſummam probitatem aſcendendo, ab omni opere ceſſare, quod nullam prorſus vtilitatem afferre poſſit, ſed maculas potius aſpergere: hoc enim eſt, quod ſapiens ille vir Paulus nobis dixit, Tempus breue reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non abutantur.]

Matth. 6.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 15.

2 Cor. 5.

1. Cor. 7.

A πάντα τὰ ἐξ ἀγρῶν οὐκ εἰς τὴν ἅλω ποθὲν συγκομιστέον, ὦ τᾶν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ἤδη τοῖς ἑκάστου θησαυροῖς εἰσκλείεσθαι πρέπον. καὶ παροίχεται μὲν ὁ τῆς εὐκαρπίας καιρός, ἀνίσχει δὲ ἤδη χειμῶνος ἀρχή, φθίνει τε φυτά, καὶ ἄνθη μαραίνεται. φέρε δὴ οὖν ὡς ἐπί γε σφίσιν αὐτοῖς τὰ ἐκ τοῦ καιροῦ μεθιστάντες, λέγωμεν, ὅτι πρὸς τὸ τέλος ἤδη διέρποντος τοῦ αἰῶνος τουτουΐ, καὶ ἑτέρου τινὸς ἐπηρτημένου, καὶ εἰσελαύνειν μέλλοντος, καθ' ὃν ἀνάγκη κολάζεσθαι τοὺς φιλαμαρτήμονας, θησαυρίσει μὲν ἕκαστος τὰ ἐξ ἰδίων πόνων, εἴ
B γε σωφρονοῖ, καὶ ἐν τοῖς ἄνω θησαυροῖς εἰσκομιεῖ. μεμνήσεται δὲ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι. θησαυρίζετε δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὐκοῦν ἐπείπερ ἐγηγερμένου Χριστοῦ, τῆς συντελείας ἡμᾶς εἰς ἀνάμνησιν οἱ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν ἀποφέρουσι λόγοι, ἄνω γὰρ καὶ κάτω διακεκράγασιν, ἐσχάτη ὥρα ἐστίν,
C συγκομιζέσθω, φησίν, ἐν θησαυροῖς ἤδη τοῖς ἄνω τὰ παρ' ἑκάστου, φησί, λοιπόν. ἀλλ' ἐν τῇ νεομηνίᾳ φησὶ τοῦ μηνός, καθ' ὃν ἂν εἰσκλείετε τοὺς καρπούς, ἔσται ὑμῖν ἀνάπαυσις, μνημόσυνον σαλπίγγων. θησαυρίζει γὰρ ἕκαστος τὰ ἐξ ἰδίων ἱδρώτων ἀγαθά, καὶ τῆς εἰς αἰῶνα τρυφῆς τε καὶ ἀναπαύσεως προνοήσεται καὶ ἐπιμελήσεται, μεμνημένος ὅτι, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ'
D οὐρανοῦ. σαλπίσει γάρ, φησί, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι. τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν εἴτε ἀγαθόν, εἴτε φαῦλον. μεμνήμεθα τοιγαροῦν τῆς ἱερᾶς ταυτησί, καὶ φοβερωτάτης σάλπιγγος, ὅτε καὶ εὐσημοτάτη τῶν ἁγίων ἐστὶν ἑορτὴ κλητὴ ἁγία, κλῆρον ἤδη δε-
E χομένων τὸν ἐν ἐλπίσι καὶ λαμπρῶν ἀνδραγαθημάτων πλουσίαν ἀντέκτισιν. ἀναγκαῖον οὖν ἡμᾶς ταῖς περὶ τούτων ἐννοίαις, ἐπὶ τὸ λίαν ἐπιεικὲς ἀναθρώσκοντας, παντὸς καταλήγειν ἔργου, παντελῶς οὐδὲν ὠφελεῖν εἰδότος, μᾶλλον δὲ καὶ κατασπιλοῦν εἰωθότος. τοῦτο γὰρ οἶμαί ἐστιν· ὃ καὶ σοφῶς ἡμῖν ἔφη Παῦλος, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶ τὸ λοιπόν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι, καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἔοικεν. ΚΥΡΙΛΛ. Εἶτα, φησὶν, ὅτι τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου τούτου ἡμέρα ἐξιλασμοῦ, κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν. καὶ ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, καὶ προσάξετε ὁλοκαυτώματα τῷ κυρίῳ. πᾶν ἔργον οὐ ποιήσετε ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. ἔστι γὰρ ἡμέρα ἐξιλασμοῦ αὕτη ὑμῖν, ἐξιλάσασθαι περὶ ὑμῶν ἔναντι κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. πᾶσα ψυχὴ, ἥτις μὴ ταπεινωθήσεται ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. καὶ πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ποιήσῃ ἔργον ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἀπολεῖται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε. νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν ἐν πάσαις κατοικίαις ὑμῶν. σάββατα σαββάτων ἔσται ὑμῖν. καὶ ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. ἀπὸ ἐνάτης τοῦ μηνὸς, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἑσπέρας σαββατιεῖτε τὰ σάββατα ὑμῶν. ταπείνωσιν καὶ νηστείαν, καὶ ὁλοκαυτωμάτων προσαγωγὴν, καὶ μὴν καὶ ἔργου παντὸς κατάληξιν ποιεῖσθαι δεῖν ἔφη, τὴν μὲν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν τὴν νέκρωσιν διὰ νηστείας ὑποτυπῶν, διὰ δὲ τῶν ὁλοκαυτωμάτων τὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνάθεσιν, οὐ μεμερισμένως, ἀλλ᾽ εἰσάπαν καὶ ὁλοτελῶς. διά τε τῆς ἀργίας, καὶ τοῦ χρῆναι παντελῶς τῶν ἔργων ἀποφοιτᾶν, ὅτι προσήκει τῶν ἐπιγείων οὐδὲν ἀποπεραίνειν ἔτι, κατασημαίνων ἀστείως. ἦ γὰρ οὐκ οἴησῃ δεῖν τοὺς εἰς κατάληξιν ἤδη καιρῶν διεληλακότας, καὶ τῆς ἱερᾶς τε καὶ ἐν ἐσχάτοις μεμνημένους σάλπιγγος, καὶ εἰς νοῦν ἔχοντας τὸν κριτὴν, ταύτῃ τοι καὶ εἰς τοὺς ἄνω λοιπὸν ἐκκομίζοντας θησαυροὺς τῆς πνευματικῆς εὐκαρπίας τὸν πλοῦτον, καὶ τὰς μὲν νεκροῦν ἡδονὰς, καὶ σωματικῶν ἀμείνους ὁρᾶσθαι παθῶν, εὐωδιάζειν δὲ ἤδη Θεῷ τῆς ἐπιεικείας τοὺς τρόπους, ἰέναι τε ἤδη μακρὰν, καὶ ἀπονοσφίζεσθαι φιλεῖν τῶν εἰς ματαιότητα σπουδασμάτων; εἴη δ᾽ ἂν οἶμαι ταυτὶ, τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, καὶ ὁ πονηρὸς τοῦ βίου περισπασμός. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Οἴησομαι· πῶς γὰρ οὔ; ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τί δὲ, οἱ παθῶν ἀμείνους, καὶ νεκροῦντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, οὐκ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνακείσονται τῷ Θεῷ, καὶ ἐν τάξει τῶν ὁλοκαυτωμάτων εἶεν ἂν, λύτρον ὥσπερ τι, καὶ ἐξιλασμὸν ὑπέρ γε τῶν ἰδίων ψυχῶν τὸ χρῆμα ποιούμενοι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Καὶ μάλα. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἡμέραν τοίνυν

PALLADIVS. Ita videtur. CYRILLVS. Deinde, inquit,] decimo die menſis huius ſeptimi, dies propitiationis, vocatus ſanctus erit vobis: humiliabitis animas veſtras, & offeretis holocauſta Domino: omne opus non facietis in die hoc; eſt enim dies propitiationis hic vobis, ad propitiandum vobis ante dominum Deum veſtrum: omnis enim anima, quæ non humiliabitur in hoc ipſo die, exterminabitur de populo ſuo; & omnis anima, quæ fecerit opus in hoc ipſo die, peribit anima illa de populo ſuo: omne opus ſeruile non facietis: legitimum ſempiternum in progenies veſtras in omnibus habitationibus veſtris: Sabbata ſabbatorum erunt vobis: & humiliabitis animas veſtras: à nono die mēſis, à veſpera vſque ad veſperam ſabbatizabitis ſabbata veſtra.] Humiliatiōnē, ieiunium, & holocauſtorum oblationem, atque etiam ab omni opere ceſſationem fieri debere dixit: in quibus mortificationem quidem carnalium cupiditatum per ieiunium figurauit; per holocauſta vero illam oblationem, qua in odorem ſuauitatis non ex parte, ſed in totum ac perfectè, Deo dicamur; per otium vero, & omnium prorſus operum ceſſationem nihil nobis è terrenis rebus perficiendum eleganter deſignauit: nam, qui iam ad exitum finemque temporum decurrerunt, & ſacri illius extremique temporis tubæ ſunt memores, & illum iudicem cogitant, an non ſummopere hac de cauſſa curandum eis eſſe putabis, vt ſpiritualis fertilitatis opes in ſupernos theſauros exportent, & voluptates quidem extinguant, affectioneſque corporis vincant, virtutis autem atque probitatis genera velut odorem ſuauitatis Deo adoleant, atque ab inanibus ſtudiis longiſſime remoti ſint atque ſeiuncti? Hæc autem ſunt, vt opinor, ea ſtudia, quæ in hoc mundo collocantur, & huius vitæ laborioſa diſtractio. PALLAD. Ego vero puto: cur enim aliter exiſtimem? CYRILL. Quid præterea? qui vitia expugnant, & mortificant membra ſua, quæ ſunt ſuper terram, libidinem, inquam, & concupiſcentiam malam, nonne in odorem ſuauitatis Deo offerentur, & holocauſtorum inſtar erunt, eamque oblationem in redemptionem propitiationemque ſuarum animarum adhibebunt? PALLADIVS. Sane quidem. CYRILLVS. Diem igitur

ieiunii qui erat, cum propitiationis Legiſlator appellauit; & recte ſane & legitime, cum is carnem, & carnis vitia mortificet, & virtutis officia tanquam in odorem ſuauitatis offerat. Quiſquis porro non ab omni mundano opere ceſſauerit, fore vt is in ſummis malis verſetur, euidenter oſtendit, cum dixit, exterminandum eſſe de populo ſuo, qui neque ieiunaret, neque holocauſtum offerret, & legem de ceſſatione conſtitutam violaret. Sabbata autem ſabbatorum eſſe diem, qui hoc ritu ageretur dicens, illud nobis oſtendit, eſſe etiam ceſſationum ceſſationem, id eſt, integram atque perfectam abiectionem operum, nimirum eorum, quæ ad vitium atque peccatum pertinent: nam hoc ſæculo ceſſante, ac tempore propemodum ſeneſcente, quemnam in nobis iam locum habebit vanitatis ſtudium? quomodo ve non potius meliora ſapiemus otium agentes Deo gratiſſimum, & à noſtris diſtractionibus omnino diſcedentes? PALL. Recte dicis. CYRILL. Præcipit
Leuit. 23. » deinde rurſum. [Et die, inquiens, quin-
» todecimo ſeptimi menſis huius, cum
» conſummaueritis fruges terræ, feſtum
» agite Deo ſeptem dies: die primo re-
» quies, & die octauo requies, & accipietis
» vobis die primo fructum ligni pulchrum,
» & ſpatulas palmarum, & ramos ligni
» denſos, & ſalices, & viticis ramos, ex
» torrente, & lætabimini in conſpectu do-
» mini Dei veſtri ſeptem dies per annum:
» legitimum ſempiternum in generatio-
» nes veſtras: in menſe ſeptimo feſtum
» hoc agetis.] Ergo intelligis tandem coactis iam in horrea agrorum prouentibus, & vniuſcuiuſque fructibus collectis, proximum eſſe celeberrimum illum Scenopegiæ feſtum, habitationem illam paradiſi repræſentans, & hominem ad bonorum illorum, quibus initio fruebatur, participationem reuocans. Arbitramur enim Scenopegiam eſſe ſpiritualem ac veriorem illam humanorum corporum cōpactionem, cum ab interitu, qui interuenerat, ad incorruptionem reuiuiſcunt. Requies porro primus dies eſt, atque etiam octauus; nam ante primam illam tranſgreſſionem, cum peccatum ærumnis omnibus plenum nondum in nos irruiſſet, neque dum grauiſſimum atque moleſtiſſimum nobis iugum impoſuiſſet, laxam ac liberam & omni labore vacuam in Paradiſo viuendi rationem in Adam quaſi in initio ac ſtirpe noſtri generis tenebamus.

A ἐξιλασμοῦ τὴν τῆς ἀσιτίας ὁ νομοθέτης ὠνόμαζε καὶ σφόδρα ὀρθῶς καὶ ἐννόμως, καταμεμφομένην μὲν τὴν σάρκα καὶ τὰ αὐτῆς, διαπράζουσαν δὲ δὴ τὰ ἀρετῆς τοῖς τρόποις. ἔργου δὲ παντὸς μὴ καταλήγοντα κοσμικοῦ, πάντη τε καὶ πάντως ἐν ἐσχάτοις ἔσεσθαι κακοῖς, ὃ προέδειξεν ἐναργῶς, ἐξολεθρευθήσεσθαι λέγων ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ τὸν μήτε νηστεύοντα, μήτε μὴν προσάγοντα τὴν ὁλοκαύτωσιν, καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς ἀργίαις παρεκβιάζοντα νόμον. σάββατα δὲ σαββάτων τὸν ἐπὶ τοῖσδε καιρὸν εἶναι
B λέγων, ἐφῆκε νοεῖν, ὡς ἔστι λοιπὸν ἀργιῶν ἀργία, τουτέστιν, ὁλοτελῶς καὶ ὡς ἐν ὁλοκλήρῳ μέτρῳ τῶν ἔργων ἀπόθεσις. δῆλον δὲ ὅτι τῶν εἰς φαυλότητά τε καὶ ἁμαρτίαν. καταλήγοντος δὲ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ μονονουχὶ καταγηράσκοντος τοῦ καιροῦ, μοῖ ἐχν ὅλως ἐν ἡμῖν ποίαν ἂν ἔχοι λοιπὸν, ἡ εἰς ματαιότητα σπουδή, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὰ ἀμείνω φρονήσομεν, τὴν τῷ Θεῷ θυμηρεστάτην ἐπιτελοῦντες ἀργίαν, καὶ τῶν οἰκείων περισπα-
C σμῶν ἀποφοιτῶντες εἰσάπαν; ΠΑΛΛ. Εὖ λέγεις. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Θεσμοθετεῖ δὲ δὴ πάλιν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, φησί, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου τούτου, ὅταν συντελέσητε τὰ γεννήματα τῆς γῆς, ἑορτάσατε τῷ κυρίῳ ἑπτὰ ἡμέρας. τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ ἀνάπαυσις, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ ἀνάπαυσις, καὶ λήψεσθε τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καὶ κάλλυντρα φοινίκων, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς, καὶ ἰτέας, καὶ ἄγνου κλάδους ἐκ χειμάρρου, καὶ εὐ-
D φρανθήσεσθε ἐναντίον κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἑπτὰ ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ, νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ ἑορτάσετε αὐτήν. ἆρ' αἰσθάνῃ τε λοιπόν, ὅτι συναγηγερμένων εἰς ἀποθήκην τῶν ἐν ἀγροῖς, καὶ συνειλεγμένων εὖ μάλα τῶν ἑκάστου καρπῶν, ἀγχοῦ δὴ λίαν ἡ πολυαοίδιμος ἑορτὴ τῆς σκηνοπηγίας, τὴν ἐν παραδείσῳ δίαιταν ὑποφαίνουσα· καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς εἰς μέθεξιν ἀνατιθεῖσα τὸν ἄνθρωπον. φαμὲν γὰρ εἶναι σκηνοπηγίαν, τὴν νοητὴν καὶ ἀληθε-
E στέραν τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων τὴν σύμπηξιν, καὶ τὸ ἐκ τῆς διὰ μέσου φθορᾶς ἀναβιῶναι εἰς ἀφθαρσίαν. ἀνάπαυσις δὲ ἡ πρώτη καὶ μήν τοι καὶ ἡ ὀγδόη· πρὸ γάρ τοι τῆς ἐν ἀρχαῖς παραβάσεως, οὔπω τῆς μοχθηροτάτης ἡμῖν ἐμβολησάσης ἁμαρτίας, καὶ τὸν δυσαχθῆ καὶ δυσεκκόμιστον ἀληθῶς ἐπιθείσης ζυγόν, ἀνειμένην τινὰ καὶ ἄφετον, καὶ δίχα πόνου παντὸς τὴν ἐν παραδείσῳ δίαιταν ἐποιούμεθα. καθάπερ ἐν ἀρχῇ καὶ ῥίζῃ τοῦ γένους ἐν Ἀδάμ

Ἐπιδημήσαντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ διὰ μέσου εἰς πόνους, ἀνέδραμεν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς κατὰ τὴν ὀγδόην, τουτέστι, μετὰ τὸν ἐν νόμῳ σαββατισμὸν, ἤτοι τοῦ νομικοῦ χρόνου τὸ πλήρωμα, καὶ τὸν δυσαχθῆ καὶ βέβηλον τῆς ἁμαρτίας ζυγὸν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἀπελάσαντες, μοχθηρίας ἁπάσης ἀποπεπαύμεθα, καλοῦντος ἡμᾶς διὰ πίστεως εἰς τοῦτο τοῦ Χριστοῦ, καὶ λέγοντος, δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Οὐκοῦν ἀνάπαυσις μὲν ἡ πρώτη τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα, τὸν ἐν ἀρχαῖς τοῦ ἀνθρώπου καιρὸν ὑποφαίνουσα. ἀνάπαυσις δὲ ὁμοίως καὶ ἡ ὀγδόη, καθ᾽ ἣν ἀνεβίω Χριστὸς, προσηλώσας τῷ ἰδίῳ σταυρῷ τὸ καθ᾽ ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα ἡμᾶς θανάτου καὶ ἁμαρτιῶν ἐξελὼν, ποινῆς ἀπαλλάξῃ καὶ πόνων, καὶ τὴν ἐν ἀρχαῖς ἀνάπαυσιν δι᾽ αὐτοῦ κερδήσωμεν. τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ, φησὶ, λήψεσθε καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καὶ κάλλυντρα φοινίκων, καὶ τοὺς ἑτέρους τῶν κλάδων, δι᾽ οὗ πάρεστι νοεῖν διακεκραγότος οἱονεὶ τοῦ πράγματος, ὅτι πάλιν ἡμῖν ἐν Χριστῷ τὰς ἐν παραδείσῳ τρυφὰς ἀπονέμει Θεὸς, καίτοι μεταξὺ διωλισθήκασι διὰ τὴν ἐν ἀρχαῖς παράβασιν. ἐξεώσμεθα μὲν γὰρ ἐν Ἀδάμ, ἀλλ᾽ εἰσκεκομίσμεθα διὰ Χριστοῦ. διεπύθου γάρ που λέγοντος τῷ συγκρεμαμένῳ λῃστῇ, ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. διεδυσώπησε γὰρ ὁ Χριστὸς τὴν στρεφομένην ῥομφαίαν, καὶ ἀνεῖται λοιπὸν τοῖς πεπιστευκόσιν ἡ εἰσδρομὴ, πάντα εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἀναμορφοῦντος αὐτοῦ, καὶ ἀνασκευάζοντος εἰς ὅπερ ἦν πάλαι. ἐκ φυτῶν δὲ τῶν ἀειθαλῶν οἱ κλάδοι, τὸ διηνεκὲς τῆς χάριτος, καὶ τὸ οἱονείπως ἀμάραντον τῆς ἐλπίδος ἐφ᾽ ἑαυτοῖς σημαίνοντες. ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. καὶ ἀκατάληκτος ἀληθῶς τῶν ἁγίων ἡ τέρψις. ἐπιβοᾶται δὲ καὶ ὁ σοφὸς Ἠσαΐας, λέγων, εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν, αἴνεσις καὶ εὐφροσύνη αἰώνιος καταλήψεται αὐτούς· ἀπέδρα λύπη, ὀδύνη, καὶ στεναγμός. προσπεφώνηται δέ πως τοῖς περὶ τῆς ἑορτῆς θεσπίσμασι, τὸ ἐκ χειμάρρου εὐφρανθῆναι δεῖν. ἔφη γὰρ κατὰ τὴν ἐσχάτην τῆς ἑβδομάδος ἡμέραν, ἤγουν κατὰ τὴν ὀγδόην, ἀρύσασθαι μὲν ἐκ χειμάρρου τὸ ὕδωρ, εὐφρανθῆναι δὲ οὕτως τοὺς πεπιστευκότας. καὶ χείμαρρος δὲ νοητὸς καὶ οὐράνιος ὁ Χριστὸς,

A Christus verò cùm aduenisset, etiam illa intermedia nostra conditio, qua laboribus premebamur, ad pristinam illam, quæ initio fuerat, reuersa est octauo die, id est, post sabbatismum Legis, seu post legalis temporis plenitudinem; &, illo molesto & immundo peccati iugo à nostris animis excusso, ab omni labore conquieuimus; Christo nos per fidem ad hoc vocante, ac dicente, [Venite ad me „ omnes, qui laboratis, & onerati estis; „ & ego requiem vobis tribuam.] Ergo „ requies est ille primus hebdomadæ dies, primum illud quod initio fuit, tempus hominis repræsentans: requies item octauus, quo Christus reuixit, affixitque suæ cruci, quod aduersum nos erat chirographum, & vnus pro omnibus est mortuus, vt nos à morte & à peccatis eximeret, & à pœna atque laboribus liberaret, vt pristinam illam requiem per ipsum recuperaremus. Primo die, inquit, sument fructum ligni pulchrum, & spathulas palmarum, & alios ramos: ex quo in promptu est intelligere, cùm ipsa res gesta quodammodo clamet, Deum in Christo nobis illas Paradisi delicias reddere, quamuis interim primæ illius transgressionis culpa inde delapsi simus: expulsi quippe in Adam sumus, sed per Christum restituti: audisti enim illum latroni simul pendenti dicentem, [Amen dico tibi, „ hodie mecum eris in Paradiso:] auer- „ tit enim Christus versatilem illam rhomphæam: itaque patefactus est deinceps credentibus aditus, cùm ille omnia ad pristinum statum reformauerit, & in eum statum, quæ olim fuerant, reuocauerit. Rami porro ex arboribus semper virentibus, perpetuam illam gra- „ tiam, & spem incorruptam præ se fe- „ runt; [sine pœnitentia enim est Dei gratia atque vocatio,] sicut scriptum est: & perpetua plane est illa sanctorum oblectatio. Cui rei testimonium suum adiungit sapiens ille Esaias, cùm inquit, [Lætitia sempiterna super caput eorum; „ laus & lætitia suscipiet eos: fugit dolor „ & mœror & gemitus.] His autem legi- „ bus de huiusmodi festo sancitis, illud adiunctum est, ex torrente lætandum esse: inquit enim, extremo hebdomadæ die, id est, octauo hauriendam esse aquam ex torrente, atque ita credentes lætari oportere: ac torrens quidem spiritualis atque cœlestis Christus est,

Matth. 11.

Coloſ. 2.

Lucæ 23.

Rom. 11.

Esai 35.

A qui ſuperis illis fluentis ſe colentium animos irrigat. Itaque dicebat per
Eſai. 66. » prophetarum vocem, [Ecce ego declino » ſuper eos, vt fluuius pacis, & vt tor» rens inundans, gloriam gentium.] Clamauit etiam beatus Dauid ad illum omnium Deum ac patrem,
Pſal. 35. „ [Quemadmodum multiplicaſti miſe„ ricordiam tuam, Deus; filii autem „ hominum ſub vmbra alarum tuarum „ ſperabunt: inebriabuntur ab vberta„ te domus tuæ, & torrente voluptatis „ tuæ potabis eos:] conuenit enim, & B quidem iure optimo, conuerſationi illi, quæ in paradiſo erit, abunde Chriſtum participare, & larga ſubminiſtratione ſpiritus oblectari. PALLADIVS. Conuenit ſane; nam optimè ſentis. CYRILLVS. Vide autem Hieroſolymis tantum feſtum hoc agi, quo neceſſe erat omnes ab omni Iudæa confluere. Hoc autem ſigno declarabatur, omnes quicunque præclaram laudabilemque vitam duxerint, in ſupernam illam C ciuitatem, illam, inquam, cæleſtem Hieruſalem, colligendos eſſe, vt ibi cum Chriſto ſimul ſint, & ſimul feſtum agant: qui autem adhuc increduli ſunt, ac reſurrectionis gratiam non admittunt, ſed potius adeo venerandum excelſumque myſterium repudiarunt, ii ſuo interitu pœnas luent, iiſque omnino ſumma miſeria imminet: ibunt enim in ſupplicium. Eiuſque rei teſtis erit locuples Zacharias
Zach. 14. » propheta, dicens, [Et erit, quicunque D » non aſcenderint ex omnibus tribu» bus terræ in Hieruſalem, vt ado» rent Regem dominum omnipoten» tem, & hi illis addentur: quod ſi tri» bus Ægypti non aſcenderit, neque » exierit illuc, & in his erit ruina, qua » percutiet Dominus omnes Gentes, » quiſquis non aſcenderit ad celebran» dum feſtum Scenopegiæ.] Ergo Scenopegiæ exoptatiſſimum feſtum eſſe exiſtimandum eſt, illam omnium corporum reſurrectionem, quorum primitiæ Chriſtus fuit: primogenitus enim ex E mortuis appellatur, & reuera eſt. PAL. Rectiſſime exiſtimas. CYRILLVS. Illud tamen ſcias velim. PALLADIVS. Quid tandem iſtud eſt? CYRILLVS. Nam in his Legis eloquiis, quæ modò à nobis allata ſunt, commemoratum eſt quidem iuge ſacrificium, & neomenia, & ſacra, quæ ſabbatis fiebant, ieiunium quoque,

A τοῖς αἰσθητοῖς νάμασι τὰς τῶν σεβομένων αὐτὸν καταρδῶν ψυχάς· πηγάζοντι καὶ ἔφασκε διὰ φωνῆς προφητῶν, ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ᾽ αὐτοὺς, ὡς ποταμὸς εἰρήνης, καὶ ὡς χειμάῤῥους ἐπικλύζων, δόξαν ἐθνῶν. ἀνακέκραγε δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος ἡμῖν Δαβὶδ, πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ πατέρα. ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου ὁ Θεὸς, οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσιν. μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐB τούς. πρέποι γὰρ ἂν καὶ μάλα εἰκότως τοὺς τοῦ παραδείσου πολίτας, τὸ χρῆναι πλουσίως μεταλαχεῖν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀμφιλαφέσι τοῦ πνεύματος κατευφραίνεσθαι χορηγίαις. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πρέποι γὰρ ἂν, καὶ ὀρθῶς γε φής. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἄθρει δὲ ὅπως ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπετελεῖτο μόνοις ἡ ἑορτὴ, καὶ ἣν πᾶσα πως ἀνάγκη τοὺς ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας ἐν αὐτῇ συναγείρεσθαι. γένοιτο δ᾽ ἂν καὶ τοῦτο σημεῖον, τοῦ δεῖν ἅπαντας τοὺς οἵπερ ἂν εἶεν C τὸν εὐκλεᾶ καὶ εὐδόκιμον διαζήσαντες βίον, εἰς τὴν ἄνω συλλέγεσθαι πόλιν, τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, ἐκεῖ καὶ συνεσομένους καὶ συνεορτάσοντας τῷ Χριστῷ· τοῖς δὲ ἀπίστοις ἔτι, καὶ τὴν τῆς ἀναστάσεως χάριν οὐ προσιεμένοις, ἠθετηκόσι δὲ μᾶλλον τὸ οὕτω σεπτὸν καὶ βαθὺ μυστήριον, ὄλεθρος μὲν ἡ δίκη, τό τε ἐν πᾶσι γενέσθαι κακῷ πάντη τε καὶ πάντως, ἀποκείσεται. κατοιχήσονται γὰρ εἰς κόλασιν. καὶ μάρτυς ἂν γένοιτο τοῦ τοιοῦδε πιστὸς ὁ προφήτης Ζαχαρίας, λέD γων· καὶ ἔσται ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς εἰς Ἱερουσαλὴμ τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κυρίῳ παντοκράτορι, καὶ οὗτοι ἐκείνοις προστεθήσονται. ἐὰν δὲ φυλὴ Αἰγύπτου μὴ ἀναβῇ, μηδὲ ἐξέλθῃ ἐκεῖ, καὶ ἐπὶ τούτοις ἔσται ἡ πτῶσις, ἣν ἂν πατάξῃ κύριος πάντα τὰ ἔθνη, ὃς ἐὰν μὴ ἀναβῇ τοῦ ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας. σκηνοπηγίας οὖν ἄρα περιπόθητον ἑορτὴν καταλογιούμεθά που, τὴν τῶν σωμάτων ἁπάντων ἀνάστασιν, ἀπαρχὴν ἐχόντων E Χριστόν. πρωτότοκος γὰρ ἐκ νεκρῶν κεχρημάτικε, καὶ ἔστιν ἀληθῶς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ὀρθότατα διανοῇ. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Πλὴν ἐκεῖνο ἴσθι. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Τὸ ποῖον ὃ φής; ΚΥΡΙΛ. Εἰ μὲν γὰρ τοῖς ἀρτίως ἡμῖν παρενηνεγμένοις τοῦ νόμου λογίοις, ὠνόμασται μὲν ἐνδελεχισμοῦ θυσία, καὶ μὴν καὶ νουμηνία, καὶ τὰ ἐν σαββάτοις ἱερὰ, ἢ μὴν καὶ ἡ νηστεία,

καὶ προσέτι τῆς σκηνοπηγίας τὴν πολύευκτον ἑορτήν. προσεπῆξε δὲ πανταχῇ καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων ὁ νόμος, τὸ προσοίσετε ὁλοκαυτώματα τῷ κυρίῳ. καὶ τίνες δὴ ἂν γένοιντο πρὸς ἡμῶν τῶν θυσιῶν οἱ τρόποι, οἵ τε τῇ νεομηνίᾳ πρέποντες, καὶ μὴν καὶ σαββάτοις, νηστείᾳ δὲ αὖ καὶ οἱ κατ' αὐτὴν ἐσόμενοι τὴν σκηνοπηγίαν ἢ ὅ,τι ποτέ ἐστι τὸ εἰς θυσίαν ἐνδελεχὲς, σεσίγηκε μὲν ὁ νομοθέτης ἐν τῷ Λευιτικῷ, κατευρύνει δὲ ὥσπερ τὸν ἐπὶ τοῖσδε λόγον, καὶ σὺν πολλῇ λίαν ἰσχνομυθίᾳ συντέθεικεν ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς. B βούλει λέγωμεν ἀνὰ μέρος ἕκαστα διαλαβόντες, ὡς ἔνι; ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Γέγραπται τοίνυν ὧδε· Καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων. ἔντειλαι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, λέγων. τὰ δῶρά μου, δόματά μου, καρπώματά μου εἰς ὀσμὴν εὐωδίας διατηρήσετε προσφέρειν ἐμοὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς μου. καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· ταῦτα τὰ καρπώματα ὅσα προσάξετε κυρίῳ, C ἀμνοὺς ἐνιαυσίους ἀμώμους δύο τὴν ἡμέραν εἰς ὁλοκαύτωσιν ἐνδελεχῶς. τὸν ἀμνὸν τὸν ἕνα ποιήσεις τὸ πρωῒ, καὶ τὸν ἀμνὸν τὸν δεύτερον ποιήσεις τὸ πρὸς ἑσπέραν, καὶ ποιήσεις τὸ δέκατον τοῦ οἰφὶ σεμίδαλιν εἰς θυσίαν ἀναπεποιημένην ἐν ἐλαίῳ ἐν τετάρτῳ τοῦ ἴν. ὁλοκαύτωμα ἐνδελεχισμοῦ, ἡ γενομένη θυσία ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ. καὶ σπονδὴν αὐτοῦ τὸ τέταρτον τοῦ ἲν τῷ ἀμνῷ τῷ ἑνί. D ἐν τῷ ἁγίῳ σπείσεις σπονδὴν σίκερα κυρίῳ. καὶ τὸν ἀμνὸν τὸν δεύτερον ποιήσεις πρὸς ἑσπέραν, κατὰ τὴν θυσίαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν σπονδὴν αὐτοῦ ποιήσεις εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ κυρίῳ. συνίης οὖν ὅπως τῶν θυσιῶν τὴν ἀναφορὰν ταῖς ἑορταῖς ὅτι μάλιστα πρέπειν ὁ θεῖος ἡμῖν ἐν τούτοις διϊσχυρίζεται νόμος· χρῆναι γὰρ οἶμαι πάντη τε καὶ πάντως εὐωδιάζειν ἡμᾶς ἐν αὐταῖς τῷ Θεῷ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας τοὺς τρόπους, οἱονείπως E ἐν τάξει ποιουμένους θυμιαμάτων, καὶ εὔοσμον ὁλοκαύτωμα προσκομίζοντας αὐτοὺς τῷ Θεῷ κατ' ἐκεῖνο οἶμαί που τὸ μάλα ὀρθῶς εἰρημένον. παραστήσατε οὖν τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. τὴν δέ γε τοῦ ἐνδελεχισμοῦ θυσίαν ἀποπεραίνεσθαι δεῖν εὖ μάλα φησὶν, ἑνὸς μὲν ἀμνοῦ σφαζομένου τὸ πρωῒ, ἑτέρου δὲ αὖ πρὸς ἑσπέραν, συνθυμιωμένης αὐτοῖς σεμιδάλεως, ἐλαίου τε καὶ οἴνου προσ-

A præterea exoptatum Scenopegiæ feſtum: adiunxit autem Lex vbique, & in iis ſingulis, quæ dicta ſunt, illud, Offeretis holocauſta Domino: ac quænam à nobis offerenda ſunt ſacrificiorum genera, neomeniæ conuenientia, ac ſabbatis, ieiunio quoque ac Scenopegiæ, vel quodnam ſit iuge ſacrificium, tacuit quidem in Leuitico Legiſlator; ſed hæc latius explicauit, & maxima ſubtilitate verborum poſuit in Numeris. B Viſne igitur, vt ſingula per partes diſtinguendo, de iis quoad fieri poterit, diſſeramus? PALLADIVS. Equidem maxime velim. CYRILLVS. Sic itaque ſcriptum eſt: [Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Præcipe filiis Iſrael, & loqueris ad eos dicens, Dona mea, munera mea, hoſtias meas in odorem ſuauitatis obſeruabitis, vt offeratis mihi in feſtiuitatibus meis: Et dices ad eos, Hæ C ſunt hoſtiæ, quas offeretis Domino, agnos anniculos immaculatos duos per ſingulos dies in holocauſtum iugiter: agnum vnum facies mane, & agnum alterum facies ad veſperam: & facies decimam partem œphi ſimilam in ſacrificium conſperſam oleo in tertia parte hin: holocauſtum continuationis, ſacrificium quod factum eſt in monte Sina in odorem ſuauitatis Domino: & libamen ei quartam partem hin agno vni: D in ſancto libabis libamen ſicera Domino; & agnum alterum facies ad veſperam: iuxta ſacrificium eius, & iuxta libamen eius facies in odorem ſuauitatis Domino.] Intelligis ergo diuinam legem in his verbis aſſeuerare ſacrificiorum oblationem feſtis diebus maxime conuenire: æquiſſimum enim eſſe prorſus cenſeo, vt in illis Deo ſuauitatem odoris adoleamus, & Chriſtianæ conuerſationis mores E tanquam thymiamatis loco adhibeamus, ac nos ipſos Deo velut odoratiſſimum holocauſtum, offeramus, iuxta illud, vt opinor, quod rectiſſime dictum eſt, [Exhibete corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, placentem Deo, rationabile obſequium veſtrum.] Continuationis autem ſacrificium fieri debere inquit, vno agno mane immolato, altero veſperi, incenſa ſimul cum illis etiam ſimila, oleo etiam & vino inſuper

Rom. 14.

Rom. 12.

adiectis: omni enim tempore & iugiter, & ab initio vſque in finem in ſancto tabernaculo, id eſt, in Eccleſia, per omne virtutis genus odorem ſuauitatis in Chriſto fragramus: nam quod mane & veſpere incenduntur agni, figura eſt rurſum eius, qui propter nos ac pro nobis Patri in odorem ſuauitatis aſcendit, ſecumque quodammodo vitam in ſe credentium ſimul attollit; cui & hilaritas ineſt, tanquam de ſpe firma gloriæ ac regni, & lætitia, quæ de æternis illis oblectationibus percipitur: eiuſmodi autem vitæ ſignum eſt ſimila oleo conſperſa, vinoque perfuſa. Hoc vero ſacrificium eſt hoſtia ſalutaris, quemadmodum illa, quæ à Moyſe in monte Sina perfecta eſt. Scriptum eſt autem in Exodo, cum rerum omnium faciendarum leges ab illo omnium præpotente

Exod. 24. Deo conſtitutas expoſuiſſet, [Cum euigilaſſet, inquit, mane Moyſes, ædificauit altare ſub monte, & duodecim lapides iuxta duodecim tribus Iſrael; & miſit adoleſcentes filiorum Iſrael, & obtulerunt holocauſta, & immolauerunt hoſtiam ſalutaris Deo vitulos.] Nihil autem refert ad rationem ſacrificii, ſiue agni immolentur, ſiue vituli ſacrificentur: in vtriſque enim ſeruatur innocentiæ forma: quam rem maxime Chriſti perſonæ tribuere licet, qui per

Hier. 11. Hieremiæ vocem inquit, [Ego vero vt agnus innocens, qui ducitur vt immoletur, non cognoui.] Quod ſi quis velit alia quoque ratione matutinum veſpertinumque ſacrificium in tabernaculo factum intelligi, nimirum propter humanæ naturæ tempus, ac dicat in eo tempore, quod Adæ tranſgreſſionem præceſſit, odorem ſuauitatis fuiſſe, & huic tempori ſimile factum eſſe illud alterum extremum tempus, quod in Chriſto agitur, & in ea vita, quæ ſecundum Chriſtum intelligitur, is non aberrabit à propoſito, & ſapienter exiſtimabit: ita enim vere ea res ſe habet. PALLADIVS. Aſſentior. CYRILLVS. Sabbati porro ſacrificia definit, dicens continuo, [Et die

Num. 28. ſabbatorum offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas ſimilæ conſperſæ oleo in ſacrificium & libationem: holocauſtum ſabbatorum in ſabbatis ſupra holocauſtum iuge, & eius libamentum:] cuius ſacrificii ritus non diuerſus eſt ab eo, quem paulo ante diximus, ſed iiſdẽ veſtigiis incedit, adeo vt nihil inter ea differat. Sed illud,

A πεφυρασμένων. ἐν παντὶ γὰρ καιρῷ καὶ ἀκαταλήκτως καὶ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, τουτέστιν, ἐν ἐκκλησίᾳ, διὰ πάσης ἀρετῆς εὐωδιάζομεν ἐν Χριστῷ. τὸ γὰρ περί τε καὶ πρὸς ἑσπέραν καπνίζεσθαι τοὺς ἀμνούς, ἀνατύπωσις αὖ ἐστι πάλιν, τοῦ δι' ἡμᾶς τε καὶ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀναθορόντος τῷ πατρί, συναναχομίζοντος δὲ ὥσπερ αὐτῷ καὶ τὴν τῶν εἰς αὐτὸν πιστευσάντων ζωήν, ᾗ ἱλαρὸν ἐνέχουσι μὲν ὡς ἐν ἐλπίδι βεβαίᾳ δόξης τε καὶ βασι-

B λείας· καὶ πρός γε δὴ τούτῳ, τὸ κατευφραίνεσθαι δεῖν, ταῖς εἰς αἰῶνα τρυφαῖς. σημεῖον δ' ἂν γένοιτο τῆς τοιᾶσδε ζωῆς, σεμίδαλις ἐλαιόδευτος, καὶ οἰνοβραχής. θυσία δὴ οὖν σωτηρίου τὸ χρῆμα, καθὰ καὶ ἡ τετελεσμένη διὰ Μωσέως ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. γέγραπται δὲ ἐν τῇ ἐξόδῳ, ὅτι τοὺς ἐφ' ἅπασι τοῖς πρακτέοις διαείσατο νόμους τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, ὀρθρίσας, φησίν, ὁ Μωσῆς τὸ πρωῒ ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ὑπὸ τὸ ὄρος, καὶ δώδεκα λίθους εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ

C Ἰσραήλ. καὶ ἐξαπέστειλε τοὺς νεανίσκους τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ ἀνήνεγκαν ὁλοκαυτώματα καὶ ἔθυσαν θυσίαν σωτηρίου τῷ Θεῷ, μοσχάρια. ἀδιαφορήσει δὲ οἶμαι τῆς θυσίας ὁ λόγος, εἴτ' οὖν ἀμνοὶ τὰ ἱερουργούμενα, κἂν εἴτε μοσχάρια λέγοιντο τυχόν. σώζεται γὰρ ἐν ἀμφοῖν τῆς ἀκακίας ὁ τύπος, ὃ δὴ μάλιστα πρέποι ἂν τῷ προσώπῳ Χριστοῦ, διὰ φωνῆς Ἱερεμίου λέγοντος, ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον, ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι οὐκ ἔγνων. εἰ

D δὲ δή τις ἕλοιτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, τὴν πρωϊνήν τε καὶ ἑσπερινὴν θυσίαν ἐπιτελεῖσθαι λέγειν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ διά γε τὸν τῆς ἀνθρωπότητος χρόνον, τῇ μὲν εὐώδη, πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐν Ἀδάμ, τοιουτονὶ δὲ γενέσθαι πάλιν τὸν ἐν ἐσχάτοις καὶ ἐν Χριστῷ, καὶ ἐν τῇ κατ' αὐτὸν νοουμένῃ ζωῇ, φέροιτο οὐκ ἂν ἀπὸ σκοποῦ, καὶ λογιεῖται σοφῶς. ἔχει γὰρ ὧδε τὸ χρῆμα τῇ φύσει. ΓΑΛΛΑΔΙΟΣ. Γείθομαι. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Τὰς δὲ ἐν τῷ σαββάτῳ θυσίας ὁρίζεται λέγων εὐθύς· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων προσά-

E ξετε δύο ἀμνοὺς ἐνιαυσίους ἀμώμους, καὶ δύο δέκατα σεμιδάλεως ἀναπεποιημένης ἐν ἐλαίῳ εἰς θυσίαν καὶ σπονδήν. ὁλοκαυτώματα σαββάτων ἐν τοῖς σαββάτοις, ἐπὶ τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διὰ παντός, καὶ τὴν σπονδὴν αὐτῆς. οὐχ ἕτερος δὲ τῆς θυσίας ὁ τρόπος, παρὰ τὸν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένον. ἔστι δὲ οὕτω κατ' ἴχνος ὡς παραλλάττειν οὐδέν. ἄθρει γε μὴν ἐκεῖνο,

ὦ Παλλάδιε. ἡ μὲν γὰρ τοῦ ἐνδελεχισμοῦ θυσία διηνεκῆ τὴν ἱερουργίαν ἔχει καὶ ἐν ἡμέρᾳ πάσῃ τελεῖται κατὰ τὸν νόμον. ἡ δέ γε τῶν σαββάτων, οὐ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς σαββάτοις. ἵνα τοίνυν μὴ ἀποχρώντως ἔχειν οἰόμενοι τὴν διὰ πᾶσαν ἡμέραν τοῦ ἐνδελεχισμοῦ θυσίαν, ῥᾴθυμοί πως εἶεν περὶ τὸ προσάγειν τὰ ἐν σαββάτοις, προστέθεικεν ἀναγκαίως, τοῦτ' ἐστὶν ὁλοκαύτωμα σαββάτων ἐν τοῖς σαββάτοις ἐπὶ τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διὰ παντὸς, καὶ τὴν σπονδὴν αὐτῆς. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Ἆρ' οὖν ὅτι πρὸς τῇ θυσίᾳ τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, καὶ ἡ τῶν σαββάτων ἱερουργεῖται κατὰ νόμον. ΚΥΡΙΛ. Ἄραρεν· οὐ γὰρ ἐνδοιάσαι θέμις. σαββατίζοντες γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐν Χριστῷ, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ κατάπαυσιν εἰσελθόντες, οἱονείπως ἐν διπλῷ τὰ τῆς πνευματικῆς εὐωδίας ἀνοίσομεν τῷ Θεῷ, εἴπερ ἐστὶν ἀτρεκὲς, ὡς εὐῶδες μὲν ἦν τοῖς ἀρχαιοτέροις, τῆς ἐν νόμῳ δικαιοσύνης τὸ καύχημα. πνευματικὸς γὰρ ὁ νόμος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία καὶ ἀγαθὴ, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, ἐν ὑπεροχῇ γε μὴν ἡ ἐν Χριστῷ πολιτεία, καὶ ὁ ἐν πνεύματι σαββατισμὸς, τῆς ἐν νόμῳ δικαιοσύνης ἀμείνων εἰς εὐοσμίαν.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Εὖ ἔφης. ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Προστάττει δὲ τούτοις, καὶ ἐν ταῖς Νεομηνίαις προσάξετε ὁλοκαύτωμα τῷ κυρίῳ, μόσχους ἐκ βοῶν δύο, καὶ κριὸν ἕνα, ἀμνοὺς ἐνιαυσίους ἑπτὰ ἀμώμους. τρία δέκατα σεμιδάλεως ἀναπεποιημένης ἐν ἐλαίῳ τῷ μόσχῳ τῷ ἑνὶ, καὶ δύο δέκατα σεμιδάλεως ἀναπεποιημένης ἐν ἐλαίῳ τῷ κριῷ τῷ ἑνί. δέκατον δέκατον σεμιδάλεως ἀναπεποιημένης ἐν ἐλαίῳ τῷ ἀμνῷ τῷ ἑνὶ, θυσίαν ὀσμὴν εὐωδίας κάρπωμα κυρίῳ. ἡ σπονδὴ αὐτῶν τὸ ἥμισυ τοῦ ἲν ἔσται τῷ μόσχῳ τῷ ἑνί. καὶ τρίτον τοῦ ἲν ἔσται τῷ κριῷ τῷ ἑνί. καὶ τὸ τέταρτον τοῦ ἲν ἔσται τῷ ἀμνῷ τῷ ἑνὶ οἴνου. τοῦτο τὸ ὁλοκαύτωμα μῆνα ἐκ μηνὸς εἰς τοὺς μῆνας τοῦ ἐνιαυτοῦ. καὶ χίμαρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας κυρίῳ, ἐπὶ τῆς ὁλοκαυτώσεως τῆς διὰ παντὸς ποιηθήσεται, καὶ ἡ σπονδὴ αὐτοῦ. διηνεκὴς θυσία καὶ ἀκατάληκτος, ὡς ἂν ἑκάστῳ μηνὶ, πρὸς τῇ καθ' ἡμέραν, ἥτις ἐστὶν ἐνδελεχισμοῦ, καὶ ἡ ἐν ταῖς νουμηνίαις, λόγος δὲ οὐχ ἁπλοῦς ὁ ἐπ' αὐταῖς ἔσται πάλιν. καθαρὸν γὰρ λίαν τὸ αἴνιγμα. νουμηνία τοίνυν ἡ νοητὴ καὶ ἀληθεστέρα νοοῖτ' ἂν εἰκότως, αἰὼν ὁ νέος ἐν Χριστῷ,

Palladi, animaduertas velim; nam iuge quidem ſacrificium perpetuo ſacrificatur, & quotidie ex Legis decreto perficitur: at vero illud alterum ſabbatorum non quotidie, ſed in ipſis fit ſabbatis. Ne igitur negligentiores eſſent ad ſacrificia ſabbatorum offerenda, quod illud quotidianum ac iuge ſacrificium ſatis eſſe putarent, neceſſario adiunxit, [Hoc eſt holocauſtum ſabbatorum in ſabbatis, ſupra holocauſtum perpetuum & libamen eius.] PALLADIVS. Ergo præter illam iugem victimam, etiam illa altera ſabbatorum ex lege ſacrificatur? CYRILLVS. Ita eſt: ac de ea re nefas eſt dubitare. Nam ipſi quoque ſabbatizantes in Chriſto, & in eius requiem ingreſſi, ſpiritualem odorem ſuauitatis Deo velut duplo maiorem offerimus. Siquidem verum eſt fuiſſe quidem ſuaui odore illam priſcorum hominum de Legis iuſtitia gloriam, ſpiritualis enim eſt lex, & [mandatum ſanctum & iuſtum & bonum,] vt beatus Paulus ait: ſed excellentior eſt tamen illa in Chriſto conuerſatio: & ſabbatiſmus in ſpiritu longe ſuauiorem odorem redolet, quam iuſtitia Legis. PALLADIVS. Recte ais. CYRILLVS. His adiicit, [Et in Neomeniis offeretis holocauſta Domino, vitulos ex bobus duos, & arietem vnum: agnos anniculos ſeptem immaculatos: tres decimas ſimilæ conſperſæ oleo vitulo vni, & duas decimas ſimilæ conſperſæ oleo arieti vni, decimam, decimam ſimilaginis conſperſæ in oleo agno vni, ſacrificium odorem ſuauitatis hoſtiam Domino. Libamen eorum dimidium hin vini erit vitulo vni, & tertia erit arieti vni, & quarta pars hin erit agno vni vini. Holocauſtum de menſe in menſem, in menſes anni. Et hircum de capris vnum pro peccato, Domino, ſupra holocauſtum perpetuum fiet, & libamen eius.] Perpetuum ſacrificium, & ſempiternum eſt illud quoque, quod fit in Neomeniis, cum vnoquoque menſe fieret vltra illud quotidianum, quod eſt iuge. Sed in illis tamen non item ſimplex eſt ratio. Euidens enim eſt ænigma. Neomenia igitur ſpiritualis ac verior iure intelligitur nouum hoc in Chriſto ſæculum, illo

Rom. 7.

Num. 28.

illo quod ſecundum legem erat, iam A exacto. Aliter quoque figuram habere Neomenia poteſt illius ſæculi poſt hoc præſens futuri, iam iamque aduentantis, quod tamen à Chriſti reſurrectione cepit initium, per quam ad nouitatem tranſiuimus, cum tanquam pignoris loco Spiritum gratiæ, firmamque ſpem vitæ immortalis conſecuti ſumus, in beatitudine ac ſanctificatione reformati, priſtinum illum ſtatum tanquam reuocato curſu repetentes, & futuro ſæculo conformati. Quænam igitur apta eſt hoſtia Neomeniis, illis inquam, B quæ in Chriſto ſunt ac ſpiritualibus, & vitæ illi quæ futuro ſæculo ſimilis eſt? Deo ſcilicet mori, neque adhuc viuere peccatis implicatos, ſed à terrena conuerſatione prorſus diſcedere, vt ſimul cum Chriſto viuamus. Ita etiam beatus Paulus ad eos qui ſanctificati erant in ſpiritu, & in Chriſto iuſtificati, & futuri ſæculi virtutes didicerant, ſcribit, dicens, [Si mortui eſtis in Chriſto, quid tanquam viuentes in mundo decernitis?] & iterum, C [mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum Chriſtus apparuerit vita noſtra, tunc & vos cum ipſo apparebitis in gloria] Vide igitur qui ſe laudabiliter gerunt, eos diuerſa ſpiritualis habitudinis magnitudine mori Deo conſecratos, virtutiſque præmia ſtatim conſequi. Vituli namque duo immolantur, & vnus inſuper aries & ſeptem agni vitium non habentes. Et nobis per hæc omnia Sanctorum cœtus deſcribitur, qui virtute D quidem inſignis eſt tanquam in vitulis, & inferiorem ſecundumque locum tenet tanquam in ariete, poſtremum denique & humiliorem in agnis. Duo ſunt autem vituli, nam populi duo. Vnus vero eſt interiectus aries; propterea quod illi duo in Chriſto ad vnitatem iuncti ſunt. Septem poſtremo agni: nam Sanctorum populus plenitudine perfecta eſt. Duo autem eſſe & item vnum vnione ſpirituali, multitudinem illam pefectiſſimam conuenienter in- E telligimus: Copioſus enim valde eſt grex credentium, & ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto, & infantia, quæ ſecundum eundem eſt, præditus. Vide autem tres quidem ſimilæ decimas vni vitulo tribui, & olei ac vini dimidium hin, id eſt, ſextarios ſex: Arieti autem duas decimas ſimilæ, liquidorum vero quę infundebātur, tertiam partem hin.

Coloſſ. 2.

παρῳχηκότος τοῦ φερομένου τοῦ κατὰ νόμον. εἴη δ᾽ ἂν καὶ ἑτέρως εἰς τύπον ἡμῖν ἡ νουμηνία, καὶ τοῦ μετὰ τοῦτο μέλλοντος αἰῶνος, καὶ ὅσον οὐδέπω παρεσομένου, πλὴν ἀρχὴν ἔχοντος τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ, δι᾽ ἧς εἰς καινότητα μεταχεχωρήκαμεν, ὡς ἐν ἀρραβῶνι τῆς χάριτος τὸ πνεῦμα πλουτήσαντες, καὶ ἀσφαλῆ τὴν ἐλπίδα τῆς εἰς ἀφθαρσίας ζωῆς, ἐν μακαριότητι καὶ ἁγιασμῷ μεταστοιχειούμενοι πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς, καὶ διόπιν ὥσπερ ἰόντες, αἰῶνι τῷ μέλλοντι συμμορφούμενοι. τίς οὖν ἡ πρέπουσα ταῖς νουμηνίαις θυσία, τοῦτ᾽ ἔστι, τῇ ἐν Χριστῷ τε καὶ νοητῇ, καὶ μὴν καὶ ζωῇ τῇ κατ᾽ αἰῶνα τὸν μέλλοντα; τὸ ἀποθνήσκειν Θεῷ, καὶ ζῆν μὲν οὐκέτι ταῖς ἁμαρτίαις ἐνεχομένους, πολιτείας δὲ τῆς γεωδεστέρας ἀποφοιτῶντες εἰσάπαν, ἵνα Χριστῷ συζήσωμεν. οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πνεύματι, καὶ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοις, καὶ τὰς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δυνάμεις ἐκπεπαιδευμένοις ἐπιστέλλει λέγων, εἰ ἀπεθάνετε ἐν Χριστῷ, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζετε; καὶ πάλιν, ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. ὁρᾷς τοίνυν ὡς ἐν διαφόρῳ ποσότητι πνευματικῆς δεξίας ἀποθνήσκοντας ἱερῶς τῷ Θεῷ τοὺς εὐδοκιμεῖν εἰωθότας, καὶ τὰ τῆς ἐπιεικείας εὐθὺς ἀποκερδαίνοντας γέρα. μόσχοι γὰρ δὴ κατασφάζονται δύο, καὶ εἷς ἐπ᾽ αὐτοῖς κριὸς, καὶ ἑπτὰ ἀμνοὶ, μῶμον οὐκ ἔχοντες. καὶ διὰ τούτων ἡμῖν ἁπάντων ἡ τῶν ἁγίων πληθὺς καταγράφεται, ὡς ἐν ἀρετῇ μὲν τῇ ἀνωτάτῃ διαπρέπουσα, διά γε τῶν μόσχων, ἐνυφιζάνουσα δ᾽ ὥσπερ καὶ ἐν δευτέροις, ὡς ἐν τῷ κριῷ, ἐν δέ γε τῇ μείονι καὶ χθαμαλωτέρᾳ πάλιν ἐν τοῖς ἀμνοῖς. δύο γε μὴν οἱ μόσχοι· δύο γὰρ οἱ λαοί· καὶ εἷς διὰ μέσου κριὸς, διὰ τὸ εἰς ἑνότητα τὴν δυοῖν ἕνωσιν ἐν Χριστῷ. ἑπτὰ δὲ πάλιν ἀμνοί. ἐν πληρώματι γὰρ τῷ τελειοτάτῳ τῶν ἁγίων ὁ δῆμος. δύο δ᾽ ὄντες, καὶ εἰς καθ᾽ ἕνωσιν τὴν πνευματικὴν, πληθὺς ἡ τελειοτάτη νοοῖτ᾽ ἂν εἰκότως. πλατεῖα γὰρ σφόδρα, καὶ ἐν ἁπλότητι τῇ ἐν Χριστῷ, καὶ ἐν νηπιότητι τῇ κατ᾽ αὐτὸν ἡ τῶν πιστευόντων ἀγέλη. ἄθρει δὲ ὅπως τρία μὲν δέκατα σεμιδάλεως τῷ μόσχῳ τῷ ἑνὶ, τὸ ἀφόρισμα. καὶ ἐν ἡμίσει τοῦ ἴν, τοῦτ᾽ ἔστι, ξέσται ἕξ, ἔλαιόν τε καὶ οἶνος. τῷ δέ γε κριῷ, δύο μὲν δέκατα σεμιδάλεως, ἐν δὲ τρίτῳ τῶν ἴν, τὰ ἐπιχεόμενα.

A ἑκάστῳ γε μὴν τῶν ἀμνῶν, ἓν μὲν δέκατον σεμιδάλεως ἡ θυσία, καὶ ἐν τετάρτῳ τοῦ εἶν ἡ σπονδὴ, τοῦτ' ἔστιν, ἔλαιόν τε καὶ οἶνος. ἰσοσταθμῶς γὰρ τοῖς ἑκάστου πόνοις, καὶ μὴν καὶ δυνάμεσι ταῖς κατ' ἀρετὴν, τὸ τῆς ζωῆς μέτρον τῆς ὡς ἐν εὐκλείᾳ καὶ μακαριότητι φημὶ, καὶ μὴν καὶ ἐνότητι παρὰ Θεοῦ, καὶ πνευματικῆς εὐφροσύνης, ἀπονεμηθήσεται παρὰ τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος· ἢ γὰρ οὐχὶ ζωῆς μὲν τύπον, ἀποπληροῦν τὴν σεμίδαλιν πλειστάκις εἰρήκαμεν, πιότητος δὲ τὸ B ἔλαιον, εὐφροσύνης δὲ τῆς νοητῆς, τὸν οἶνον; ΠΑΛ. Καὶ μάλα. ΚΥΡ. Χίμαρος δὲ πάλιν προσπαράκειται ταῖς θυσίαις, ὑπὲρ ἁμαρτιῶν σφαζόμενος, εἰς τύπον Χριστοῦ. δεκτὴ γὰρ ἡμῶν ἡ θυσία καὶ εὐδοκιμοῦσα τῷ Θεῷ, διὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ τὸ σωτήριον. καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν ὅπερ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ σωτὴρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. ἐξ ἀνάγκης ἀναγκαίως ταῖς ἡμῶν εὐωδίαις, ἡ Χριστοῦ προσπάγεται, ἑαυτὴν τρόπον τινὰ συνανακιρνῶσα ταῖς παρ' C ἡμῶν, καὶ συναναφέρουσα τῷ πατρί. δεκτοὶ γὰρ οὐχ ἑτέρως ἐσμὲν, πλὴν ὅτι διὰ μόνου Χριστοῦ. ΠΑΛ. Ἄριστα ἔφης. ΚΥΡ. Καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν ὡς ἔν γε τοῖς σάββασι καὶ νεομηνίαις τὰ ἱερουργούμενα· ἐν δέ γε μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ φησὶ, μιᾷ τοῦ μηνὸς, ἐπίκλητος ἁγία ἔσται ὑμῖν. πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε. ἡμέρα σημασίας ἔσται ὑμῖν. καὶ ποιήσετε ὁλοκαυτώματα εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ, μόσχον ἕνα ἐκ βοῶν, καὶ κριὸν ἕνα, ἀμνοὺς ἐνιαυσίους ἑπτὰ ἀμώμους. καὶ τρία D μὲν δέκατα σεμιδάλεως ἐπὶ τῷ μόσχῳ, δύο δὲ αὖ ἐπὶ τῷ κριῷ. καὶ ἓν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀμνῶν, ἀναλόγως ἑπομένων, καὶ τῶν ἐπιχεομένων, ἐλαίου τε φημὶ καὶ οἴνου. ἐν ἡμίσει γὰρ δὴ τοῦ παρ' Ἑβραίοις εἶν, καὶ ἐν τρίτῳ τε καὶ ἐν τετάρτῳ ταυτί. τίς δ' ἂν νοοῖτο τῆς ἑορτῆς ἡ δύναμις, ὑπέφηνεν εἰπών. ἡμέρα σημασίας ἔσται ὑμῖν. σημαίνει γὰρ ἡμῖν τὴν ἐσχάτην σάλπιγγα, τὴν διὰ τῆς ἀγγέλου φωνῆς, ὑφ' ἧς δὴ πάντες ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, E καθάπερ ἤδη προείπομεν. προστέταχε δὲ καὶ ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, καθ' ἣν ἡ νηστεία, τὴν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν τὴν νέκρωσιν, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἐπιγείων παθῶν ἀποφοίτησιν ἐφ' ἑαυτῇ καταγράφουσα, τὴν αὐτὴν θυσίαν ἀποπεραίνεσθαι δεῖν κατὰ τὸν ἴσον τῇ πρώτῃ τρόπον, καὶ ὅπως ἂν ἔχοι τῶν δρωμένων ἡ δύναμις κατά γε τὸν πρέποντα ταῖς θεωρίαις λόγον, διαρκῶς εἰρήκαμεν.

In ſingulos denique agnos ſingulæ decimæ ſimilæ adolebantur: quarta vero pars hin libamen erat, id eſt, vinum & oleum. Æqua namque ratione pro cuiuſque laboribus & virtute illa vitæ eius quæ in gloria atque beatitudine ducitur, ac pinguedinis quæ à Deo datur, & lætitiæ ſpiritualis menſura ab iudice tribuetur. Nonne enim vitæ figuram tenere ſimilam, ſæpe iam diximus, pinguedinis vero oleum, lætitiæ denique ſpiritualis vinum? PALLAD. Maxime. CYR. Hircus præterea his ſacrificiis adiicitur pro peccato immolandus in Chriſti figuram. Nam per ſalutarem Chriſti paſſionem acceptum eſt noſtrum ſacrificium, Deoque placens per paſſionẽ Chriſti ſalutarẽ. Idque, vt opinor, eſt quod ipſe Saluator ſanctis Apoſtolis ait, [Sine me nihil poteſtis facere.] Ergo neceſſario noſtris ſacrificiis in odorem ſuauitatis oblatis, illa Chriſti oblatio adiungitur, quæ ſe noſtris oblationibus quodammodo miſceat, eaſque Patri ſimul offerat. Neque enim aliter niſi per Chriſtum ſolum eſſe accepti poſſumus. PALLADIVS. Optime dicis. CYRILLVS. Atque hæc quidem ſabbatis & Neomeniis erant ſacrificia. Num. 29. [In menſe autem ſeptimo, inquit, vna menſis, vocata ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis. Dies ſignificationis erit vobis: & facietis holocauſta in odorem ſuauitatis Domino. Vitulum vnum ex bobus, & hircum vnum: agnos anniculos immaculatos ſeptem.] Et tres quidem decimæ ſimilæ in vitulum: duæ rurſum in arietem, & ſingulæ in agnos ſingulos, iis quę infundebantur proportione conſequentibus, oleo, inquam, & vino. Nam ex dimidio hin Hebraici, & ex tertia eiuſdem parte, & ex quarta hi liquores adhibebantur. Quomodo autem eius feſti vis intelligenda ſit, declarauit dicens, [dies ſignificationis erit vobis.] Nam extremam illam tubam angeli voce perſonantem ſignificat, ad quam omnes mortui reſurgent, & excitabuntur qui in monumentis ſunt, vt iam ſuperius diximus. Iuſſit etiam vt decimo eiuſdem menſis die, in quem ieiunium cadit, quo carnalium concupiſcentiarum extinctio & à terrenis vitiis alienatio deſcribitur, idem ſacrificium eodem quo primo die ritu perficeretur: ac quæ ſit eorum quæ fiebant vis ac ſignificatio, ad ſubtilioris intelligentiæ rationem accommodata, ſatis iam explicauimus.

P. 182 C. Nam Græcorum Sapientibus Sol, &c.] Homerum intelligit, qui Iliados tertio Agamemnonem in fœdere Solem inuocantem facit, ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Ibid. D. Idque diuinus Dauid nos docebit, dicens, &c.] I. S. μυσταγωγεῖ τῷ λόγῳ. V. C. μυσταγωγείτω λέγων. hoc melius putaui.

P. 183 A. Fidem habeant.] I. S. πιστευέτωσαν V. C. προσεχέτωσαν.

Ibid. E. Quamuis dextrorſum ferantur, &c.] verba Homeri latenter indicat quæ ſunt Iliad. M. vbi Hector ad Polydamantem inquit,

Τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις
Πείθεσθαι, τῶν οὔτι μεταπρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω
Εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Pag. 184 A. vt res futuras manifeſtè ſciat.] I. S. τὰ ἡμέτερα V. C. τὰ ἐσόμενα.

Ibid. E. veritatem diſpiciamus.] I. S. τὰ ἀληθῆ θεωροῦντες V. C. τὰ ἀληθῆ θεωροῦντες.

Pag. 185 B. Et inſuetam afferre veritatem.] I. S. Codex, ἀληθεστάτην. V. C. ἀσυνηθεστάτην.

Pag. 185 D. Latenter guſtum eripere.] I. S. Cod. παραιπνουμένους. V. C. παραιρουμένους.

P. 190 D. Saul extabuerit.] I. S. Cod. ἐκτέτηκε. V. C. ἐκτετήμηκεν. paulò inferius, vtitur verbo τήκεσθαι.

Ibid. Ad eius offenſam qui tacere inſtituerat, conuertitur.] Græca verba ſunt, τρέπεται πρὸς τὸ λυπεῖν τὸν σιωπᾶν ἠρημένον.

P. 192 A. Dominum dixit ſecum locuturum. Deum enim ſe inuocare ſimulabat.] Sic ex Illuſtriſſ. Sirleti Codice verti. tamen aduerti poſtea meliorem vt puto, V. C. lectionem, in qua ſic legi, Καὶ Θεοῦ ἀκούειν. θεοκλυτεῖν γὰρ ἐσκήπτετο. itaque transferendum eſſet, Deum enim ſe audire fingebat, ſeu, cauſabatur. In Illuſtriſ. Cardinalis Sirleti Cod. deſunt illa tria priora verba, & θεοκλυτεῖν legitur, & ἐσκήπτετο.

Pag. 195 E. certo euentura ſperantur.] ἀπλανῶς, reddidi certò. Sic namque legi in I. S. Cod. in V. C. erat ἁπλῶς, & duo verba plus habebat, ἤγουν τὴν ἐσομένων ἁπλῶς.

Pag. 195 D. Seſe deiiciunt.] I. S. Cod. καταβιβάζονται. V. C. καταβιάζονται.

Ibid. Ac ſi quis cum ſe velit vnguentis perfundere.] V. C. ὡς εἰ καὶ τὸ τυχόν τις ἐθέλοι καταμυρίζεσθαι μὲν, βορβόρῳ δὲ, &c. in Cod. Illuſtriſ. Sirſ. deerat εἰ, & τις melior mihi viſa eſt lectio V. C.

Pag. 196 B. Quin etiam eſculenta, quæ ipſi per ſe voluerint, inſipienter im-

probant.] V. C. ſic habebat, τῶν ἐδοδίμων ὧν αἳ ἔλοιντο κατ᾽ σφᾶς αὐτοὺς ἀσυνέτους, &c. Cod. I. S. habebat, συνετῶς.

P. 197 B. Et peccati cognitio ad illa ſpectat.] Corruptus erat hic locus in I. S. Cod. καὶ ὅτι καὶ δι᾽ ἁμαρτίας λόγους εἰς ἐκεῖνα βλέπει. emendate legebatur in V. C. καὶ ὁ τῆς ἁμαρτίας λόγος εἰς ἐκεῖνα βλέπει.

P. 198 D. In quo malorum cumulo iaceamus.] I. S. Cod. ἐν ἑσμῷ κακοῦ. V. Cod. καὶ ἑσμὸν κακοῦ.

P. 199 E. Et magiſtri ad ſe ventitantibus.] V. C. διδάσκαλοι δὲ ὁμιληταῖς. ad ſe ventitantibus reddidi, vt ſolet Cicero diſcipulos vocare. cæterùm in Græco non eſt φοιτῶσι, vt ad imaginem adſcripſit impreſſor. Illuſtriſſ. Sirleti Codex, διδασκάλων δὲ τοῖς ὁμιληταῖς.

P. 201 A. Suæque rectæ ac firmæ ſententiæ hunc fructum percipiet vt malis non implicetur.] Emendatior mihi viſus eſt in hac parte Vatic. Cod. qui habebat; γνώμης ἔχων ὀρθῆς καὶ ἀδιαστρόφου καρπὸν τὸ μὴ ἐναλῶναι κακοῖς. quam I. S. Codex in quo erat, γνώμης ἔχων ὀρθῶς καὶ ἀδιαστρόφου σκοποῦ τὸ μὴ ἐναλῶναι κακοῖς.

P. 202. c. illi ſupremæ & incorruptibili menti.] Illuſtriſſ. C. Sirl. Codex, θεῷ. Vat. verò νῷ.

P. 204 A. quænam hæc eſt deliratio?] Sic habebat. V. C. τίς ὁ λῆρος οὗ τος.

Ibid. B. Multò paſſeribus meliores eſtis vos.] Hic B. Matthæi locus ſic legitur apud Cyrillum Græcè; πολλοῦ στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. quamuis communiter in noui Teſtamenti Codicibus legatur πολλῶν.

P. 206 A. non tamen experimento concedunt,] concedunt tranſtuli, quia V. C. habet χαρίζονται. Illuſtriſſ. S. Codex habet ὑχθρίζονται.

Ibid. decrementis quæ lunæ globus ſubit.] V. C. καὶ τοῖς εἰς τὸ μέσον καταδύσεσι σεληνιακοῦ κύκλου.

P. 207. F. & illum ex pleno lumine lunæ recurſum, vel recurſus tempus.] ex V. C. ſic reddidi. Is enim Cod. ſic habet, καὶ τὴν σελήνης ἐκ πανσιφαοῦς αὐτὴν ὁδὸν, ἤγουν τοῦ ὁδοῦ τὸν καιρόν. in extremis verbis variat Illuſtriſſ. Sirleti liber, ἤ τοι τῆς συνόδου τὸν καιρόν.

P. 208 E. Subtiliter.] V. C. ἰσχνῶς. I. S. ἰσχυρῶς.

P. 209 E. Prophetiæ vim.] I. S. Codex, δύναμιν. V. C. δήλωσιν, ſignificationem.

P. 210 c. Atqui Dei vox.] I. S. Cod. ἠθῶν φωνή, morum vox. V. C. ἠ θεοῦ φωνή, Dei vox.

P. 215. B. Laboranti ſimul opem ferre.] V. C. συναλγεῖν. Sed in margine adnotatum erat, συναθλεῖν, quod tranſtuli.

LIBRO SEPTIMO.

Pag. 218. B. per quæ ad præclaram virtutem peruenire quis poſſit.] I. S. Codex habebat. δι᾽ ὧν αὖ γένοιτό τις, τῆς μὲν ἀρετῆς ἐν κύκλῳ καλῷ. κύκλῳ, ſubditiciam vocem puto. Solet enim Cyrillus ſic loqui ἐν καλῷ εἶναι, vel γενέσθαι. Præterea V. C. habet, τῆς μὲν ἀρετῆς ἐν καλῷ, &c. vt ſolet etiam Cyrillus dicere, ἐν βεβαίῳ τῆς ἀρετῆς.

P. 220 c. vt probe ſit confirmatus.] Sic verti ex Codice Vat. ἐν βεβαίῳ τῆς ἀρετῆς. nam corrupte legitur in Illuſtriſſ. C. Sirl. Codice, ἐν βίῳ, pro ἐν βεβαίῳ.

P. 226. c. ad obedientiam adigit.] καταναγκάζει.

P. 227. D. à diſtentionibus.) Sic tranſtuli περισπασμὸν, vocem qua Salomon in Eccleſiaſte ſæpius vtitur, & beatus Hieronymus in eodem libro aſſerit diſtentio-

nem à Latino interprete dictam fuiſſe.

Ibid. itaque Beatus Paulus de iis qui non adhuc crediderant, inquit.) I. S. Cod. habebat, οὕπω. Sed melius V. C. οὕτω. quod ſecuti ſumus.

P. 236 E. Quod à quodam ſapienter eſt dictum.) mendum videtur eſſe in cod. I. S. vbi legitur ὑπὸ θεοῦ, pro eo quod eſt ὑπό τινος, à quodam, vt eſt in V. C.

P. 237. B. Quid verò in iis abſurdi eſt?) Sic habet Cardinalis Sirleti Codex, τί τὸ ἄποπον. quid obſcuritatis ineſt.

P. 242. E. Spiritus ſanctus nondum erat.] Sic omnes Codices Cyrilli habent quos vidi. tamen C. V. inſtrumenti noui adiunctum habet δεδομένον, vt Latini patres legunt, præcipue Auguſt. Sin illa lectio recipienda eſt ſine verbo δεδομένον, de operationibus Spiritus ſancti illis admirabilibus accipiendum eſt, non de perſona & ſubſiſtentia Spiritus ſancti, quæ Patri & Filio coæterna eſt.

P. 251. c. Quid violent.) καταπημαίνοιεν. Sic V. C. Sed Codex I. S. καταμιαίνοιεν, adulterent.

LIBRO OCTAVO.

Pag. 259 A. Non abſurde figurantur.] V. C. ὑποτυπουμένους. I. S. ὑποζωνουμένους.

P. 262 D. & biformes mores vitare. Illuſt. S. Cod. τρόπον, vnde tranſtuli mores. V. C. τόκον, biformem partum.

P. 265 c. Vides igitur vt Lex, &c.) Hæc ſententia ſic eſt in Græco, ὁρᾷς τὸ αἴνιγμα, καὶ οἱονεί πως ἡμῖν ἐκ παραδείγματος ἐναργεστάτου πρὸς τὸ δεῖν διαστείχειν τὸν ἐπὶ τοῖσδε λόγον.

P. 267 D. Vinea enim ac ſegete, &c.) & hanc ſententiam ad hunc modum habet V. C. ἀμπελῶνος γὰρ ἤγουν ληΐου τυχὸν, καὶ ἀναμίξεις ἑκάστου τῶν καθ' ἡμᾶς νοουμένων βελτίστων ἡμιώτερον ἡ ψυχή.

P. 270 B. eò tendat quò expedit.) I. S. Codex νευέτω πρὸς τὸ συμφέρειν. V. C. ἀεὶ ἴτω πρὸς τὸ συμφέρειν.

Ibid. c. & qui diſſidebat, vincat offenſionis memoriam.) I. S. Codex, καὶ ἔστω λύπης ἀμείνων ὁ διαφορεῖς. in V. C. deerat extremum verbum; ὁ διαφορεῖς.

P. 272 B. & ecce omnia proſperè cedent vobis.] καὶ ἰδοὺ ἅπαντα εὔοδα ὑμῖν ἐστίν. Sic legit Cyrill. locum Lucæ 11. vbi Græci Cod. ferè habent, καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστίν. & Latini. Et ecce omnia munda ſunt vobis.

Ibid. c. & ſi oleas collegeris.] I. S. C. ἐλαιολογήσῃς. V. C. ἐὰν δὲ ἐλαίας ἀλοήσῃς.

P. 275 A. Ad benignitatis ſemitas inducit.] V. C. τρίβους. I. S. Codex, τόπους.

Ibid. B. adeò etiam iis cedere.] Emendatè legebatur hæc ſententia in V. C. κατακελευθῆναι δὲ οὕτω καὶ φέρειν τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἀθυμίας, ὡς καὶ ὀργῆς ὁρᾶσθαι κρείττονας. in I. S. corruptè.

P. 278 E. quia non eſt frater tuus. Oportet enim nos, &c.] & hæc ſententia non niſi in V. C. emendatè legebatur, ſic. δεῖ γὰρ ἡμᾶς τὸ κτῆνος λατρεύειν παρὰ τὸν κτήσαντα θεὸν ἱέντας ἀπωστέον, τοῖς τῆς ἀληθείας προσκλίνεσθαι λόγοις.

P. 284. A. Quod vitare turpe eſt.] emendatè. V. C. ὁ παραιτεῖσθαι ψόγος.

Ibid. D. Eſt enim probitas, &c.] V. C. τὸ ἀγαθόν. I. S. τὸ ἀληθὲς, veritas.

Ibid. E. Nam qui tædium.) I. S. corruptè legebat ἀδικίας, cùm legendum ſit ἀηδίας, vt legit V. C.

P. 285 D. id eſt, intimum præcepti fructum.] καρπὸν habet V. C. Sed I. S. σκοπὸν, ſcopum.

LIBRO NONO.

Pag. 250 B. Nam cùm per virum ſapientiſſimum, &c.] Hunc locum ſic habet V. C. παραδεδεγμένοις γὰρ ἡμῖν διὰ τοῦ πανσόφου μωϋσέως τῆς ἀληθείας τοὺς τύπους, ἐν αὐτῇ κατὰ καιροὺς ἐπιλαμψάσῃ ἡ ἀλήθεια, τουτέστι χριστός.

P. 301 E. Surculi detracti ſunt.] Non placet quod eſt in I. S. Codice ἐξήρτηνται. vera lectio eſt quam habet V. C. ἐξήρηνται.

P. 304. C. Scriptum eſt de Beſeleel, qui patre quidem erat Vria, ſed de tribu Dan.] mirum quomodo de tribu Dan fuiſſe dicat Beſeleel, quem Scriptura manifeſtè dicit fuiſſe de tribu Iuda. Socium verò eius Eliab de tribu Dan.

Ibid D. Sed illud culturæ legalis altare, &c.] Obſcurior locus, quem ſic reddidi ex I. S. C. in quo legitur, τῆς δὲ κατὰ νόμον λατρείας τὸ θυσιαστήριον παροξυσμοῦ καὶ ἀντιλογίας, καὶ ἦν οὕτως εἰπεῖν λοιπὸν ἀντάρσεως τῆς καθ' ἱερέως τοῦ μεγάλου γεγενημένης οἰονείπως ὑπόμνημα καὶ παραφώνησις ἐν αὐτῇ κείμενον τῇ κατασκευῇ μυστικῶς καὶ οἰκονομικῶς σημαίνεται.

Ibid. E. Cauſáque contradicendi eſt illis hoc altare, &c.] in Græco eſt, καὶ ἀντιλέγεται διὰ τοῦτο τὸ κατὰ νόμον θυσιαστήριον.

P. 306 D. Deinde velum quoddam in quatuor columnis expanſum.] corruptè legebatur in I. S. Cod. τύποις, cùm ſit legendum στύλοις, vt habet V. C.

P. 307. C. Dei enim, qui natura Deus eſt, &c.] Græcè ſic leguntur hæc verba, Θεοῦ γὰρ φύσει λόγος τε καὶ τόπος ὁ περιπωδίσταλος τὸ πίεσμά τε καὶ ἄνω πάντως ζητητοῦ.

P. 308. Ita ad interioris tabernaculi bonorum, &c.] corrupte legebatur in Cod. Græco. I. S. εἰ ἴδμεν τε οὕτω πρὸς αἴσθησιν τῶν ἔσω σκηνῆς ἀγαθῶν ἤτοι τοὺς τῶν θείων χρησμάτων διανομῆς. nam legendum puto ἴμεν, vt à me tranſlatum eſt, pergimus.

LIBRO DECIMO.

P. 344. 345. Putat B. hic Pater aliud fuiſſe lucernam, aliud candelabrum: ac lucernam quidem in priore tabernaculo fuiſſe, candelabrum in interiore ac ſecundo tabernaculo. ídeoq; colligere videtur ex varia dictione Græca. Nam Exodi 25. præcipit Deus fieri λυχνίαν, candelabrum. cap. verò 27. iubet καίεσθαι λύχνον, accendi lucernam.

P. 347. D. Vſque ad tempus correctionis impoſitæ.] legit B. Cyrillus B. Pauli locum ad Hebræos 9. ſic, δικαιώματα σαρκὸς μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. vt etiam V. C. noui Teſtamenti legit.

P. 372. C. Iam enim Scriptura, &c.] mendoſus erat hoc loco lib. Illuſt. S. vt puto. Sic enim habebat, περιπίπτει γὰρ ἡμᾶς καὶ ἐξ ἑτέρων εὐθὺς ἐνεισδύει λόγος. Recte habebat V. C. ἐμποδεῖ γὰρ ἡμᾶς, &c.

LIBRO VNDECIMO.

Pag. 377. A. Et Moſaïcis mandatis mordicus adhæreſcunt.) Sic V. C. ἀπηρτημένοι. at I. S. καθεξισμένοι.

P. 382. C. (Sculpturæ) Illuſtriſſ. Sirleti σφίγμαι. Sed V. C. meliùs, γλυφαί.

P. 383. E. Et honor regis iudicium diligere.] Sic legit Cyrillus, κρίσιν ἀγαπᾶν.

in Pſalm. 98. cùm Codices omnes Pſalmorum quos videre potui habeant, κρίσιν ἀγαπᾷ.

P. 385. A. (Amethyſus.) Communiter vocatur Amethyſtus. Sed Cod. quo vſus ſum habebat ἀμέθυσος. Etiam in hac parte fidelis eſſe volui, neque quicquam mutare: præſertim cùm μέθυσος apud Græcos dicatur ebrius, & fieri potuerit vt ab hoc nomine compoſitum ſit ἀμέθυσος.

P. 386. D. (vt eſt manifeſtè dictum.) Non placuit quod erat in Codice I. S. σοφῶς, ſapienter. & melius putaui σαφῶς, quod erat in V. C.

P. 387 D. eodem quoque modo malum granatum.] in I. S. C. erat, τὸ χρῶμα τῆς ῥοᾶς. rectius cenſui τὸ χρῆμα τῆς ῥοᾶς, vt habebat V. C.

P. 397. D. & tanquam ſummo loco, &c.] V. C. καὶ ὡς ἐν μοίρᾳ τῇ λοιάδι. corruptè habebat. Illuſt. Sirl. Cod. ὡς ἐν μοίρᾳ δηλούσῃ.

P. 405 B. Vides hominem, &c.) Græca verba ſic habebant in C. V. ὁρᾷς ὅτι δὲ ἀπώλλυτο διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἔφυ. καὶ ὁ θάνατος δικτῦς εἰς γοητείαν ἀλλοτριώσει ἐν χερσῶν διὰ μεθοχῆς τοῦ πνεύματος. quæ verba mihi non videntur mendo vacare.

P. 408. E. ex animo abradens, &c.) etiam hic locus parùm integer mihi videtur, Verba Græca V. C. ſic habent, καθάπερ ἵνα τεχνῶν ὀνύχων ἀποκείρων ἐκ νοὸς τῶν ἐμφύτων καὶ ἐν ἡμῖν σφικτῶν κινημάτων τὴν ἀκαθαρσίαν.

P. 409 D. minimè prorſus id quidem) πολλοῦ γε, καὶ δεῖ. Demoſthenica loquendi forma.

LIBRO DVODECIMO.

Pag 413. B. Singula tanquam generatim repetentes.) Codex Illuſtriſſ. Sirleti ἀνὰ μέρος ὡς ἐν εἴδει ἀναλαμβάνοντες. V. C. ἀναλαμβάνοντες.

P. 414. A. (exultat.) vterque Codex & V. & I. S. habebat ἐπαγγέλλεται, profitetur. mihi mendum eſt viſum, & veram lectionem putaui, ἐπαγάλλεται, exultat.

Ibid. B. Hiſtoriæ rudiorem ſenſum prætermittamus.) Codex I. S. δὲ τῆς ἱστορίας ἀποτρέχοντες παχύ, hoc extremum verbum legitur in V. C. παχύ. ideóque verti, rudiorem ſenſum. Sed ne illa quidem I. S. Codicis lectio diſplicet.

P. 419 E. Spiritali debilitate laborarent.) mendum ineſſe Codicibus tam Illuſtriſſ. Sirl. quàm Vaticano putaui: ille enim habet, ἐπορίαι, hic, ἐμπειρίαι. veram lectionem puto, πηρείαι, debilitatem verti.

P. 424 C. & idonei qui ad eam accedant.) V. C. καὶ προσάγειν τοῦτο διαπρέπειν ὅροις τι. in hoc extremo verbo mendum ineſſe puto, ac legendum οἷοί τι. idonei.

P. 426. E. eiuſmodi anima concito gradu ad ſtatum priorem redeat.) V. C. δρομαῖον ποιεῖσθαι πρὸς τὴν ἐν ἀρχαῖς τὸ βάδισμα. legendum puto, πρὸς δὲ ἐν ἀρχαῖς, ad priorem ſtatum.

P. 427. D. Scribarum & Phariſæorum verbis acquieuit. V. C. προσοίσει λόγοις. puto legendum, προσοντίθη.

P. 428. E. Erat igitur neceſſe vt Deo conſecraretur quod quiſpiam obtuliſſet.) & hic locus corruptus eſt in V. C. in quo ſic legitur, ἦν οὖν ἀναγκαῖον καθιερῶσθαι θεῷ δὲ, ἀπὸ τοῦ προσκομισθέντος, τὸν ἑκάστῳ πρέποντα νόμον. Puto autem ita emendare legi poſſe, τί ἀπὸ τοῦ προσκομισθέντος. vt ſit, Erat igitur neceſſe vt Deo conſecraretur aliquid de eo quod quiſpiam obtuliſſet.

P. 440. C. Subtilémque animaduerſionem, &c.) V. C. καὶ δὲ ἄγαν ἰσχυὸν εἰς ἀσφάλειαν ἱεροπρεπῆ.

P. 441 B. porrigitur autem hæc lex in ſempiternum.) corrupte in exemplari I. S. legebatur, ὀνόματος, cùm legendum ſit, ὁ νόμος, vt eſt in V. C.

P. 448. D. Agere cœpiſſet, quæcunque tanquam dona oblata eſſent.) Codex I. S. ὅσα προσείεσιν ἐν δωροφορίας τάξει προσωνομασμένα. V. C. ὅσα πρόσεισιν. ego puto legendum, ὅσα ἀφιεῖν.

LIBRO TERTIODECIMO.

Pag. 473. B. Fructus laborum tuorum comedes) Καρποὺς τῶν πόνων σου φάγεσαι. in Pſalmo. 127. legitur, τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι. non modò ordine inuerſo legit hic Pater, verùm etiam καρποὺς alia ſignificatione accepit, non pro palmis ac manibus, ſed pro fructibus.

P. 474. C. Atqui moleſtum & graue erat, qui ſacrificare vellent, &c.) V. C. ſic habet. Καὶ τί τὸ ἐνταῦθα σκληρὸν καὶ δύσκολον, τοὺς θύειν ἐθέλοντας ἀπαρχὴν σίτου καὶ μὴν καὶ ἐλαίου καὶ οἴνου, τοσαύτην δύνασθαι διαχρημίσασθαι. Illa prima verba καὶ τί, legenda putaui, καὶ τοι ἐνταῦθα, vnde reddidi Atqui.

P. 476 D. Sed potiùs quod legiſlator decreuit, &c.) Locus hic emendatè legebatur in V. C. ad hunc modum. ἀποκομίζει δὲ μᾶλλον εἰς τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν ἀδεκάστως ἀφηγούμενον, καὶ δικαιοσύνης ὑπάρχων ἄριστος βραβευτής. Itaque ſic Latine vertendum putaui, ſed potiùs id quod Legiſlator decreuit, incorrupte interpretando, ad rectam viam perducit.

LIBRO QVARTODECIMO.

Pag. 484. E. (Eſaü nati.) Neque Ammonitæ fuerunt, neque ea gens ex Eſaü genus ducebat.

P. 486. C. & inſidioſos mores in id transfert, &c.] Græca verba ſic habent, καὶ τὸν τῆς ἐπιβουλῆς ἀναθεῖσα τρόπον πρὸς τὸ διαφέρειν εἶδος.

P. 492. B. Qui ad temperantis laudes fortiter currunt.] fortiter dixi quod in Græco legebatur γενικῶς. vt puto, corruptè, pro γενναίως.

P. 494 E. Si crimine laborat quod coargui non poteſt.] ὅταν ἐλέγχων ἐρήμην ὑπομείνῃ γραφήν.

P. 505. B. (Κνώδαλα.) Videtur etymon huius vocis indicare, Κνώδαλα, inquit, ἤγουν ἕτερον τι παρὰ τοῦτο εἶναι. eò quòd aliud quiddam præter hoc ſint. κινεῖσθαι ἐν τῇ ἁλί. vel quòd cubent in mari, vel quod in eo moueantur.

Ibid. C. Lex igitur mundos ducit eos, &c.] Corrupte legebatur in I. S. Codice καθορίζει. recte V. C. καθαρίζει, mundat; ſeu mundos ducit ac iudicat.

P. 509 C. Libentiſſimè autem de nocte.] In Cod. I. S. ἥκιστα legebatur. Sed vt puto malè, & ἥδιστα verum eſſe putaui, ideóque verti, libentiſſimè.

P. 510. B. Si quis frater, nominatus vel fornicator aut auarus.] nominatus idem eſt ac ſi dixiſſet, notus, famoſus, publicus. vt declarat B. Auguſtinus lib. de fide & operibus cap. 2. & ſic pater accipit.

P. 516 B. Quicquam ſupra me eminet in domo hac.) Optimè legit Cyrillus textum Lxx. Geneſ. cap. 39. καὶ οὐχ ὑπερέχει ἐν τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ οὐδὲν ἐμοῦ. alij malè, καὶ οὐχ ὑπάρχει.

LIBRO QVINTODECIMO.

Pag. 520. A. Ad ea verò quæ fidem perſpicuam habent, &c.] τὸ δὲ οἷς ἂν ἐπιτυπ σαφὴς καὶ ἐναργὴς ἡ πίστις, &c.

P. 522 B. & quod vi coactum perfectè iam exectum eſt.] Sic legebatur in V.C. καὶ ὃ εἰς εὐνούχους ἢ δὴ τέλειον ἀναγκαῖον ἔχει πάθος. fortè melius legeretur, καὶ ὃ εἰς εὐνούχους ἤδη τελῶν. & qui ex eunuchorum numero neceſſitate cogente vitiati ſunt.

P. 533 D. Triſte quiddam ſit & expers odoris.] tam in V. C. quem in I. S. legebatur ἄκοσμον. Sed vt puto mendosè, cùm ſit legendum ἄοσμον expers odoris.

P. 534 A. Neque continuò obtulerint, eiuſque rei negligentia ad culpam obliuionis peruenerit.] καὶ ὃ μὴ παραχρῆμα προσκομίσαιεν, καὶ ὃ ῥᾴθυμον ἐν τούτοις λήθης ἔγκλημα παθεῖν, διακαθαίρει πάλιν.

P. 535. D. Igitur ſi offenſis fratribus facto ſatisfecerimus, &c.] ἐκ κοινοῦ τοῖς λελυπημένοις τῶν ἀδελφῶν διὰ πραγμάτων ἀπολογούμενοι.

P. 536 A. Eos quos læſimus reconciliando.] θεραπεύοντες τοὺς ἠδικημένους.

Ibid. Gracilitas quædam vocis.] alludit ad ἰσχνομυθίαν Moyſi, vt ſæpe.

P. 537. C. Itaque beatus Petrus de Chriſto ſcribit, Qui peccata noſtra obtulit, &c.] Variant hoc loco exemplaria. V. C. habet B. Petrus. I. S. habet B. Paulus. vt etiam libro ſextodecimo fol. 561. D. & item 575. B. primam B. Petri epiſtolam B. Paulo tribuit. quod miror, neque cauſam ſcio. nam obliuioni tribuere non ſinit conſtans citatio atque adſcriptio.

P. 551. D. Qui ex inſito in natura motu tanquam ex fonte manat.] Καὶ πηγὴν ἔχουσα τὴν ἔμφυτον κίνησιν.

P. 553 C. Sanctuarium non ingredietur] ἁγιαστήριον habet V. C. & ſic citat B. Auguſtinus. cæterùm I. S. Cod. habet θυσιαστήριον, non ſatis recte vt puto.

LIBRO SEXTODECIMO.

Pag. 569 A. Minor eſt capra, quàm ouis.] V. C. μείων γὰρ ἐκ προβάτου. malè. Codex I. S. μείων γὰρ αἲξ προβάτου.

P. 573. Donum quod ex me eſt tibi proderit.] poſui vt in noſtra Latina interpretatione habetur. Cæterùm aliter intellexiſſe videtur quàm noſtra Latina editio habeat. nam is hoc modo intellexit, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, τοῦτο δῶρόν ἐστι, καὶ τῷ θεῷ δεδωρημένον. vt, donum, ſit vice prædicati, quod ex me tibi proderit, vice ſubiecti: quodcunque ex me tibi prodeſſe poteſt, id Dei donum eſt ac Deo conſecraui. quo ſenſu adimendum eſſet verbum, eſt, ſicque legendum, Donum, quod ex me tibi proderit.

P. 575 B. Nam quod infirmum ſit vas.] Et hoc loco primam B. Petri epiſtolam ex qua hoc teſtimonium profert, B. Paulo adſcribit, vt in aliis locis aduertimus: quod idem facit paulò inferiùs fol. 218.

P. 599 C. Cyrillus. Si enim, &c.] In omnibus codd. quos videre potui, locus hic corruptus erat, & αἰαυζαπόδιδως. verum quod citat ex Michea, dilata viduitatem tuam, omnes Cyrilli Codd. habent χηρείας, viduitatem, neque illi ſolùm, ſed etiam Codex Var. bibliorum, ille probatiſſimus, etſi Hieronymus legat ξυρείας decaluationem, aut detonſionem.

P. 584 B. & tondebit qui vouit.] In Cyrilli Cod. erat ἡγιασμένος. Sed vera lectio Lxx. quæ etiam eſt in probatiſſimo V. C. bibliorum, eſt ηὐγμένος, qui vouit.

P. 587 E. Scis enim videlicet eorum ſalutem, &c.] Corrupte habebatur in

V. Cod. διεπύθου δήπου τῶν ἐν ἀγγείαις ἐπὶ τὴν σωτήριον ζηφὴν ὥσπερ ἰδίας ὀνομάζοντας τοῦ χῦ. puto legendum τῶν ἐν ἀγγείαις ἐπὶ τὴν σωτηρίαν, ζηφὴν ὥσπερ ἰδίαν, &c.

Pag. 589 A. Sin abnuerint illi, &c.] ἀποφάσκουσι δὲ, καὶ τὸ αἰτιᾶσθαι δεῖν ἀμφοτέρων ἀποιέμαιν. Sic habent exemplaria. verum puto legendum ἀποιέμαι.

LIBRO DECIMOSEPTIMO.

Pag. 603 B. Magna quidem valde eſt hiſtoriæ huius ratio,] πολὺς μὲν δὴ λίαν τῆς ἱστορίας ὁ λόγος.

Pag. 607 E. E veſtigio nos illum ſequimur.] V. Cod. κατόπιν εἵμεθα εὐθὺς ἱερουργοῦντες διὰ θύματα θεῷ καὶ πατρί.

P. 613. E. Illud improbum atque vitioſum.] Cod. Vat. & I. S. habebant κατεψευσμένον. puto emendari oportere, κατεψογμένον. improbum tranſtuli. qui error etiam paulò inferiùs repetitur. Sed ibi V. Cod. habet κατεψῆχθαι.

P. 621. C. Ij ſuo interitu pœnas luent, &c.] ὄλεθρος μὲν ἡ δίκη, τὸ δὲ ἐν πολυτὶ γενέσθαι κακῷ, πολύ τε τι καὶ πλήρως ἀποκείσεται.

FINIS.

LOCA SCRIPTVRÆ A CYRILLO IN HOC OPERE CITATA,

in quibus erat dignum aliquid quod adnotaretur.

LIBRO PRIMO.

PAG. 23. E. Vanitas enim eſt reuera huius vitæ diſtentio.) diſtentionis vocabulo vſus ſum vt Scripturæ vocem retinerem, quæ ex antiqua LXX. interpretum editione in Eccleſiaſte legitur capite primo, [Hanc diſtentionem peſſimam dedit Deus filiis hominum, &c.] Græce LXX. & Theodotion περισπασμὸν tranſtulerunt, Symmachus ἀσχολίαν, occupationem. eadem voce vſus ſum, fol. 34.

P. 24. C. Et comederunt antequam irent cubitum.] Hæc verba [antequam irent cubitum] ab imperito librario puto adiecta fuiſſe, non à Cyrillo poſita. nam & ineptum ſenſum faciunt, & manifeſte ad ſequentia pertinent, vt & in Hebraicis libris eſt, & in vulgata editione. & dudum in Græcis veteris Teſtamenti libris nos ipſi correximus, atque diſtinximus, ἔπιεν αὐτοῖς καὶ ἔφαγον, deinde ex alio principio: περὶ τοῦ κοιμηθῆναι δὲ, &c. nolui tamen quicquam immutare, vt fidem interpretis ſeruarem.

P. 28. A. Dei fortes à terra vehementer eleuati ſunt.] Hunc locum Pſalmi 46. ſic tranſtuli, quia ſic illum Cyrillus legit, & diſtinguit, & interpretatur, cæterum quod, Dei fortes dixit; id omnes Græci, non modo Cyrilli, ſed etiam veteris Teſtamenti Cod. habent, ſed hi diſtinctione variant: nam aliqui ſic diſtinguunt, οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς, fortes terræ, vt ſit, Dei fortes terræ; aliqui ſic, τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ. deinde, τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. Dei fortes, à terra vehementer eleuati ſunt, hanc diſtinctionem ſequitur B. Cyrillus, vt apparet non modo ex hoc loco, ſed etiam ex aliis nonnullis. priorem illam retinuit Pſalterij Latinus interpres, quam non modo non improbo, ſed etiam magis probo. nam & cum Hebræo magis congruit, & eam ceteri interpretes tenuerunt. Sed ſi illam hoc loco poſuiſſem, totam Auctoris ſententiam perturbaſſem, atque obſcuraſſem, quod interpres eiuſdem Auctoris in Euangelium B. Ioannis, lib. xi. cap. 29. fecit, vbi Cyrillus eodem modo verba Pſalmi diſtinguit & interpretatur.

Ibidem. Sed cum attuliſſet ad eos Baruch Ieremiæ verba.] Et nuper Concilium Tridentinum, & fere omnes Patres tum Latini tum Græci Canonicum librum fatentur, quod ſi qui illum pro Ieremia citant, & illi adſcribunt, vt Athanaſius in Synopſi & Auguſtinus libro contra Fauſtum 12. cap. 43. & de Ciuitate Dei libro 18. cap. 33. & B. Ambroſius cum alibi tum libro primo de fide cap. 2. & de Pœnitentia primo, cap. 8. & B. Ioannes Conſtantinopolit. in Pſalm. 147.

hoc ideo dixerunt, quia à Ieremia dictatum, à Baruch exceptum putarunt, vt manifeſte apparet in his Cyrilli verbis, qui verba Ieremiæ à Baruch allata dicit. Latina etiam Eccleſia ſic cenſuit, cum in Sabbati ſancti ſolemni officio lectiones de quatuor maioribus Prophetis legendas publice ſanxit, & pro Ieremiæ libro è prophetia Baruch lectionem poſuit. Audi Iſrael mandata vitæ, &c.

LIBRO SECVNDO.

Pag. 57 B. Et vbi ego ſum, illic & miniſter meus ſit.] ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔστω. ſic legit Cyrillus. non enim prædicentis, ſed iubentis verba eſſe intellexit, vt apparet. Sic in libris Cyrilli Græcis ſcriptum inueni. neque tamen alteram lectionem improbandam puto, quæ & in impreſſis omnibus Græcis noui Teſtamenti libris, & in editione Latina inuenitur, illic & miniſter meus erit. Sed etiam hanc Cyrilli lectionem probauerunt Latini Patres, cum illam publice in Eccleſiis decantandam cenſuerint, vt apparet in Breuiario Romano, in Communi vnius Martyris antiphona ad Laudes quarta eam Cyrillus in aliis quoque libris hoc modo citat, vt in Commentariis in Ioannem lib. 4. cap. 28.

P. 65 D. Omnis gloria filiæ regis Eſebon.] Mirum quomodo Cyrillus ſic legat, quomodo etiam legitur in Vaticano Teſtamenti veteris codice. itaque non temere id factum puto, ſed eum interpretem, qui Heſbon Hebræam vocem reliquit, puto ſic in aliquo Hebræo codice legiſſe, quod alij codd. & fere omnes hoc tempore habent mſbetſoth, neque vero illi codd. qui legunt ἐξ ἐννοιῶν è cogitationibus, vt B. Hieronymus in aliquibus ſe legiſſe teſtatur, aliud in Hebræo legiſſe interpretem demonſtrant, quam Heſebon. ea enim Hebræa vox ἔννοιαι reuera ſignificat. ceterum quod ait Cyrillus ſignificare ἔσωθεν, id non Heſebon ſignificat, ſed vox, quæ præceſſit, penima.

LIBRO TERTIO.

Pag 84 C. Dei fortes, à terra vehementer eleuati ſunt.] Iam de hoc loco Pſal. 74. dictum eſt in iis, quæ in primo libro animaduertenda duximus.

Pag. 85 C. Extende manum tuam ad mare, & ſicca illud] Græci cod. Cyrilli habebant ξήρανον αὐτὴν, ſicca illud, vt tranſtulimus. Sed Biblia Græca omnia ῥῆξον αὐτὴν, ſcinde ſeu perrumpe illud.

Pag 96 C. Et auxit Salomon altare poſtea, quia exiguum erat prius.] Hæc verba neque in Hebræo, neque in editione Latina ſunt. habent ea tamen LXX. ſed quiddam ſimile habetur tertio Regum cap 8. prope finem. vnde puto LXX. ſumpſiſſe, aut ex vetuſta traditione adieciſſe.

Pag. 99 C. Quoniam debet in ſpe arans arare, & triturans in ſpe participandi.) Multa loca ſunt in antiquorum Græcorum Patrum libris de ſcripturis prolata, quæ cum editione Latina Teſtamenti noui conueniant magis quam cum iis Græcis, quæ circumferuntur. velut hic locus eſt. cum enim vulgati codd. Græci habeant, ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ἀροτριῶν ἀροτριᾶν, καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, quoniam in ſpe debet arans arare, & triturans ſpei ſuæ particips eſſe, Cyrillus cum Latina editione congruentius, ὅτι ὀφείλει ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν, καὶ ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν, & qui arat in ſpe participandi, ſeu fructus percipiendi. ſic quarto etiam citat, fol. 130 C. ex quo apparet quam temere à nonnullis Latina editio reprehendatur, quæ è Græcis libris præ-

ſtantiſſimis, & emendatiſſimis in Latinam linguam tranſlata eſt. eandem lectionem ſequitur B. Auguſtinus in Ioannem tract. 10.

P. 100 E. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.] Sic habet Latina vulgata editio Teſtamenti noui. ceterum nonnulli Cyrilli codd. Græci habebant, impleuiſtis, πληρώσατε. nolui autem quicquam de conſueta Latina lectione mutare, cum eſſent etiam qui haberent, ἐπληρώσατε; quamuis altera lectio ad Cyrilli ſententiam commodiſſima ſit.

LIBRO QVARTO.

Pag. 108 C. Ad hæc omnia ſumentes ſcutum fidei.] Locus hic qui eſt in epiſt. ad Epheſios cap. 6. duobus modis à Patribus legitur, vno modo, ἐν πᾶσι in omnibus, quomodo tranſtulit vulgatus interpres, & legitur in Græco Vaticano Teſtamenti noui codice, quomodo etiam legit Methodius martyr apud Epiphanium, & Nazianzenus in oratione præſente Gregorio Nyſſeno. Altera lectio eſt quam ſequitur Cyrillus, & vulgati Græci codd. ἐπὶ πᾶσι, quæ lectio eam ſententiam poteſt habere poſt omnia arma, quæ ſumenda dixi, ſumite tanquam nouiſſimam armaturam ſcutum fidei.

Pag. 108 C. Si quinque modo ibi eſſent pij atque probi homines.] Græce eſt, εἰ πέντε τινὲς εἶεν ἐν αὐτῇ ὅσιοι καὶ ἀγαθοί. Paulo aliter accepit atque in Geneſi cap. 18. poſitum ſit. non enim ſi quinque fuerint viri iuſti in Sodomis, ideo reliquis condonaturum ſe dixit Deus, ſed ſi à quinquaginta quinque defuerint. Sed ad id quod efficere vult Cyrillus id parui refert. Satis enim habuit ex hoc loco illud probare propter iuſtorum merita, quamuis longe pauciorum peccatoribus licet multo pluribus pœnas condonari.

P. 118 C. Iam perfecti eſtis. ſine nobis regnaſtis.] Sic legit hunc B. Pauli locum Cyrillus, ἤδη τετελειωμένοι ἐστέ. χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε. quod in ceteris Græcis eſt, ἤδη κεκορεσμένοι ἐστέ. Iam ſaturati eſtis.

P. 126 D. Benedicti nos à Domino.] ἡμᾶς proculdubio legit. eamque lectionem adhuc multi impreſſi codd. habent, & Vat. cod. ſed vulgata Latina editio verius, Benedicti vos. vt etiam Hebræus codex habet. ac facile fuit in Græco ex ὑμᾶς facere ἡμᾶς, propter vocis ſimilitudinem.

P. 139 D. Omnia poſſum in eo qui me confortat Chriſto.] Et in 5. lib. huius operis ad hunc modum citat, fol. 148 B. vt impreſſi cod. Teſtam. noui Græci habent. Latina editio non habet, Chriſto.

LIBRO QVINTO.

Pag. 158 E. Omnes traham ad me ipſum.] Sic Cyrillus legit, hoc loco, & lib. 10. bis, & 11. & Ignatius in epiſt. ad Smyrnenſes. Latinus interpres, Omnia.

P. 184 E. Vos ex patre veſtro diabolo eſtis.] Vocem, veſtro, editio Vulgata non habet. ne Græcus quidem Vaticanus Teſtamenti noui codex. Sed quia erat in Græco Cyrilli codice, illam poſui, præſertim, quia & alij Græci Patres ſic legunt, vt Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 1.

Pag. 204 c. Multo paſſeribus meliores eſtis vos.] Expreſſi quomodo Græcus Cyrilli codex habebat, πολλοῦ στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. alteram lectionem minime improbo, multis paſſeribus, &c. quæ in pleriſque Græcis inuenitur, πολλῶν στρουθίων, &c.

P 212 C. Quod autem his abundantius eſt, à Diabolo eſt.] Cyrilli liber ſic habet, τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί. At libri fere omnes Græci habent in B. Matthæi Euangelio, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστί, aut igitur ſic legit vt poſuimus, aut τὸν πονηρὸν Diabolum intellexit,

LIBRO SEPTIMO.

Pag 238 A. Munus quod ex me tibi proderit.] Vt Cyrilli expoſitio cum B. Matthæi loco citato conueniret, neceſſe fuit vt verbum, eſt, eximeremus, & cum in Latino ſit, Munus quodcúque eſt ex me, tibi proderit, fecimus, Munus, quodcunque ex me tibi proderit. Vt autem Cyrilli expoſitio clarior fiat, animaduertendum eſt in Græco ſic legi, δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Vbi illud intelligendum eſt, nomen δῶρον munus, cum ſine articulo ἐστί, prædicati locum, quamuis ordine prius collocatum ſit, tenere. deinde quæ ſequuntur, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, quodcunque ex me tibi proderit. vice ſubiecti eſſe. itaque ſi quis velit propoſitionem totam & enunciatum ſimplici ordine proferre, ſic dicet, Quodcunque ex me tibi proderit, id totum eſt munus, hoc eſt, quodcunque ex meis rebus in tuam vtilitatem ſumpſeris, id munus ac Deo conſecratum eſt: itaque de ſacris rebus fraudas, & Sacrilegium committis, ſi quid inde in tuos vſus acceperis. Eodem quoque modo hunc locum exponit B. Ambroſius lib. 8. in Euangelium B. Lucæ, Cum, inquit, petat aliquid ad ſumptum egens pater aut mater à filio, quia legem timens, excuſationem non dandi requirit, dicere ſolet, munus eſt, quod ex me tibi proderit: vt dicatam Deo pecuniam pater religioſus accipere formidet. Eodem quoque modo Cyrillus hunc locum exponit libro huius operis ſextodecimo.

Pag. 242 E. Spiritus ſanctus nondum erat, quia Ieſus nondum erat glorificatus.] Hoc eodem modo citatur hic locus lib. 9. huius operis, Latina editio habet, Spiritus non dum erat datus, &c. quam etiam lectionem libenter amplector ac veneror. Sed volui transferre, quod Cyrillus habebat in Græco. neque vero alium ſenſum debet aut poteſt habere hæc lectio, quam habeat editio Latina. non enim de Spiritus ſancti perſona aut eſſentia intelligi poteſt, alioqui quomodo nondum ante Chriſti glorificationem Spiritus ſanctus erat, qui, teſte Gabriele, in illius incarnatione in Virgine ſuperuenerat? Sed verba pro loci ratione intelligenda ſunt. dixerat Dominus, de ventre credentium in ſe fore vt flumina aquæ viuæ profluerent. declarauit Euangeliſta mox quid illæ aquæ, quidve profluentia flumina eſſent, Hoc autem, inquit, de Spiritu dixit, quem accepturi erant credentes in eum. Si igitur flumina de ventre profluentia, linguarum prædicationiſque donum accipitur, non Spiritus ſancti eſſentia, (neque enim de hominum cordibus Spiritus ſanctus flueret, abſit,) & Spiritus vocatur eiuſmodi fluminum de corde fluentium redundantia, quæ nondum erat, quia nondum Ieſus erat glorificatus· cum igitur Spiritus nondum eſſe dicitur, eiuſmodi linguarum donum nondum eſſe, recte intelligitur. neque vero ſolus eſt in hac lectione Cyrillus, nam ſic ante illum legit Dionyſius Alexandrinus in Epiſtola contra Paulum Samoſatenum, & B. Ioannes Chryſoſtomus Hom. in Euangelium S. Ioan. 50. vbi tamen ait ſubaudiendum eſſe, datus. quem ſequitur Theophylactus & Euthymius. Latinam editionem citat Ambroſius libro de Dominicæ incarnationis Sacramento, cap 6. eamque confirmat Vaticanus noui Teſtamenti Codex antiquiſſimus, in quo ſic legitur, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα

ἅγιον

ἅγιον δεδομένον ὅτι Ἰησοῦς οὔπω ἐδοξάσθη. Confirmat etiam Auguſtinus pluribus locis. libro de Trinitate quarto, cap. 20. Tractatu in Euangelium B. Ioannis 52. & 63. libro octoginta trium quæſtionum, q. 62.

Pag. 286 B. Similis eſt homini diuiti.] Editio Latina habet, homini Patrifamilias. Græci omnes, quos videre potui, habent, ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, quod cum Latina editione conuenit. crederem Cyrillum non tam verba tenuiſſe, quam ſenſum, niſi viderem etiam libro huius operis decimo ſeptimo 614. c. eandem lectionem ſecutum eſſe, & in Euang. B. Ioannis lib. 3. cap. 34. & lib. 9. cap. 23. vbi tamen interpres poſuit paterfamilias, cum tamen è conſequentibus verbis agnoſcatur Cyrillum ſcripſiſſe, diuitem. quod idem fecit lib. 10. cap. 19. hoc eo accuratius adnotandum putaui, vt ex eodem charactere formaque teſtimoniorum ſacræ Scripturæ idem auctor horum librorum deprehenderetur.

LIBRO NONO.

Pag. 308 A. Corpus autem aptaſti mihi.] Nunc in editione vulgata Latina legitur, Aures autem perfeciſti mihi. quod ſitne à B. Hieronymo ex recentiori Hebræo emendatum neſcio. præſertim cum in Epiſtola ad Suniam & Fretellam nihil de hoc loco dixerit. non autem puto illas fœminas cum in rebus multo minoris momenti adeo diligentes fuerint, hunc locum neglecturas fuiſſe, ſi illum in Pſalterio à B. Hieronymo emendato aliter legiſſent, quam eſſet in LXX. præſertim cum illum ab Apoſtolo ſic citatum viderent, vt illi verterant. Igitur ad hunc modum & Apoſtolus, vt dixi, citat, & omnes libri Græci habent, & Patres omnes tam Latini, (de vetuſtioribus loquor) quam Græci vtuntur. quod autem nunc habet Vulgata editio, ex aliorum recentiorum interpretum tranſlatione manauit, qui tranſtulerunt, ὠτία δὲ κατηρτίσω μοι. Ceterum ne quis Hebræos libros cum legerit, putet male à LXX. verſum eſſe σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. hoc eſt, corpus autem aptaſti mihi, cum in Hebræo ſit אזן כרית לי is admonendus eſt LXX non ſic legiſſe, ſed non multum diſſimilibus litteris alia verba in ſuis Hebraicis cod. habuiſſe in hunc modum, עצם כננה לי Latinis litteris ſimilitudinem indicabo vt potero, qui tranſtulerunt, Aures perfeciſti ſeu fodiſti mihi, hi in Hebræo legerunt, ozen charita li. LXX. vero legerunt, ezzem conantha li. Hæc dixi ne temere LXX. reprehendendos quiſpiam putet, vbi ab Hebraico diſſentire viderit.

P. 309 E. Super omnem qui dicitur Deus, aut quod colitur.] Græci codd. nunc habent ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεόν. Sic etiam legit Cyrillus. Latinus vero Teſtamenti noui interpres legiſſe videtur ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον θεόν. ceterum locus vnde ſumpſit hanc ſententiam Apoſtolus in Daniele eſt, cap. 11. vbi LXX. καὶ μεγαλυνθήσεται ἐπὶ πάντα θεόν. Sed lectionem Latinæ editionis confirmat Irenæus libro tertio, capite 6.

LIBRO DECIMO.

Pag. 330 A. Ita namque nos alloquebatur Paulus dicens, Et vos tanquam lapides viui ſuperædificamini, &c.] Locus proculdubio eſt ex Epiſtola B. Petri prima cap. 2. Cur igitur Paulo tribuit quod Petrus ſcripſit? neque id ſemel, ſed iterum libro 16. Qui prior hunc librum Lugduni impreſſit meo iniuſſu temere ad marginem verba quædam appoſuit, vt totam fere illam editionem

his maculis aſperſit. *Lapſus eſt*, inquit, *memoria beatus hic Pater.* hac tam turpi adnotatione, & aliis etiam impudenter & inſolenter appoſitis permotus ſum, vt denuo hunc librum imperimendum curarem. Ego vero nunquam adduci potero, vt credam errore lapſum & B. hunc patrem Paulo tribuiſſe Petri voces. Sed niſi melius quippiam occurrerit, illud dici poteſt, cum ille aut eius notarius ταχυγράφος P. notam ſolam ſcripſiſſet, antiquarium, qui notas latius ſcribebat parum intelligentem pro Petro, Paulum poſuiſſe. itaque ſi quis error fuit, non Cyrilli, ſed antiquarij fuit. quomodo namque tam turpiter labi Cyrillus potuit, cum pluribus locis primam Petri Epiſtolam ſub nomine Petri citet? malui autem interpretis fidem religioſe præſtare, quam ex meo ingenio quod in Græcis codicibus repereram, immutare.

Pag 346 A. Iuſtificationes carnis vſque ad tempus correctionis impoſitæ.] Sic habebat Cyrilli codex, δικαιώματα σαρκὸς μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα.

P. 350 A. Venit princeps mundi huius, & in me nihil inueniet.] Varie citatus hic locus apud Patres inuenitur. nam aliqui, in me nihil inueniet, vt Cyrillus hoc loco, & Baſilius in Homilia, Quod Deus non ſit auctor malorum, & Ambroſius libro de bono mortis cap. 5. & Auguſtinus libro de Trinitate 13. cap. 14. & in Pſal. 68. & libro de Natura & gratia cap. 24. & lib. 2. de Nuptiis & Concupiſcentia cap. 5. Alij præſenti tempore, nihil inuenit, vt Athanaſius libro de Incarnatione Chriſti, & Epiphanins libro 2. aduerſus hæreſim Manichæi, Ioannes Chryſoſtomus in Commentariis in Ioannem, & in Matthæum Homilia 16 Hieronymus in Ieremiæ cap. 4 & in Pſalmum 50 & 58. Sed editio Vulgata legit, in me non habet quicquam. Ea confirmatur multis Græcis Teſtamenti noui Cod. & nonnunquam à patribus ita profertur. nam ſic legit Baſilius in Pſal. 7. καὶ ἐν ἐμοὶ ἔχει οὐδέν. & Auguſtinus quæſtione in Deuteronomium 55.

P. 359 B. Rurſus indigetis eo qui vos doceat.] Heb. 5. Græci fere omnes Teſtamenti noui Codd. cum editione Vulgata faciunt, τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς, vt vos doceamini. Cyrillus habet, τοῦ διδάσκοντος ὑμᾶς, docente vos.

LIBRO VNDECIMO.

Pag 383 D. Et honor regis iudicium diligere.] Pſal. 98. Singularis eſt in hac lectione Cyrillus. neque enim adhuc apud alium aliquem ſic legi. Omnes enim & codd. veteris Teſtamenti. quos videre potui, & Auctores legunt, καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ. hic addit litterulam ν, & legit, ἀγαπᾷν.

LIBRO DVODECIMO.

Pag. 426 B. Sed attendunt Spiritibus erroris.] 1. Timoth. 4. Cyrillus conuenit cum editione vulgata, non enim legit πνεύμασι πλάνοις Spiritibus ſeductoribus, ſed πνεύμασι πλάνης. ſpiritibus erroris. Tertullianus tamen lectionem Græcam peruulgatam ſequitur, libro de Ieiunio, & auctor libri de Trinitate. Epiphanius vtramque citat libro contra Hæreſes 2. aduerſus Cataphrygas.

P. 439 B. Deo mundoque diuiſa.] Ad verba reſpicit quæ poſita ſunt in

1. ad Corinth. cap. 7. illud autem animaduertendum eſt ex hoc loco intelligi Cyrillum verba illa ſic diſtinxiſſe, vt in editione vulgata Latina diſtinguuntur. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. hanc diſtinctionem hic idem auctor ſeruat libro 6. & Euſebius libro de Demonſtratione Euangelica primo, & Ambroſius fere vbique, vt libro de Viduis cap. 1. Sed in libello ad Virginem lapſam, aliter diſtinguitur quam ſoleat Ambroſius, ex quo vereor ne ſit alterius auctoris, cum ipſa quoque elocutio longe diuerſa ſit. ſeruat etiam Epiphanius aduerſus Hæreſes lib. 2. contra Ieracitas. Alteram diſtinctionem probat Auguſtinus libro de bono coniugali cap. 10. Et diuiſa eſt mulier & virgo, ſeu innupta & virgo. hoc eſt, differunt inter ſe. & libro de ſancta Virginitate cap. 22. & ante Auguſtinum Tertullianus libro de Virginibus velandis, & Hieronymus in Epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.

LIBRO TERTIODECIMO.

Pag. 473 B. Fructus laborum tuorum comedes.] In pſalmo 127. eſt, Labores manuum tuarum quia manducabis. qui ordo & in Græcis exemplaribus, & in Hebræis eſt. Verum in hoc loco Cyrilli inuerſum ordinem legi non modo in exemplari Illuſtriſs. Cardinalis Sirleti, verum etiam in Vaticano. Καρποὺς τῶν πόνων σου φάγεσαι. factum ne id ſit Auctoris conſilio an errore librarij, qui καρποὺς fructus tantummodo ſignificare putaret, non etiam manus, non habeo dicere. illud certe conſtat, veriorem eſſe in hoc loco Latinam editionem.

LIBRO QVARTODECIMO.

Pag. 504 A. Hoc mare magnum, & ſpatioſum.] Quod in Latina editione eſt, & ſpatioſum manibus, χερσὶ non poſuerunt LXX. Sed additum eſt de Theodotionis interpretatione, vt teſtatur B. Hieronymus in Epiſtola ad Suniam & Fretellam. itaque nec Cyrillus legit, neque Augiſtinus. & in antiquo illo Vaticano codice, cum in vetuſtiore ſcriptura non eſſet, recentiore manu ſub aſteriſco poſitum eſt. certe nunquam LXX. εὐρύχωρος χερσὶ interpretati ſunt, ſed vbique vnica dictione contenti fuerunt, εὐρύχωρος.

P. 510 A. Si quis frater nominatus vel fornicator aut auarus.] Videtur hoc loco Cyrillus expoſitionem afferre, quæ cum interpretatione Latina maxime congruat, ea ſic habet, Si quis frater nominatus inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, &c. itaque legit in Græco ſic, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος ἢ πλεονέκτης, &c. non ᾖ πόρνος. ſed quod inueni in Græco codice mutare nolui. Altera expoſitio placuit Auguſtino, vt verbum, nominatus, cohæreat cum ſequentibus, ad hunc modum, Si quis in aliquo horum vitiorum nominatus, hoc eſt notus famoſuſque fuerit. Auguſtinus libro de Fide & operibus, cap 2.

P. 517 B. Ferrum pertranſiit anima eius.] Omnes fere Latini interpretes habent, ferrum pertranſit animam eius. & ſic legit Auguſtinus. Sed Vat. codex & Græci omnes Codd. Teſtamenti veteris habent nominandi caſu. & Ambroſius epiſtola ſeptima, & libro de interpellatione Dauid, cap. 8. & certe hæc lectio magis cum Hebræa conuenit.

LIBRO SEXTODECIMO.

Pag 561 C. Scribit enim Paulus de Chriſto, Qui peccata noſtra pertulit, &c.] Ex Petri Epiſtola prima locus eſt. & antiquarij ſeu καλλιγράφου error fuit, qui notam Π à notario poſitam, Paulum ſignificare putauit. Idem error eſt fol. 575.

Pag. 565 A. Diuiſos autem eſſe eos, qui matrimonio iuncti ſunt, &c.] Vide lib. XII. quæ adnotata ſunt ad fol. 439.

FINIS.

IN LIBRVM DE

ADORATIONE IN SPIRITV ET VERITATE DIVERSÆ LECTIONES.

PAG. 4 E 1. νενόμισται Cod. Illuſtriſs. D. de Harlay Maclonienſ. Epiſcopi. νενομισμένον.

Pag. 5 D 6. ἀμυδροτέρον pro ἀμυδροτέρων.

Pag. 7 διαβλέποντος Cod. Har. διαβλέποντες.

Ibid. E 1. ἐπὶ Cod. Har. ἐπεί.

Pag. 11 D 4. αὐτοῦ Cod. Harl. αὐτῷ.

Pag. 15 A 8. ἀλσῶν Cod. Harl. ὀρῶν.

Pag. 17 A. B. 1. πατέρων Cod. Harl. πατέρας.

Pag 18 C 1. εἰ καὶ σοι Cod. Harl. καὶ εἰ σοὶ παραινῶ. Ibid. deeſt in Cod. Harl. Ibid. παρ' ἡμῖν pro παρ' ἡμῶν C. H.

Pag. 19 A 2. ἐπ' ἀμπέλῳ pro ὑπ' ἀμπέλῳ Cod. Har. Ibid B. ἔμφυτος γὰρ, καὶ Cod. Har. addit ἔμφυτος μὲν γὰρ, καί. Ibid. D. προσκαίρων τε καὶ Cod. Har tollitur τε. Ibid. τρυφὴ μὲν Cod. Har. tollit μέν. Ib. E. προσχωρήσωμεν Har Cod. προσχωρήσομεν.

Pag. 20 A 2. ψυχική τε καὶ σωματικὴ γένοιτ' ἄν. ψυχικὴ γένοιτ' ἄν tantum in Cod. Har.

Pag. 21 D 1. καὶ ἀπαρεπτὴς C. Har. καὶ ἐκπαρεπτής.

Pag. 22 A 1. καὶ ἐξ ἀμαθίας Cod. Har. ἀμαθίας. Ibid. B. καὶ ἐξῆλθον pro καὶ ἦλθον Cod. Har. Ibid. πορευθῆναι vacat in Cod. Har.

Pag. 24 B 1. ἦλθον δὲ δύο ἄγγελοι Cod. Har. οἱ δύο. Ibid. C 1. πρὸ τοῦ κοιμηθῆναι Cod. Har. pro πρὸς τὸ κοιμηθῆναι. Ibid. ὧν δὲ ἐπ' αὐτοῦ ἔπολις C. Har. ὧν δὲ ἔπολις. Ibid. D. 1. ἐν αὐταῖς προσοίσεται C. Har. ἐν αὐτοῖς προσοίσεται Cod. Har. Ibid. E 1. προαναφαιρεῖ C. Har. προσαναφαιρεῖ.

Pag. 27 C. hæc verba τὸ εἶναι νωθρόν τε καὶ ἀδρανὲς, εἰς τὸ δεῖν ἐπίστασθαι τοῦ κακοῦ σφαλερόν τε καὶ ἐπιζήμιον. ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ Φράσον ὅπως. ΚΥΡΙΛΛΟΣ deſunt in Cod. Har.

Pag. 28 A 2. ἀπηλλαγμένη Cod. Har. ἀπηλλαγμένην. Ibid. C 2. ὁ ἐλιπάρει C. Har. ὁ δὲ ἐλιπάρει.

Pag 33 A 4. συνδιαπαίρειν C. Har. συναπαίρειν.

Pag. 37 A 1. καταχομιζόντων τὸν ὀφθαλμὸν C. Har. καταχομιζόντων προσαγμοῦ τὸν ὀφθαλμόν. Ibid. A 2. τὰ σαρκὸς ἄδεια Cod. Har. τῆς σαρκός. Ibid. B. ἀνάπειθ' C. Har. ἀναπείθει. Ibid. B 6. ταῖς ἐπὶ τοιοῖσδε λέγων ἐπιθυμίας C. Har. ταῖς ἐπὶ τοιοῖσδε λέγων ἐπιθυμίαις. Ibid. B 8. συντάξεων C. Har. συντάξεως. C. H. Ibid. C 1. ὕφασεν γὰρ C. Har.

ἔφασκον γάρ. Ib. 6 ἑώρων οὖν C Har. ἑώρων δέ. Ib 6 D. ἐπηγγείλαντο γὰρ C. H. ἐπαγγέλλονται δέ.

Pag. 39 E 2. ἡμῶν προθυμίας C. Har. ἡμῖν. Ibid. D 4. καλῶς ἐν Μωσῇ. C. Har. καλῶς ὡς Μωσῇ Ibid. 8 ἐκβεβηκότες C. Har. ἐκβεβληκότες.

Pag. 43 E 3. ἐπαρθέντων, Cod. Har. ἀπαρθέντων.

Pag. 44 B. τὸ ποιεῖν C. Har. τὸ ποιόν τι.

Pag. 47 B 9. ἀναπέμπειν Cod. Har. αἰαπέμπειν.

Pag. 53 E 6. τὸ γὰρ ἐν σοὶ σημαινόμενοι pro τὸ δὲ σοὶ κατασημαίνεσθαι Cod. Har.

Pag. 54 B 2. τὸ σημεῖον Cod. Har. τὸ μεῖον.

Pag. 55 A 5 κεχάρισται ὁ Θεὸς Cod. Har. κεχρημάτισται ὁ Θεός. Ibid D 2. ἆρ' οὖν οὐχὶ ταῖς Cod. Har. tollit οὐχί Ibid. 3. δυσφορίαις C. Har. δορυφορίαις. Ibid. 9. ὁρᾶσθαι, ὁρᾶται Cod. Har Ibid. C 6. ὑπεσχέθη C. Har. ὑπεσχέθησαν.

Pag. 62 A 8 φωτίζειν. C. Har. φωτίζει Cod. Har Ibid. B 6. τοῖς γράμμασι Cod. Har. τὸ γράμμα. Ibid. D 2. ῥήμασι C. Har. γράμμασι. Ibid. 6. εἰσφέροντα vacat in C. Har.

Pag. 63 B. 2. ἔσονται pro ἔσται Cod. Har. Ibid. E 4. δύνασθαι τοῦ Θεοῦ C. Har. δύνασθαι πρὸς Θεόν.

Pag. 64 D 2. αἴω C. Har. αἰώνια.

Pag. 65 A 3. ἢ ἐχρῆν C. Har. ἢ χρή. Ibid. B 9. πρὸ αὐτῆς C. Har. πρὸς αὐτῇ. Ibid. D 9. περιστερᾶς Cod Har. περιστερά.

Pag. 66 E 4. οἴκαποι C. Har. οἰκοδομοι.

Pag. 67 D 5. περπνὸν C. Har. τέρπνον. Ibid. F. τρυφῆς C. Har. τροφῆς.

Pag. 69 B 5. χορὸς τῆς Μωσέως ſcribe τῆς Μωσέως χορόν. Ita Cod. Har. Ibid. E 6. καλὸς vacat in Cod. Har.

Pag. 70 A 6. εἰ καί. del. καὶ Cod. Har. Ibid. B 5. αἰτεῖν C. Har. ἐξῆν. Ibid. 8. οὖν C Har. δέ. Ibid. E 8 τοῖς δυσὶ σημείοις C. Har. delet. δυσί.

Pag. 72 C 3. καρδία C. Har. κοιλία.

Pag. 79 E 9. ὁρισθέντα νόμον, τὸ γὰρ Χριστοῦ μυστήριον. deſunt hæc in Cod. Har.

Pag. 80 B 1 τοῦ γράμματι Cod. Har. τὸ γράμματι.

P 83 E 2. ὡς ἐν μέρει τῇ πέμπτῃ deſunt hæc in Cod. Har.

P. 89 A 5. ὁ πάντων δεσπότης deſunt hæc in Cod Har. Ibid. D 7. τὸ χρῆμα C. Har. χρῆμα.

P. 91 B 4 Poſt καὶ τὴν ἔχθραν deſunt ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ τὸν νόμον in Cod. Har. Ibid. D 9. κατεφίλησαν C. Har. ἐφίλησαν tantum.

P. 94 C 8 τοῦ γαμβροῦ Cod Har τοῦ λαοῦ Cod. Har.

P. 96 A 3 περὶ τῷ ἄλλῳ C. Har. παρὰ τῷ ἄλλῳ. Ib B 3. κατὰ τὸ ῥῆμα C. Har. κατὰ τὸν λόγον.

P. 97 E. ἐν Χριστῷ καὶ Cod Har. τε καί.

P. 99 D 4 νοήσουσιν vacat in Cod Harl.

P. 100 A 1. ἱεραπεύσαντος. ἱεροδούλου Cod. Har. Ibid 8. προσεπιδεῖσθαι Cod. Har. προσδεῖσθαι.

P. 103 B 6. κατέπηξε Cod. Har. κατέσμηξε.

P. 107 B 9. Τὸ δὲ ἤδη Cod. Har pro τὸ δὲ δή. Ibid. C. τίσι C. Har. τίσιν αὖ.

P. 108 6 ποιεῖν. non legitur in Cod. Har. Ibid 10. ὑπεναντιάζουσι pro ὑπεναντιάζουσαι Cod Har. Ibid E 4 καταβαίνουσι Cod. Har. μεταβαίνουσι.

P 110 C 3 μὲν ἄμεινον C. Har. μὲν οὖν.

P. 111 A 7. ἀπεύχεσθαι Cod Har ἀπεύχεται.

P 112 C 6. καὶ ἄκακος deeſt in Cod. Har.

P 113 ἠγόρευσε C. Har. ἠγόρευσα. Ibid. B 8. καὶ ἔμφρονα C Har. ἔμφρονι.

Pag. 130 D 5 καὶ πάντα τὰ ἔξωθεν αὐτοῦ. non leguntur in Cod. Har. Ibid. B 10. αὐτοῦ delet Cod. Har. Ibid. E 1 ἤγαγεν Cod. Har. προσήγαγεν. Ibid. E 5.

καὶ δοκιμώτατον C. Har. τε καὶ μαχιμώτατον.

Pag. 125 C 10. τοῦ ἡμίσεως αὐτοῦ C. Har. τὸ ἥμισυ.

P. 126 B. νομοθετοῦντα C. Har. θεσμοθετοῦντα.

Pag. 127 E 5. τῆς δ' ἑτέρας & ſequentia vſque ad pag. 131. lit. B. num. 2. non leguntur in Cod. Har. reperuntur autem ſuperiores 2. lin.

P. 132 B ἔχοντες C. Har. ἔχοντας.

Pag. 133 D 4. μὴν non leg. Cod. Har. 6. τὸν πόνον τῶν καρπῶν C. Har. τοὺς καρποὺς τῶν πόνων.

P. 135 C 9. ἐν ἀρετῇ Cod. Har. addit ante has voces particulam ὡς.

P. 136 B 6. ἐν κακίᾳ νηπιάζον pro ὡς ἐν κακίᾳ νήπιον Cod. Har.

Pag. 137 A 5. πλόυτων C. Har. πλούτως. Ibid. C 3 πάντα omittit Cod. Har. Ibid. E 2. ἀδελφιδοῦς C. Har. ἀδελφός. Ibid. 3. τετρακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ C. Har. ὀκτωκαίδεκα καὶ τετρακοσίους. Ibid. 6. τὴν νύκτα. Cod. Har. ὅλην τὴν νύκ. Ibid. E 10. ἀδελφιδοῦν Cod. Har. ἀδελφόν.

Pag. 139 6. λαβεῖν ἑλεῖν Cod. Har Ibid. ἀπώμνυτο C. Har ἀπόμνυται.

P. 140 E 7. ἐν ἑαυτοῦ νόμου Cod. Har. ἐν νόμῳ. v. vlt. ἀλλὰ μὴν οὕτω γε καὶ ἡγούμενοι πάντα ζημίαν εἶ) hæc non leg in Cod. Har.

Pag. 141 B 2 ἱερουργεῖσθαι C. Har. ἱερᾶσθαι.

Pag 143 C 5. προςταττόντος C. Har. προςτάντος. Ibid. E 8. κεκράξατε πρὸς κύριον C. Har. κεκράξετε.

Pag. 144 B 6. ἔλαβε φησὶν pro ἔλαβεν. Cod. Har.

Pag. 145 B 1. ὑπόκειται C. Har. ὑπόκειται. Ibid. D 7. πᾶς ὁ λαός, ἀλλ' ὡσεὶ Cod. Har. πρὸς αὐτὸν ἀλλ' ὡς. Ibid. 10. ὡσεὶ pro ὡς Cod. Har.

P. 146 A 9. πρὸς δ' C. Har. πρὸς δή.

P. 146 D 10 πεντηκοντα δίδραχμα hæc non ſcrib. Cod. Har.

P. 147 B 3: ἑψῆσαι Cod Har. ἕψεται.

P. 148 A 8 ἀμελητήτως Cod Har ἀπαμελήτως. Ibid. 8. καὶ ἔσται ὅταν εἰςίοις, Cod. Har. καὶ ἔσται ἐν τῷ εἰςιέναι

P 149 E 4 μὲν non legitur in Cod. Har.

P. 150 B. ὥστε τὴν αὐτὴν non legitur in Cod. Har. Ib. C 1. καθέλκει καὶ non leg. in Cod. Har.

Pag 151 A 2. ἦλθον C. Har. ἦλθεν. Ibid. C 10. ὀξιςῶντες C. Har. ὀξιςῶσι Ibid. D 7. Poſt partic. ὅτι legitur in Cod. Har. δυνατοί.

Pag. 152. δ' leg. ἄγαν Cod. Har. Ibid. C 6. δι' αὐτὸ ὅτι Cod. Har. delet ὅτι.

Pag. 153 A 5. τὸ ἐν γνώσει Cod. Har. τὸ ὡς ἐν γνώσει. Ibid. B 2. νικήσας Cod. Har. συνοικήσας Ita legiſſe videtur Agell.

P. 155 D 7. αὐτὸν C. Har. αὐτούς.

P. 152 B 2. ἕως ἡ σελήνη τὴν νύκτα hæc non leg. Cod. Har. Ibid. C 6. προςβαδίζοντα Cod. Har. προςβιβάζοντα. Ibid. E 7. ἔχοντες Cod. Har. ἔχοντας.

P. 160 B. φαυλότητι Cod. Har. λαμπρότητι. Ibid. D 8. ὀρθῶς C. Har. ὀρθοῖς. Ibid. 9. δακρύει δάκρυσι Cod. Har.

P. 161 C 6. λαὸν Cod. Har. λοιπόν. Ibid 8. τῷ δὲ pro τούτῳ Cod. Har. Ibid. D 2. φάγεσθε φάγετε Cod. Har. Ibid. 7. ἕως εἴκοσι ἡμέρας non leg. in Cod. Har. Ibid. E 5. τῶν λίαν non hab. Cod. Har.

Pag. 162 A 3. ἐπ' αὐτὸν C. Har. ἐπ' αὐτοῖς.

Pag. 164 C 2 λελαμπρυσμένοις C. Har. λελαμπρυσμένον. Ibid. 6. ἀνιόντος C. Har. addit ἐν Χριστῷ. Ibid. 7. τοῦ θέλειν C. Har. τὸ θέλειν.

Pag. 165 A 2. ἐνδίκοις, ἐνδίκως C. Har.

Pag. 165. αὔξησιν C. Har. αὐτὴν. Ibid. C 3. δυνηθῇ non legitur in Cod. Har. Ib. E. ἄρχοντες non ſcribit Cod. Har.

Pag. 166 A 2. πρὸς βοῤῥᾶν C. Har. non habet πρὸς. Ibid. C 2. πεπλημμελημένον Cod. Har. add. τε.

Pag. 167 E 1. διὰ δὲ pro διὰ τοῦ C. Har. γάμοις, νόμοις C. Har.

Pag 168 D 6. μετὰ μέντοι Cod. Har. Ibid. E 4. ὅλως non legitur in Cod. Har.

Pag. 170 A 4. ἄλλοις Cod. Har. ἀλλήλοις.

Pag. 177 v. 4. καὶ γὰρ οὐχ ὅτι ἐόν τι τῶν Cod. Har. καὶ γὰρ οὐχὶ τῶν. Ibid. v. 43. καὶ πίνων δὲ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Cod. Har. καὶ πίνων τὸ Χριστοῦ.

Pag. 178 v. 1. εὐλογίαν C. Har. Ibid. v. συζητοῦντες vterque codex.

Pag. 185 v. 29. αὐτὴν Cod. Har. αὐτοῖς.

Pag. 186 v. 13. ἐπεσήρειστο Cod. Har. ἐπήρτηστο.

C quod velit, motus ei eſt concreditus. Liber enim eſt Deus, ad cuius imaginem formatus eſt. Ita ſiquidem, neque aliter, laudem conſequi poterat, quàm ſi voluntarius cerneretur virtutis operator: operúmque puritatem, tanquam mentis fructum ederet, non veluti naturalis neceſſitatis effectum, quæ extra id, quod bonum eſt, eum ferri non ſineret, etiamſi id quod tale non eſt, facere vellet. Adeptus igitur eſt initio homo libe-
D rum atque expeditum ad quamuis rem agendam, mentis motum: cæterùm draconis impoſturis, ad ea, quæ minimè conueniebat, imprudenter eſt abreptus, nullámque planè tranſgreſſionis rationem habuit. Idcircò morte atque interitu multatus eſt; præuidente, vt arbitror, Deo vtilitatem, quæ id, quod acciderat, ſequutura eſſet. Conuerſo enim ſemel ad peccatum
E homine, ipſiúſque naturâ deflexione in vitium laborante, inſtar ferè impurorum ſpirituum, perpetuum in terra malum deprehenſum eſt. Vtiliter itaque inuenta eſt carnis mors, non in abſolutum interitum animal traducens, ſed potiùs in renouationem, atque, vt ita dicamus, tanquam vas quoddam confractum ſuo tempore reficiendum ſeruauit. Quòd enim hoc homini euenturum eſſet, vt interitum ſubiret, nequaquam ignorabat creator; ſed ſciebat ſubſequutu-

ram poſtea mali ſolutionem, & interitus ablationem, reſtitutionémque in melius, ac priſtinorum bonorum receptionem. Sciebat enim quòd mitteret ſuo tempore Filium ſuum in humana forma, qui pro nobis moriturus eſſet, mortiſque imperium aboliturus, vt viuorum ſimul & mortuorum dominetur. Quid enim? Si non omnes crediderunt, certè Saluatorum innumerabilis multitudo, illorum interitum quodammodo eleuabit: eorúmque hac de cauſa dolorem vanum declarabit, tantum non dicens: Prou. 1, 31 „ [Comedunt ſuæ ipſorum viæ fru- „ ctus.] Cùm ipſis ſaluari liceret, ſi voluiſſent, & ea, quibus poſtmodum inuoluti ſunt, damna euitare, Redemptorem non admittunt, hoc eſt, Chriſtum. Si quis enim, amabo, colendæ terræ artifex præſtantiſſimis quibuſque arboribus hortum ſuum impleuerit: deinde verò non omnes damna, quæ diuerſis de cauſis obuenire ſolent, effugiant, nemo, vt arbitror, exiſtimauerit terræ cultorem rectè plantare noluiſſe, neque verò quiſquam, vti opinor, illum reprehenderit; longè enim abeſt: ſiquidem eam quam oportuit ad plantandum curam adhibuit, illæ verò infirmitate laborarunt. An itaque dicemus, præſtitiſſe vt omnino à plantatione ceſſaret, neque generoſiſſimis plantis hortum ſuum connſereret? omnémque in vniuerſum colendæ terræ rationem tollendam, ne aliquibus plantis iam conſertis damnum accidat? Quo pacto verò non abſurdum admodum fuerit, ſi hoc rectè ſe habere cenſeamus? Nequaquam igitur Deum incuſabimus creatorem, qui ortus noſtri auctor fuerit, ſed in nos ipſos potiùs culpam conferemus, qui voluntario damno afficimur, ſi modò rectè iudicare velimus. Quòd enim ſtatim hominem ad exiſtendum traducens, ſciret eum lapſurum in interitum, quódque curationis modos non ignorabat, manifeſtè perſuadet diuinus Paulus ſalutem per Chriſtum, eam quæ eſt velut in præcognitione ſpiritus, teſtificans. Ita enim Timotheo proprio 2. Tim. 1, 8 „ ſuo diſcipulo ſcribit: [Noli itaque „ erubeſcere teſtimonium Domini no- „ ſtri, neque me vinctum illius: ſed „ collabora Euangelio iuxta potentiam „ Dei, qui nos liberauit, & vocauit „ vocatione ſua ſancta, non ſecundùm „ opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum

A του καὶ τῶν ἀτόπων τὴν λύσιν, καὶ τῆς φθορᾶς τὴν ἀναίρεσιν, καὶ εἰς τὸ ἄμεινον ἀνακομιδὴν, καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς ἀγαθῶν τὴν ἀνάληψιν. ᾔδει γὰρ ὅτι πέμψει κατὰ καιροὺς τὸν ἴδιον υἱὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ τεθνηξόμενον ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τοῦ θανάτου καταλύσοντα κράτος, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. τί γάρ; εἰ μὴ πάντες πεπιστεύκασιν, ἀλλ᾽ ἥγε τῶν σεσωσμένων πληθὺς ἀριθμῶν κρείττων ὑπάρχουσα, τῆς ἐκείνων ἀπωλείας οἱονεὶ B κατορχήσεται· καὶ τὸ λυποῦν ἐπ᾽ ἐκείνοις, ἕωλον ἀποφανεῖ, μονονουχὶ λέγουσα [τοιγαροῦν] ἔδονται τῆς ἑαυτῶν ὁδοῦ τοὺς καρπούς. διασώζεσθαι γὰρ ἐξὸν, εἰ βεβούλοιντο, καὶ διαδρᾶναι μὲν τῶν μεταξὺ περιεσδεδυκότων τὰ βλάβη, τὸν λυτρωτὴν οὐ προσοίενται, τουτέστι, Χριστόν. ἆρα γὰρ εἴ τις, εἰπέ μοι, τὰ εἰς γεωπονίαν τεχνίτης, τοῖς τῶν δένδρων εὐφυεστέροις τὸν ἴδιον ἐνεπίμπλη κῆπον· εἶτα μὴ πάντα C διαφυγεῖν τὰ ἐκ διαφόρων αἰτιῶν συμβέβηκε βλάβη· οὐκ ἂν οἴοιτό τις μὴ ὀρθῶς ἑλέσθαι πονεῖν τὸν γεωπονεῖν ᾑρημένον. ἀλλ᾽ οὐκ ἂν, οἶμαι, τις καταμωμήσαιτο. πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ὁ μὲν γὰρ τὴν δέουσαν τῶν πεφυτευμένων ἐποιεῖτο φροντίδα, τὰ δὲ ἠῤῥώστησε τὸ παθεῖν. ἆρ᾽ οὖν ἐροῦμεν ὡς ἦν ἄμεινον τὸ μηδόλως χρῆναί τινας ἰέναι ἐπὶ τὸ γεωπονεῖν· μήτε μὴν τοῖς εὐγενεστάτοις ἐντεθηλέναι φυτοῖς τὸν παράδεισον, ἐᾶν δὲ μᾶλλον ἀνελεῖν D εἰς ἅπαν τῆς φυτουργίας τοὺς τρόπους, ἵνα μὴ ἀδικοῖντο τῶν πεφυτευμένων τινά; καὶ πῶς οὖν οὐκ ἀπόπληκτον κομιδῇ τὸ ὀρθῶς ἔχειν οἴεσθαι ταυτί; οὐκ οὖν οὐκ ἐν δίκῃ γραψόμεθα τὸν δημιουργὸν παρενεγκόντα πρὸς ὕπαρξιν, ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον αἰτιασόμεθα τὴν ἐθελούσιον παθόντες βλάβην, εἴ τι νοῦ καὶ φρενός ἐσμεν ἐν καλῷ. ὅτι γὰρ παρακομί- E ζων εὐθὺς εἰς τὸ εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἐνενόει μὲν ὅτι πεσεῖται εἰς τὴν φθοράν· οὐκ ἠγνόει δὲ καὶ τοὺς τῆς θεραπείας τρόπους, ἀναπείθει σαφῶς ὁ θεσπέσιος Παῦλος τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας τὴν ὡς ἐν προεγνώσει πνεύματος ἀρχαιότητα μαρτυρῶν. ἐπιστέλλει γὰρ οὕτως Τιμοθέῳ τῷ οἰκείῳ μαθητῇ. μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ· ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ ἰδίαν

πρόθεσιν καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων· φανερωθεῖσαν δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἑτέροις δὲ αὖ, οἴδαμεν, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν. οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους B καὶ ἐδόξασεν. ἀκούεις ὅπως δεδόσθαι φησὶ τὴν ἐν Χριστῷ χάριν πρὸ χρόνων αἰωνίων; προεγνῶσθαι δὲ καὶ προωρίσθαι σαφῶς παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τοὺς συμμόρφους ἐσομένους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ; προέγνωστο γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπος· ἐπαμύνετο δὲ καιρῷ τῷ προσήκοντι τῶν ἀρρωστημάτων ἡ λύσις. καὶ μαρτυρήσει πάλιν ὁ Παῦλος, ὧδε γεγραφώς. τῷ δὲ δυναμένῳ ἡμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου, καὶ τὸ κήρυγ- C μα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου. φανερωθέντος νῦν διά τε γραφῶν προφητικῶν κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος, μόνῳ σοφῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τὸν αἰῶνα, Ἀμήν. σεσίγητο μὲν γὰρ τὸ μυστήριον, πεφανέρωτο δὲ νῦν, διά τε νόμου καὶ προφητῶν, κατὰ θέλησιν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ἀνεστοιχειώμεθα καὶ γὰρ ἐν Χριστῷ πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς, ἀνατετραμ- D μένων τῶν μεταξὺ παρεισβεβληκότων ἐξ ἀπάτης διαβολικῆς. ἔφη γὰρ ὧδε πάλιν ὁ Παῦλος περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς, ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει, γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ E πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν αὐτῷ ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ. ἰδοὺ δὴ πάλιν προωρίσμεθα μὲν, κατὰ πρόθεσιν τοῦ πα-

ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſæcularia. Manifeſtata eſt autem nunc in vltimis temporibus per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.] Aliis autem rurſus: [Scimus quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, (Rom. 8.) his qui iuxta propoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit, eoſdem & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filii ſui, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, eoſdem & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, hos, & glorificauit.] Audis quo pacto datam eſſe ait gratiam in Chriſto ante æterna tempora? Præſcitos autem ac præfinitos manifeſtè à Deo & Patre eos, qui conformes futuri erant imagini filii ipſius? Præſcitus enim eſt, vt dixi, Incarnationis modus. Opportuno verò tempore morborum ſolutio adminiſtrata eſt, quod ipſum Paulus rurſum teſtatur, ita ſcribens: [Ei autem (Rom. 16.) qui potens eſt vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundùm reuelationem myſterii, temporibus æternis taciti. Quod nunc patefactum eſt per ſcripturas Prophetarum, ſecundùm præceptum æterni Dei ad obeditionem fidei, in cunctis Gentibus cogniti. Soli ſapienti Deo per Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſæcula, Amen.] Tacitum enim erat myſterium; manifeſtatum autem nunc per legem & Prophetas, iuxta voluntatem Dei ac Patris. Siquidem inſtaurati ſumus in Chriſto ad priſtinum ſtatum, abolitis iis quæ poſtmodum diabolica fraude nobis acciderant. Ita enim rurſum Paulus de omnium noſtrûm Saluatore Chriſto ait: [In quo habemus (Ephes. 1.) redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum ſecundùm diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis, in omni ſapientia & prudentia, vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuę, ſecundùm beneplacitum eius, quod propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis ſunt, & quæ in terra ſunt, in ipſo: in quo etiam & nos ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius, qui operatur omnia iuxta conſilium voluntatis ſuæ, vt ſimus in laudem gloriæ illius nos qui antè ſperauimus in Chriſto.] Ecce rurſus præfiniti quidem ſumus, iuxta propoſitum Pa-

tris, antiquiorem quodammodo etiam ſpem quàm ipſum eſſe, nacti: Deo hoc præſciente, ac propria voluntate, quæ nobis euentura erant, ordinante. Poſtquam enim decepit Adamum initio, & vecordiæ reum ſtatuit peccati inuentor, ad mortem ita traduci contigit, pœnáque in omnes homines peruaſit, veluti ex radice in ramos vitio ſeſe propagante. Regnauit enim ab Adam & vſque ad Moſem. Peccantibus verò in ſimilitudine tranſgreſſionis [illegible] Adam, neceſſariò deinceps prouidit ſuis creaturis rerum opifex, & ſecundam quodammodo nobis generis radicem machinatus eſt, quæ nos ad priſtinam incorruptionem reduceret. Vt quemadmodum nos prima ac terrena imago moriendi neceſſitate inſigniuit, & interitus laqueis inuoluit: ita nobis rurſus ſecundum & poſt illum principium, hoc eſt, Chriſtus, ſimilitudóque cum ipſo per ſpiritum, mortis expertes declaret: & ſicut nos illic inobedientia ad ſupplicium duxit, ita hîc obedientia benedictionis cæleſtis atque paternæ participes efficiat. 1 Cor. 15. 45. [Factus eſt enim, inquit, primus homo Adam in animam viuentem: nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem.] Rurſus autem aliter hoc ipſum nobis declarat, inquiens: Gal 3. 13. [Primus homo de terra terrenus; ſecundus homo, de cælo cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni ſunt: qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur quemadmodum geſtauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.] Et rurſus: Philip. 2. [Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Humiliauit enim ſemetipſum,] ſicut ſcriptum eſt, ſuáque ſponte in noſtra deſcendit vnigenitum Dei Verbum, non vt vnà nobiſcum mortis imperium ſubiret, tranſmittente etiam in ipſum Adamo mortificationem, (ſiquidem ipſe eſt omnia viuificans;) ſed vt ſpeciem morti obnoxiam oſtendens, ad vitam transferret. Idcircò factus eſt caro: atque ita ſapiens Paulus ſcribit: 1. Cor. 15. [Quandoquidem enim per hominem mors, & per hominem etiam reſurrectio à mortuis: & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita etiam in Christo omnes viuificabuntur.] Abſurdum enim

ρας· πρεσβυτέραν δὲ ὥσπερ καὶ τὴν ἐλπίδα τοῦ εἶναι πεπλουτήκαμεν· Θεοῦ τὸ χρῆμα προεγνωκότος, καὶ ἐν ἰδίαις βουλαῖς τὰ ἐφ᾽ ἡμῖν ἑπόμενα καταγράφοντος. ἐπειδὴ γὰρ πεφενάκικε τὸν Ἀδὰμ, καὶ τοῖς τῆς ῥᾳστώνης ἐγκλήμασιν ἐνοχον ἀπέφηνεν ἐν ἀρχαῖς ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρετὴς, καταχομισθῆναί τε οὕτω συνέβη πρὸς θάνατον, διαβέβηκε δὲ εἰς πάντας ἀνθρώπους ἡ δίκη, καθάπερ ἐκ ῥίζης ἐπὶ τὰ ἐξ αὐτῆς ἰόντος τοῦ πάθους. βεβασίλευκε γὰρ ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, λοιπὸν ἀναγκαίως προενόησε τῶν ἰδίων κτισμάτων ὁ δημιουργὸς, καὶ ῥίζαν ἡμῖν ὥσπερ τοῦ γένους ἐμηχανᾶτο δευτέραν, εἰς ἀφθαρσίαν ἡμᾶς τὴν προτέραν ἀναβιβάζουσαν. ἵν᾽ ὥσπερ ἡμᾶς ἡ τοῦ πρώτου τε καὶ ἀπὸ τῆς γῆς ἐχάραξεν εἰκὼν, τὸ ἐκτεθνάναι δεῖν, καὶ τοῖς τῆς φθορᾶς ἐνέδησε βρόχοις· οὕτω πάλιν ἡμῖν ἡ δευτέρα καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἀρχὴ, τουτέστι, Χριστὸς, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν ὁμοίωσις, διὰ πνεύματος τὸ ἀνώλεθρον ἐνσημαίνηται· καὶ ὥσπερ ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ, τὸ δυστηχὸν τῆς τιμωρίας ὑπενήνοχεν, οὕτως ἐν τούτῳ τὸ εἰκτικὸν καὶ τὸ εἰς ἅπαν εὐπειθὲς, εὐλογίας τῆς ἄνωθεν καὶ παρὰ πατρὸς ἀποφαίνῃ μετεσχηκότας. ἐγένετο γὰρ, φησὶν, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. καὶ πάλιν ἑτέρως ἡμῖν αὐτὸ διεσάφει, λέγων. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί. καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. καὶ αὖθις· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. τεταπείνωκε γὰρ ἑαυτὸν, καθὰ γέγραπται· καθίκετο δὲ καὶ ἐθελοντὴς ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, οὐχ ἵνα μεθ᾽ ἡμῶν βασιλεύηται τῷ θανάτῳ, παραπέμποντος τοῦ Ἀδὰμ, καὶ εἰς αὐτὸν τὴν νέκρωσιν· ἐπειδὴ ἐστὶν αὐτὸς ὁ τὰ πάντα ζωογονῶν· ἀλλ᾽ ἵνα τὸ τῇ φθορᾷ κάτοχον εἶδος ἀποφήνας, μεταστοιχειώσῃ πρὸς ζωήν. ταύτῃ τοι γέγονε σάρξ. οὕτω καὶ ὁ σοφὸς γράφει Παῦλος· ἐπειδὴ γὰρ δι᾽ ἀνθρώπου θάνατος, καὶ δι᾽ ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. καὶ ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. ἀμαθὲς γὰρ

οἶδεν, γηΐνον μὲν ὄντα καὶ ἄνθρωπον τὸν Ἀδὰμ τὸν ἐπ' αὐτῷ γενομένης ἀρᾶς τὴν δύναμιν, καθάπερ τινὰ κλῆρον, διαβάλλοντα φυσικῶς, εἰς ὅλον πέμψαι τὸ γένος. ἄνωθεν δὲ ὄντα καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ Θεὸν κατὰ φύσιν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἐσχηκότα, καὶ δεύτερον ἡμῖν Ἀδὰμ γεγονότα, μὴ οὐχὶ τῆς οἰκείας ζωῆς πλουσίως μετεσχηκότας ἀποφῆναι πάλιν τοὺς οἵπερ ἂν ἕλοιντο τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἐν πίστει μεταλαχεῖν. σύσσωμοι μὲν γὰρ γεγόναμεν αὐτῷ δι' εὐλογίας τῆς μυστικῆς. ἡνώμεθα δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ὅτι τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως γεγόναμεν κοινωνοὶ διὰ τοῦ πνεύματος. ἐναυλίζεται γὰρ ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς, καὶ ὡς ὁ μακάριος Ἰωάννης φησίν· ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. οὐκοῦν αὐτός ἐστιν ἡμῶν ἡ ζωὴ, αὐτὸς ἡ δικαίωσις. γέγραπται δὲ πάλιν· ἄρ' οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Καὶ πάλιν· ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. ἔστι τοίνυν οὐκ ἀσυμφανὲς, ὡς καὶ ἐν Ἀδὰμ τῷ πρώτῳ τὸ ἐπὶ Χριστὸν μυστήριον διεμορφοῦτο τότε, οὐ διά τι τὸ ἴσον ἀπαραλλάκτως ἀνατυπούμενον, ἀλλ' ἑτέρως τε ἔχον καὶ ἐν ἀντιστρόφῳ σχήματι. ὁ μὲν γὰρ ἦν ἀρχὴ τῷ γένει, πρὸς θάνατον, πρὸς ἀρὰν, πρὸς κατάκρισιν. ὁ δὲ πρὸς πᾶν τοὐναντίον, εἰς ζωὴν, εἰς εὐλογίαν, εἰς δικαίωσιν. καὶ ὁ μὲν εἰς σάρκα μίαν ἐδέχετο τὴν γυναῖκα, καὶ διώλωλε δι' αὐτῆς· Χριστὸς δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἑαυτῷ συναπτῶν διὰ τοῦ πνεύματος, ἐκρύεταί τε καὶ ἀνασώζει. καὶ ἀπάτης διαβολικῆς ἀποτελεῖ κρείττονα. τοιγάρτοι καὶ ἀναπείθει βοᾶν· οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. καὶ ὁ μὲν προπάτωρ Ἀδὰμ, ἁμαρτίας ἐπώνιον καὶ παραβάσεως δίκην ἐδέχετο τὴν φθοράν· ἔγκλημα δὲ ἦν ἡ δικαιοσύνη Χριστῷ, κατά γε τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐμβροντησίαν. τοιγάρτοι διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, τιμῇ στεφανοῦται καὶ δόξῃ, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. καὶ τῷ μὲν Ἀδὰμ, μόνα τε καὶ μόλις τὰ ἐπὶ γῆς ὑπετάττετο· Χριστῷ δὲ τὰ πάντα. κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα

A fuerit exiſtimare, è terra quidem factum, atque hominem exiſtentem Adam execrationis, quæ ipſi accidit, vim tanquam hereditatem quandam naturaliter in vniuerſum genus humanum tranſmittere: ſupernum verò ac cœleſtem, & Deum ſecundùm naturã Emmanuelem, noſtrámque ſimilitudinem nactum, ac ſecundum nobis Adam effectum, non etiam perinde vitæ ſuæ participes abunde efficere eos
B qui familiaritatem cum ipſo in fide inire voluerint. Concorporei enim ei facti ſumus per myſticam benedictionem. Vniti autem ſumus etiam alio modo, quia diuinæ ipſius naturæ facti ſumus participes per Spiritum. Inhabitat enim Sanctorum animas, & quemadmodum B. Ioannes ait; [In hoc cognoſcimus quòd in nobis eſt, ex Spiritu quem dedit nobis.] Ipſe igitur eſt noſtra vita, ipſe iuſtificatio. Scriptum autem eſt rurſum: [Igitur ſicut per vnius delictum, in omnes homines in con- 1.Ioan.3. 24
C demnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem vitæ.] Et rurſum: [Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores cõſtituti ſunt multi: ita per obedientiam vnius, iuſti conſtituentur multi. Minimè igitur obſcurũ eſt, quod etiam in primo Adam Chriſti myſterium tunc adumbratum fuit, non per æquale omnino indifferenter figuratum, ſed diuerſimodè ſe habens, & è conuerſo. Ille enim
D fuit principium generi humano ad mortem, maledictionem, & condemnationem: hic verò ad omnia planè contraria, ad vitam, benedictionem, ac iuſtificationem. Atque ille quidem in vnam carnem ſuſcepit mulierem, & per illam interiit: Chriſtus verò Eccleſiam ſibi ipſi conglutinans per ſpiritum, ſaluat ac liberat, & diabolicis fraudibus ſuperiorem efficit. Idcirco etiam clamare ſuadet: [Neque enim ipſius 1.Cor.2. 11.
E cogitationes ignoramus.] Et primus quidem parens Adam peccati mercedem, ac tranſgreſſionis ſuæ pœnam tulit interitum; CHRISTO autem ad peccatum iuſtitia imputabatur, ſecundùm Iudæorum ſtuporem. Idcircò per paſſionẽ mortis honore coronatur & gloria, iuxta beati Pauli vocem. Prætereà primo illi Adam ſola tantummodo ea quæ in terra erant, ſubiecta erant; Chriſto verò omnia. Flectunt enim ipſi genu omnia, cœleſtia, terreſtria atque inferna, & omnis Philip.2. 9.
lingua

omnis lingua confitetur, quòd Dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei Patris, Amen. A

De Cain & Abel.

SVBIECTA quidem fuit hominis natura, veluti in principio generis in Adamo, vt modò dixi, *Morti & Peccato*: redempta autem eſt non aliter quàm per ſolum Chriſtum. Nam ſicut ipſius diſcipulus Act. 4.12. ſcribit: [Non eſt aliud nomen ſub B cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluari.] Oportuit enim eum per quem omnia ortum nacta ſunt, inſtauratorem fieri eorum quæ corrupta erant, vitiúmque ex peccato contractum profligare; quódque malè habebat abolere, atque iis qui per ipſum facti erant, bonum habitum largiter impertiri. Diuinæ enim potentiæ ac virtuti præclarum hoc opus tribuerim, cùm ea quæ non ſunt ad eſſe traducere, tum C ea quæ à recto inculpatóque ſtatu deflexerunt, ad bonum habitum reuocare. Oſtenſus itaque eſt in Adam huius rei typus. Videas autem ipſum nihilo ſecius id in aliis ab ipſo factis deſcribentem. Summatim enim in Chriſto colligit omnia quæ in cælis, & quæ in terra Deus & Pater. & quod ad ea quæ minimè conuenit, lapſum erat, ad primum ſtatum reducit, iis quæ interea acciderant, ipſius ac quidem ſolius in- D teruentu de medio ſublatis, iiſque qui in terra ſunt ad nouitatem creaturæ inſtauratis. Noua enim fit creatura in ipſo, & verus eſt ſermo. Vide itaque etiam in Abel & Cain Chriſti myſterium, per quod etiam ſaluati ſumus. Scriptum igi- Gen. 4.1. tur eſt in Geneſi: [Adam autem cognouit Euam vxorem ſuam, & concipiens peperit Cain, & dixit: Poſſedi hominem per Deum, & addidit parere fratrem eius Abel. E Et fuit Abel paſtor ouium; Cain autem fuit agricola. Et factum eſt, poſt dies obtulit Cain de fructibus terræ ſacrificium Domino, & Abel obtulit & ipſe de primogenitis ouium ſuarum, & de adipibus earum. Et reſpexit Deus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem & ad ſacrificia eius non attendit. Et triſtificauit Cain valdè, & concidit vultus eius.

πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ Κάϊν, καὶ τοῦ Ἄβελ.

ΥΠΕΝΗΝΕΚΤΑΙ μὲν ἡ ἀνθρώπου φύσις, ὡς ἐν ἀρχῇ τοῦ γένους ἐν Ἀδὰμ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, θανάτῳ καὶ ἁμαρτίᾳ· λελύτρωται δὲ οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι διὰ μόνου Χριστοῦ. ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ γέγραφε μαθητὴς, οὐκ ἔστιν ὄνομα ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. ἔδει γὰρ ἔδει τὸν δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν, ἀνακαινιστὴν γενέσθαι τῶν κατεφθαρμένων, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐξελάσασθαι πήρωσιν· καταργῆσαι δὲ τὸ λυποῦν, καὶ τὸ εὖ εἶναι πάλιν δωρήσασθαι πλουσίως τοῖς δι' αὐτοῦ γεγονόσι. δυνάμεως γὰρ τῆς θεοπρεποῦς, καὶ μέντοι καὶ ἐξουσίας, ἴδιον ἂν ἔγωγε λαμπρὰν γενέσθαι κατόρθωσιν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι δυνάσθαι παρενεγκεῖν, καὶ τὰ τοῦ καλῶς τε καὶ ἀλωβήτως ἔχειν ἡμαρτηκότα μονονουχὶ παλινάγρετα πρὸς τὸ εὖ εἶναι καλεῖν. δέδεικται μὲν οὖν ἐν Ἀδὰμ ὁ ἐπὶ τῷδε τύπος. ἴδοι δ' ἄν τις οὐδὲν ἧττον αὐτὸν καὶ ἐν τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγονόσι γραφόμενον. ἀνακεφαλαιοῦται γὰρ ἐν Χριστῷ τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. καὶ τὸ ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν ὀλισθῆσαν, ἀναβιβάζεται πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς, δι' αὐτοῦ δὴ καὶ μόνου τῶν μεταξὺ παραβεβληκότων, οἰχομένων ἤδη πρὸς τὸ μηδὲν, καὶ εἰς καινότητα κτίσεως ἀναστοιχουμένων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. καινὴ γὰρ κτίσις ἐν αὐτῷ, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. ἄθρει δὴ οὖν ἄθρει, καὶ ἐν Ἄβελ τε καὶ Κάϊν, τὸ Χριστοῦ μυστήριον, δι' οὗ καὶ σεσώσμεθα. γέγραπται τοίνυν ἐν τῇ Γενέσει· Ἀδὰμ δὲ ἔγνω Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κάϊν, καὶ εἶπεν· ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ προσέθετο τεκεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἄβελ. καὶ ἐγένετο Ἄβελ ποιμὴν προβάτων. Κάϊν δὲ ἦν ἐργαζόμενος τὴν γῆν. καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, ἤνεγκε Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ κυρίῳ, καὶ Ἄβελ ἤνεγκε καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν. καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχε. καὶ ἐλύπησε τὸν Κάϊν λίαν, καὶ συνέπεσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.

A καὶ εἶπε κύριος ὁ Θεὸς τῷ Κάϊν, ἵνα τί περίλυπος ἐγένου, καὶ ἵνα τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον, πρὸς σὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. καὶ μετ' ὀλίγα. καὶ εἶπε Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διέλθωμεν δὴ εἰς τὸ πεδίον. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. καὶ εἶπε κύριος ὁ Θεὸς πρὸς Κάϊν· ποῦ ἐστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; ὁ δὲ εἶπεν, οὐ γινώσκω· μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελ- B φοῦ μου εἰμὶ ἐγώ; καὶ εἶπεν ὁ Θεός, τί ἐποίησας; φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με ἐκ τῆς γῆς. καὶ νῦν ἐπικατάρατος σὺ ἐπὶ τῆς γῆς, ἣ ἔχανε τὸ στόμα αὐτῆς δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ τῆς χειρός σου. ὅτι ἐργᾷ τὴν γῆν, καὶ οὐ προσθήσει τὴν ἰσχὺν αὐτῆς δοῦναί σοι· στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ εἶπε Κάϊν πρὸς κύριον· μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. καὶ εἰ ἐκβάλλεις με σήμερον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ C ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι, καὶ ἔσομαι στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἔσται, πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. καὶ εἶπεν αὐτῷ κύριος ὁ Θεός. οὐχ οὕτως· πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. καὶ ἔθετο κύριος ὁ Θεὸς σημεῖον τῷ Κάϊν, τοῦ μὴ ἀνελεῖν αὐτὸν πάντα τὸν εὑρίσκοντα αὐτόν. ἐξῆλθε δὲ Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Κάϊν μὲν τοίνυν καὶ μέντοι καὶ Ἄβελ, ἄμφω μὲν ἐγενέσθην ἐξ Ἀδάμ, κλῶνες δὲ ἤστην ὥσπερ τρυφεροί τε καὶ εὐανθεῖς. ῥίζης ἀ- D νίσχοντες ἐν ἀρχαῖς τε καὶ πρώτης. καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐμελέτα τὸ καρπογόνον. καὶ τὸ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι μόλις ἦν ἐν ἀρχῇ τοῦ φαίνεσθαι, καὶ ἐν ἰσχύϊ λοιπόν. ἀλλ' ὁ μὲν Κάϊν προεπήδα χρόνῳ τῷ κατὰ γένεσιν. εἵπετο δὲ καὶ ἦν μετ' αὐτὸν ὁ Ἄβελ. καὶ ἕως μὲν ἤστην ἁπαλοί τε καὶ νέοι, καθάπερ τινὲς νεοττοὶ περιετρέφοντο τοῖς γεγεννηκόσιν. ἐπειδὴ δὲ εἰς ἥβην οἱ νεανίαι ἦλθον, E καὶ λοιπὸν τελειοῦντες ἐν ἀνδράσιν ἐφαίνοντο, πρὸς διαφόρους ἐτράποντο φιλεργίας. καὶ ὁ μὲν Κάϊν ἡσθεὶς, οἶμαί που, χλοηφορούσῃ τῇ γῇ, καὶ πολὺ δὴ λίαν εὔξυλόν τε καὶ εὐερνεστάτην ὁρῶν, καὶ καρποῖς ὡραίοις πεποικιλμένην, δεῖν ᾠήθη ταῖς ἐπιχειρίαις ἀποφαίνειν ἡμερωτέραν, τῶν ὁρωμένων τὴν ὄψιν· καὶ τὰ οἴκοθέν τε καὶ φυσικῶς ἀξιέραστα καὶ αὐτομάτως εἰς τοῦτο ἥκοντα κάλλους διενοεῖτό που, κατά γε τὸ εἰκὸς ὡς εἰ τύχοιεν ἱδρῶτος γεωπονικοῦ,

Et dixit Dominus Deus Cain: Quare triſtis factus es, & quare concidit facies tua? Nonne ſi rectè obtuleris, rectè autem non diuiſeris, peccaſti? quieſce, & ad te conuerſio eius, & tu ipſius dominaberis.] Et paulo poſt: [Et dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, Egrediamur in agrum. Et factum eſt, cùm eſſent in agro, ſurrexit Cain in Abel fratrem ſuum, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Et dixit, Non ſcio. numquid cuſtos fratris mei ſum ego? Et dixit Deus, Quid feciſti hoc? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et nunc maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum ad ſuſcipiendum ſanguinem fratris tui à manu tua. Quoniam operaberis terram, & non addet virtutem ſuam dare tibi; ſuſpirans & tremens eris ſuper terram. Et dixit Cain ad Dominum, Maius delictum meum quàm vt remittatur mihi. Et ſi eiicias me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram. & erit, omnis inueniens me occidet me. Et dixit ei Dominus Deus, Non ſic, omnis qui occiderit Cain, ſeptem vindictas exoluet. Et poſuit Dominus Deus ſignum Cain; vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum. Et egreſſus eſt Cain à facie Dei.] Cain itaque & Abel ambo nati ſunt ex Adam, fuerúntque tanquam duo teneri ac florentes ſurculi, ex vna ac prima radice orti: & in his hominis natura fœcunditatem exercebat, creſcereque ac multiplicari vixdum initio videbatur, & robore augeri. Cæterùm Cain quidem ortus tempore præceſſit. Subſecutus autem eum eſt Abel. ac quamdiu tenelli ac iuuenculi eſſent, inſtar pullorum apud parentes educabantur. Poſtquam verò pubertatis tempus exceſſerunt, & ad virilem ætatem peruenerunt, diuerſis ſtudiis atque operibus ſeſe tradiderunt. Ac Cain quidem, opinor, terræ viriditate delectatus, eámque floridiſſimis arboribus & tempeſtiuis fructibus ornatam videns, ad cultiorem eam cernentium oculis exibendam, ſtudium ſuum conferendum putauit: quæque ex ſe ac ſuapte natura ad amorem ſui prouocabant, ac ſpontaneam illam pulchritudinem præ ſe ferebant, excogitauit; vt, quoad eius fieri poſſet,

agriculturæ beneficio longè præſtantiorem aſpectum ob oculos ponerent. Ruſticam itaque vitam agebat, ſummiſque viribus ad hoc ſtudium enitebatur. Dedit autem ei natura parens hoc in genere ſcientiam, diuináque & ineffabilis lex impreſſit eorum quæ cupiebat cognitionem. Atque hac quidem in re Cain ſtudium ſuum ac laborem impendit. Sapiens verò Abel ligonibus ac falcibus poſthabitis, rei pecuariæ ſtudebat. Adduxerunt verò fortaſſis eum in hanc ſententiam agniculi quidem matribus ſuis argutè ſuccinentes, ac vixdum balantes, mollibúſque ac tenellis pedibus per vernas herbas laſciuientes: nec non capræ balatrices, altiſſima quæque rupium præcipitia nullo negotio perſultantes. Optimo verò iure paſtoralem vitam ſapiens admodum Abel probauit, præexercitamentum quoddam præfecturæ apud homines; id ſibi ſtatuens, atque ita ſe rem habere cenſens. Porrò ſacræ etiam ac diuinitus inſpiratæ Scripturæ, & Græciæ ſapientum conſuetudo eſt, Paſtores populorum vocare eos, qui gentibus aut vrbibus, aut populis ſunt præfecti. Cùm itaque duorum iſtorum iuuenum alter ſe agriculturæ tradidiſſet; alter verò præſtantiori ſtudio, paſtoritio nimirum; temporis progreſſus Caino quidem hortos arboribus denſos, & tempeſtiuis fructibus onuſtos dedit: Abeli autem in innumeram multitudinem, quæ collegerat, produxit. Deinde lex quæ in nobis eſt innatæ Dei notitiæ, eos viros incitauit, ad offerenda omnium creatori atque omnis boni datori Deo, pro acceptis beneficiis, ſacrificia. Tametſi enim corrupta eſt, neque vera eſſe cernitur eorum qui idolis ſeruiunt pernoſcendi ratio, tamen innata quædam ac neceſſaria lex hoc agit, & ſpontanea cognitio excitat, ad ſuperius quid longéque præſtantius quàm res mortalium, hoc eſt, Deum mente concipiendum. Offert itaque ſacer ac ſapientiſſimus Abel optima ac ſeleetiſſima quæque è ſuo grege.

Geneſ. 4. 4.
„ [Obtulit enim, inquit, de primogenitis ouium ſuarum, & de adipibus earum,] hoc eſt preſtantiſſima atque eximia. Et ſacrificii rationis non ignarus, appoſuit adipes.

A ῥᾳδίως ἂν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, τὴν ἀσυγκρίτως προφερεστέραν. ἐσχολάζετο δὴ οὕτω γεωργικοπρεπῶς, καὶ πάντῃ δὴ σθένει χρώμενος, ἀποπεραίνειν ἤθελε τὸν σκοπόν. ἐδίδου δὲ αὐτῷ ἴσως ἡ φύσις τὸ εἰδέναι καὶ ταῦτα, καὶ θεῖος εἰς νοῦν καὶ ἀπόρρητος νόμος ἐνεχάραττέ που τὴν ὧν ἂν ἕλοιτο γνῶσιν. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ὁ Κάϊν σπουδῆς ἠξιοῦτο, καὶ πόνων· Ἄβελ δὲ ὁ σοφὸς τὸν ἐπὶ ξύλοις ἱδρῶτα, καὶ σκαπάνην μὲν εἰς, καὶ μὴν καὶ ἅρπης οὐκ ἀνεχόμενος,
B ἀγέλαις οἰῶν ἐπετρέπετο. παρεκόμιζον δὲ ἴσως εἰς τοῦτο γνώμης αὐτὸν, ἀρνειοὶ μὲν μητράσιν λεπτὸν ὑπηχοῦντες ἔτι, καὶ μόλις ἀναβληχώμενοι, ἁπαλοῖς δὲ καὶ νεοπαγέσι ποσὶν ἀνθηρᾷ πόᾳ βραχὺ διασκαίροντες· καὶ μὴν ἐπὶ τούτῳ καὶ αἱ μηκάδες αἶγες τὰ ὑψηλότατα τῶν πετρῶν ἀμογητὶ διαθρώσκουσαι. ψήφῳ δὲ οἶμαι παγκάλῃ τὴν ποιμενικὴν στεφάνωσιν ἠξίου σοφὸς ὢν ἄγαν, τῆς ἐπ᾽ ἀνθρώποις ἡγεμονίας προμελέτησιν ὥσπερ τινὰ τὸ χρῆ-
C μα τιθεὶς, ὧδέ τε ἔχειν ἡγούμενος. λαῶν ποιμένας τοὺς ἐθνῶν ἢ πόλεων, ἢ δήμων προεστηκότας ὀνομάζειν ἔθος καὶ αὐτῇ τῇ γραφῇ τῇ θεοπνεύστῳ, καὶ τοῖς Ἑλλήνων λογάσιν. ἀπονενευκότοιν δὲ οὕτω τοῖν νεανίαιν· τοῦ μὲν ἐπὶ γεωπονίαν, θατέρου γε μὴν ὡς ἐπί τι τῶν ἀμεινόνων, τὴν ποιμενικὴν, προϊὼν ὁ χρόνος τῷ Κάϊν μὲν δασὺ κομῶντας τοὺς κήπους καὶ καρποῖς ὡραίοις ἐπιδεῖ διαβεβριθεῖς· τῷ δὲ Ἄβελ προήκουσαν εἰς πληθὺν ὡς πλείστην
D ὅσην ἀπετέλει τὰ συναγηγερμένα. εἶτα νόμος ὁ ἐν ἡμῖν τῆς ἐμφύτου θεογνωσίας, ἐκάλει τοὺς ἄνδρας πρὸς τὸ δεῖν ἀνάπτειν τὰ χαριστήρια τῷ πάντων δημιουργῷ, καὶ παντὸς ἡμῖν ἀγαθοῦ δοτῆρι Θεῷ. εἰ γὰρ ἔστι κατεφθαρμένος καὶ οὐκ ἀληθὴς ὁρᾶται τυχὸν ἐν τοῖς εἰδώλων προσκυνηταῖς ὁ τοῦ διειδέναι σκοπὸς, ἀλλ᾽ οὕτω ἔμφυτός τε καὶ ἀναγκαῖος διανύττει νόμος, καὶ αὐτοκέ-
E λευστος ἐγείρει γνῶσις, εἴς γε τὸ χρῆναι νοεῖν τὸ ὑπερτεροῦν, καὶ ἄμεινον ἀσυγκρίτως ἢ καθ᾽ ἡμᾶς, τουτέστι Θεόν. ἄγει δὴ οὕτω ὁ μὲν ἱερός τε καὶ πάνσοφος Ἄβελ τὰ τῆς ἀγέλης ἀπόλεκτα, καὶ ἀριστίνδην ἐκκεκριμένα. ἤνεγκε γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀμνῶν, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν, τουτέστι τὰ προύχοντα καὶ ἐξαίρετα. καὶ τὸν τῆς ἱερουργίας οὐκ ἀγνοήσας τρόπον, προστίθει τὰ στέατα.

Κάϊν δὲ οὐχ οὕτως, πολὺ δὲ λίαν ἀτημελῶς· τὰ μὲν γὰρ ὅτι μάλιστα τῶν ὡραίων ἐκπρεπῆ, ταῖς ἰδίαις ἐχαρίζετο τρυφαῖς, ἐλύπει δὲ τοῖς δευτέροις τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν. Ἐκ τούτου ἐπὶ μὲν τοῖς τοῦ Ἄβελ δώροις πῦρ καθιὲν οὐρανόθεν, δαπανᾷ δὲ παρεσκευασμένα τὰ ἱερώματα, ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ, οὐ προσέσχε, φησίν. οὐ γὰρ τὸ συνήθες ἐπηφίει πῦρ τοῖς προσενηνεγμένοις. ἐντεῦθεν ὁ Κάϊν ἀσιᾶται σφόδρα, καὶ ἀλύει δεινῶς. διδασκόμενος δὲ τῆς ἀποστροφῆς τὴν αἰτίαν, καὶ ψῆφον ἑλόντος τοῦ ἀμείνω τοῦ Ἄβελ, οὐκ ἐτράπετο μᾶλλον πρὸς ἐπανόρθωσιν τῶν διεπταισμένων· εἰς ὀργὰς δὲ ἀκαθέκτους ἀποσαυρούμενος, πρῶτος ἐν ἀνθρώποις τὸν ἀτίθασον ὠδίνει φθόνον· μονονουχὶ δὲ τῆς ἀποστροφῆς ἀμυνόμενος τὸν τῶν ὅλων Θεόν, δόλῳ μέτεισι τὸν τεθαυμασμένον. καὶ νόμον ἐπάτει φιλοστοργίας, διαβολικῆς μὲν φαυλότητος καὶ ἀνοσίων σκεμμάτων ἐκμεμεστωμένον ἔχων τὸν νοῦν· πλαττόμενος δὲ τὸ χρηστὸν εἰς λόγους. διέλθωμεν γάρ, φησίν, εἰς τὸ πεδίον. ἀκούεις ὅπως ἐκάλει μὲν ἐπ᾽ ἀγροὺς ὡς ἐπόπτης ἔσοιτο τῆς ἐπιεικείας αὐτοῦ, καὶ τῆς τῶν ἀνθέων πολυειδοῦς ἀπολαύσοι θέας; ἀνοσιουργεῖται δέ, καὶ πρωτόλειον ὥσπερ τι καὶ ἀπαρχὴν τῷ θανάτῳ δίδωσι τὸν ὅμαιμον, καὶ τῆς εἰς μιαιφονίαν ὁδοῦ τῇ ἀνθρώπου φύσει διδάσκαλος ἦν. διαπυνθανομένου δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ λέγοντος, ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; ψευδοεπεῖ μὲν ὁ δείλαιος, καὶ ἀπαναιπάζει σκληρῶς, τὸ οὐκ οἶδα λέγων. ἐπειδὴ δὲ φονευτὴς ἠλέγχετο, καὶ ὑπενήνεκται ταῖς ἀραῖς, ᾤετο δὲ πάλιν ὅτι τεθνήξεται καὶ αὐτός, καὶ εἰ μὴ βούλοιτο Θεός, καὶ λύσις ἔσται τὸ χρῆμα αὐτῷ τῆς ἐκ Θεοῦ ὀργῆς. ἔφασκε γάρ, εἰ ἐκβάλλεις με σήμερον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι. καὶ ἔσομαι στένων, καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἔσται, πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. ἀλλ᾽ ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως ὑποκείσεται ταῖς ἀραῖς καὶ τῶν οἰκείων ἀνοσιουργημάτων ὑφέξει τὰς δίκας τελεσάθλιον ἐν γῇ διατρίβων βίον, ἐπληροφορεῖτο σαφῶς Θεοῦ λέγοντος· οὐχ οὕτως, ὅτι πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. τὸ δὲ ἑπτὰ τίθησιν ἀντὶ τοῦ πολλά. ὅμοιον οὖν ὡς εἰ λέγοι πολλῶν καὶ ἀνοσίων πλημμελημάτων χαρίζεται δίκην ὁ ἀδελφοκτόνος Κάϊν, ὁ τῆς ἐνσωμάτου ζωῆς ἀνιεὶς αὐτόν. εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν εἶναι λέγειν τὰ ἐκδικούμενα, χαλεπὸν οὐδὲν ἀναμαρτήτως εἰπεῖν, ὅτι πρώτη μὲν ἁμαρτία τῷ Κάϊν,

A Cain verò non item, ſed multo negligentiùs; optimos enim quoſque fructus ſuis vſibus ſeruabat, ſecundis autem ac vilioribus ſupremum Deum honorabat. Ignis itaque cælitus deſcendens Abelis munera abſumpſit. [Ad Cain autem, & ſacrificia eius non attendit,] inquit. Neque enim ſolitus ignis eius ſacrificia inuaſit. Qua de cauſa doluit grauiter, animóque concidit Cain. Cognita verò odii cauſa, & cur Abel prælatus eſſet, non ad culpæ ſuæ corre-
B ctionem potiùs ſe contulit, ſed in impotentem iram proreptus, primus ab hominibus natis indomitæ inuidiæ author fuit, ac tantùm non de diuino odio vindictam ſumens Abelem laude cumulatum dolo circumuenit, mutuique amoris legem infringit, diabolica quidem prauitate impiiſque conſiliis mentem refertam habens; fingens autem bonum verbis. [Egrediamur enim, inquit, in campum.] Audis quo pacto vocarit in agrum, vt ſpectator ſuæ diligentiæ culturæque eſſet, &
C pulcherrimâ florum varietate oculos paſceret? At verò nefandum flagitium committit, ac veluti primitias quaſdam morti fratrem ſuum dicat, humanæque naturæ viam ad homicidium aperit. Interrogante autem Deo ac dicente, [vbi eſt Abel frater tuus?] mentitur miſer, aſperéque obuiam it, [Non ſcio,] inquiens. Poſtquam verò homicidii conuictus eſt, & maledictionibus ſubiectus; exiſtimauit autem rurſum quòd moriturus eſſet etiam ipſe, etiamſi non vellet Deus, quód-
D que hæc futura eſſet diuinæ iræ ſolutio. Dixit enim: [Si eiicies me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram, & erit, omnis inueniens me occidet me.] Cæterùm quòd omnino atque vndequaque maledictionibus ſubiaceret, flagitiorúmque ſuorum pœnas lueret, miſerrimam in terris vitam agens, certiſſimò ſciuit, dicente manifeſtè Deo: [Non ſic, Quia omnis
E qui occiderit Cain, ſeptem vindictas exoluet.] Septem verò ponit pro multis, quaſi dicat: Multorum atque impiorum delictorum fratricidæ Cain pœnam exoluet, qui eius corporalem vitam læſerit. Si quis autem velit ſeptenarium numerum, ea ipſa quorum vindicta ſumitur, dicere, nequaquam errauerit. Primũ enim peccatũ Cain fuit,

Gene. 4. 14.

quòd non rectè partitus fuerit, neque omnium optima Deo conſecrarit. Secundum verò, quòd cognito peccato, pœnitentia ductus non ſit, neque reditu ad melius, peccatum ſuum emendarit, quodque inflammatus fuerit ad iram, proximique ſui gloria irritatus, quem imitari potius par erat, non inimicum cenſere, atque iniquis oculis intueri. Tertium autem, ac veluti aditus quidam ad cædem committendam, crudelis inuidia. Quartum verò, illud, [Egrediamur in campum,] doli ac fraudis argumentum. Quintum, impiæ cædis crimen. Annumerari verò pro ſexto peccato poteſt, mentiri Deo. Pro ſeptimo, quòd inuito Deo exiſtimaret ſe poſſe effugere ſupplicium, vita corporali præter ipſius voluntatem ereptum. [Cæterùm dedit, inquit, Deus ſignum Cain, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum. Et egreſſus eſt Cain à facie Dei.] Statim autem maledictionibus ſubiectus fuit, odiique modus ſubſecutus eſt. Eum enim qui iam ad ſummum omnium malorum peruenerit, quo pacto puriſſima ſanctiſſimáque natura non aſpernetur? Atque hæc quidem rudi modo atque hiſtoricè hactenus dicta ſint. At verò imaginis lineamentis ſuos colores ſuperducentes, & vmbram literæ ad rei veritatem transformantes, ac ſingula ſubtiliter inueſtigantes illud dicamus, quòd Chriſti myſterium in iis quæ olim acciderunt, præfiguratum facilè quis agnoſcat. Oportebat enim prolapſa in peccatum humana natura, mortiſque laqueis inopinatò inuoluta, myſterium reſtitutionis in melius prædici, & eum qui propter nos, ac pro nobis ſuo tempore moriturus erat, Chriſtum non ignorari. Factus igitur eſt primus pater Adam, prout ſacræ literæ teſtantur, iuxta imaginem ac ſimilitudinem Dei. Nati autem ſunt & proceſſerunt ab eo, primus quidem Cain; ſecundus verò poſt illum, Abel. Cæterùm Caino quidem Iſraelis perſonam accommodabimus. Siquidem ipſe etiam Chriſtus, populos Iudæorum eiſdem cum Caino moribus præditos ipſum ſignificare prædicabat. Ita enim ait: [Si vos

Ioan. 8.

A τὸ μὴ διελεῖν ὀρθῶς, μήτε μὴν ἀναθεῖναι Θεῷ τὰ πάντων ἐξαίρετα. δεύτερον δὲ, τὸ μαθόντα τὴν ἁμαρτίαν μὴ τραπῆναι πρὸς μετάγνωσιν, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναδρομαῖς ἐπανορθοῦν τὰ διεσφαλμένα, καταθήγεσθαι δὲ πρὸς ὀργὰς, καὶ ταῖς τοῦ πέλας εὐδοκιμήσεσιν ἐπονειδίζεσθαι· ὃν ἔδει που πάντως ἑλέσθαι ζηλοῦν, οὐκ ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι, καὶ ἀδίκοις ὄμμασιν ὑποβλέπεσθαι. τρίτη δὲ καὶ προσβολή τις ὥσπερ τοῦ εἰς τὸ χρῆναι φονᾶν ἀγριότητος, ὁ ἀνήμερος φθόνος.
B τετάρτη δ' αὖ τὸ, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, δόλου καὶ ἀπάτης ἀπόδειξιν ἔχον. πέμπτη δὲ τῆς ἀνοσίου μιαιφονίας τὰ ἐγκλήματα. καταλογισθείη δ' ἂν εἰς ἕκτον αὐτῷ πλημμέλημα, τὸ ψευδεπῆσαι τὸν Θεόν. εἰς ἕβδομον δὲ, τὸ ἄκοντος τοῦ Θεοῦ, νομίζειν δύνασθαι διαδρᾶναι τὰς δίκας τῆς ἐν σώματι ζωῆς οὐκ ἀνεθελήτως ἀπηλλαγμένον. ἀλλὰ δέδωκε, φησὶν, ὁ Θεὸς σημεῖον τῷ Κάϊν τοῦ μὴ ἀποκτεῖναι αὐτὸν πάν-
C τα τὸν εὑρίσκοντα αὐτόν. ἐξῆλθε δὲ Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. ὑπέκειτο δὲ παραχρῆμα ταῖς ἀραῖς, καὶ ὁ τῆς ἀποστροφῆς ἠκολούθει τρόπος. τὸν γάρ τοι πρὸς λῆξιν τοῦ παντὸς ἤδη διελάσαντα κακοῦ ἐποπτεύσοιτ' ἂν πῶς ἡ πανάγνος καὶ ἁγιωτάτη φύσις. καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν ὡς ἐν παχεῖ πραγμάτων καὶ ἱστορικῶς εἰρήσθω τέως. μεταχρωννύντες δὲ ὥσπερ τῆς εἰκόνος τὴν γραφὴν, καὶ τὴν ἐν τῷ γράμματι σκιὰν μεταχαράττοντες εἰς ἀλήθειαν,
D φέρε δὴ φέρε, καὶ λίαν ἰσχνῶς ἕκαστα βασανίζοντες, ἐκεῖνο λέγωμεν, ὅτι τὸ Χριστοῦ μυστήριον καταθρήσαι τις ἂν προδιατυπούμενον ἐν ἀρχαῖς ὡς ἐν σκιᾷ τοῖς συμβεβηκόσι. ἔδει γὰρ ἔδει τῆς ἀνθρώπου φύσεως διατεθείσης εἰς ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς τοῦ θανάτου βρόχοις ἀδοκήτως ἐνειλημμένης, τὸ τῆς εἰς τὸ ἄμεινον ἀνακομιδῆς προαναφωνεῖσθαι μυστήριον, καὶ τὸν δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τε-
E θνηξόμενον κατὰ καιροὺς μὴ ἀγνοηθῆναι Χριστόν. πεποίηται τοίνυν ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ κατά γε τὴν πίστιν τῶν ἱερῶν γραμμάτων, κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ. γεγέννηνται δὲ καὶ προῆλθον ἀπ' αὐτοῦ, πρῶτος μὲν ὁ Κάϊν, δεύτερος δὲ μετ' ἐκεῖνον ὁ Ἄβελ. ἀλλὰ τῷ μὲν Κάϊν τὸ τοῦ Ἰσραὴλ πρόσωπον περιθήσομεν. ἐπεί τοι καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἰσοτρόπους ὄντας τῷ Κάϊν τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους, αὐτὸν προσημαίνειν ἠξίου. αὐτὸς γὰρ ἔφασκεν· ἐὰν ὑμεῖς

μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἔσεσθε, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. οἱ δὲ τῆς πατρικῆς ἐλευθερίας οὐ συνιέντες τὸ κάλλος, σαρκικοῖς αὐχήμασιν ἐναγλαΐζεσθαι δεῖν ἐπεχείρουν, λέγοντες· σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε. πῶς σὺ λέγεις, ὅτι ἐλεύθεροι ἔσεσθε. τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός; εἰ τέκνα, φησί, τοῦ Ἀβραάμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραάμ ἐποιεῖτε ἄν. νυνὶ δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησε. πατέρα δὲ αὐτοῖς ἀπονέμει τὸν Σατανᾶν, λέγων· ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι ψεύστης ἐστί, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. καὶ οὐδέπου νομιοῦμεν νοοῦντες ὀρθῶς τοῦ πονηροῦ τε καὶ ἀρχικάκου δαίμονος διαμεμνῆσθαι Χριστόν· ἐκλελυττηκόσι δὲ τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τὴν ἀνοσίαν κατ' αὐτοῦ μιαιφονίαν ὠδίνουσι, τὸν πρῶτον ἀνθρωποκτόνον καὶ τοῦ ψεύδους ἐπιτηδευτήν, φημὶ δὴ τὸν Κάϊν, δίδωσι πατέρα, κἀκείνου, τὸν Σατανᾶν, τὸν τῆς ἁμαρτίας εὑρετήν. ἐπιδιδασκόντων τινὲς τίνα πατέρα τῷ διαβόλῳ δώσομεν, ἢ ποῖον εἶναι φαμὲν τῆς ἐκείνου δυστροπίας τὸ ἀρχέτυπον. ἀρχετύπῳ δὴ ὥσπερ τῷ Κάϊν καθάπερ εἰκόνα προσνέμει τοὺς τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυσσεβείας τὴν εἰς τὸ ὁμοιοῦν ἐμφέρειαν νοσεῖν εἰρημένους. ὅτι γὰρ ἔθος τῷ σωτῆρι Χριστῷ, σατανᾶν ἀποκαλεῖν τὸν τοῖς ἐκείνου προσεοικότα τρόποις, καταθρήσωμεν αὖ καὶ λίαν ἀμογητὶ τοῖς ἁγίοις λέγοντα μαθηταῖς, οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην, καὶ ἰδοὺ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστι; παρεικαστέον τοίνυν τῷ Κάϊν τὸν Ἰσραήλ, περὶ οὗ γέγραπται· υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. μετὰ δέ γε τὸν πρωτότοκον Ἰσραήλ, δεύτερος ὥσπερ ἐν χρόνῳ, καὶ νεώτατος ἀνεφάνη Χριστός, υἱὸς καὶ αὐτὸς τοῦ Ἀδάμ. τοιγάρτοι καὶ υἱὸν ἀνθρώπου σοφῶς τε καὶ οἰκονομικῶς ἑαυτὸν ὠνόμαζε πανταχῆ. ἀλλ' ὁ μὲν Ἰσραήλ, τιμᾶν ἐδόκει Θεὸν προσφέρων τὰ πρόσκαιρα καὶ εὐμάραντα, καὶ ὧν οὐ σφόδρα πολὺς ὁ λόγος, καὶ τοῖς περὶ γῆν σπουδάσμασιν, ὅλον ὥσπερ ἐπιθεὶς τὸν νοῦν. ἐτράπετο γὰρ εἰς γεωπονίαν ὁ Κάϊν, Ἄβελ δὲ ἦν ποιμὴν προβάτων. καθηγεῖτο γὰρ τῆς λογικῆς ἀγέλης ὁ Ἐμμανουήλ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὁ ἐν τόπῳ πίονι, καὶ ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καθὰ

A manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.] Illi verò paternæ libertatis pulchritudinem nequaquam intelligentes, carnali gloria florere ſtudebant, dicentes: [Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis, Liberi eritis?] (Ioan.8.) Quid igitur ad hæc Chriſtus? [Si filii, inquit, Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis. (Ioan.8. 39.) Nunc autem quæritis me interficere B hominem, qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à Patre. hoc Abraham non fecit,] Patrem autem ipſis tribuit Satanam, dicens: [Vos facitis opera patris veſtri. (Ioan.8. 44.) Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia mendax eſt, quemadmodum & pater eius.] Nequaquam verò exiſtimabimus, rectè ſentientes, Chriſtum praui ac totius mali authoris dæmonis meminiſſe; ſed rabidis Iudæis, impiámque ipſi cædem ma- C chinantibus, primum illum homicidam mendaciique concinnatorem, Cain, inquam, patrem ſtatuiſſe, atque illius Satanam, peccati auctorem. Quærentibus nonnullis, quem patrem dæmoni daturi ſimus, aut quale dicturi ſimus eſſe ipſius prauitatis archetypum; Caino itaque veluti archetypo tanquam effigiem tribuit, eos qui impietatis qua ille præditus eſt, ſimilitudinem præ ſe ferunt. Quòd enim Saluatori Chri- D ſto familiare ſit Satanam vocare eum qui illius mores refert, facillimè quis viderit, cùm ipſe ſanctis diſcipulis dicat; [Nonne ego vos duodecim elegi, & ecce vnus ex vobis diabolus eſt?] (Ioan 6. 70.) Comparandus itaque eſt Caino Iſrael, de quo ſcriptum eſt: [Filius meus primogenitus Iſrael.] (Exod.4. 22.) Poſt primogenitum verò Iſrael ſecundus tempore, & nouiſſimus exortus eſt Chriſtus, filius etiam ipſe Adam. Idcirco etiam *Filium hominis* ſapienter cer- E táque ratione ſeipſum vbique appellat. Cæterum Iſrael colere Deum putabat, offerens temporarias faciléque marceſcentes res, & quarum parua ratio habetur, terreniſque ſtudiis tota quodammodo mente affixus erat (agriculturæ enim vacabat Cain, Abel autem erat paſtor ouium.) Præfectus enim eſt rationali gregi Emmanuel, atque ipſe eſt Paſtor ille bonus, qui [in loco pingui & paſcuis vbertimis,] ſicut

„ ſcriptum eſt, ſupernos ac qui ſuper A
terram ſunt greges paſcit; ad quem
etiam Propheticus ſermo clamauit:
„ [Paſce populum tuum in virga cu-
„ ſtodiæ tuæ, oues hæreditatis tuæ.]
Iſrael itaque terrenis rebus Deum co-
lebat, offerens legalia, & ingrata ipſi ſa-
crificia conſecrans. Idcircò etiam audi-
Iſai. 1. 11. „ uit per vocem ſancti Prophetæ: [Holo-
„ cauſtum arietum tuorum, & adipem
„ ouium, & ſanguinem hircorum ac tau-
„ rorum non volo, neque veneritis ap-
„ parere mihi. Quis enim quæſiuit hæc B
„ de manibus veſtris? calcare atrium
„ meum non apponetis. Si obtuleritis ſili-
„ ginem, vanum; incenſum, abominatio
Hier. 6. 20. „ eſt mihi.] Et iterum: [Quorſum mihi
„ thus ex Saba adfertis, & cinamomum
„ de terra longinqua? Holocauſta veſtra
„ non ſunt mihi grata, neque ſacrificia
„ veſtra me delectant.] Hoc apertè eſt
Deum ad ſacrificia Cain non atten-
diſſe. Abel autem iuſtus, hoc eſt
Chriſtus, obtulit Deo rationalium
ouilium primogenita, hoc eſt, faci- C
les ac tractabiles corde, & infantes
malitia, ſelectoſque in virtutibus, ac
ſimilitudine cum ipſo primogeniti
gloriam præ ſe ferentes. Eccleſia enim
primogenitorum deſcriptorum in cæ-
lis, illorum qui per fidem vocati
ſunt ad ſanctificationem cœtus à di-
uo Paulo vocatur. Huius itaque ſan-
ctæ multitudinis & gregis primoge-
nitorum ſacerdos factus eſt Chriſtus.
Rom. 5. 2. „ Per ipſum enim, [habuimus acceſ-
Ephes. 2. 18. „ ſum in ſpiritu ad Deum ac Patrem,] D
ſacrificiúmque bonum & acceptum
facti ſumus, ſuper vitulum recens
Pſal. 68. 32. cornua & vngulas emittentem. Cru-
enta enim oblatio humilis eſt ac
terrena, neque ſuauitate odoris a-
pud Deum prædita: cultus verò
in ſpiritu, & per Chriſtum longè
acceptior eſt Patri. Idcircò Deus
Iſraelitis terrena offerentibus incla-
Pſal. 49. 9. „ mauit: [Non accipiam è domo tua
„ vitulos, neque ex ouilibus tuis hir-
„ cos. Quia meæ ſunt omnes beſtiæ E
„ agri, iumenta in montibus & boues.
„ Cognoui omnia volatilia cæli, & pul-
„ chritudo agri mecum eſt. Si eſuriam,
„ non tibi dicam. Meus enim eſt orbis
„ terrarum, & plenitudo eius.] Nobis
autem per Chriſtum iuſtificatis &
ſanctificatis in ſpiritu, inclamauit,
Pſal. 49. 14. „ dicens: [Immola Domino ſacrificium
„ laudis, & redde Altiſſimo vota tua,
„ & inuoca me in die tribulationis tuæ,

Tomus primus.

A γέγραπται, τὰς ἄνω τε καὶ ἐπὶ γῆς διαποιμαίνων
ἀγέλας. πρὸς ὃν καὶ ὁ προφητικὸς ἀναπεφώνηκε
λόγος· ποίμαινε τὸν λαόν σου ἐν ῥάβδῳ φυλακῆς σου,
πρόβατα κληρονομίας σου. οὐκοῦν ὁ μὲν Ἰσραὴλ
τοῖς γεωδεστέροις ἠξίου τιμᾶν τὸν Θεὸν, καρποφο-
ρῶν τὰ ἐν νόμῳ, καὶ τὰς ἀθελήτους αὐτῷ θυσίας
ἀνατιθείς. τοιγαροῦν καὶ ἤκουσε διὰ φωνῆς ἁγίων·
ὁλοκαύτωμα τῶν κριῶν σου, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ
αἷμα τράγων καὶ ταύρων, οὐ βούλομαι, οὐδ᾽ ἂν ἔρ-
χησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ
B τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθή-
σεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα,
βδέλυγμά μοί ἐστι. καὶ πάλιν, ἵνα τί μοι λίβανον
ἐκ Σαββᾶ φέρετε, καὶ κινάμωμον ἐκ γῆς μα-
κρόθεν; τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ εἰσὶ δεκτὰ
καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν με. τοῦτό ἐστιν ἐναρ-
γῶς τὸ ἐπὶ ταῖς θυσίαις τοῦ Καῒν μὴ προσεσχη-
κέναι Θεόν. Ἄβελ δὲ ὁ δίκαιος, τουτέστι Χριστὸς,
ἐδωροφόρει Θεῷ τὰ τῶν λογικῶν ποιμνίων πρω-
C τότοκα, τουτέστι, τοὺς τρυφεροὺς τὴν καρδίαν, καὶ
νηπιάζοντας τῇ κακίᾳ, καὶ ἀπολέκτους ἐν ἀρε-
ταῖς, καὶ εἰκόνι τῇ πρὸς αὐτὸν τὴν τοῦ πρωτοτό-
κου φοροῦντας δόξαν. ἐκκλησία γὰρ πρωτοτό-
κων ἀπογεγραμμένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἡ τῶν διὰ
πίστεως κεκλημένων εἰς ἁγιασμὸν πληθὺς ὀνο-
μάζεται παρά γε τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ. ταύ-
της οὖν ἄρα τῆς ἁγίας πληθύος καὶ τῆς τῶν πρω-
τοτόκων ἀγέλης ἱερουργὸς γέγονεν ὁ Χριστός. δι᾽
αὐτοῦ γὰρ ἐσχήκαμεν τὴν προσαγωγὴν ἐν
D πνεύματι πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα. καὶ θυσία
καλὴ γεγόναμεν καὶ εὐπρόσδεκτος, ὑπὲρ μό-
σχον νέον κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. ἡ μὲν
γὰρ δι᾽ αἱμάτων προσαγωγὴ χθαμαλή τέ ἐστι καὶ
γεωδεστέρα, καὶ τὸ εὐῶδες οὐκ ἔχουσα παρὰ
Θεῷ. ἡ δέ γε ἐν πνεύματι καὶ διὰ Χριστοῦ
λατρεία πολὺ δὴ λίαν ἐστὶν εὐδοκιμοῦσα τῷ πα-
τρί. καὶ γοῦν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ προσκομίζουσι
τὰ ἀπὸ γῆς, ἐφώνει Θεός· οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴ-
E κου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάῤ-
ῥους· ὅτι ἐμά ἐστι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, κτή-
νη ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ βόες. ἔγνωκα πάντα τὰ πε-
τεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡραιότης ἀγροῦ μετ᾽ ἐμοῦ
ἐστι. ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω. ἐμὴ γάρ ἐστιν
ἡ οἰκουμένη, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. ἡμῖν δὲ τοῖς ἐν
Χριστῷ δεδικαιωμένοις καὶ ἡγιασμένοις ἐν πνεύ-
ματι, προσεφώνει λέγων· θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν
αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου,
καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου,

A καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. οὐκοῦν ἐν ἀμείνοσι τῶν ἀπὸ τῆς γῆς τὰ πνευματικὰ, καὶ πολὺ προφερεστέρα τῆς κατὰ νόμον θυσίας, ἡ διὰ Χριστοῦ. προσεκλίνετο δὴ οὕτω οὐχὶ ταῖς τοῦ Κάϊν θυσίαις, ἀλλὰ ταῖς τοῦ Ἄβελ, ὁ Θεός. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; ὁ μὲν γὰρ Ἰσραὴλ προσεκόμιζε μὲν ὀρθῶς. θύειν γὰρ ἔδει θεῷ. διεῖλε δὲ οὐκ ὀρθῶς, προσεδρεύων ἀεὶ τοῖς τύποις, καὶ ταῖς ἐν σκιαῖς ἐφήδεσθαι νομίσας Θεόν. τοιγάρτοι καὶ ἥμαρτε καὶ ἡσυχάζειν ἐκελεύετο, τουτέστι, τῶν ἀρχαίων καὶ κατὰ νόμον καταλήγειν ἐθῶν, καὶ ἡγούμενον ποιεῖσθαι Χριστόν. εἴρηται γὰρ τῷ Κάϊν, ἥμαρτες, ἡσύχασον· καὶ B πρός γε τὸν Ἄβελ, πρὸς σὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. ἀλλ' εἴπερ ἠθέλησεν ὁ Ἰσραὴλ τὴν ἐκ τῶν γεωδεστέρων προσαγωγὴν, καὶ τὴν κατὰ νόμον λατρείας τὸ ἀνωφελὲς παρωθούμενος, ἄρχοντα καὶ καθηγητὴν τῆς εἰς τὸ ἄμεινον ὁδοῦ ποιεῖσθαι Χριστὸν, ἦν ἂν ἐλεύθερος μεθ' ἡμῶν, καὶ ἐν βιβλίῳ τῶν ζώντων, κατὰ τὰς γραφάς. ἐπειδὴ δὲ ἴσως τοῦ Κάϊν φθόνου πρόφασιν καὶ μιαιφονίας ἀρχὴν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐδοκίμησιν ἐποιήσατο, πέπτωκεν εἰς C ἀρὰν, καὶ ἑπτὰ γέγονεν ἐκδικουμένων ἔνοχος. πολλαῖς γὰρ ἔνοχοι γεγόνασι δίκαις καὶ ποιναῖς ἀγρίαις ὑπενηνεγμένοι, στένοντές τε καὶ τρέμοντες διατελοῦσιν οἱ δείλαιοι· πανταχῆ γὰρ ξένοι, καὶ ἐπήλυτοι καὶ περιδεεῖς, καὶ τὴν ὅτι μάλιστα τοῖς ἐλευθέροις πρεπωδεστάτην οὐκ ἔχοντες παρρησίαν. πλὴν ἐδέξατο σημεῖον ὁ Κάϊν τοῦ μὴ ἀνελεῖν αὐτόν· ἀπώλωλε γὰρ οὐκ εἰς ἅπαν ὁ Ἰσραὴλ, σέσωσται δὲ τὸ κατάλειμμα, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, καὶ τοῦτο εἰδὼς προανεφώνει, λέγων· καὶ εἰ μὴ κύριος D Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. καὶ μήν τοι καὶ πρὸς τῷδε καὶ ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς, μὴ εἰς ἅπαν ἀφανίζεσθαι τὸν Ἰσραὴλ ἐλιπάρει πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν. μὴ ἀποκτείνῃς αὐτοὺς, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου. πλὴν ἐκβέβηκεν ὁ Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. γέγραπται γὰρ οὕτως, ἐξῆλθε δὲ E Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ· πεπόνθασι δὲ τὸ τοιοῦτον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, πρὸς οὓς εἴρηται διὰ φωνῆς τοῦ προφήτου· ὅταν τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. ἀπέκτειναν γὰρ τὸν τῶν ὅλων κύριον,

LEGEM quidem in auxilium dedit vniuerſorum Dominus. Ita enim ſcriptum eſt. Cæterùm quòd lex quaſi pueros inſtruat, Chriſti verò myſterium perficiat, nequaquam difficile B fuerit ex ipſis ſacris Literis videre, eiuſque probationem inde petentes, & veriſſima colligentes. Suffecerit autem, vt arbitror, diuinus Paulus dicens de duobus teſtamentis: [Abrogatio quidem fit præcedentis mandati, ob infirmitatem eius, atque inutilitatem. Nihil enim perfecit lex: ſuperinductio autem melioris ſpei, per quam appropinquamus ad Deum.] Quocirca facilè admodum quis amicitiam cum Deo iniuerit, non per primum illud & Moſai- C cum mandatum, ſed per eam quæ ſuperinducta dicitur ſpem: quam quidem ille ſacrorum myſteriorum interpres plena approbatione proſequitur ad veritatem reſpiciens. Abolita autem eſſe ea quæ in lege ſunt manifeſtè ait, & præcedens mandatum nihil perficere poſſe definiens ad Hebræos ita ſcribit: [Nam ſi illud prius culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur. Vituperans enim illud inquit: Ecce dies veniēt, dicit Dominus, & cōſummabo D ſuper domū Iſrael, & ſuper domū Iuda teſtamentum nouum, non ſecundùm teſtamentum quod ferii patribus eorū in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de terra Ægypti: quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc eſt teſtamentū quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: dans leges meas in E mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, & non docebit vnuſquiſque proximum ſuūm, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: quoniam omnes ſcient me à minore vſque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor.] Subdit autem his ſtatim: [Dicēdo autem nouū, veterauit prius. Quod aut antiquatur ac ſeneſcit, prope interitum eſt.] Imbecilla itaque lex

Heb. 7. 18.
Heb. 8.
Hier. 31.
Heb. 8. 13

A eſt parúmque valida ad id, vt perficere in ſanctificationem poſſit. Quòd verò præſtantior ſit in Chriſto iuſtificatio & cultus, Deum ipſum per vocem Prophetarum apertè clamantem audies, ad eos, qui legalem cultum amplectebantur, & veteri mandato iam antiquato mordicus adhærebant. Subinde quidem: [Lauamini, mundi eſtote.] Subinde verò, [Miſericordiam volo, & non ſacrificium, & cognitionem Dei magis quã holocauſtomata.]

(Eſai. 1. 16.) (Mat. 12. 7.)

B Miſericordiam enim in Chriſto conſecuti ſumus, & in ipſo vidimus ſpiritaliter Patrem, & Deum natura exiſtentem cognouimus. Cùm autem facilè admodum ſit innumerabilia his accumulare, & ſanctorum Prophetarum teſtimonia adferre, per quæ manifeſtum cuiuis eſſe poſſit, legalem cultum Deo acceptum non eſſe, ne à præſenti inſtituto ſermonem auertamus, néue longiùs excreſcat oratio aliorſum diuertendo, ad ipſum iam diuinum Abraham nos conferamus.

C Qui cùm audiſſet nepotem ſuum Loth in inopinatum periculum incidiſſe (habitabat enim in Sodomis, & iam iure belli in hoſtium poteſtatem venerat) armauit vernaculos ſuos, & alios quoſdam confœderatos Eſchol, Annam & Mambre, atque aduerſus victores fortiter in aciem educit, & ab eorum tyrannide hominem liberat, vnáque cum eo ingentem aliam multitudinem ſaluat communi damno & periculo inuolutam.

D Reuertenti verò domum & illuſtria rei præclarè aduerſus hoſtes geſtæ inſignia ferenti, obuiam ipſi iuerunt ii, qui ipſius opera ac labore adiuti erant. Ita enim ſcriptum eſt: [Egreſſus autem rex Sodomorum in occurſum eius, poſtquam reuerſus eſt à cæde Chodorlaomor, & regum qui cum eo, in valle Saue.] Hic erat cãpus regis Melchiſedec. [At verò Melchiſedec rex Salem protulit ipſi panes & vinum. Erat autẽ ſacerdos Dei altiſſimi, & benedixit ei

(Geneſ. 14. 17. Heb. 7. 1.) (Ibid.)

E Melchiſedec, & dixit: Benedictus Abraham Deo altiſſimo, qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus altiſſimus, qui tradidit inimicos tuos captiuos tibi, & dedit ei Abraham decimam ex omnibus.] Vide itaque perfectionis per Chriſtum typos clarè in Melchiſedec emicantes, & legalis cultus menſuram inferiorum. Siquidem indubitatum eſt, quòd omnino id quod minus eſt, à maiore ac præſtantiore be-

A πολὺ τὸ ἀδρανὲς ἔχον ὁρᾶται λοιπὸν πρός γε τὸ δυνασθῆναί φημι τελειοῦν εἰς ἁγιασμόν. ὅτι δὲ ἀμείνων ἡ ἐν Χριστῷ δικαίωσις καὶ ἡ λατρεία, Θεοῦ διακεκραγότος ἀκούσῃ σαφῶς διὰ προφητῶν φωνῆς, τοῖς τὴν ἔννομον τετιμηκόσι λατρείαν, καὶ οἱονεί πως ἀπρὶξ ἠμμένοις τῆς παλαιωθείσης ἐντολῆς. ποτὲ μὲν, λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε. ποτὲ δὲ δὴ αὖ, ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν, καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἢ ὁλοκαυτώματα. ἠλεήμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, καὶ ἐν αὐτῷ τεθεάμεθα

B νοητῶς τὸν πατέρα, καὶ τὸν φύσει Θεὸν ἐγνώκαμεν. εὔπετες δὲ ἄγαν ὄντος μυρία μὲν ὅσα τοῖς εἰρημένοις ἐπισωρεύειν ἔτι, προσεπενεγκεῖν δὲ φωνὰς προφητῶν ἁγίων· δι' ὧν αὖ τις ἴδοι καὶ μάλα σαφῶς ἀπρόσδεκτον τῷ Θεῷ τὴν κατὰ νόμον λατρείαν, ἵνα μὴ τοῦ προκειμένου σκοποῦ τὸν λόγον ἐξελκύσωμεν, καὶ οἴχοιτό που μακρὰν τὸ διήγημα τρίβον, ὥσπερ ἐφ' ἑτέραν ἰὸν, ἐπ' αὐτὸν ἤδη βαδιζούμεθα τὸν θεσπέσιον Ἀβραάμ.

C ὃς ἐπειδὴ ἐπύθετο τὸν ἀδελφόπαιδα Λὼτ ἀδοκήτως κεκινδυνευκότα, κατῴκει γὰρ ἐν Σοδόμοις, καὶ ἐν αἰχμαλώτοις ἤδη ἦν δορίληπτος ὢν, ἐξοπλίζει μὲν τοὺς οἰκογενεῖς, καὶ ἑτέρους τινὰς τῶν συνωμοτῶν Ἐσχὼλ, Ἀνὰν, καὶ Μαμβρῆ· ἀντεξάγει δὲ τοῖς νενικηκόσιν, οὐκ ἀγεννῶς, καὶ τῆς ἐκείνων πλεονεξίας ἀπαλλάττει τὸν ἄνθρωπον. καὶ σὺν αὐτῷ πλείστην ὅσην ἀνασώζει πληθὺν, συμπεπτωκυῖαν καὶ κινδυνεύουσαν. ὑποστρέφοντι δὲ οἴκοι, καὶ τῆς κατ' ἐχθρῶν εὐανδρίας λαμπρὰ φέ-

D ροντι τὰ γνωρίσματα, προσυπήντων αὐτῷ ἀναγκαίως, οἱ διὰ τῶν αὐτοῦ πόνων ὠφελημένοι. γέγραπται γὰρ οὕτως· ἐξῆλθε δὲ βασιλεὺς Σοδόμων εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, μετὰ τὸ ὑποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοπῆς τοῦ Χοδολλογόμορ, καὶ τῶν βασιλέων τῶν μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Σαυῆ. τοῦτο δὲ ἦν πεδίον βασιλέως· προσεπάγει δὲ ὅτι καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ, ἐξενήνοχεν αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον· ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. καὶ εὐλόγησε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν· εὐ-

E λογημένος Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. καὶ εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σου, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δεκάτην ἀπὸ πάντων. ἄθρει δὴ οὖν τῆς ἐν Χριστῷ τελειώσεως τοὺς τύπους ἐναστράπτοντας ἐναργῶς τῷ Μελχισεδὲκ, καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας τὸ μέτρον ἐν μείοσιν. εἴπερ ἐστὶν οὐκ ἐνδοιαστὸν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐ-

λογεῖται, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ῥίζα δὲ ὥσπερ τῶν A ἐξ Ἰσραὴλ, ὁ θεσπέσιος Ἀβραὰμ, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ προὖχόν τε καὶ ἐξαίρετον, ὁ Λευὶ, τοῖς τῆς θείας ἱερωσύνης κατεστεμμένος αὐχήμασιν. ἀλλ' ἦν ἐν ὀσφύϊ κείμενος ἔτι. δυνάμει γὰρ ἦν τῶν ἐξ αὐτοῦ κατὰ καιροὺς ἐσομένων πατὴρ ὁ μακάριος Ἀβραάμ. καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστι τὸ σοφῶς εἰρημένον περὶ τοῦ Λευί. ἔτι γὰρ ἦν ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς, ὅτε συνήντησεν αὐτῷ ὁ Μελχισεδέκ. εὐλόγηται τοίνυν ἡ κατὰ νόμον δικαιοσύνη, παρὰ B τῆς ἐν Χριστῷ λατρείας, ἧς τύπος ὁ Μελχισεδέκ. προσφερεστέρα δὲ ὅτι καὶ ἀσυγκρίτως ἡ εὐλογία, οἵα τε τῆς οὐχ ὧδε ἐχούσης, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων ἰσχνῶς καὶ διεσμιλευμένως, οὐκ εἰς μακρὰν θεωρήσομεν. φιλοπευστήσει δὲ ἴσως καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ὁ χριστομαθεῖν ἡρημένος, τίς δὴ ἄρα γέγονεν ὁ Μελχισεδέκ. διαφόροις γὰρ δόξαις ταῖς ἐπ' αὐτῷ καταμυθοῦσί τινες, ὕθλοις εἰκαίοις ἀσυνέτως C ἐνολισθήσαντες, καὶ τοῖς ἔθεσι τῆς θεοπνεύστου γραφῆς οὐ σφόδρα προσεσχηκότες. οἱ μὲν γὰρ ὡς ἐν φάσματι καὶ εἴδει μόνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπαντῆσαι, καὶ μόνον ὀφθῆναί φασι νενικηκότι τῷ Ἀβραάμ. οἱ δὲ τοῦτο μὲν οὐχί· δεδίασι γὰρ οἶμαί που τὸ πολὺ λίαν ἀπονενευκὸς εἰς τὸ ἀκαλλές, δύναμιν δὲ εἶναι διορίζονται τὴν τῶν ἀγγέλων πληθύος περιφανῆ τε καὶ ἔκκριτον. παρενεκόμισε δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν ἐπὶ τούτῳ δόξαν, ἀδρανὴς, ὡς ἔοικε, καὶ ἀσύφηλος νοῦς. D ἐπειδὴ γὰρ, φασὶν, ἑρμηνεύεται Σαλὴμ εἰρήνη· βασιλεὺς δὲ Σαλὴμ ὁ Μελχισεδὲκ κατωνόμασται, μὴ ἄνθρωπος νοείσθω φασὶν, ἀλλ' ἔστω τὸ πνεῦμα δηλούμενον. ἴδιον γὰρ ἡ εἰρήνη Θεοῦ, καὶ αὐτὸς εἰρήνης κατάρξει μόνος. προσεπάγουσι δὲ τούτοις, εἰ μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχει, τὸ ἄναρχόν τε, καὶ ἀτελεύτητον ἀνθρώπῳ προσνέμειν, πῶς οὐκ ἂν γένοιτο μωρίας γραφή; νοείσθω δὴ οὖν τὸ πνεῦμα πάλιν. εἰ γὰρ καὶ ἀφωμοίωται, φησὶ, τῷ υἱῷ τοῦ ὑψίστου, E μένει δὲ καὶ ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, πῶς οὐ διὰ πάντων οἰηθείημεν ἂν οὐκ ἄνθρωπον εἶναι τὸν Μελχισεδέκ; εἶτα τούτοις ἑτέρους συνεπιπλέκοντες λογισμοὺς ἐμπεδοῦν οἴονται πρὸς ἀλήθειαν τὸν οὐκ οἶδ' ὅθεν αὐτοῖς πορισθέντα λόγον. ἡμᾶς δὲ ἀνάγκη τὸ εἰς νοῦν ἧκον εἰπεῖν ταῖς ἐκείνων ὑποψίαις τὸ ὡς ἄριστά τε καὶ ὀρθῶς ἔχειν δοκοῦν ἀνθυποτιθέναι ἠρημένους. πρῶτον μὲν γὰρ εἰ φρονεῖν ἐγνώκασι τὰ εἰκότα, πόλιν εἶναι καὶ αὐτοὶ

nedicitur, iuxta Scripturam. Radix autem quodammodo Iſraelitarum diuinus Abraham, & excellens in ipſo Leui, diuini ſacerdotii gloria ornatus. [Cæterùm adhuc in illius lumbis delitеſcebat.] Siquidem beatus Abraham eorum qui ex ipſo progreſſu temporis orituri erant, potentia pater erat. At hoc quidem eſſe arbitror ſapienter dictum de Leui. Adhuc enim erat in lumbis patris quando illi obuiam iuit Melchiſedec. Benedicta itaque eſt iuſtitia legalis per cultum in Chriſto, cuius typus eſt Melchiſedec. Quod verò incomparabiliter vtilior ſit ea benedictio quæ benedicendi facultate prædita eſt, quàm ea quæ illa virtute caret, nemo quidem dubitauerit. Sed horum quidem accuratæ contemplationi nunc ſuperſedebimus. Interroget autem fortaſſe & præ ceteris diſcendi cupidus, quiſnam fuerit Melchiſedec. Varias enim opiniones de eo nonnulli comminiſcuntur, vanis nugis imprudenter capti, & diuinæ Scripturæ conſuetudinem non bene callentes. Quidam enim in viſione atque in ſpecie tantùm, quæ noſtram referret, Spiritum ſanctum occurriſſe, ſolique victori Abrahæ viſum eſſe affirmant: alii verò non quidem hoc, deterriti nimirum abſurditate huius ſententiæ, potentiam verò eſſe aſſerunt multitudinis Angelorum illuſtrem atque eximiam. Traxit autem eos in hanc ſententiam iners eorum, vt videtur, ac ſtolida mens. Cùm enim, inquiunt, interpretetur Salem *pax*; rex verò Salem Melchiſedec cognominatus eſt, ne cenſeatur, inquiunt, homo, ſed ſpiritus ſignificetur. Proprium enim eſt pax Dei, ipſéque ſolus pacis eſt author. Adiiciunt verò his: Si neque principium dierum, neque finem vitæ habet, quo pacto non dementiæ argumentum ſit principii ac finis carentiam homini tribuere? Intelligatur itaque ſpiritus rurſum. Si enim aſſimilatus eſt filio Altiſſimi, manet autem etiam ſacerdos in æternum, quo pacto non per omnia cenſeatur Melchiſedec non eſſe homo? Alias præterea his ratiocinationes attexentes, confirmare ſtudent rationis neſcio vnde petitæ veritatem. At verò nos neceſſe eſt quod in mentem venerit, dicere, falſis eorum opinionibus, id quod verum rectúmque eſt opponentes. Primùm enim ſi rectè ſentire velint, ciuitatem eſſe etiam ipſi

fatebuntur Salem, cui non primus ac ſolus regnauit Melchiſedec, ſed fuerunt certè plures quotquot quidem ipſum anteceſſerunt; ſucceſſerunt autem ipſi etiam alii. Si verò quiſpiam nos mentiri exiſtimet, veniat & oſtendat Melchiſedec in Salem regnaſſe: quamquam vna Iudææ vrbs ſit, quæ cognominata eſt fortaſſe etiam Ieruſalem (*viſio* autem *pacis* etiam hoc interpretatur) cæterùm non demonſtrauerit quiſquam. Abſurdum itaque eſt, nominum interpretationi adhærentes, ea quæ manifeſta & in confeſſo ſunt, tollere velle. Quòd verò inepta res ſit, atque ignorantiæ plenus hac de re ſermo, minimo negotio nobis conſtabit, ſi illud etiam conſideremus. Interpretatur enim Ieruſalem, vt modò dixi, *Viſio pacis*, aut *ſublimior morte*: Iſrael autem, *mens videns Deum*: Iudas verò *laus & celebratio*. Cæterum quòd fuerint ſucceſſu temporis impii ac profani reges Ieruſalem, ac ſuper Iſrael & Iudam, ſacra Scriptura apertè teſtatur. Porrò viſionis pacis, laudis & celebrationis, & mentis videntis Deum nequaquam terrenus fuerit rex. Sed neque homini res ea conueniat, nominum interpretationibus adhærentes dicere eos, qui pro tempore ſunt reges, vmbras eſſe & ſimulacra, neque homines omnino, ſed potiùs ſpiritum, quemadmodum & de Melchiſedec. Quòd verò nominum vis ſiue interpretationum nulla ratione rerum naturam in ſe rapiat, hinc etiam intellexeris. Nonne enim putabit quiſpiam, aut potiùs pro veriſſimo habebit, quòd ſi Ieruſalem eſt viſio pacis, oportuiſſe eam omnino non ignorare Chriſtum? Epheſ. 2. 14. „ [Ipſe enim eſt pax noſtra,] iuxta Scripturas. Atqui non videt intellectus oculis eum, per quem acceſſum habuimus, & in vnitatem ſpiritus „ conglutinati ſumus Patri, [qui fecit „ vtraque vnum,] & in vnum nouum hominem duos populos conflauit. Quo pacto igitur eſt viſio pacis, ſi non vidit Chriſtum? Et ſi ſublimior morte, hoc eſt, præſtantior atque ſuperior, quo pacto miſera periit ob incredulitatem in Chriſtum? Siquidem Ioan. 8. „ ipſe ad Iudæos ita ait: [Amen dico vo„ bis, niſi credideritis quòd ego ſum, mo-

A συνομολογήσουσι τὴν Σαλήμ, ἧς οὐ πρῶτός τε καὶ μόνος βεβασίλευκεν ὁ Μελχισεδέκ, ἀλλ' ἦσαν που πάντως πλεῖστοι, ὅσοι μὲν πρὸ αὐτοῦ, γεγόνασι δὲ καὶ ἕτεροι μετ' αὐτόν. εἰ δέ τις ἡμᾶς οἴοιτο ψευδεπεῖν, ἡκέτω καὶ δεικνύτω καὶ εἰς δεῦρο τῆς Σαλὴμ βασιλεύοντα τὸν Μελχισεδέκ· καίτοι πόλεως οὔσης τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν μιᾶς, ἣ μετωνόμασται τάχα που Ἱερουσαλήμ. ὅρασις δὲ εἰρήνης καὶ τοῦτο διερμηνεύεται. ἀλλ' οὐκ ἂν

B ἐπιδείξειέ τις. ἀμαθὲς οὖν ἄρα ταῖς ὀνομάτων ἑρμηνείαις προσεσχηκότας αἱρεῖν ἀποτολμᾶν τὰ σαφῆ τε καὶ ὡμολογημένα. ὅτι δὲ ἀμαθὲς τὸ χρῆμα καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεως ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος, ἀκονιτὶ δειξόμεθα κἀκεῖνο εἰς νοῦν δεχόμενοι. ἑρμηνεύεται γὰρ Ἱερουσαλήμ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ὅρασις εἰρήνης, ἢ, μετέωρος θανάτου. Ἰσραὴλ δὲ αὖ, νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν. αἶνος δὲ καὶ ὕμνησις, Ἰούδας. ἀλλ' ὅσοι γεγόνασι κατὰ καιροὺς ἀνόσιοί τε καὶ βέβηλοι βασιλεῖς τῆς Ἱε-

C ρουσαλὴμ ἐπί τε τὸν Ἰσραήλ, καὶ Ἰούδαν, διαβεβόηκεν ἐναργῶς τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. οὐκοῦν ἐπείπερ ὁράσεως εἰρήνης, αἴνου τε καὶ ὑμνήσεως, καὶ νοῦ Θεὸν βλέποντος οὐκ ἂν ἐπίγειος γένοιτο βασιλεύς. ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀνθρώπῳ τὸ χρῆμα πρέποι, φέρε λέγωμεν, ταῖς τῶν ὀνομάτων ἑρμηνείαις προσεσχηκότες, τοὺς κατὰ καιροὺς βεβασιλευκότας σκιὰς εἶναι καὶ εἴδωλα, καὶ οὐδὲ ἀνθρώπους ὅλως· τὸ πνεῦμα δὲ μᾶλλον;

D καθὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Μελχισεδέκ. ὅτι δὲ ἡ τῶν ὀνομάτων δύναμις, ἤτοι τῶν ἑρμηνειῶν κατ' οὐδένα τρόπον τὴν τῶν πραγμάτων εἰς ἑαυτὴν καταβιάσεται φύσιν, κἀντεῦθεν ἂν μάθοις. ἆρα γὰρ οὐκ οἰήσεταί τις, μᾶλλον δὲ καὶ ἀληθὲς εἶναι πάντη τε καὶ πάντως ἐρεῖ, ὡς εἴπερ ἐστὶν ὅρασις εἰρήνης ἡ Ἱερουσαλήμ, ἔδει δὴ πάντως αὐτὴν μὴ ἀγνοῆσαι Χριστόν; αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς.

E ἀλλ' οὐ τεθέαται τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι τὸν δι' οὗ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, καὶ εἰς ἑνότητα τὴν ἐν πνεύματι κεκολλήμεθα τῷ πατρί, τὸν ποιήσαντα τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον τοὺς δύο κτίσαντα λαούς. πῶς οὖν ὅρασις εἰρήνης εἰ μὴ τεθέαται τὸν Χριστόν; καὶ εἴπερ ἐστὶν μετέωρος θανάτου, τουτέστι, θανάτου κρείττων καὶ ἀνωτέρα, πῶς ἡ ἀθλία διόλωλε διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀπιστίαν, προσεφώνει γὰρ λέγων τοῖς Ἰουδαίοις αὐτός. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀποθα-

E

A ac perfectum ſacerdotum ac populi, nec non ſumma fronte auream bracteam ſeu laminam ſuſcepit, nomen Domini inſcriptum habentem. Hoc autem erat clariſſimum Saluatoris noſtri Regis ſymbolum, ac veluti ſplendidum atque inſigne diadema. Quòd verò præſtantior ſit cultu legali, cultus per Chriſtum, viderit quis in Aaron, quemadmodum ferè etiam in Melchiſedec. Siquidem Leuitæ decimas à filiis Iſrael accipiebant. Ceterùm B iuſſit Deus ex Leuitarum decimis tribuere decimam Aaroni, tanquam præfecto, quique ob ſacerdotii functionem ſupremo honore præditus erat. Intelligis itaque quo pacto etiam in perſona Aaron Leui decimas accipiens, decimatus eſt. Aaron enim Chriſti perſonam refert. Atque alii quidem Leuitæ & ſacerdotes legalia ſacrificia peragebant, in priore tabernaculo ſuam ſtationem habentes. Solus autem ex omnibus diuinus [Aaron ſemel quotannis, (vt ſcriptum eſt) in ſancta Sanctorum ingrediebatur:] idque nõ ſine ſanguine, iuxta legem. Typus autem fuit C etiam hoc Chriſti, [qui ſemel mortuus eſt pro peccatis noſtris,] ſecundùm Scripturas, & ingreſſus in ſupernum illud ſanctiſſimúmque tabernaculum. Hanc enim viam nobis inſtaurauit, ſanctificauitque proprio ſanguine Eccleſiam. Atqui diuinus quidem Moſes electus ad miſſionem, orauit Deum, dicens: [Oro Domine, non

Exod. 4. 10.

D eloquens ſum ante heri, neque ante tertiam diem, neque ex quo cœpiſti loqui ſeruo tuo: gracili voce & tarda lingua ego ſum.] Adiecit autem his, [Elige potentem alium quem mittes.] Deinde Deus ita reſpondit: [Non: ecce Aaron frater tuus Leuita. Scio quòd loquens loquetur ipſe tibi, & ecce ipſe egredietur in occurſum tibi, & videns te lætabitur in ſeipſo, & dices ad eum, & dabis verba mea in os eius, & ego aperiam os tuum,

Exod. 4. 14.

E & inſtruam vos quæ facietis, & ipſe loquetur pro te ad populum, & ipſe erit os tuum.] Tardiloqua enim reuera eſt vetus lex, per longos circuitus ægrè nobis Dei voluntatem balbutit. Sonorum autem Moſis os, Chriſtus, typos ad veritatem transferens, facilémque omnibus vbiuis terrarum conſtitutis eorum quæ neceſſaria ſunt, cognitionem proponens. Idcircò ſic ait in quadrageſimo octauo Pſalmo:

καὶ ἡγούμενον ἱερέων καὶ λαοῦ, καὶ μὴν καὶ μετώποις ἄκροις τὸ ψέλλιον ἐδέχετο τὸ χρυσοῦν, ἤτοι τὸ πέταλον, γραφὴν ἔχον τὸ ὄνομα κυρίου. τοῦτο δὲ ἦν ἐναργὲς τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν βασιλέως σύμβολον, καὶ οἱονεὶ διάδημα λαμπρὸν καὶ περίοπτον. ὅτι δὲ ἀμείνων τῆς νομικῆς λατρείας ἡ διὰ Χριστοῦ, κατίδοι τις ἂν ὡς ἐν Ἀαρὼν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν τῷ Μελχισεδέκ. δεκάτας μὲν γὰρ οἱ Λευῖται παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ κατὰ νόμους ἐδέχοντο. πλὴν ἐκέλευσε Θεὸς ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν δεκάτης ἀπονέμεσθαι δεκάτην ὡς ἡγουμένῳ τῷ Ἀαρὼν, κατά τε τὸν τοῦ δεῖν ἱερᾶσθαι τρόπον ταῖς ἀνωτάτω κοσμοῦντι τιμαῖς. συνίες οὖν ὅπως καὶ ἐν προσώπῳ τῷ Ἀαρὼν ὁ δεκάτας λαμβάνων, Λευὶ δεδεκάτωται. τέθειται γὰρ Ἀαρὼν εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες Λευῖται καὶ ἱερεῖς τὰς κατὰ νόμον θυσίας ἐτέλουν, στάσιν ἔχοντες ἐπὶ τῆς προτέρας σκηνῆς. μόνος δὲ ἐκ πάντων ὁ θεσπέσιος Ἀαρὼν, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσῄει, καὶ οὐ χωρὶς αἵματος, κατὰ τὸν νόμον. τύπος δ' ἂν εἴη καὶ τόδε Χριστοῦ τοῦ τεθνεῶτος ἅπαξ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφὰς, εἰσελαύνοντος δὲ καὶ εἰς τὴν ἄνω τε καὶ ἱερωτάτην σκηνήν. ταύτην γὰρ ἡμῖν ἐνεκαίνισεν ὁδὸν, ἁγιάζων τε τῷ αἵματι τῷ ἰδίῳ τὴν ἐκκλησίαν. καὶ ὁ μὲν θεσπέσιος Μωσῆς, προκεχειρισμένος εἰς ἀποστολὴν, ἐδέετο τοῦ Θεοῦ, λέγων. δέομαι, κύριε, οὐκ εὔλαλός εἰμι πρὸ τῆς χθὲς, οὐδὲ πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας, οὐδὲ ἀφ' οὗ ἤρξω λαλεῖν τῷ θεράποντί σου, ἰσχνόφωνος, καὶ βραδύγλωσσος ἐγώ εἰμι. προστίθησι δὲ τούτοις. προχείρισαι ἄλλον δυνάμενον ὃν ἀποστελεῖς. εἶτα πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός· οὐκ, ἰδοὺ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ὁ Λευίτης, ἐπίσταμαι ὅτι λαλῶν λαλήσει αὐτός σοι, καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἐξελεύσεται εἰς συνάντησίν σου. καὶ ἰδών σε χαρήσεται ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτὸν, καὶ δώσεις τὰ ῥήματά μου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ συμβιβάσω ὑμᾶς ἃ ποιήσετε, καὶ λαλήσει αὐτός σοι πρὸς τὸν λαὸν, καὶ αὐτὸς ἔσται σου στόμα. βραδύγλωσσος μὲν γὰρ ὁμολογουμένως καὶ εὐστομεῖν οὐκ εἰδὼς ὁ πάλαι νόμος, διὰ κύκλου μόλις μακροῦ τοῦ κατὰ τὸ γράμμα φημὶ, μονονουχὶ καὶ ὑποψελλίζων ἡμῖν τὸ θεῷ δοκοῦν. στόμα δὲ Μωσέως τὸ εὐφωνότατον, ὁ Χριστὸς, μεθιστὰς τοὺς τύπους εἰς ἀλήθειαν, καὶ προτιθεὶς ἑτοίμην τοῖς ἁπανταχοῦ τῶν ἀναγκαίων τὴν εἴδησιν. τοιγάρτοι φησὶν ἐν τεσσαρακοστῷ καὶ ὀγδόῳ ψαλμῷ·

ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. διετυποῦτο δὴ οὕτω ὡς ἐν Ἀαρὼν ὁ Χριστός. καὶ τό γε παραδοξότερον. μὴ γάρ τοι θαυμάσῃς, εἰ ἐν τοῖς ἐγνωκόσιν αὐτὸν καὶ ἐν εἰδήσει τῶν νόμων τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς ἐσκιαγράφει τὸ μέγεθος· ὅτε καὶ ὡς ἐν ἀνδρὶ πέφηνεν ἀλλογενεῖ, καὶ αἰχμαλωσίας ἀνιέντι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τὴν ἁγίαν καὶ ἱερὰν θεμελιοῦντι πόλιν, καὶ ἔχοντι ἄμαχον τὴν κατὰ πάντων ἰσχύν. ποιήσομαι δὲ σαφῆ τὴν ἀφήγησιν, βραχυλογήσας ὡς ἔνι. ἦκτο μὲν αἰχμάλωτος ἡ Ἰουδαία ποτὲ, καὶ μακροῖς ἐν Βαβυλῶνι κατετρύχοντο χρόνοις οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, σκληρᾷ καὶ βαρβάρῳ δουλείᾳ κατηχθισμένοι. ἐπεὶ δὲ ὁ Καμβύσου Κῦρος Μήδων τε ἅμα, καὶ μὴν καὶ Περσῶν ἐξηρτημένος τὸ κράτος, πόλεμον αἴρεται πρὸς Ἀσσυρίους ὁμόρους ὄντας καὶ γείτονας, τότε δὴ τότε καὶ αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα κατὰ κράτος ἑλὼν, ἀνῆκε τοὺς Ἰουδαίους τὴν Ἀσσυρίων θρηνοῦντας πλεονεξίαν, καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ προσθέοντας· διαβεβαιουμένους τε ὅτι καὶ προείρητο παρὰ Θεοῦ διὰ φωνῆς ἁγίων, ὅτι καὶ ἥξει κατὰ καιροὺς, καὶ περιέσεται τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ αὐτὸς ἀνήσει δεσμῶν τοὺς ἠδικημένους· καὶ ὅτι τὸν οἶκον ἐγερεῖ πάλιν αὐτὸς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, ὃν Ἀσσύριοι καταπιμπρῶντες, ἐδυσσέβουν εἰς Θεόν. καὶ ψευδεποιοῦντας ἐν τούτοις τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ οὐχ εὑρήσομεν, τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν πολυπραγμονοῦντες γραφάς. ἔφη δὲ οὕτω Θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· οὕτω λέγει Κύριος ὁ λυτρούμενός σε, καὶ ὁ πλάσσων σε ἐκ κοιλίας· ἐγὼ κύριος ὁ συντελῶν ταῦτα, ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν. τίς ἕτερος διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων καὶ μαντείας ἀπὸ καρδίας; ἀποστρέφων φρονίμους εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνων, καὶ ἱστῶν ῥήματα παιδὸς αὐτοῦ, καὶ τὴν βουλὴν τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ ἀληθεύων. ὁ λέγων Ἱερουσαλὴμ, κατοικηθήσῃ· καὶ ταῖς πόλεσι τῆς Ἰουδαίας, οἰκοδομηθήσεσθε, καὶ τὰ ἔρημα αὐτῆς ἀνατελεῖ. ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, ἐρημωθήσῃ, καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ· ὁ λέγων Κύρῳ φρονεῖν, καὶ πάντα τὰ θελήματά σου ποιήσει. ὁ λέγων Ἱερουσαλὴμ, οἰκοδομηθήσῃ· καὶ τὸν οἶκον τὸν ἅγιόν μου θεμελιώσω. οὕτω λέγει κύριος ὁ Θεὸς τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαρ-

A [Audite hæc omnes gentes, auribus » Pſal.48.
percipite omnes habitantes orbem.] »
Figuratus itaque in Aarone Chriſtus. Atqui hoc magis mirandum. Neque enim mireris, ſi in iis, qui ipſum cognorunt, & legem callent, propriæ ſuæ excellentiæ magnitudinem adumbrauit, quando etiam in viro alienigena oſtenſus eſt qui Iſraelem à captiuitate liberauit, & ſanctam ciuitatem fundauit, & inexpugnabili aduerſus omnes robore præditus erat.
B Manifeſtam autem & compendioſam, quoad eius fieri poterit, de eo narrationem inſtituam. Iudæa quidem olim captiua ducta fuit, & Iſraelitæ longo admodum tempore dura barbaráque ſeruitute in Babylone oppreſſi fuerunt. Poſtquam verò Cyrus, Cambyſis filius, Medorum ſimul & Perſarum copiis coniunctis, bellum Aſſyriis finitimis ac vicinis intulit, tunc demum Babylone ipſa vi capta, liberauit Iudæos Aſſyriorum tyrannidem lamentantes, neque abſque lachrymis accurrentes, affirmanteſque prædictum eſſe à Deo per vocem
C Sanctorum, quòd venturus eſſet opportunè, & aduerſarios debellaturus, atque ipſe liberaret è vinculis oppreſſos, quódque rurſum ædificaret templum in Hieroſolymis, quod Aſſyrii, impiè in Deum agentes, incenderant. Porrò quòd nequaquam mentiti ſint hac in re Iſraelitæ, facilè nobis conſtiterit, ſi ſanctorum Prophetarum ſcripta inquiramus. Ait
D enim ita Deus per vocem Iſaiæ: [Hæc » Eſai.44. 24.
dicit Dominus redimens te, & for- »
mans te ex vtero, Ego Dominus com- »
plens hæc, extendi cælum ſolus, »
& firmaui terram. Quis alius diſſi- »
pabit ſigna Pythonum, & diuinatio- »
nes de corde? conuertens pruden- »
tes retrorſum, & conſilium eorum »
ſtultum faciens, & ſtatuens verbum »
E pueri eius, & conſilium angelorum »
eius verificans, dicens Ieruſalem, Ha- »
bitaberis: & ciuitatibus Iudææ, Ædi- »
ficabimini: & deſerta eius ſuſcitabo; »
dicens abyſſo, Deſolaberis, & flu- »
mina tua arefaciam; dicens Cyro vt »
ſapiat, & omnes voluntates meas fa- »
ciat; dicens Ieruſalem, Ædificabe- »
ris, & domum ſanctam meam fun- »
dabo. Sic dicit Dominus Deus Chri- »
ſto meo Cyro, cuius apprehendi dex- »
teram, vt ſubiiciam ante eum gentes, »
& fortitudinem regum dirumpam. »

» Aperiam ante eum ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & montes complanabo, portas æneas conteram, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi theſauros tenebroſos, abſconditos, inuiſibiles aperiam tibi, vt ſcias, quia ego Dominus Deus tuus, vocans nomen tuum Deus Iſrael. Propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electum meum ego vocabo te nomine tuo, & ſuſcipiam te. Tu autem non cognouiſti, quia ego Dominus Deus, & non eſt alius, extra me non eſt Deus, & non cognouiſti me.] Audis quo pacto manifeſtè [non cognouiſti me,] ait, neque inter eos qui Deum norunt collocare dignatur adeò præclarum, quem ipſe & regibus ſuperiorem, & innumerarum gentium dominum conſtituerat. Quæ enim de ipſo dicuntur, typi erant operum per Chriſtum editorum. Prædixit enim, quòd ipſe diſſipaturus eſſet Babyloniorum falſas diuinationes, & ſigna Pythonum. Prophetarum verò ſuorum (quos & angelos vocauit) conſilia ſiue prædictiones nequaquam mendaces eſſe declarat. Prædixit autem quòd & ciuitates Iudææ ædificabit, & abyſſum deſolabit, omniáque eius flumina areſaciet: abyſſum, vt arbitror, Babylonem vocans, ob ingentem habitantium in ea multitudinem: flumina autem eius, gentes vndequaque ad auxilium eius concurrentes. Cæterùm age dicamus de Cyro, res ab eo geſtas eleganter ad Chriſti myſterium transferentes. Natus itaque eſt Cyrus, matre quidem Mandana, filia Aſtyagis principis Medorum, patre autem Cambyſe, natione Perſa, humanis verò admodum moribus. Vnde quidam veterum mulum & diuerſæ naturæ Cyrum vocauerunt, nimirum ex patris ac matris, vt ego quidem arbitror, in natione differentia: diuerſa enim gens ſunt Perſæ à Medis. Videas autem tale quid etiam in Chriſto. Natus enim eſt ex matre ſecundùm carnem ſancta Virgine nobis ſimili; humana nimirum natura prædita. Ex Patre verò nobis ſimili, nemine, ſed, vt ita dicam, diuerſæ planè nec conſentientis naturæ, omne quod creatum eſt longè ſuperante. Idcircò etiam ait ad Iudæos, exiſtimantes eum nobis ſimilem eſſe, eadémque conditione, qua nos, natum: [Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum.] Ioan. 8. 23.

Tomus primus.

A ῥήξω. ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται· ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω, καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινούς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι· ἵνα γνῷς, ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· ἕνεκεν Ἰακὼβ τοῦ παιδός μου, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί μου, καὶ προσδέξομαί σε· σὺ δὲ οὐκ ἔγνως ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ Θεός· καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ Θεός, καὶ οὐκ B ᾔδεις με. ἀκούεις ὅπως ἐναργῶς τὸ οὐκ ᾔδεις με, φησίν· οὐδὲ ἐν τοῖς εἰδόσι Θεὸν τὸν οὕτω περιφανῆ κατατάττειν ἀξιοῖ, ὃν αὐτὸς ἔθηκε, καὶ βασιλέων κρείττονα, καὶ μυρίων ὅσων ἐθνῶν δεσπότην. τύποι γὰρ ἦσαν τὰ ἐπ' αὐτῷ τῶν διὰ Χριστοῦ κατορθωμάτων. προηγόρευσε μὲν γὰρ ὡς αὐτὸς διασκεδάσει τὰς Βαβυλωνίων ψευδομαντείας, καὶ τὰ τῶν ἐγγαστριμύθων σημεῖα. τὰς δὲ τῶν ἰδίων προφητῶν, οὓς καὶ ἀγγέλους ὠνόμασε, βουλὰς C ἤτοι προαγορεύσεις, οὐ διεψευσμένας ἀποφαίνει. προκαταμεμήνυκε δὲ ὅτι καὶ τὰς τῆς Ἰουδαίας οἰκοδομήσει πόλεις, καὶ τὴν ἄβυσσον ἐρημώσει, καὶ πάντας αὐτῆς καταξηρανεῖ τοὺς ποταμούς· ἄβυσσον οἶμαί που τὴν Βαβυλῶνα λέγων, διά τοι τὸ πλῆθος τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ· ποταμοὺς δὲ αὐτῆς, τὰ ἔθνη τὰ συῤῥέοντα πανταχόθεν εἰς ἐπικουρίαν. ἀλλὰ φέρε λέγωμεν τὰ ἐπὶ Κύρῳ σαφῶς μεταπλάττοντες ἀστείως εἰς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, τὰ δι' D ἐκείνου κατορθωμένα. γέγονε τοίνυν ὁ Κῦρος, μητρὸς μὲν Μανδάνης τῆς Ἀστυάγου θυγατρὸς τοῦ Μήδων ἐξάρχοντος· πατρὸς δὲ Καμβύσου, Πέρσου μὲν τὸ γένος, ἐπιεικοῦς δὲ λίαν τοὺς τρόπους. ὅθεν τινὲς τῶν ἀρχαιοτέρων, ἡμίονόν τε καὶ ἑτεροφυᾶ τὸν Κῦρον ὠνόμαζον. διά γε οἶμαι τὸ πατρὸς καὶ μητρὸς ὡς ἐν τῷ γένει διάφορον· Πέρσαι γὰρ δὴ παρὰ Μήδοις ἔθνος ἕτερον. ἴδοις δ' ἂν τι τοιοῦτον καὶ ἐπὶ E Χριστοῦ. μητρὸς μὲν γὰρ γέγονε κατὰ σάρκα τῆς ἁγίας παρθένου, καθ' ἡμᾶς τε οὔσης καὶ ἀνθρώπου τὴν φύσιν, πατρὸς δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς οὐδενός· ἀλλ' ἵν' οὕτως εἴπωμεν, ἑτεροφυοῦς εἰς ἄκρον, καὶ ἀνῳκισμένου τὴν φύσιν, καὶ πάμπαν ὑπερανεσχηκότος τὸ τέλειον ἐν γενητοῖς. τοιγάρτοι, καὶ ἔφασκε πρὸς Ἰουδαίους οἰομένους ὅτι καθ' ἡμᾶς ἐστι, καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί.

καὶ κεκράτηκε μὲν ὁ Κῦρος μυρίων ὅσων ἐθνῶν, καὶ ἅπασα μὲν αὐτὸν ὑπεδέχετο πόλις. ἔλαβε δὲ καὶ θησαυροὺς σκοτεινούς, ἀποκρύφους, ἀοράτους, καὶ μακρᾶς ἀνῆκε δουλείας τὸν Ἰσραήλ. βεβασίλευκε δὲ τῆς ὑπ' οὐρανὸν ὁ Ἐμμανουήλ, καὶ ὡς τῶν ὅλων σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν πᾶσα μὲν αὐτὸν εἰσδέχεται πόλις· ἀνεῖται δέ, ἤδη δουλείας καὶ πλεονεξίας διαβολικῆς πᾶν ὅσον ἐκβεβίαστο, καὶ ὑπ' αὐτῷ τετάχθαι κατηνάγκαστο γένος. καταφοιτήσας δὲ καὶ εἰς ᾅδου κεκένωκε θησαυροὺς σκοτεινούς, ἀποκρύφους, ἀοράτους. θύρας χαλκᾶς συνέτριψε, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν. ἔφη γὰρ τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύφθητε. τοιγάρτοι καὶ πάλαι πρὸς Ἰὼβ ἔφη τὸν τληπαθέστατον καὶ ἀκαταγώνιστον ἀθλητήν· ἦλθες ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου. πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. ἀναγνωσόμεθα γὰρ ὡς ἐν ἐρωτήσει ταυτί· καταδεικνύντος τοῦ λόγου τὰ διὰ Χριστοῦ κατορθώματα, καὶ ἐν αὐτοῖς πεπραγμένα τοῖς τοῦ ᾅδου μυχοῖς. εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. καὶ Κῦρος μὲν πάλαι χρήματα δούς, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις προστέταχεν ἀναδείμασθαι ναόν. τεθεμελίωκε δὲ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἁγίαν ὄντως καὶ διαβόητον πόλιν, ὁ Ἐμμανουήλ, οἷά τινα Βαβυλῶνα κατασείσας εἰσάπαν τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑβρίστριαν εἰδωλολατρείαν. καὶ περὶ μὲν Κύρου Θεός, ὅτι πάντα τὰ θελήματά μου ποιήσει, φησί. προσπεφώνηκε δέ που καὶ τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς ἐξουθενοῦσιν αὐτὸν ὁ πάντων ἡμῶν σωτήρ· ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε. καὶ ἑτέρωθί που. καὶ ἐὰν κρίνω ἐγώ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθινή ἐστιν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός. καὶ Κύρῳ μὲν ἔφη Θεός· ἐκάλεσά σε τῷ ὀνόματί μου. κύριος δὲ ἀληθῶς ὁ Ἐμμανουήλ, εἰ καὶ πέφηνεν ἄνθρωπος. ὅτι δὲ εἰς τύπον Χριστοῦ τῆς δόξης τὰ ἐπὶ Κύρῳ τέθειται, πληροφορήσει σαφῶς τὰ ἑξῆς εἰρημένα διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς. ἐγὼ ἐποίησα γῆν καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς. ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν, καὶ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. ἐγὼ ἤγειρα αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων, εἶπε

A At Cyrus quidem dominatus eſt innumeris gentibus, atque omnis quidem eum recepit ciuitas. Accepit autem & theſauros tenebroſos, abſconditos, inuiſibiles, & diuturna ſeruitute Iſraelem exemit. Regnauitque per vniuerſam terram Emmanuel, & tanquam omnium Saluatorem ac Redemptorem tota quidem ciuitas eum ſuſcepit, & totum genus humanum iam à ſeruitute ac tyrannide diabolica liberatum eſt, ipſique ſubditum: deſcendens autem in infernum abſtulit theſauros tenebroſos, abſconditos, inuiſi- B biles, [portas æneas contriuit, & vectes ferreos confregit, iis qui in vinculis erant, dicens: Exite, & iis qui in tenebris verſabantur: Reuelamini.] Idcircò etiam olim ad patientiſſimum atque inuictum athletam Iob ita ait: [Veniſti ad fontem maris; in veſtigiis autem abyſſi ambulaſti: apertæque tibi ſunt timore portæ mortis: ianitores autem inferni videntes te expauerunt.] Legemus enim veluti per interrogationem hæc, demonſtrante nimirum ſer- C mone ea quæ per Chriſtum in ipſis inferni penetralibus præclarè geſta ſunt. Ideò enim Chriſtus mortuus eſt, & vixit, vt & mortuorum & viuentium dominetur. Et Cyrus quidem olim datis pecuniis templum Hieroſolymis reædificari iuſſit. Fundauit autem Eccleſiam, ſanctam reuera & celeberrimam ciuitatem Emmanuel, tanquam Babylona quandam euertens ſuperbam & contumelioſam idololatriam. Ac de Cyro quidē Deus, quòd omnia quæ voluerit faciet, dixit. Omnium ve- D rò noſtrûm Saluator ad Iudæorum populos ipſum nihili pendentes, ita alibi ait: [Vos ſecundū carnem iudicatis.] Et rurſum: [Et ſi iudico ego, iudiciū meum iuſtum eſt; quia non quęro voluntatem meam, ſed voluntatē eius qui miſit me patris.] Ac Cyro quidem dixit Deus: [Vocaui te nomine meo.] Dominus autē reuera eſt Emmanuel, tametſi apparuit homo. Quòd verò in typum gloriæ Chriſti, ea quæ de Cyro dicuntur, E poſita ſint, ex iis quæ deinceps à Propheta narrantur, manifeſtum fiet. [Ego feci terram & hominē ſuper eam. Ego manu mea firmaui cælum, & omnibus ſtellis mandaui. Ego ſuſcitaui eum cum iuſtitia, & omnes viæ eius rectæ. Ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatē populi mei conuertet, non cū pretio, neque cum muneribus, dixit

Eſai 45. Pſal. 106. 16.

Iob 38.

Ioan 8. 15

Ioan. 5. 30

Eſai. 45. 12

„ Dominus Sabaoth. Hæc dicit Domi-
„ nus Deus Sabaoth: Laborauit Ægy-
„ ptus, negotiatio Æthiopum, & Sabaim
„ viri excelſi ad te tranſibunt, & tibi
„ erunt ſerui: & poſt te ſequentur vincti
„ manicis, & adorabunt te, & depreca-
„ buntur, quia in te Deus eſt, & non
„ eſt Deus præter te. Tu enim es Deus,
„ & neſciuimus; Deus Iſrael Saluator.
„ Confundentur & auertentur omnes
„ aduerſantes ei, & ambulabunt in con-
„ fuſione.] Qui enim creauit terram, & hominem ſuper eam, quique cælum ſtellis ornauit, excitauit nobis Iuſtitiam Ieſum, redimentem gra-
Rom.5. „ tis, [Iuſtificati ſumus per fidem,] liberantem à vinculis & captiuitate, ædificantem ſpiritualiter intellectualem Ieruſalem, & fundantem Eccleſiam, quæ ab ipſis inferni portis commoueri non poſſit, nec ab inimicis vinci. Hunc ſecundùm naturam Deum exiſtentem cognoſcentes, ii qui olim errauerant, di-
Eſai.45. „ cunt: [Tu enim es Deus noſter, &
„ neſciuimus, & non eſt Deus præter
„ te.] Hunc adorabunt, huic ſe fle-
Philip.2. 11. „ ctet [omne genu, omniſque lingua
„ confitebitur, quòd Dominus Ie-
„ ſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.] Huic quidam ex Iſraelitis obſiſtere ſunt conati; confuſi verò ſunt, & conciderunt, & retrorſum ierunt, iuxta prophetæ vocem. Cyrus itaque Cambyſis filius, fundauit templum Dei in Hieroſolymis in typum Chriſti. Quòd verò ipſe Emmanuel rem hanc ſpiritualiter eſſet perfecturus, per aliam ſtatim figuram intelliges. Poſtquam enim Cyrus Iſraelem à Babylonica ſeruitute liberauit, duces ſtatim ac veluti principes populi deſignati ſunt, Zorobabel filius Salathiel, ex tribu Iuda, & Ieſus filius Ioſedec ſacerdos magnus: quibus cùm Hieroſolymam perueniſſent, per vocem Aggæi Prophetæ Deus domus ſuæ extruendæ curam iniungit. Ita enim
Agg.1.1. „ ſcriptum eſt: [In anno ſecundo Da-
„ rii regis, in menſe ſexto, in die vna
„ menſis, factum eſt Verbum Domini
„ in manu Aggæi prophetæ ad Zoro-
„ babel, filium Salathiel, ex tribu Iuda,
„ & ad Ieſum, filium Ioſedec, ſacerdo-
„ tem magnum, dicens: Hæc ait Do-
„ minus omnipotens, dicens: Popu-
„ lus iſte dicit: Nondum venit tempus
„ ædificandi domum Domini. Et factum
„ eſt verbum Domini in manu Aggæi

A κύριος Σαβαώθ. οὕτως λέγει κύριος, ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορεία Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι. καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι ἐν χειροπέδαις, καὶ προσκυνήσουσί σοι. καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν. ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ
B ἀντικείμενοι αὐτῷ, καὶ πορεύσονται ἐν αἰσχύνῃ. ὁ γὰρ ποιήσας τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς, ὁ διακοσμήσας τοῖς ἄστροις τὸν οὐρανὸν, ἤγειρεν ἡμῖν δικαιοσύνην τὸν Ἰησοῦν ἐκλυτρούμενον δωρεάν. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν πίστει, δεσμῶν ἀνιέντα καὶ αἰχμαλωσίας, οἰκοδομοῦντα πνευματικῶς τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ θεμελιοῦντα τὴν ἐκκλησίαν, ὡς καὶ αὐταῖς ἀκατάσειστον εἶναι ταῖς ᾅδου πύλαις, καὶ ἀνάλωτον ἐχθροῖς. τοῦτον ὄντα Θεὸν κατὰ φύσιν ἐπιγινώσκοντες οἱ πάλαι πλανώμενοι,
C λέγουσι. σὺ γὰρ εἶ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ᾔδειμεν. καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. τούτῳ προσκυνήσουσι, τούτῳ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. τούτῳ τετολμήκασιν ἀντιστῆναί τινες τῶν ἐξ Ἰσραήλ. κατῃσχύνθησαν δὲ καὶ πεπτώκασι, καὶ ἐν τροπῇ πεπόρευνται κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Κῦρος μὲν οὖν ὁ Καμβύσου, τεθεμελίωκε τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ τὸν ἐν Ἱεροσολύ-
D μοις, εἰς τύπον Χριστοῦ. ὅτι δὲ αὐτὸς ἔμελλεν ὁ Ἐμμανουὴλ ἀποπερανεῖν τὸ χρῆμα πνευματικῶς τε καὶ νοητῶς, καὶ δι' ἑτέρας εὐθὺς ἀναμάθοι τις ἂν εἰκόνος. ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας ἀνῆκεν ὁ Κῦρος τὸν Ἰσραήλ· καθηγηταὶ παραχρῆμα καὶ οἱονεί πως ἐξάρχοντες ἀνεδείκνυντο τοῦ λαοῦ, Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. οἷς καὶ ἀφιγμένοις εἰς Ἱεροσόλυμα διὰ
E φωνῆς Ἀγγαίου τοῦ προφήτου τῆς εἰς τὸν οἶκον ἔχεσθαι φιλεργίας ἐπισκήπτει Θεός. γέγραπται γὰρ οὕτω. ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, μιᾷ τοῦ μηνὸς, ἐγένετο λόγος κυρίου ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου λέγων, εἶπον πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ τὸν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ πρὸς Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ἰωσεδὲκ τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, λέγων· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. ὁ λαὸς οὗτος λέγουσιν· οὐχ ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον κυρίου. καὶ ἐγένετο λόγος ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ

προφήτου, λέγων εἰ καιρὸς μὲν ὑμῖν ἐστι τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις κοιλοςάθμοις· ὁ δὲ οἶκος κυρίου ἐξηρήμωται. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν, καὶ ἐξήγειρε κύριος τὸ πνεῦμα Ζοροβάβελ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, καὶ τὸ πνεῦμα τῶν καταλοίπων πάντος τοῦ λαοῦ. καὶ εἰσῆλθον, καὶ ἐποίουν τὰ ἔργα ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου παντοκράτορος Θεοῦ αὐτῶν. ἄθρει δὲ οὕτω ὡς ἐν τύπῳ καὶ εἰκόνι διπλῇ τὸν Ἐμμανουὴλ, βασιλέα μὲν ὡς ἔν γε τῷ Ζοροβάβελ, ὃς ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα τῆς τότε κρατεῖν λαχούσης ἐν Ἰσραήλ. ἀρχιερέα δὲ αὖ ὡς ἐν ὁμωνύμῳ τῷ Ἰησοῦ τῷ ἀρχιερεῖ τῷ μεγάλῳ. καὶ μὴν καὶ ἐξάρχοντα τῆς ὁδοῦ, τῆς εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἐκ γῆς ἀλλοφύλων· φημὶ δὲ πάλιν τῶν Βαβυλωνίων. ἄθρει καὶ τεχνουργὸν ὄντα, καὶ ἐπιμελητὴν τοῦ ἁγίου ναοῦ. ἑπόμενοι γὰρ διὰ πίστεως καθηγητῇ τῷ Χριστῷ, ὡς βασιλεῖ καὶ ἀρχιερεῖ ἐκ διαβολικῆς πλεονεξίας, καὶ ὥσπερ ἐκ γῆς ἀλλοφύλων, ἐξ ἀπάτης κοσμικῆς, εἰς τὴν ἁγίαν εἰσίμεν πόλιν τὴν τῶν πρωτοτόκων ἐκκλησίαν, ἣν αὐτὸς ἐγείρει Χριστὸς ὡς ἔν γε λίθοις τοῖς νοητοῖς. καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ Παῦλος τοῖς διὰ πίστεως ἐκλελυτρωμένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑλομένοις τοῖς ἴχνεσι τοῦ Χριστοῦ. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Χριστοῦ ἐν πνεύματι. ὅτι δὲ καὶ ἀμείνων ἡ δόξα τῆς ἐκκλησίας παρὰ τὴν πρώτην καὶ ἐν ἀρχαῖς τὴν ἐπί γε φημὶ τῷ ἐκ λίθων ναῷ διαμεμαρτύρηκεν εἰπὼν διὰ φωνῆς Ἀγγαίου πάλιν. τίς ἐξ ὑμῶν ὃς εἶδε τὸν οἶκον τοῦτον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ τῇ ἔμπροσθεν, καὶ πῶς ὑμεῖς βλέπετε αὐτὸν νῦν καθὼς οὐχ ὑπάρχοντα ἐνώπιον ὑμῶν; καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν, ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον, λέγει κύριος παντοκράτωρ. διότι μεγάλη ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, λέγει κύριος παντοκράτωρ· καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ δώσω εἰρήνην. καὶ εἰρήνη ψυχῆς εἰς περιποίησιν παντὶ τῷ κτίζοντι τοῦ ἀναστῆσαι τὸν ναὸν τοῦτον. καὶ ἀνδρωτὶ μὲν ἄν τις συλλέξαιτο τὰ δι' ὧν ἡμῖν ὡς ἔν γε τοῖς πάλαι Χριστὸς κατεγράφετο. ἵνα δὲ μὴ τῷ πλήθει τῶν παραδειγμάτων ἀποκομίζεσθαί ποι τοῦ πρέποντος ὁ λόγος ἡμῖν δοκῇ, παρέντες τέως τὸ καὶ δι' ἑτέρων ἰέναι λοιπὸν, ἐκεῖνο φαμέν. δεήσει δὴ πάντως ἡμῖν, δυοῖν ἑλέσθαι θάτερον. ἢ γὰρ τοὺς δι' ὧν ἐκεῖνα γεγόνασιν εἰσάπαν ἀφαιρήσομεν, καθοείζοντες τῶν τύπων τὸ μὴ λίαν ἀπλημμελὲς, εἰ νοοῖντο δι' ἀνθρώπων

A prophetæ, dicens: Num tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus concauis: at domus Domini deſerta eſt?] Et poſt pauca rurſum: [Et ſuſcitauit Dominus ſpiritum Zorobabel filii Salathiel, de tribu Iuda, & ſpiritum Ieſu filii Ioſedech, ſacerdotis magni, & ſpiritum reliquorum omnis populi: & ingreſſi ſunt, & faciebant opera in domo Domini omnipotentis Dei ſui.] Vide itaque duplici typo ac figura expreſſum Emmanuelem, Regem quidem, B veluti in Zorobabel, qui erat ex tribu Iuda, quæ tum temporis regnabat in Iſrael. Summum verò Pontificem, vt in magno ſacerdote eiuſdem cum Chriſto nominis, nec non ducem viæ in ſanctam ciuitatem è terra alienigenarum, Babyloniorum inquam. Vide etiam architectum ac procuratorem ſancti templi. Sequentes enim per fidem ducem Chriſtum, tanquam Regem & ſummum Pontificem, ex diabolica tyrannide, ac veluti ex terra C alienigenarum, ex fraude mundana in ſanctam ciuitatem ingredimur Eccleſiam primogenitorum, quam ipſemet Chriſtus eriget, in ſpiritalibus lapidibus; quod & Paulus teſtatur, ſcribens iis qui per fidem redempti ſunt, quique Chriſti veſtigiis inſiſtere volunt: [In quo & vos ſimul ædificati eſtis in habitaculum Chriſti in ſpiritu.] *Ephes. 2.* Quòd verò longè præclarior ſit gloria Eccleſiæ, quàm primi illius templi ex lapidibus facti, ipſemet per vocem D Aggæi declarat, dicens: [Quis ex vobis vidit domum iſtam in gloria ſua qua antè, & quomodo vos videtis ipſam nunc ſicut non exiſtentem in conſpectu veſtro?] *Agg. 2.* Et paulo pòſt rurſum: [Meum argentum, & meum aurum, dicit Dominus omnipotens: quia magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquam primæ, & in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus omnipotens.] *Agg. 2.* Et pax animæ cedit in poſſeſſionem omni exſtruenti E templum hoc. Multa præterea alia facilè quis collegerit, per quæ nobis, vt in veteribus, Chriſtus deſcribebatur. Ne verò multitudine exemplorum ſermo ſupra quàm par eſt euagetur, prætermiſſis aliis, illud dicamus. Oportebit enim omnino duorum alterum ſumere. Aut enim eos per quos illa facta ſunt, in vniuerſum tollemus, ſuam typis authoritatem derogantes, ſi cenſeantur per homines

noſtri ſimiles facti, tametſi diuinas res in ſe contineant; aut dicentes ſemper ſpiritum noſtram formam accipere; neceſſariò fatebimur Spiritum etiam in Cyrum transformatum, qui Deum non nouerat. Dictum enim eſt
Eſai.45.4 ad eum: [Tu verò non cognoſcebas me] Sublatis verò iis quæ in typis, vmbra quidem cenſebitur Aaron: Zorobabel autem Salathielis filius, & Ieſus Ioſedec filius, ſacerdos magnus, nihil præter inane & ſolũ nomen habebunt. At verò, qui rectæ rationis iudicium ſequuntur, potiùs probauerint, hominem fuiſſe Melchiſedec, regem ciuitatis Salem. Hunc verò nobis in typum Chriſti propoſuit Paulus ſubtilis acerrimúſque ſpiritualium contemplationum indagator. Reluctantes verò hi nihilominus dicunt Melchiſedec hominem non fuiſſe; Spiritum verò potiùs ſanctum, aut alioqui aliam quandam poteſtatem ſupernam, atque cæleſtem, ſacerdotali functione præditam. Ita enim quibuſdam ſentire placet, qui quidem duobus modis errare dicendi ſunt, cùm diuinam atque ineffabilem Spiritus ſancti naturam ad ea, quæ ipſi minimè conueniunt, demittant: tum creaturam, quæ facta ac creata eſt, ad gloriam longè ipſa ſuperiorem ſtolide extollant. Quonam autem pacto, dicam. Scriptum eſt de
Pſal.102. 20. Melchiſedec, quòd [erat ſacerdos Dei altiſſimi.] Si autem Spiritus ſanctus eſt Melchiſedec, refertur inter ſacerdotes Spiritus, & ſacerdotali miniſterio fungitur. Laudabit itaque etiam ipſe cum angelis Deum altiſſimum. Scriptum eſt enim: [Benedicite Deo omnes angeli eius, miniſtri eius facientes voluntatem ipſius.] Neque verò dubium eſſe poterit, quin qui alteri alicui ſacrificat, non ſibi ipſi, ſed Deo, vt ſuperiori, ſacrificat. Quocirca ſi dicimus Spiritum ſacerdotio fungi, diuina omnino natura inferior erit, & creatis acceſebitur, adorabitque vnà nobiſcum. Sanctificabit verò non ſeipſum, ſiquidem quod ſanctificatur, præſtantiori alicui, quàm ipſum ex ſua natura eſt, ſanctificatur. Sanctificabitur itaque nobiſcũ. Quo pacto igitur Deus ſecundũ naturam erit, id quod ſanctificatum eſt? An nõ enim omnis ſacerdos ſanctificatur, atque ita ingreditur ad ſacrorum
Heb.5.4. adminiſtrationem? [Neque enim quiſquã ſumit ſibi honorẽ (ſicut ſcriptũ eſt) ſed qui vocatur à Deo, tanquã Aaron.]

A τῶν καθ' ἡμᾶς γεγονότες, καίτοι πολὺ λίαν ἔχοντες τὸ θεοπρεπὲς, ἢ τὸ πνεῦμα λέγοντας ἀεὶ μορφοῦσθαι πρὸς εἶδος τὸ καθ' ἡμᾶς· ἐξ ἀνάγκης ὁμολογήσομεν καὶ εἰς Κῦρον αὐτὸ διαπεπλάσθαί ποτε, τὸν οὐκ εἰδότα Θεόν. εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν, σὺ δὲ οὐκ ᾔδεις με. ἀναιρουμένων δὲ τῶν ἐν τύποις, σκιὰ μὲν ἴσως ὁ Ἀαρὼν, Ζοροβάβελ δὲ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ, καὶ μέν τοι καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, ἐν ὀνόμασιν εἶεν ἂν ψιλοῖς τε καὶ μόνοις. ἀλλ' οἶμαι δὲ
B μᾶλλον ἐκ λογισμοῦ τοῦ εἰκότος ἀναπεπεισμένους συναινέσειν ὀρθῶς, ὡς ἦν μὲν ἄνθρωπος ὁ Μελχισεδὲκ, πόλεως βασιλεύων τῆς Σαλήμ. τύπον δὲ ἡμῖν αὐτὸν ἐποιεῖτο Χριστοῦ, λεπτόνους εἰς θεωρίας πνευματικὰς ὑπάρχων ὁ Παῦλος, ἐνιστάμενοι δὲ μετὰ τοῦτο καὶ οὐδὲν ἧττον λέγουσιν, ὡς ἄνθρωπος μὲν οὐκ ἦν ὁ Μελχισεδέκ· τὸ πνεῦμα δὲ μᾶλλον τὸ ἅγιον· ἢ γοῦν ἑτέρα τις δύναμις τῶν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, τὴν λει-
C τουργικὴν ἔχουσα τάξιν. δοκεῖ γὰρ ὧδε φρονεῖν ἑτέροις, ἐκεῖνό φαμεν ἀναγκαίως ὅτι πλημμελήσουσι κατὰ δύο τρόπους, καὶ τὴν θείαν καὶ ἄῤῥητον τοῦ πνεύματος φύσιν εἰς τὸν μὴ πρέποντα τρόπον αὐτῇ κατασύροντες. καὶ τὴν γενητὴν καὶ πεποιημένην κτίσιν, εἰς δόξαν ὑπερτενῆ φληνάφως ἀνακομίζοντες. τίνα τρόπον, ἐρῶ. γέγραπται περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, ὡς ἦν ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ὑψίστου. εἰ δὲ δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ὁ Μελχισεδὲκ, κατεκομίσθη λοιπὸν ἐν ἱερουργοῖς τὸ
D πνεῦμα, καὶ λειτουργικὴν ἔχει τὴν ὑπουργίαν. ὑμνήσει δὲ οὕτω καὶ αὐτὸ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, τὸν ἀνωτάτω Θεόν. γέγραπται γὰρ, ὅτι εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ. εἴη γὰρ ἂν οὐδαμόθεν ἀσυμφανὲς, ὡς ὃς ἑτέρῳ που πάντως ἱερουργεῖ, καὶ οὐχ ἑαυτῷ τὸ ἱερουργοῦν, ἱερουργεῖ δὲ τῷ Θεῷ, τῷ προὔχοντι. οὐκοῦν εἰ φαμὲν ἱερατεύειν τὸ πνεῦμα, τὴν θείαν που πάντως
E ὑποκάθηται φύσιν· τελεῖ δὲ μᾶλλον καὶ ἐν γενητοῖς, καὶ προσκυνήσει μὲν μεθ' ἡμῶν. ἁγιάσει δὲ πάντως οὐχ ἑαυτὸ, ἐπεί τοι τὸ ἁγιαζόμενον, κρείττονί που πάντως ἢ καθ' ἑαυτὸ τὴν φύσιν ἁγιάζεται. ἁγιασθήσεται δὲ μεθ' ἡμῶν. πῶς οὖν ἔτι καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν τὸ ἁγιαζόμενον; ἢ γὰρ οὐ πᾶς ἱερεὺς ἁγιάζεται, εἴσεισί τε οὕτως ἐπὶ τὸ χειρῶσαι λοιπὸν, καὶ ἱερουργεῖν. οὐ γὰρ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, καθὰ γέγραπται, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθὰ καὶ Ἀαρών.

A προστέθεικε δὲ ὁ Παῦλος, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. εἰδέναι γὰρ ἀναγκαῖον, ὡς οὐδ' ἂν αὐτὸς ὁ υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ἱερατεύειν λέγοιτο, καὶ ἐν τάξει γενέσθαι τῇ λειτουργικῇ, εἰ μὴ νοοῖτο καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς γεγονὼς, καὶ ὥσπερ κέκληται προφήτης καὶ μὴν καὶ ἀπόστολος διὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὕτω καὶ ἱερεύς. πρέποι γὰρ αὐτῷ τῆς δουλείας σχήματι, τὰ δουλοπρεπῆ· καὶ B τοῦτό ἐστιν ἡ κένωσις. ὁ γὰρ ὑπάρχων ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ πατρὸς, ᾧ καὶ αὐτὰ τὰ ἄνω παρεστήκασι Σεραφὶμ, ᾧ λειτουργοῦσι χίλιαι χιλιάδες ἀγγέλων. ἐπειδὴ κεκένωκεν ἑαυτὸν, τότε δὴ τότε τῶν ἁγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς ἀναδειχθῆναι λέγεται. τότε καὶ ἡγίασται μεθ' ἡμῶν, ὁ ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν. ὅ,τε γὰρ ἁγιάζων, φησὶ, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς καλεῖν αὐτοὺς λέγων, ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. οὐκ- C οῦν ὁ ἁγιάζων ὡς Θεὸς, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ κεχρημάτικεν ἀδελφὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, τότε καὶ σὺν ἡμῖν ἁγιάζεσθαι λέγεται. ἔστι τοίνυν καὶ τὸ δεῖν ἱερατεύειν καὶ τὸ ἁγιάζεσθαι μεθ' ἡμῶν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας. καὶ τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις, ὀρθῶς τε καὶ ἀμωμήτως φρονεῖν ᾑρημένοι, τὰ τοιάδε προσγράφομεν. εἰ δὲ δὴ τὸ πνεῦμα μηδαμοῦ τὴν κένωσιν ὑπομεμενηκὸς ἱερατεύειν λέγομεν, δόξης αὐτὸ τῆς θεοπρεποῦς ἐξοίσομεν, καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ Θεὸν λογιούμεθά που, μέτρον αὐτῷ διδόντες τὸ γενητόν. D ἢ δὴ δεικνύτωσαν ἡμῖν ἐνανθρωπῆσαι τὸ πνεῦμα, καὶ ὑπόβασιν οἰκονομικὴν ὑπομεῖναι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν υἱόν. οὐ γὰρ ἐπειδήπερ ἐστὶν ὁμοούσιος ἡ ἁγία καὶ προσκυνουμένη τριὰς, ταύτῃ τοι καθ' ὅπερ ἂν ἕλοιτό τις προσώπου τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως καθοίσει λόγον. γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, οὐκ αὐτὸς ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μόνος δὲ ὁ υἱός. οὕτως ἡμᾶς αἱ θεῖαι με- E μυσταγωγήκασι γραφαί. τί τοίνυν παραβιάζονται τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ πρόφασιν οὐκ ἔχον τοῦ κεκενῶσθαι δεῖν, φημὶ δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς τῆς κενώσεως κατακομίζουσι μέτροις; εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς τοῖς ἱερουργεῖν τεταγμένοις ἐναρίθμιον; ἱερεὺς μὲν γὰρ ἦν ὁ Μελχισεδέκ. ἀλλ' εἰς τιμήν φασι τοῦ υἱοῦ πρὸς τύπον τοῦ κατ' αὐτὸν

Adiecit autem Paulus: [Sic & Chriſtus non ſemetipſum glorificauit, vt pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & alio in loco dixit: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec.] Sciendum enim eſt, quòd neque ipſe Filius Verbum ex Patre ſacerdotio fungi dicatur, & in ſacrificantium ordine eſſe, niſi in quantum homo propter nos eſt factus, & ſicut vocatur *Propheta & Apoſtolus*, propter humanitatem quam aſſumpſit, ita etiam *ſacerdos*. Conueniunt enim formæ ſeruitutis, ſeruilia. Atque hoc eſt exinanitio. Qui etenim æqualis erat Patri, cui etiam ſuperna Seraphim aſſiſtunt; cui ſeruiunt mille millia angelorum, poſtquam ſemetipſum exinaniuit, tunc demum ſanctorum & veri tabernaculi ſacerdos declaratus dicitur. Tunc etiam ſanctificatus eſt nobiſcum is, qui omnem creaturam ſuperat: [Qui enim ſanctificat, inquit, & ii qui ſanctificantur, ex vno omnes. Qua de cauſa non pudet ipſum fratres ſuos vocare, dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis.] Sanctificans ergo Deus, quando factus eſt homo, & habitauit in nobis, vocatúſque eſt frater, ſecũdùm humanitatem, tunc etiam nobiſcum ſanctificari dicitur. Sacerdotio igitur fungi, & nobiſcum ſanctificari, per carnem aſſumptam ipſi accidit: exinanitionique ipſius, modò rectè ſentire velimus, hæc adſcribemus. Si verò Spiritum ſanctum, cùm nequaquam ſe exinaniuerit, ſacerdotio functum dicamus, diuina ipſum gloria priuamus, atque in iis quæ Deo inferiora ſunt conſtituemus, inter creata collocantes; aut oſtendant nobis Spiritum humanitatem aſſumpſiſſe, imminutionémque diuino conſilio inſtitutam ſuſtinuiſſe, quemadmodum Filium. Neque enim cùm conſubſtantialis ſit ſancta ac veneranda Trinitas, idcirco cui quiſque voluerit perſonæ Incarnationis ratio tribuenda eſt. Factus etenim eſt homo, non ipſe Pater, non Spiritus ſanctus: ſolus verò Filius. Ita nos ſacræ literæ docent. Quid igitur torquent veritatem, eique vim inferunt, & id, quod exinanitionis occaſionem non habuit, Spiritum inquam ſanctum exinanitum contendunt, in ſacerdotum numerum eum referẽtes? (ſacerdos enim fuit Melchiſedec.) Ceterùm in honorem, aiunt, Filii, in typum futuri eius

Pſal. 2. 7.
Pſal. 109. 4.
Heb. 2. 11.

A & per figuras; ad diſcipulos autem ſuos dicentem: [Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei, reliquis verò in parabolis.] (Matt. 13. 11.) Puer verò, hoc eſt, Iſaac, lignis ad ſacrificium onerabatur per manum patris, & vſque ad locum ſacrificii procedit. Chriſtus enim propriam crucem humeris geſtans extra portam paſſus eſt, non humana vi ad paſſionem coactus, ſed ex propria voluntate & decreto Dei ac Patris, iuxta id quod ipſe Pontio B Pilato dixit: [Non haberes aduerſus me poteſtatem vllam, niſi data tibi eſſet deſuper.] (Ioan. 19. 11.) Impoſitus autem lignis Iſaac, à morte & paſſione eximitur. Aries verò à Deo datus in ſacrificium aſcendit. Erat enim reuera quod ex eſſentia Dei ac Patris ortum erat Verbum in proprio templo, quod ex Virgine inquam, etiam ligno affixo. Exiſtens verò vt Deus, impatibilis & immortalis, à morte & paſſione ſeipſum exemit. Aſcendit autem in odo- C rem ſuauitatis Deo ac Patri per proprium corpus, quod ipſe accepiſſe dicitur à Patre, iuxta id quod in Pſalmis dictum eſt, veluti ab ipſo: [Sacrificium & oblationem noluiſti: corpus autem perfeciſti mihi, holocauſta & pro peccato non poſtulaſti. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.] (Pſal. 39. 9. Heb. 10. 7.) Quod verò quæ in hiſtoria, quam præ manibus habemus, continentur, pulchrè admo- D dum ad Chriſtum referantur, teſtabatur dicens: [In capite libri ſcriptum eſt de me.] (Ibid.) Totum enim Moſis volumen in quinque libros eſt partitum. Caput autem quodammodo & principium totius voluminis eſt *Geneſis*, in qua hæc de eo ſcripta ſunt. Quòd verò rurſum *caput*, in ſacris libris principium ſignificet, facilè conſtiterit ei, qui illud à Paulo dictum intellexerit: [Quia omnis viri caput eſt Chriſtus, caput autem mu- E lieris vir, caput autem Chriſti, Deus.] (1. Cor. 11. 3. Epheſ. 5. 23.) Principium enim viri eſt Chriſtus, quippe qui eum à non eſſe ad eſſe perduxerit. Principium verò rurſus mulieris vir, propter id quod dictum eſt, & verè factum, [Ipſa vocabitur mulier, quia ex viro ipſius aſſumpta eſt.] (Gen. 2. 23.) Chriſti autem principium Deum ipſum eſſe ait. Siquidem ex ipſo ſecundùm naturam eſt Filius, & principium habet Patrem principio carentem,

A ſempiternè alioqui cum ipſo coexiſtens. Optimè igitur mea quidem ſententia, huic hiſtoriæ Chriſti myſterium accommodabitur. Ego verò cenſeo diuinum Abraham ſummè nobis admirandum, ſummiſque laudibus euehendum eſſe; præterea diuini artificii profunditatem accuratè conſiderandam. Tentabatur enim diuinus Abraham, non ignorante Deo euentum rei: neque enim quidquam lateat mentem omnium conſciam. Idcircò etiam Deus di-

B xit: [Quis eſt hic, qui celat me conſilium, continens autem verba in corde me putat latere?] Et per vocem Eſaiæ rurſum: [Quia ego ſum Deus, & non eſt alius præter me,] annuncians priùs nouiſſima priuſquam fiant, & ſimul completa ſunt. Abſurdum itaque in primis iudicandum fuerit, arbitrari Deum totius vniuerſi futura ignorare, ideóque tentare Abraham. Cæterùm neceſ-

C ſarium erat non in ſola Dei cognitione iuſti caput illuſtrari, ſed ipſius laudem, præclariſſimis rebus teſtatam omnium cognitione approbationéque celebrari. Oportebat etiam ſacrarum literarum præconio ſummam eius obedientiam decantari, quódque diuinorum præceptorum magnam rationem habuerit, imò quòd nihil prius illis duxerit. Ita enim affectus fuit, adeóque prompto animo, vt ipſum etiam erga filium amorem neglexerit, vt-

D que filii ſui cædem non vereretur. Et quod magis mirandum, in ipſo ſperabat pater fieri multarum gentium. Cæterùm ſciebat Deum mentiri non poſſe. Deinde adduxit filium ad ſacrificium, non de promiſſionis veritate ambigens, ſed ad Domini poteſtatem referens, quanam ratione iureiurando ſuo ſtaret. Ne-

E que verò infrugifera res ei fuit, tentatio cum tanta acerbitate coniuncta. Edoctus enim eſt, veluti ex eo quod euenturum erat, reſurrectionis à mortuis, omnem rationem ſuperans atque ſtupendum miraculum: præterea venerandum atque ingens incarnationis Vnigeniti myſterium. Vnde & diuinus Paulus: [Fide, inquit, obtulit Abraham Iſaac cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo ſuſceperat repromiſſiones (ad quem dictum eſt: Quia in Iſaac vo-

Iob.38.2. Eſai.45. 18. & 21. Heb.11.17 Gen.21.12 Rom.9.8 Gal.4.28.

Tomus primus.

A μετ' αὐτοῦ συνυπάρχειν ἀϊδίως αὐτῷ. ἄριστα μὲν οὖν, καθάπερ ἐγῷμαι, τοῖς τῆς ἱστορίας λόγοις ἐφήρμοσται τὸ μυστήριον. χρὴ δ' οἶμαι λοιπὸν ἐξαιρέτῳ θαύματι κατακαλλύνεσθαι πρὸς ἡμῶν τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ, καὶ τοῖς εἰς ἄκρον ἐπαίνοις εὐκλεᾶ τοῖς ἁπανταχοῦ καὶ περίοπτον ἀναδείκνυσθαι. καὶ πρός γε δὴ τούτῳ περιαθρεῖσθαι σαφῶς τῆς θείας εὐτεχνίας ἡμῖν τὸ βάθος. ἐπειράζετο γὰρ ὁ θεσπέσιος Ἀβραὰμ οὐκ ἠγνοηκότος Θεοῦ τὸ ἐσόμενον. λάθοι γὰρ ἂν οὐδὲν τὸν

B πάντα εἰδότα νοῦν. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε, τίς οὗτος ὁ κρύπτων με βουλὴν, συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ, ἐμὲ οἴεται κρύπτειν; καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου πάλιν. ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ. ἀναγγέλλων πρότερον τὰ ἔσχατα πρὶν αὐτὰ γενέσθαι, καὶ ἅμα συντετέλεσται. οὐκοῦν ἀπόπληκτον κομιδῇ καὶ ἐν τοῖς ἄγαν ἀπηχεστάτοις καταλογιούμεθα φρονοῦντες ὀρθῶς, τὸ ἠγνοηκέναι μὲν οἴεσθαι τὰ ἐσόμενα τὸν τῶν ὅλων

C Θεὸν, πειράζειν δὲ διὰ τοῦτο τὸν Ἀβραάμ. ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον, μὴ ἐν εἰδήσει μόνῃ τῇ παρὰ Θεῷ τὴν τοῦ δικαίου καταλαμπρύνεσθαι κεφαλήν· εὐκλεεστάτην δὲ μᾶλλον καταπλουτῆσαι τὴν εὔκλειαν, καὶ ἐν ταῖς ἁπάντων γνώσεσι διὰ πείρας αὐτῆς ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀρίστοις μεμαρτυρημένην ἤδη, καὶ διὰ τῶν ἱερῶν βοᾶσθαι γραμμάτων ὅτι πλεῖστον ὅσον ἐν αὐτῷ τὸ εὐήνιον, καὶ τῶν θεσπισμάτων πολὺς ἦν ὁ λόγος, μᾶλλον δὲ τὸ ὑπέρτερον οὐδέν. ἧκε δ' εἰς τοῦτο γνώμης τε καὶ

D προθυμίας, ὡς καὶ αὐτῆς ἀλογῆσαι τῆς εἰς τέκνον ἀγάπης, καὶ τὴν τῆς παιδοκτονίας μὴ καταδεῖσαι γραφήν. καὶ τό γε παραδοξότερον, ἐν αὐτῷ προσδοκήσει πατὴρ ἔσεσθαι πολλῶν ἐθνῶν. ἀλλ' ᾔδει καὶ ἀψευδοῦντα πρὸς τοῦτο Θεόν. εἶτα προσκομίζει εἰς θυσίαν τὸ παιδάριον, οὐκ ἐν ἀπογνώσει γεγονὼς τῶν ἐπηγγελμένων· ἀλλὰ ταῖς τοῦ δεσπότου δυνάμεσιν ἀναθεὶς, τὸ ὅπως ἂν εἰ-

E δείη πληροῦν τὸ ὠμοσμένον. καὶ οὐκ ἀκερδὲς τὸ χρῆμα αὐτῷ καί τοι διὰ πείρας ἰόντι τοῦ οὕτω πικροῦ. ἐδιδάσκετο γὰρ ὡς ἀπό γε τοῦ μέλλοντος συμβαίνειν, τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τὸ λόγου παντὸς πέρα καὶ ἀξιάκουστον θαῦμα. καὶ προσέτι τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς μυστήριον. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος πίστει, φησὶ, προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. πρὸς ὃν ἐλαλήθη, ἐν Ἰσαὰκ κλη-

θήσεταί σοι σπέρμα, λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεός, ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε κατὰ καιροὺς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ῥίζαν ὥσπερ αὐτὸν καὶ ἀρχὴν μυρίων ὅσων ἀποφαίνειν ἐθνῶν τεθνεῶτος ὑπὲρ τοῦ κόσμου τοῦ Ἐμμανουὴλ, ταύτῃ τοι διὰ πείρας αὐτῆς χρησίμως ὁ δίκαιος ἐδιδάσκετο τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὴν ὑπερφυᾶ καὶ ἄφραστον εἰς ἡμᾶς ἀγάπησιν· ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων· καὶ εἰς τέκνα λελογισμένων τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ. Εἰ γάρ τι χρὴ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων διατεκμήρασθαι· φαίην ἂν ὅτι φορτικόν τε καὶ δύσοιστον τῷ μακαρίῳ γέγονεν Ἀβραὰμ τὸ προστάξαι Θεὸν καταθύειν τὸν Ἰσαάκ. πῶς γὰρ οἴει διακεῖσθαι τότε τὸν τοῦτο δρᾷν ἐπιτεταγμένον; ἀνὴρ εἰς γῆρας ἐληλακὼς βαθὺ, ἕνα καὶ ὀψιγόνον πλουτήσας υἱὸν παρῃρημένος τῷ χρόνῳ, τὸ καὶ ἑτέρων δύνασθαι γενέσθαι πατὴρ, ἀφελκυστέραν δὲ καὶ αὐτὴν ἔχων τὴν συνῳκισμένην. ἦν γὰρ καὶ αὐτὴ πρεσβῦτις ἡ Σάῤῥα. τὸν οὕτω περιπόθητον ἀποσφάττειν υἱὸν, ἀμελητὶ προσετάττετο, τὸν μονογενῆ καὶ πολύευκτον. ποίᾳ γὰρ δύνασθαι χειρὶ προσεδόκησεν ὁ πρεσβύτης καταθῆσαι μὲν τοῦ μειρακίου τὸ ξίφος, τὴν δὲ οὕτως ἐλεεινὴν κατὰ τοῦ ἰδίου γεννήματος τολμῆσαι σφαγήν; ἆρ' οὖν οὐκ ἐννοεῖν ἀκόλουθον ὅτι πικρὸς καὶ δριμὺς ἐννοιῶν ὄχλος τὴν τοῦ δικαίου ψυχὴν ἀφορήτως κατεληΐζετο; καὶ ποτὲ μὲν ἡ φύσις εἰς φιλοστοργίαν κατεβιάζετο· ποτὲ δὲ τὸ θεῖον ἐδυσώπει χρησμῴδημα, καὶ τάχα που πρὸς ἀβούλητον ἀπείθειαν ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐκάλει. μέγα δὴ οὖν ἀληθῶς τὸ τοῦ δικαίου θαῦμα, καὶ παντὸς ἐπαίνου λοιπὸν τὸ θεοφιλές. προσεκόμιζε γὰρ τὸ λογικὸν ἱερεῖον, καὶ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἐῤῥῶσθαι φράσας, καὶ τῆς ἀπαραιτήτου φιλοστοργίας πατήσας τὸ κέντρον, καὶ τῶν ἐπιγείων οὐδὲν τῇ εἰς Θεὸν ἀντιπαρεξάγων ἀγάπῃ. τοιγάρτοι καὶ δεδόξασται, καὶ φίλος ἐκλήθη Θεοῦ. καὶ εἰς πέρας αὐτῷ τὸ προσδοκηθὲν, τὰ τῆς ἐλπίδος ἐκβέβηκε. γέγονε γὰρ πολλῶν καὶ ἀναριθμήτων ἐθνῶν πατὴρ ἐν Χριστῷ. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A cabitur tibi ſemen) arbitrans, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus, vnde eum & in parabolam accepit.] Cùm enim ſucceſſu temporis Deus ac Pater ipſum veluti radicem ac principium innumerarum gentium oſtenſurus eſſet, mortuo pro mundo Emmanuele, idcirco per hanc tentationem, vtiliter doctus eſt iuſtus Abraham immenſum atque ineffabilem Dei ac Patris erga nos amorem; qui *proprio Filio non pepercit*, quemadmodum ſuprà diximus, *ſed tradidit eum pro omnibus nobis* per fidem iuſtificatis, & in filios patris Abrahæ adſcriptis. Si enim oportet etiam humano more loqui, equidem dixerim graue admodum atque arduum beato Abrahæ fuiſſe Dei de ſacrificando filio ſuo præceptum. Quo pacto enim putas affectum fuiſſe, cùm hoc illi imperatum eſſet? Vir enim erat affecta ætate, vnicum habens & quidem in ſenectute ſua natum filium, cui præterea ætas omnem gignendi ſpem ademerat, ſeniorem etiam habens vxorem (erat enim etiam Sarra grauis annis.) Is itaque filium impenſè carum abſque vlla cunctatione occidere iubetur vnigenitum, multiſque votis optatum. Quali verò manu putabat ſenex enſem in pueri iugulum immittere, adeóque miſerandam filii cædem patrare? An non itaque conſentaneum rationi fuerit acerbam cogitationum turbam cum iuſti animo eſſe importunè colluctatam? Subinde quidem natura cum ad amorem, qui filiis debetur, impellente: at rurſum diuino præcepto amorem illum reſtinguente, & ad obedientiam veluti ex neceſſitate quadam rapiente. Magnum itaque reuera eſt iuſti miraculum, omnique laude ſuperior pietas. Obtulit enim rationalem victimam, naturæ legibus valedicens, & ineuitabiles amoris erga liberos ſtimulos proculcans, omniaque terrena amori erga Deum poſtponens. Idcircò etiam gloria affectus eſt, & amicus vocatus Dei, & tandem quod ſperauit ſupra ſpem euenit. Factus enim eſt multarum atque adeò innumerabilium gentium pater in Chriſto, per quem & cum quo Deo ac Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

Rom. 8. 32.

De Iſaac & Rebecca.

IVSTIFICATIS per Chriſtum, vnitatémque cum ipſo per participationem Spiritus ſancti, in beneplacito Patris conſecutis, ſapiens Paulus ita ſcribit: 2.Cor.11. [Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.] Beati enim Apoſtoli veluti pronubi extiterunt, & eos qui remoti erant, propè ſtatuerunt tantùm non conglutinantes Chriſto, ſpiritúſque vnitate colligantes. Et aſſciſcet quidem ſibi ipſi Eccleſiam Chriſtus, erigente ipſam, ac tantùm non offerente Deo ac Patre proprióque Filio deſpondente. Cæterùm quòd mediantibus Sanctis, nemo dubitauerit. Siquidem diuinus Dauid præcinens nobis myſterium, ad ipſam alicubi ait. Psal.44. [Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, quoniam concupiuit rex pulchritudinem tuam: quia ipſe eſt Dominus tuus, & ſeruies ei.] Teſtatus eſt autem etiam Paulus, vt modò dixi, veluti [ſponſam quandam exhiberi Chriſto] fideles. Atqui venerandum adeò atque admirandum myſterium nihilominus quàm in nobis etiam in hoc rurſus quiſpiam videat. Scriptum eſt enim: Gen.24. [Erat autem Abraham ſenior prouectus diebus, & Dominus benedixit Abraham per omnia. Et dixit Abraham ſeruo ſuo ſeniori domus ſuæ, principi ſuorum omnium: Pone manum tuam ſuper femur meum, & adiurabo te per Dominum Deum cæli, & Deum terræ, vt non accipias vxorem filio meo Iſaac de filiabus Chananæorum, cum quibus ego habito inter ipſos; ſed in terram meam, vbi natus ſum ego, ibis, & in tribum meam, & accipies vxorem filio meo Iſaac, inde.] Cùm itaque hæc præcepiſſet Abraham, iurauit quidem ſtatim ſeruus, imponens manum femori domini ſui. Ex quo intelligere licet, ipſum toti generationi, quæ ex ipſo oritura eſſet, iuramentum præſtitiſſe. Oneratis itaque decem camelis multis diuitiis Abraham, abiit velociter in Meſopotamiam, venitque in ciuitatem Nachor,

A

Περὶ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τῆς Ῥεβέκκας.

ΤΟΙΣ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοις, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἑνότητα διὰ τοῦ μεταλαχεῖν ἁγίου Πνεύματος, ἐν εὐδοκίᾳ πατρὸς ἐκπεπλουτηκόσιν, ὁ σοφὸς ἐπιστέλλει Παῦλος. ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. κλήτορες γὰρ ὥσπερ καὶ νυμφαγωγοὶ γεγόνασιν, οἱ μακάριοι μαθηταί, τοὺς ἔτι μακρὰν ποιοῦντες ἐγγύς, καὶ μονονουχὶ B κολλῶντες Χριστῷ, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος ἑνώσει συνδέοντες. καὶ παραστήσεται μὲν ἑαυτῷ τὴν ἐκκλησίαν Χριστός· διαμνησάντος αὐτήν, μονονουχὶ δὲ καὶ προσάγοντος τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τῷ ἰδίῳ κατεγγυῶντος υἱῷ, πλὴν ὅτι μεσιτευόντων ἁγίων οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. ὁ μὲν γὰρ θεσπέσιος Δαβὶδ προαναφωνῶν ἡμῖν τὸ μυστήριον, πρὸς αὐτήν που φησίν, ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ C τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. ὅτι ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. διωμολόγηκε δὲ καὶ ὁ Παῦλος, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, οἷά τινα νύμφην παραστῆσαι Χριστῷ τοὺς πεπιστευκότας. ἀλλὰ τὸ οὕτω σεπτὸν καὶ ἀξιάκουστον ἀληθῶς μυστήριον, κατίδοι τις ἄν, οὐδὲν ἧττον ἡμῶν, καὶ τοῖς δὲ δὴ πάλιν. γέγραπται γάρ, ὅτι καὶ Ἀβραὰμ ἦν πρεσβύτερος προβεβηκὼς ἡμερῶν, καὶ κύριος εὐλόγησε τὸν Ἀβραὰμ κατὰ D πάντα. καὶ εἶπεν Ἀβραὰμ τῷ παιδὶ αὐτοῦ τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, τῷ ἄρχοντι πάντων τῶν αὐτοῦ. θὲς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸν μηρόν μου, καὶ ἐξορκιῶ σε κύριον τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν Θεὸν τῆς γῆς, ἵνα μὴ λάβῃς γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων, μεθ' ὧν ἐγὼ οἰκῶ ἐν αὐτοῖς. ἀλλ' εἰς τὴν γῆν, οὗ ἐγενόμην, πορεύσῃ, καὶ εἰς τὴν φυλήν μου. καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαάκ, ἐκεῖθεν. ταῦτα τοι- E γαροῦν προστεταχότος τοῦ Ἀβραάμ, διώμνυτο μὲν ὁ οἰκέτης παραχρῆμα, τῷ μηρῷ δεσπότου τὴν χεῖρα ἐπιθείς. δι' οὗ παρέσται νοεῖν τὸ μονονουχὶ κατὰ πάσης τῆς ἐσομένης ἐξ αὐτοῦ γονῆς πεποιῆσθαι τὴν ὁρκωμοσίαν. ἐπινωτισάμενος δὲ καμήλοις δέκα πολλὰ τῶν Ἀβραὰμ ἀγαθῶν, ἀφικνεῖται δρομαῖος εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν. καὶ καταίρει μὲν εἰς πόλιν Ναχώρ.

ὀκλάζει δὲ τὰς καμήλους ἔξω τῆς πόλεως παρὰ τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος, τὸ πρὸς ὀψὲ ἡνίκα ἐκπορεύονται αἱ ὑδρευόμεναι. ἀφικόμενος δὲ οὕτω ἐκεῖσε, Θεὸν ἐλιπάρει λοιπὸν εὐθυρῶσαι τὴν ὁδὸν, καὶ καταδεῖξαι παρθένον εὔμορφον καὶ φιλόξενον, καὶ ὄκνου τοῦ βλέποντος εἰς ἀγάπην κρείττονα. ἔσται γὰρ, φησὶν, ἡ παρθένος, ᾗ ἐὰν ἐγὼ εἴπω, ἐπίκλινον τὴν ὑδρίαν σου ἵνα πίω, καὶ εἴπῃ, πίε, καὶ τὰς καμήλους σου ποτιῶ, ἕως ἂν παύσωνται πίνουσαι, ταύτην ἡτοίμασας τῷ παιδί σου Ἰσαάκ. ἀλλ' ἧκεν οὐκ εἰς μακρὰν ἡ καλὴ τῷ εἴδει καὶ εὐπρεπεστάτη παρθένος, φημὶ δὴ Ῥεβέκκα. ἐξαιτοῦντι δὲ πιεῖν, προσῆλθεν ἑτοίμως. ἐπηγγέλλετο δὲ καὶ αὐταῖς ποτιεῖν ταῖς καμήλοις, καὶ εἰς ἔργον ἤγετο τὰ ἐπηγγελμένα. συμβάλλει δὴ οὖν ὁ οἰκέτης ἐντεῦθεν, ὡς αὕτη λοιπὸν εἴη, καὶ οὐχ ἑτέρα. τοιγάρτοι ψέλλιά τε καὶ ἐνώτια λαβὼν, προσεκόμιζε τῇ νεάνιδι. ἡ δὲ οἴκοι παρελθεῖν, ἕπεσθαί τε αὐτῇ παραχρῆμα προσέταττεν. οὗ γεγονότος, ξενίζεται μὲν αὐτὸς, λαμπρὰν δὲ διήγησιν τοῦ ἰδίου δεσπότου τὸν πλοῦτον ποιεῖται. προστίθησι δὲ ὅτι ἕνα καὶ ἀγαπητὸν ἔχων υἱὸν τὸν Ἰσαὰκ, πάντα δέδωκεν αὐτῷ, καὶ δεσπόζει τῶν ὅλων ὁ νεανίας. ἐπεὶ δὲ ἀποτρέχειν ἤθελεν ὁμοῦ τῇ νεάνιδι λοιπὸν ὁ νυμφαγωγὸς, διερωτῶσι Ῥεβέκκαν εἰ συμβαδιεῖται τῷ κεκληκότι, καὶ ἀσπαστὴν ποιήσεται τὴν ἀποδρομήν. ἡ δὲ κατένευε προθύμως. ἀφιγμένην δὲ οὕτως, εἰσοικίζεται μὲν ἐθελοντὴς ἤδη ὁ Ἰσαάκ· παρεκλήθη δὲ οὕτως σφόδρα, καίτοι τεθνεώσης αὐτῷ τῆς μητρός. μακρὸς μὲν οὖν καὶ πολὺς τῆς ἱστορίας ὁ λόγος. πλὴν ἐπιτεμόντες ὡς ἔνι ταύτην, διαρκῶς εἰρήκαμεν. ἡκέτω δὴ οὖν τῆς θεωρίας ἡ δύναμις ἐπὶ τὸ λίαν εὐτεχνές, καὶ τὸν τοῦ μυστηρίου τύπον ἀναδεικνύτω πάλιν, ὡς ἐν ἀμυδραῖς μὲν ἔτι σκιαῖς, πλὴν ὠδίνοντα τὴν ἀλήθειαν. οὐκ ἠξίωσεν Ἀβραὰμ ἐκ τῶν θυγατέρων Χαναὰν ἁρμόσαι γυναῖκα τῷ ἠγαπημένῳ, φημὶ δὴ τῷ Ἰσαάκ· ἀλλ' εἰς τὴν τῶν εἰδωλολατρούντων χώραν τὸν γνήσιον ἀποτρέχειν ἐκέλευεν οἰκέτην, φροντιοῦντα γυναικὸς τῆς ὅτι μάλιστα πρεπωδεστάτης αὐτῷ. οὐ γὰρ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν συνάψαι Χριστῷ, ὃς ἐν Ἰσαὰκ σημαίνεται. ὀψίγονος γὰρ ὁ Ἰσαὰκ καὶ ἀγαπητός. πέφηνε δὲ καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ὁ Χριστὸς, καὶ ἔστιν ἠγαπημένος, τέρψις τε καὶ ἀγαλλίασμα. ἑρμηνεύεται γὰρ οὕτως ὁ Ἰσαάκ. ὅτι δὲ Χαναναῖοι

A & quieſcere fecit camelos extra ciuitatem apud puteum aquæ, de veſpere quando egrediuntur aquatrices. Cùm igitur eò perueniſſet, orauit Deum vt ipſi viam aperiret, oſtenderétque virginem pulchram atque hoſpitalem, quæque impigra eſſet ad amorem exhibendum. [Erit enim, inquit, virgo: cui ſi ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam, & dixerit mihi: Bibe, & camelos tuos potabo, donec vtique ceſſent bibentes, hanc præparaſti ſeruo tuo Iſaac.] Venit itaque ſtatim puella decora aſpectu pulcherrimáque virgo, *Rebecca* inquam. Petenti verò potum, promptiſſimè dedit, promiſit verò ſe etiam camelis potum daturam, ſtatimque promiſſa exequitur. Colligit verò ex his indiciis ſeruus ipſam eſſe, neque aliam. Acceptis igitur armillis & inauribus, dedit puellæ. Illa verò vt domum ſuam eat, ipſámque ſequatur, monet. Quo facto excipitur ibi hoſpitio, & inſignem de domini ſui diuitiis narrationem inſtituit. Adiecit verò quòd cùm vnicum & carum imprimis haberet filium *Iſaac*, ipſi omnia dederit, quóque eius omnium ſit dominus. Poſtquam verò pronubus diſcedere voluit vnà cum puella, interrogant Rebeccam, an cum eo ire velit, & an libenter diſcedat. Ipſa verò promptè annuit. Iſaac autem ad ſe adductam in domum ſuam lætus inducit, conſolatúſque eſt vehementer, etiamſi mater ipſius mortua fuerit. Longus itaque eſt hiſtoriæ ſermo. Cæterùm nos eum in ſummam redigentes, quod ſatis eſt diximus. Spiritualem igitur ſenſum artificiosè inquiramus, & myſterii typum veluti obſcuris quibuſdam vmbris inuolutum indagemus, veritatémque eruamus. Dedignatus eſt Abraham dilecto filio ſuo, Iſaac nimirum, vxorem ex filiabus Chananæorum dare, ſed in regionem idololatrarum proprium ſuum ſeruum emiſit, qui vxorem maximè illi ſeruientem quæreret. Neque enim voluit Deus ac Pater, Iudæorum Synagogam Chriſto copulare, qui in Iſaac ſignificatur. Serò enim natus & dilectus eſt Iſaac. Apparuit autem etiam in vltimis temporibus Chriſtus, & eſt dilectus, *delectatióque & exultatio*; hoc enim interpretatur *Iſaac*. Quòd verò Chananæi

typus ſint Iſraelitarum, manifeſtum fuerit, & quidem facilè admodum ex nominis interpretatione. Chananæi enim parati ad humiliationem. Quibus enim conueniat ad humiliationem ire, aut potiùs peruenire, quàm Iudæis? Humiliati ſiquidem ſunt excidentes à gloria Dei, & in quæuis abſurdiſſima prolapſi. Quocirca non ex Chanaan, ſed ex Meſopotamia, ſponſa Iſaac. Nam, vt dixi, non ex Iudæis ſed ex Gentibus Eccleſia ſpiritualiter Chriſto eſt copulata. Cæterùm per voluntatem Patris, intercedentibus interim ſeruis maximè fidelibus; vt intelligamus di-
1 Cor. 4. a " ſcipulos, qui [diſpenſatores atque " adminiſtratores fuerunt myſterio- " rum Chriſti,] in quorum manu tantùm non ſunt omnia, quæ in ædibus ipſius. Hi relicta Iudæa, quemadmodum ferè Abrahæ ſeruus regione Chananæorum, ad idololatras ſeſe contulerunt, geſtantes quodammodo Dei ac Patris bona, ac cæleſti ſapientia mentem refertam habentes, ac Spiritus ſancti donis pleni. Animaduerte autem quo pacto ſerui Abrahæ nomen non exprimitur: vt in omnes fideles ac probatos diſcipulos miniſterii typus extendatur. Et quieuit quidem ille ad puteum aquæ ſub veſperum, precibuſque Dei auxilium inuocauit, & ad aquam virginem probare voluit. Venerunt autem etiam ſancti diſcipuli ad Gentium regiones ſub veſperum, hoc eſt, in vltimis ſæculi temporibus, & ad aquas ſpiritualem virginem probarunt. Accommodatiſſima enim eſt, optiméque comparata
Eſai. 12. 3. " Eccleſia ad hauriendum [viuifican- " tem ſermonem ex fontibus Saluato- " ris,] ſicut ſcriptum eſt. Habet autem vbertimè quod ad mentis habilitatem pertinet, ad ſuppeditandum aliis quæ vitam probent. Dedit enim Rebecca potum ipſi ſeruo & camelis. Ac ſeruus quidem typus fuerit nunc Iſraelitarum. Homines enim legem habentes pædagogum Chriſtique myſterium adhuc in vmbris latens, cæterùm non omnino diſciplina ſacrorum carentes: Gentes verò nihil à iumentis rationis expertibus differentes, meritò camelis comparatæ ſunt. Immundum enim ſecundùm legem hoc animal eſt.

A τύπος ἂν νοοῖντο τῶν ἐξ Ἰσραήλ, σαφὲς ἂν γένοιτο, καὶ μάλα ῥᾳδίως ὡς ἀπό γε τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας. Χαναναῖοι γὰρ ἕτοιμοι πρὸς ταπείνωσιν. τίσι δ' ἂν πρέποι τὸ μέλλειν ἐλθεῖν εἰς ταπείνωσιν, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ ἥκειν, πλὴν ὅτι τοῖς Ἰουδαίοις; τεταπείνωνται γάρ, τῆς ἐν Χριστῷ δόξης ὠλισθηκότες, καὶ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων καταπερριμμένοι. οὐκοῦν οὐκ ἐκ Χαναάν, ἀλλ' ἐκ μέσης τῶν ποταμῶν, τῷ Ἰσαὰκ ἡ νύμφη. ὡς γὰρ ἔφην, οὐκ ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλ' ἐξ ἐθνῶν ἡ συνηρ-
B μοσμένη τῷ σωτῆρι Χριστῷ πνευματικῶς ἐκκλησία. πλήν, διὰ βουλῆς τοῦ πατρός, μεσολαβούντων οἰκετῶν τῶν ὅτι μάλιστα πιστῶν καὶ γνησίων, ἵνα νοῶμεν τοὺς μαθητάς, οἳ καὶ ταμίαι γεγόνασι καὶ οἰκονόμοι τῶν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μυστηρίων· μονονουχὶ δὲ καὶ ἐν χερσὶν ἔχοντες πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. οὗτοι καταλελοιπότες τὴν Ἰουδαίαν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ τοῦ Ἀβραὰμ οἰκέτης τὴν Χαναναίαν, εἰς τὴν τῶν εἰδωλολατρούντων χώραν κατέβαινον, ἀναθέμενοι τρόπον τινά, τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ
C πατρὸς ἀγαθά, καὶ πλήρη μὲν ἔχοντες τὸν νοῦν σοφίας τῆς ἄνωθεν, ἐπίμεστοι δὲ χαρισμάτων τῶν διὰ τοῦ πνεύματος. ἐπιτήρει δὲ ὅτι καὶ ἀνώνυμος ὁ οἰκέτης τοῦ Ἀβραάμ, ἵνα κατὰ παντὸς φέρηται μαθητοῦ πιστοῦ τε καὶ δεδοκιμασμένου, τῆς διακονίας ὁ τύπος. καὶ κατέλυσε μὲν ἐκεῖνος πρὸς τῷ φρέατι τοῦ ὕδατος πρὸς ἑσπέραν, παρεκάλει δὲ δι' εὐχῆς Θεὸν γενέσθαι συλλήπτορα, καὶ ἐφ' ὕδατος τὴν παρθένον ἤθελε δοκιμάζειν. ἐπεφοίτησαν δὲ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καθάπερ
D ἔφην ἀρτίως, ταῖς τῶν ἐθνῶν χώραις τὸ πρὸς ἑσπέραν, τουτέστιν, ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, καὶ παρ' ὕδασι τὴν νοητὴν ἐδοκίμαζον παρθένον. ἐπιτηδειοτάτη γὰρ λίαν ἡ ἐκκλησία, καὶ εὐρώστως ἔχουσα πρός γε τὸ δύνασθαι, φημὶ τὸν ζωοποιὸν ἀρύσασθαι λόγον, ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔχει δὲ καὶ οὐκ ἀμηχάνως τό γε ἧκον εἰς νοῦ καὶ φρενὸς ἐπιτηδειότητα πρὸς τὸ καὶ ἑτέροις δύνασθαι χορη-
E γεῖν τὰ τελοῦντα πρὸς ζωήν. ἐπότιζε γὰρ ἡ Ῥεβέκκα αὐτόν τε τὸν οἰκέτην καὶ τὰς καμήλους. καὶ ὁ μὲν οἰκέτης, τύπος ἂν νοοῖτο νυνὶ τῶν ἐξ Ἰσραήλ. ἄνθρωποι γὰρ οἱ νόμον ἔχοντες ἤδη παιδαγωγόν, καὶ ὡς ἐν σκιαῖς μὲν ἔτι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, πλὴν οὐκ ἀμυσταγώγητοι παντελῶς. κτηνῶν δὲ ἀλόγων οὐδὲν διαφέροντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, οἳ καὶ ταῖς καμήλοις παρεικάζοντο ἂν εἰκότως. ἀνίερον γὰρ κατὰ νόμους τὸ ζῶον.

A τοιοίδε πάντως οἱ μήπω Θεὸν εἰδότες τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς. ἰκμωτάτη δὲ οὕτω κατάρδειν ἡ ἐκκλησία, τοῖς ἱεροῖς τε καὶ θείοις νάμασι τούς τε ἐξ Ἰουδαίων ἥκοντας, ἐπὶ τὸ δεῖν ἑλέσθαι τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην· καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένους. ἐπειδὴ δὲ τοιαύτην οὖσαν οἱ μαθηταὶ τεθέανται τὴν παρθένον, ψελλίοις τε αὐτὴν κατηγλάϊζον εὐθέως. καὶ μήν τοι τὸν ἐν ὠσὶ προσεθέτην κόσμον· τουτέστι, λαμπρὰν ἀπετέλουν καὶ ἐκπρεπεστάτην τοῖς εἰς εὐηκοΐαν αὐχήμασι. κεκοσμημένη γὰρ ἀκοὴ, παραδηλώσειεν ἂν τὸ εὐήκοον. περιφανῆ δὲ ὥσπερ ὁρᾶσθαι παρεσκεύαζον B καὶ τοῖς ἐξ ἔργων ἤτοι χειρῶν κατορθώμασιν. οἶμαι γὰρ τοῦτί τὸ καὶ αὐταῖς ἐνιέναι χερσὶ τὰ ψέλλια. καὶ ὁ μὲν οἰκέτης ὁ τοῦ Ἀβραὰμ ἀφηγεῖτο τοῖς ἐν Χαρρὰν, τοῦ ἰδίου δεσπότου τὸν πλοῦτον, καὶ ὅτι μόνον ἕνα καὶ ἠγαπημένον ἔχει τὸν κληρονόμον. μεμυσταγωγήκασι δὲ τὰ ἔθνη καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀνακηρύττοντες πλοῦτον, τὴν ἐλπίδα, τὴν ζωὴν, τὸν ἁγιασμόν· εἰς δὲ ὅτι καὶ μόνος υἱὸς κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ τῶν ὅ- C λων τέθειται κληρονόμος, ἀπήγγελον ἐναργῶς. καὶ ἠρωτᾶτο μὲν ἡ παρθένος, Εἰ συμβαδιεῖται τῷ οἰκέτῃ προθύμως· ἡ δὲ κατένευσεν εὐθύς. ἑτοιμοτάτη γὰρ λίαν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, μονονουχὶ δὲ καὶ θερμὴ πρὸς ἀγάπην τὴν ἐπὶ Χριστῷ· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἀγέλης· τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου. ἐπεὶ δὲ συνήφθη λοιπὸν ὁ Ἰσαὰκ τῇ Ῥεβέκκᾳ, παρεκλήθη, φησὶ, περὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. πάρεστι δὴ οὕτω καὶ D διὰ τοῦδε νοεῖν ὅτι λελύπηται μὲν ὁ Χριστὸς μονονουχὶ τεθνεώσης διὰ τῆς ἀπιστίας τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς κατὰ σάρκα γεγένηται· ἐπειδὴ δὲ γέγονε νυμφίος τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, κατέληξε τρόπον τινὰ τῆς ἐπ' ἐκείνῃ λοιπὸν κατηφείας. εἴρηται γάρ που διὰ φωνῆς προφητῶν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ ἔσται, ὃν τρόπον εὐφρανθήσεται νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ, οὕτως εὐφρανθήσεται κύριος ἐπὶ σοί. E δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A Huiuſmodi verò omnino ſunt, qui Deum naturaliter ac verè exiſtentem non cognoſcunt. Abundè igitur Eccleſiæ ſuppetit ad irrigandum ſacris ac diuinis fluentis eos, qui ex Iudæis orti ſunt, ad amorem in Chriſtum amplectendum, tum eos qui ex Gentibus vocati ſunt. Cùm verò diſcipuli virginem talem ſunt conſpicati, inauribus ſtatim decorarunt, & quidem auribus ornatum addiderunt, hoc eſt, ſplendidam ornatiſſimámque obedientiæ gloria effecerunt. Ornatus enim au- B ditus, obedientiam ſignificat. Conſpicuam autem videri etiam manuum operibus curarunt, hoc enim ſignificare arbitror armillas manibus additas. Porrò ſeruus Abrahæ commemorabat iis qui in Charan, diuitias domini ſui, quódque vnicum eúmque chariſſimum haberet hæredem. Docuerunt verò etiam diſcipuli gentes Dei ac Patris diuitias, prædicantes ſpem, vitam, ſanctificationem, quódque vnus ac ſolus filius C ſecundùm naturam ac verè ſit Chriſtus, qui vniuerſorum hæres ſit declaratus, apertè annunciarunt. Atqui interrogatur virgo quidem, an libenter cum ſeruo ſit abitura. Ipſa verò ſtatim annuit. Promptiſſima enim eſt Eccleſia ex Gentibus, ac tantùm non feruens ad dilectionem Chriſti: quod & diuinus Dauid teſtatur de Gentium grege ita dicens: [Alacritati cordis ipſorum inclina aurem tuam.] Poſtquam verò copulatus eſt Iſaac Rebeccæ, [conſola- D tus eſt, inquit, ſuper matre ſua.] Ex hoc itaque facilè intelligi poteſt, quòd doluerit quidem Chriſtus mortem quodammodo Synagogæ Iudæorum ob incredulitatem, ex qua ipſe ſecundùm carnem natus erat. Poſtquam verò ſponſus Eccleſiæ Gentium eſt effectus, depoſuit quodammodo mœrorem, quem ea de re conceperat. Dictum enim eſt E alicubi per vocem Prophetæ ad Eccleſiam: [Et erit, quemadmodum lætabitur ſponſus ſuper ſponſa, ſic lætabitur Dominus ſuper te,] per quem & cum quo Deo ac Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

Pſal. 46.

Eſai. 62.

A

De Eſau & Iacob: quòd ſint typus duorum populorum, Iſraelitici nimirum, & eius qui per fidem in Chriſtum.

Geneſ. 25. 19. HÆ ſunt generationes Iſaac, filii Abraham. Abraham genuit Iſaac. Erat autem Iſaac annorum quadraginta quando accepit Rebeccam, filiam Bathuel Syri, ex Meſopotamia, ſororem Laban Syri, ſibi vxorem. Deprecatus eſt autem Iſaac pro Rebecca vxore ſua Dominum, quia erat ſteris. Exaudiuit autem eum Deus, & concepit in vtero Rebecca vxor eius. Saltabant autem pueri in ea. Dixit autem, Si ſic futurum erat, quid neceſſe fuit concipere? Abiit autem interrogare à Domino. Et ait Dominus illi, Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur. Et populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Et impleti ſunt dies, vt pareret ipſa, & huic erant gemini in vtero eius. Egreſſus eſt autem primogenitus rufus totus, & ſicut pellis hiſpidus: vocauit autem nomen eius Eſau. Et protinus egreſſus eſt frater eius, & manus eius apprehendens calcaneum Eſau, & vocauit nomen eius Iacob. Iſaac autem erat annorum ſexaginta quando peperit eos Rebecca. Creuerunt autem iuuenes. Et fuit Eſau homo venandi gnarus, & ruſticus: Iacob autem fuit homo ſimplex, habitans domi. Dilexit autem Iſaac Eſau, quia venatio eius cibus ei: Rebecca autem diligebat Iacob. Coxit autem Iacob coctionem lentis. Venit autem Eſau de agro deficiens: & dixit Eſau Iacob, Ciba me de coctione tua rufa hac, quia deficio ego. Propter hoc vocatum eſt nomen eius Edom. Dixit autem Iacob Eſau: Vende mihi hodie primogenita tua. Dixit autem Eſau: Ecce ego vado mori, & vt quid mihi iſta primogenita? Et dixit ei Iacob, Iura mihi hodie. & iurauit ei. Vendidit autem Eſau primogenita ſua. Iacob autem dedit Eſau panem & coctionem lentis, & comedit & bibit, & ſurgens abiit & vilipendit Eſau primogenita ſua.] Patrem quidem multarum gentium futurum Abraham, Deus (qui men-

Περὶ τοῦ Ἠσαῦ καὶ τοῦ Ἰακὼβ, ὅτι εἰς τύπον τέθηνται τῶν δύο λαῶν, τοῦ τε Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ.

ΑΥΤΑΙ δὲ αἱ γενέσεις Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ, Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν τεσσαράκοντα, ὅτε ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν, θυγατέρα Βαθουὴλ τοῦ Σύρου, ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, ἀδελφὴν Λάβαν τοῦ Σύρου, ἑαυτῷ γυναῖκα. ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ κυρίου περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν. ἐπήκουσε δὲ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, καὶ ἔλαβεν ἐν γαστρὶ Ῥεβέκκα ἡ γυνὴ αὐτοῦ· ἐσκίρτων δὲ τὰ παιδία ἐν αὐτῇ. Εἶπε δὲ, Εἰ οὕτως μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τοῦτο; ἐπορεύθη δὲ πυθέσθαι παρὰ κυρίου. καὶ εἶπε κύριος αὐτῇ, δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρί σου εἰσὶ, καὶ δύο λαοὶ ἐκ τῆς κοιλίας σου διαστελήσονται. καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει. καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάττονι. καὶ ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν, καὶ τῇδε ἦν δίδυμα ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. ἐξῆλθε δὲ ὁ υἱὸς ὁ πρωτότοκος πυῤῥάκης ὅλος ὡσεὶ δορὰ δασύς. ἐπεκάλεσε δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἠσαῦ. καὶ μετὰ τοῦτο ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπειλημμένη τῆς πτέρνης Ἠσαῦ. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ. Ἰσαὰκ δὲ ἦν ἐτῶν ἑξήκοντα, ὅτε ἔτεκεν αὐτοὺς Ῥεβέκκα. ηὐξήθησαν δὲ οἱ νεανίσκοι. καὶ ἦν Ἠσαῦ ἄνθρωπος εἰδὼς κυνηγεῖν ἄγροικος. Ἰακὼβ δὲ ἄνθρωπος ἄπλαστος, οἰκῶν οἰκίαν. ἠγάπησε δὲ Ἰσαὰκ τὸν Ἠσαῦ, ὅτι ἡ θήρα αὐτοῦ βρῶσις αὐτῷ. Ῥεβέκκα δὲ ἠγάπα τὸν Ἰακώβ. ἥψησε δὲ Ἰακὼβ ἕψημα. ἦλθε δὲ Ἠσαῦ ἐκ τοῦ πεδίου ἐκλείπων. καὶ εἶπεν Ἠσαῦ τῷ Ἰακώβ· γεῦσόν με ἀπὸ τοῦ ἑψήματος τοῦ πυῤῥοῦ τούτου, ὅτι ἐκλείπω ἐγώ. διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐδώμ. εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ Ἠσαῦ· ἀπόδου σήμερον τὰ πρωτοτόκιά σου ἐμοί. καὶ εἶπεν Ἠσαῦ· ἰδοὺ ἐγὼ πορεύομαι τελευτᾷν, καὶ ἵνα τί μοι ταῦτα τὰ πρωτοτόκια; καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἰακώβ. ὄμοσόν μοι σήμερον. καὶ ὤμοσεν αὐτῷ. ἀπέδοτο δὲ Ἠσαῦ τὰ πρωτοτόκια τῷ Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἔδωκε τῷ Ἠσαῦ ἄρτον καὶ ἕψημα φακοῦ· καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιε, καὶ ἀναστὰς ᾤχετο. καὶ ἐφαύλισεν Ἠσαῦ τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. πατέρα μὲν ἔσεσθαι πολλῶν ἐθνῶν τὸν θαυμάσιον Ἀβραὰμ ἀπο-

δοεπεῖν οὐκ εἰδὼς, ἐπηγγέλλετο Θεὸς καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα, τὸ ἐξ αὐτοῦ φανήσεσθαι πληθὺν ἄνωτε καὶ κάτω διισχυρίζετο. ὡσεὶ ἄμμος γὰρ ἔσται, φησὶν, ἡ ἀναρίθμητος. καὶ ὡσεὶ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. ἀλλὰ τῆς οὕτω περιφανοῦς εὐκλείας τὸ πέρας ἐκβέβηκεν, οὐκ ἐν γε δὴ μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ταῖς ἐθνῶν ἀγέλαις. εἰσκέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ εἶεν ἂν οἱ τοιοίδε μᾶλλον ἐν Ἰσαὰκ, τουτέστιν, ἐξ ἐπαγγελίας, καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ σοφώτατος Παῦλος. προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ ὅτι ἐκ πίστεως τὰ ἔθνη δικαιοῖ ὁ Θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ. ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί. γέγραπται γὰρ ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ Θεοῦ, δῆλον ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ὁρῶμεν οὖν ὅτι τὰ ἐπηγγελμένα διεπεραίνετο· καὶ οὐχὶ δὴ πάντως διὰ τῶν ἐν νόμῳ παιδαγωγουμένων, ἀλλὰ τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων. παρεισῆλθε δὲ οἰκονομικῶς ἡ διὰ Μωσέως ἐντολὴ οὐκ ἠμελημένης τῆς ἐπαγγελίας· ἀλλ' ἵνα παιδαγωγῇ καὶ ἀνακομίζῃ κατὰ βραχὺ πρὸς τὴν διὰ πίστεως κλῆσιν. καὶ τῶν ἤδη προσβεβηκότων ἐλέγχουσα τὴν ἀσθένειαν, χρειωδεστάτην ἅπασι καὶ ἀναγκαίαν ἤδη πῶς ἀποδείξῃ λοιπὸν τὴν διὰ πίστεως χάριν καὶ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν; ἔφη δὲ οὕτω πάλιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. ἀδελφοὶ κατὰ ἄνθρωπον λέγω. ὅμως ἀνθρώπου διαθήκην κεκυρωμένην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται. τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός. καὶ τῷ σπέρματί σου ὅς ἐστι Χριστός. τοῦτο δὲ λέγω διαθήκην κεκυρωμένην ὑπὸ Θεοῦ. ὁ μετὰ τετρακόσια καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονὼς νόμος, οὐκ ἀκυροῖ εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία, οὐκέτι ἐξ ἐπαγγελίας, τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός. προσεπάγει δὲ τούτοις καὶ τὴν αἰτίαν εὐθὺς τῆς τοῦ νόμου προσβολῆς οὕτω λέγων. τί οὖν ὁ νόμος; τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ὃ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου. ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν. ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐστιν.

A tiri non poteſt) promiſerat, progeniémque ex eo orituram, innumerabilem fore ſurſum deorſum confirmat. [Sicut arena enim, inquit, numerari non poterit, & ſicut ſtellæ cæli.] Gen. 22. 17. Cæterùm eximiæ adeo laudis termini, non in Iſraelitico ſolùm populo ſunt circumſcripti, verùm etiam in Gentium grege. Accerſiti enim ſunt per fidem, atque huiuſmodi magis ſunt in Iſaac, hoc eſt, ex promiſſione: quod & ſapientiſſimus Paulus teſtatur ſcribens: [Prouidens Gal. 3. 8. autem Scriptura, quia ex fide iuſtificat
B gentes Deus, prænunciauit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicumque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniam autẽ in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtũ eſt, quia iuſtus ex fide viuet: lex autem non
C eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, viuet in illis.] Promiſſiones igitur implete ſunt, non omnino per eos, qui in lege inſtituti ſunt, ſed per eos qui per fidem iuſtificati ſunt. Ingreſſum eſt autem diuino conſilio mandatum per Moſem non neglecta promiſſione, ſed vt inſtruat, & paulatim deducat ad vocationẽ per fidem: cúmque eorum, qui iam antea ingreſſi ſunt, imbecillitatem arguat vtiliſſimam ac neceſſariam omnibus, quo pacto demonſtrat deinceps gratiam, quam per fidem conſequimur, iuſtifica-
D tionémque in Chriſto? Diuinus autem Paulus ita rurſum ait: [Fratres (ſecundùm hominem dico) tamen hominis Gal. 3. 15. confirmatum teſtamentum nemo ſpernit aut ſuperordinat. Abrahę dictę ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à Deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt
E lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſionem. Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione, Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus.] Adiicit verò ſtatim rationem cur lex priùs inducta ſit, ita dicens: [Quid igitur lex? propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius nõ eſt. Deus autẽ vnus eſt.

„ lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Priùs autem quàm veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Omnes enim filii Dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.] Nemo itaque dubitauerit, legem eſſe accuſatricem eorum, qui inſtituti ſunt imbecillitatis, & lapſuum peccatorúmque noſtrorum iudicatricem. [Vbi enim, inquit, non eſt lex, neque præuaricatio.] & rurſus: [Peccatum non noui niſi per legem. Et veniente mandato, inquit, peccatum reuixit, ego verò mortuus ſum.] Et iterum: [Vſque ad legem erat peccatum in mundo. Peccatum enim non imputabatur non exiſtente lege. Lex ſiquidem iram operatur,] Lex igitur manu quodammodo ducit ad Chriſtum, arguens transgreſſores, ipſóque experimento docens mortales, quòd impoſſibile ſit procliuitate ad peccatum laborantes effugere accuſationem ex lege, ſed omnino ſalute per Chriſtum indigere, qui iuſtificat in fide & miſerationibus. Manifeſtum itaque eſt, quòd ad ſalutis noſtræ adminiſtrationem neceſſarium maximè fuerit mandatum per Moſen priùs proponi, ſubſequente ſtatim gratia in Chriſto, atque in medium proferente Dei promiſſione prædictum ſæculo, hoc eſt, qui in Chriſto ſunt per fidem. Ita enim factus eſt Abraham pater innumerabilium gentium. Vide itaque diuini conſilii rationem ac formam, veluti in typo adumbratam, in duobus inquam fratribus filiis Iſaac, Eſau nimirum & Iacob. Dictum igitur eſt à Deo ad diuinum Abraham, [quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.] Explicans autem oraculum Paulus legis peritus, [Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, inquit, & ſemini eius. non dicit, Et ſeminibus. quaſi in multis, ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo qui eſt Chriſtus.] In Chriſto ergo promiſſiones impletæ ſunt, & in imaginem ac typum illius poſitus eſt Iſaac. Interpretatur autem

Rom. 4. 15. · Rom. 7. 7. · Rom. 7. 9. · Rom. 5. 13. · Rom. 4. 15. · Gal. 3. 16.

A ὁ οὖν νόμος κατὰ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ; μὴ γένοιτο. εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, ὄντως ἐκ νόμου ἂν ἡ δικαιοσύνη ἦν. ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι. πρὸ δὲ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκλειόμενοι εἰς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι. ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν. ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκ ἔτι B ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν. πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. οὐκοῦν ἥκιστα μὲν ἐνδοιάσειέ τις ἄν, ὡς ἔλεγχος ἦν ὁ νόμος τῆς τῶν παιδαγωγουμένων ἀσθενείας· παραδεικτικὸς δὲ μᾶλλον πταισμάτων καὶ ἁμαρτίας. οὐ γάρ, φησίν, οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. καὶ πάλιν τὴν δὲ ἁμαρτίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ διὰ νόμου. καὶ ἐλθούσης τῆς ἐντολῆς, φησίν, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν· ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. καὶ πάλιν. ἄχρι γὰρ νόμου C ἦν ἁμαρτία ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία γὰρ οὐκ ἐλλογᾶται μὴ ὄντος νόμου. ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. πεπαιδαγώγηκε τοίνυν ὁ νόμος ἐπὶ Χριστόν, ἐλέγχων τοὺς παραβαίνοντας, καὶ αὐτῇ πείρᾳ διδάσκων τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἔστιν ἀμήχανον τὴν ἐκ νόμου διαδρᾶναι γραφὴν τὸν εἰς ἁμαρτίαν εὔκολον ἠρρωστηκότα τὸν ἄνθρωπον· δεῖ δὲ πάντως αὐτῷ τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας, τοῦ δικαιοῦντος ἐν πίστει καὶ οἰκτιρμοῖς. πρόδηλον οὖν, ὅτι τῆς ἐφ' ἡμῖν οἰκονομίας ὁ λόγος ἀναγκαιοτάτην D ἀπέφηνε τὴν διὰ Μωσέως ἐντολὴν τὴν οἱονεὶ προαναδεῖξιν τῆς κατόπιν εὐθὺς καὶ ἐν Χριστῷ δραμούσης χάριτος παρακομιζούσης εἰς μέσον τὸ ἐξ ἐπαγγελίας Θεοῦ προαναφωνούμενον σπέρμα, τουτέστι, τοὺς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως. γέγονε γὰρ οὕτω πατὴρ ἀναριθμήτων ὁ θεσπέσιος Ἀβραάμ. ἄθρει δὴ οὖν ἄθρει τῆς οἰκονομίας τὸ σχῆμα, διαπεπλασμένον ἀστείως ὡς ἐν τύπῳ πάλιν τῇ τῶν ἀδελφῶν ξυνωρίδι τῇ ἐξ Ἰσαάκ· Ἠσαῦ τέ φημι, E καὶ μὴν ἔτι καὶ Ἰακώβ. οὐκοῦν εἴρητο παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸν θεσπέσιον Ἀβραάμ, ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. διερμηνεύων δὲ τὸ χρησμῴδημα, νομομαθὴς ὢν ὁ Παῦλος. τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, φησί, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει, καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅ ἐστι Χριστός. οὐκοῦν ἐν Χριστῷ τὰ ἐπηγγελμένα διεπεραίνετο, καὶ εἰς εἰκόνα καὶ τύπον αὐτοῦ τέθειταί πως ὁ Ἰσαάκ· διερμηνεύεται δὲ ἡ τοιάδε

κλῆσις, χαρὰ καὶ ἀγαλλίαμα. ἀγαλλίαμα A δὲ τὸν Χριστὸν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ὠνόμαζε λέγων ὡς ἐκ προσώπου τῶν δεδιψηκότων τὴν δι' αὐτοῦ σωτηρίαν, τὸ ἀγαλλίαμά μου, λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με. διενηξάμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ τὰς τῶν φονώντων ἐπαναστάσεις· καὶ πεπατήκαμεν ἐν αὐτῷ σκορπίους καὶ ὄφεις, καὶ ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπέβημεν οἱ πεπιστευκότες. ὅτι δὲ ἀγαλλίαμα ὁ Χριστὸς παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς ὠνόμασται, καὶ προφητικὸς ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος. ἔχει γὰρ B ὧδε. καὶ ἀνατελεῖ κύριος δικαιοσύνην καὶ ἀγαλλίαμα ἐναντίον τῶν ἐθνῶν πάντων. γέγονε γὰρ ὁ Ἐμμανουὴλ οὐχὶ μόνοις τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσί τε καὶ λαοῖς δικαιοσύνη καὶ ἀγαλλίαμα. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς δυσφημίαν ἀπεκρουσάμεθα. μετημφιέσμεθα γὰρ ὥσπερ εὐφροσύνην καὶ χαρὰν θανάτου καὶ ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένοι. C καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ πλουτήσαντες ἀγαθῶν; τοιγάρτοι δοξολογεῖν δεδιδάγμεθα, λέγοντες· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ. ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. καὶ τίς δὴ ἄρα ἐστὶν ὁ τῆς εὐφροσύνης χιτὼν, σαφηνιεῖ λέγων ὁ ἱερώτατος Παῦλος. ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. καὶ πάλιν· ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν. D ἀγαλλίαμα τοίνυν ὁ Ἰσαὰκ ὡς ἐν τύπῳ Χριστοῦ τοῖς προκειμένοις ἡμῖν θεωρήμασι χρησιμεύσατο παρειλημμένος. τούτῳ γέγονε Ῥεβέκκα γυνή. διερμηνεύοιτο δὲ αὖ καὶ αὕτη, πλείστη τε καὶ ὅση ὑπομονή. ἀλλὰ καὶ τὸ τῆσδε πρόσωπον εἰς τὸ τῆς ἐκκλησίας παραληψόμεθα νοοῦντες ὀρθῶς, ἧς τὸ εὐδόκιμον ἐν ὑπομονῇ. καὶ γοῦν τοῖς ταύτης τέκνοις τοῖς ὡς ἐν πίστει φημὶ καὶ πνεύματι σωτηρίας, ὁδὸς πέφυκεν ἡ ὑπομονή. E ἱεροὶ γὰρ αὐτοῖς προαναφωνήκασι λόγοι. ποτὲ μὲν, ὅτι ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. ποτὲ δὲ αὖ. ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν. ὅρα τοίνυν τὴν Ῥεβέκκαν ὀψὲ μὲν καὶ μόλις ὠδίνουσαν. στεῖρα γὰρ ἦν, ἀποτικτοῦσαν δ' οὖν ὅμως ἐκ φιλοτιμίας Θεοῦ, καὶ ἐξ ἀγαπήσεως Ἰσαὰκ· τόν τε Ἡσαῦ τὸν πρωτότοκον, καὶ εὐθὺς κατόπιν ἰόντα τὸν Ἰακώβ.

A hoc vox *gaudium* & *exultatio*. Porrò Dauid Chriſtum etiam exultationem vocat, dicens veluti ex perſona eorum qui ſalutem per ipſum vehementer deſiderabant, [Exultatio mea, erue me à circundantibus me.] Psal. 31. 7. Euaſimus enim in Chriſto latronum inſultus, & proculcauimus in ipſo ſcorpios & ſerpentes, & ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulauimus, credentes. Quòd verò *exultatio* Chriſtus in ſacris Literis vocatus ſit, propheticus B etiam ſermo teſtatur. Ita enim habet: [Et oriri faciet Dominus iuſtitiam & exultationem coram omnibus gentibus,] Esai. 61. Factus ſiquidem eſt Emmanuel non ſolis Iſraeliticis, verùm etiam omnibus per vniuerſum orbem terrarum gentibus ac populis *iuſtitia & exultatio*. Iuſtificati enim ſumus in ipſo, veteriſque maledictionis infamiam à nobis remouimus. Induti enim quodammodo ſumus lætitiam & gaudium, à morte & C peccato liberati, & quid non ſupernorum bonorum à Deo conſecuti? Idcircò etiam glorificare docti ſumus, dicentes: [Exultet anima mea in Domino. Induit enim me veſtem ſalutarem, & tunicam lætitiæ.] Esai. 61. 10. Porro quænam ſit hæc tunica lætitiæ, diuinus Paulus explicat, dicens: [Quotquot enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.] Gal. 3. 27. Et rurſum: [Induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne geratis, ad D concupiſcentiam.] Rom. 13. 14. Exultatio igitur Iſaac veluti in typum Chriſti in his commentationibus vtiliſſimè nobis accipitur. Huius autem vxor fuit Rebecca. Interpretatur verò etiam hæc, *Summa patientia*. Sed & huius perſonam in Eccleſiæ typum accipiemus, cuius gloria in patientia. Porro huius filiis, iis inquam, qui in fide & ſpiritu degunt, via ad ſalutem eſt, patientia. Ita enim ſacræ Literæ ipſis proclamant, ſubinde quidem: E [In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.] Luc. 21. 19. ſubinde verò: [Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.] Heb. 10. 36. Vide itaque Rebeccam tardè quidem atque ægrè vterum ferentem (anus enim erat) quæ tamen ob ſummam Dei erga Iſaac munificentiam atque amorem pepererit: Eſau quidem primogenitum, ſtatimque poſt hunc Iacob,

per

per quos optimè quidem nobis rurſum duo populi, Iſraeliticus nimirum & Gentilis, exprimantur. Atqui primogenitus quidem Iſrael. Prior enim vocatus eſt per legem: ſecundus verò poſt illum, qui in fide per Chriſtum. Videat autem quis duorum populorum in ingenio ac moribus differentiam, & ex ipſis nominibus, quibus vterque vocabatur, & ex ipſa corporum forma ſiue conſtitutione. Eſau enim interpretatur *quercus*, hoc eſt, dirus atque rigidus. Dictum eſt autem alicubi ad Iſraelem à Deo:
Eſai. 48. 4. „ [Cognoſco ego quòd durus es & ner-
„ uus ferreus ceruix tua, & frons tua
„ ænea.] Iacob verò *ſupplantator*, hoc eſt, artifex, ſiue vincendi peritus. Supplantat enim quis eum quem vicerit. Vincit autem omnino non populus in lege, ſed qui in Chriſto per fidem, quique peccati accuſationem effugerit, mortiſque imperium obtulerit. Porrò Eſau *rufus erat totus* (ita
Gen. 25. 25 enim ſcriptum eſt) *& velut pellis hirſutus*; Iacob autem *vir glaber ſiue leuis*. Flauities typus eſt ferociæ atque iræ, ſiquidem verum eſt, rubicundam in ira percitis cutem fieri. Quòd verò hirſutum ac piloſum eſſe, ferinum ſit, quo pacto quis dubitauerit? Atque huiuſmodi planè moribus præditum Iſraelem facilè quis animaduertat, animo nimirum vel intellectu conuenienti conſtitutum, valde renuentem, ad ferociam crudelitatémque pronum. Occiderunt enim ſanctos prophetas, atque adeò in ipſum tandem Emmanuelem impiè egerunt. Lenitas verò proprium humanæ formæ eſt ſignum. Mitis autem vehementer & ſummè manſuetus eſt nouus & per fidem populus. Oris enim elegantia euidens argumentum eſt intellectualis ſiue interioris pulchritudinis; quemadmodum in Eſau feritatis ſignum eſſe diximus hirſutum ac flauum eſſe. Ceterùm vtrique vna erat mater, nimirum Rebecca. Adiunxit autem ſibi ipſi Eccleſiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus virginem caſtam ſeruientem quodammodo in regenerationem ſpiritualem duorum populorum. Quantum enim attinet ad ipſius aduentus ſcopum, formauit eos in vnum nouum hominem, conſtituens pacem, & [concilians
Ephes. 2. 16. „ vtroſque in vno ſpiritu,] ſicut ſcriptum eſt. Cæterùm erat diſcors Iſrael à nouo populo, exiſtens ſecundùm tempus

A δι' ὧν εὖ μάλα πάλιν ἡμῖν ἐξεικονισθεῖεν ἂν οἱ δύο λαοὶ, ὅ τε Ἰσραὴλ, καὶ μήν τοι καὶ ὁ ἐξ ἐθνῶν. καὶ ὁ πρωτότοκος μὲν ὁ Ἰσραήλ. προσκέκληται γὰρ διὰ νόμου· δεύτερος δὲ καὶ μετ' ἐκεῖνον, ὁ ἐν πίστει διὰ Χριστοῦ. ἴδοι δ' ἄν τις τῶν δύο λαῶν τὴν ὡς ἐν γνώμῃ καὶ τρόποις διαφορὰν, καὶ ἐξ αὐτῶν οἶμαί που τῶν ὀνομάτων ἃ ἦν ἐν ἀμφοῖν, καὶ ἐκ τῆς τῶν σωμάτων ἰδέας ἤτοι κατασκευῆς. ὁ μὲν γὰρ Ἠσαῦ διερμηνεύεται δρῦς,
B τουτέστιν, ἀπηνής τε καὶ ἀκαμπής. εἴρηται δέ που πρὸς τὸν Ἰσραὴλ παρὰ τοῦ Θεοῦ, γινώσκω ἐγὼ ὅτι σκληρὸς εἶ, καὶ νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου, καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν. πτερνιστὴς δὲ ὁ Ἰακὼβ, τουτέστι, τεχνίτης, ἤτοι νικᾶν εἰδώς. πτερνίζει γάρ τις ὃν ἂν ἡττήσῃ. νικᾷ δὲ δὴ πάντως, οὐχ ὁ ἐν νόμῳ λαὸς, ἀλλ' ὁ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἁμαρτίας διαδρὰς ἐγκλήματα, καὶ αὐτὸ καταβαλὼν τοῦ θανάτου τὸ κράτος. καὶ ὁ μὲν Ἠσαῦ πυ-
C ῤῥάκης ἦν ὅλος· γέγραπται γὰρ ὧδε, καὶ ὡσεὶ δορὰ δασύς· ἀνὴρ δὲ λεῖος ὁ Ἰακώβ. αἴνιγμα δὲ τοῦτο ἡ πυῤῥότης θυμοῦ καὶ ὀργῆς. εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς ὡς ἐρυθρὸν ἀεί πως τὸ χρῶμα τοῖς ἐν ὀργαῖς. θηριοπρεπὲς δὲ ὅτι τὸ λασιότριχον καὶ δασὺ, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; κατίδοι δ' ἂν οἶμαι πᾶς τις ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντα τρόποις τὸν Ἰσραήλ· καὶ θυμῷ μὲν ἢ λογισμῷ τῷ καθήκοντι διοικούμενον· ἀπονενευκότα δὲ λίαν, εἰς τὸ θρα-
D σὺ καὶ ἀνήμερον. τοιγάρτοι καὶ ἀπεκτείνασι μὲν ἁγίους προφήτας. δεδυσσεβήκασι δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἐν ἐσχάτοις τὸν Ἐμμανουήλ. ἡ δέ γε λειότης ἀνθρωποπρεποῦς ἰδέας μήνυσις ἐναργής. ἤπιος δὲ σφόδρα καὶ πολὺ δὴ λίαν βλέπων ἐπὶ τὸ ἥμερον, ὁ νέος τε καὶ ἐν πίστει λαός. ἡ γὰρ τοῦ στόματος ἀστειότης εἰς παράδειξιν ἔσται σαφῆ τοῦ νοητοῦ τε καὶ ἔσωθεν κάλλους. καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν Ἠσαῦ ἀγριότητος εἶναι σημεῖον δεδώκαμεν τὸ δασύ τε καὶ ἐρυθρόν. πλὴν ἀμφοῖν μήτηρ ἦν μία, τουτέστιν, ἡ Ῥεβέκκα. παρέστησε
E δὲ ἑαυτῷ τὴν ἐκκλησίαν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παρθένον ἁγνὴν ὑπηρετοῦσαν ὥσπερ εἰς ἀναγέννησιν τὴν πνευματικὴν τῶν δύο λαῶν. ὅσον γὰρ ἧκεν εἰς τὸν τῆς ἐπιδημίας σκοπὸν, ἔκτισεν αὐτοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ πνεύματι κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀλλ' ἦν ἐξώνιος ὁ Ἰσραὴλ καὶ ἀσύμφωνος τῷ νέῳ λαῷ κατὰ χρόνον

ὢν πρωτότοκος. δηλοῖ γὰρ οἶμαί που τι καὶ τὸ ἐν A αὐτῇ τῇ νηδύϊ διασκιρτᾷν τὰ βρέφη, τὴν ἐσομένην ὥσπερ ἔχθραν ὑποσημαίνοντα. ὅτι δὲ ἀμείνων ὁ νέος ἔσται, καὶ ἐν εὐκλείᾳ τῇ προφερεστέρᾳ παρὰ τὸν Ισραὴλ τὸν πρωτότοκον, κατεσήμανεν εὐθὺς ὁ πάντα εἰδὼς οὕτω λέγων· καὶ ὁ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. προεκηρύττετο μὲν γὰρ τὸ ἐπ' ἀμφοῖν μυστήριον καὶ διὰ φωνῆς ἁγίων. καὶ ὅτι κατόπιν ἥξει τῶν ἐθνῶν ὁ Ισραὴλ, πολυτρόπως ἡμῖν προεπηγγέλλετο, Θεοῦ δὲ τὸ χρῆμα καὶ ἐν B αὐτῷ τῷ τόκῳ δεικνύοντος. προεξέπιπτε μὲν τῆς νηδύος ὁ Ησαῦ, εἵπετο δὲ ὁ Ιακὼβ, ὅτι πτερνιεῖ καὶ νικήσει τὸν ἀδελφὸν, διὰ τοῦ τῆς πτέρνης ἐπειλῆφθαι καταδεικνύς. καὶ ταυτὶ μὲν εἰρήσθω πρὸς τὸ παρὸν τοῦ λόγου τὰς ἀφορμὰς ἀπό τε τῆς τῶν σωμάτων ἰδέας καὶ αὐτοῦ τοῦ τόκου λαμβάνοντος. καὶ δι' ἑτέρων δὲ οὐδὲν ἧττον ἰόντες ἐννοιῶν φέρε λέγωμεν ὡς ἔνι τὰ ἐπ' ἀμφοῖν. μήνυσις γὰρ ἔσται τῆς ἑκατέρου γνώμης, καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ βίου τρόπος. ἰσήλικες μὲν γὰρ ἀλλήλοιν οἱ νεανίαι, C πλὴν οὐκ ἰσογνώμονες, οὐδὲ ἐν βουλαῖς ἀπαραλλάκτοις. ὁ μὲν γὰρ Ησαῦ ταῖς ἐν ἀγροῖς καὶ θήραις ἠγάπα διατριβαῖς· ὁ δὲ ἦν ἀστικὸς, εὐπρόσιτος δηλονότι καὶ κοινωνικὸς, καὶ ἀνὴρ ἄπλαστος οἰκῶν οἰκίαν. καὶ ὁ μὲν ἀνάθεκτες εἰς ἐπιθυμίας σαρκικὰς, καὶ τῶν ἄγαν εὐτελεστάτων τὰ κάλλιστα τῶν ἰδίων γερῶν κατόπιν ὥσπερ ἱεὶς, καὶ τὰ ψυχρά τε καὶ εὔωνα τῶν ἀναγκαίων ἀντωνούμενος. ὁ δὲ τῶν ἀρίστων ἄπληστος ἐραστὴς, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν γένοιτο λαμπρὸς πανταχόθεν ἀ- D ναζητῶν. ἐξεπρίατο γὰρ τὰ πρωτοτόκια παραρριπτοῦντος αὐτὰ τοῦ Ησαῦ, καὶ τὸν τῆς γαστρὸς κόρον τῶν ἰδίων ἀξιωμάτων ἀτημελῶς προτετιμηκότος. ταύτῃ τοι λοιπὸν ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Εδὼμ, τουτέστι, γήϊνος. γηΐνου γὰρ ἀληθῶς, καὶ χθαμαλωτάτου φρονήματος ἔλεγχος ἐναργὴς, τὸ ἀλογῆσαι μὲν δόξης τῆς ἐνούσης αὐτῷ, καὶ τὰ τῆς γνώσεως πρεσβεῖα παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι παντελῶς, ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον ὡς E ἀμείνω, καὶ προφερεστέραν τὴν πρόσκαιρον ἡδονὴν, καὶ τὸ παραυτίκα τερπνὸν ψήφῳ στεφανοῦν τῇ κρείττονι, καὶ εἰ πολλὴν ἔχοι τὴν ζημίαν. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος πόρνον τε καὶ βέβηλον τὸν οὕτως αἰσχρῶς διαβιοῦν ἠρημένον εἰκότως ἀπεκάλει. τύπον ὥσπερ τινὰ τῶν εἰς τοῦτο φαυλότητος κατωλισθηκότων παρατιθεὶς τὸν Ησαῦ.

D σβύτερος, καὶ μάρτυς τῶν Χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ. διιόντες δὲ κατὰ χώραν τε καὶ πόλιν, μυρίους ὅσους καὶ ἑτέρους ποιμένας ἐφεστάναι προστέταχον τοῖς λαοῖς, καὶ τὴν λογικῶν προβάτων ποιεῖσθαι φροντίδα· καταβόσκειν δὲ, ὥσπερ ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι, καὶ εἰς πόαν ὥσπερ ἀποκομίζειν εὐανθεστάτην, τὴν θεόπνευστον γραφήν. ζωαρκὲς γὰρ ἔδεσμα ψυχῆς, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος.

E εἰρήσθω δὴ οὖν ποιμέσι τοῖς πνευματικοῖς, ἐπιμελοῦ τῶν ἐν πεδίῳ χλωρῶν, καὶ κερεῖς πόαν, καὶ συνάγαγε χόρτον ὥριμον, ἵνα ἔχῃς πρόβατα εἰς ἱματισμόν· γεγόνασι δὲ καὶ ἑτέρως παρὰ τοῖς ἔθνεσιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ τῶν παρ' ἐκείνοις ποιμένων, τουτέστι, σοφῶν τε καὶ διδασκάλων, καθηγηταὶ δεδείχασιν, τὴν ἀληθεστέραν τοῖς ἀκροωμένοις παιδαγωγίαν εἰσφέροντες. καὶ ὅτι πολὺ δὴ λίαν εὐσθενέστερόν τε καὶ ἄμεινον, ἢ

ἐκεῖνοι τυχὸν εἴδειεν τις ἂν καὶ λίαν εὐκόλως, ἐκεῖνο διενθυμούμενος. δυσαρθὴς μὲν γὰρ τῷ φρέατι λίθος ἐπέκειτο, ὃν πλείστη μὲν ὅση ποιμένων ἄθροισις ἀπεσάλευε μόλις. ἔδρα δὲ τοῦτο καὶ μόνος ὁ Ἰακώβ. τί τοίνυν τὸ φρέαρ, τί δ' δὴ αὖ καὶ ὁ λίθος ὑποσημαίνοιεν αὖ, φέρε λέγωμεν ὡς ἔνι. εἰσόμεθα γὰρ ὧδί, καὶ τῆς τῶν ποιμένων ἰσχύος τὴν διαφορὰν, καὶ τὸ ἐν συνέσει προὔχειν τε καὶ ὑπερκείμενον, τῶν μαθητῶν τοῦ σωτῆρος. ὕδατι τοίνυν ἀφομοιοῦν ἔθος τῇ γραφῇ, τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν. ὅτι γὰρ ἐστὶ ζωοποιὸς, μεμαρτύρηκεν ὁ σωτὴρ, πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα λέγων, αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. προσλαλεῖ δὲ καὶ γυναικὶ τῇ ἐκ τῆς Σαμαρείας φημὶ ποτὲ, εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν. οἶμαί που τὸν περὶ ἑαυτοῦ λόγον καὶ παίδευσιν ὀνομάζων ζωοποιόν. προσεφώνει δὲ καὶ ὁ δεσπότης, εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. καὶ μὴν καὶ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, ἐπιτιμᾷ τινας ἀμαθῶς ἀποκλίναντας εἰς τὸ δεῖν ἑτέροις προσιέσθαι διδασκάλοις μετὰ τὴν ἐν νόμῳ παίδευσιν, καὶ ἐκκεκλικότας εἰς διδασκαλίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων. ἔφη δὲ οὕτως, ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον, λέγει κύριος· ὅτι δύο πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. ὕδωρ δὴ οὖν τὸ ζωοποιὸν, ὁ θεῖος ἂν εἴη λόγος. πλὴν ἐν βάθει κεῖται πολλῷ, καὶ οὐκ ἄν οἶμαί τις αὐτὸν ἀνιδρωτὶ πορίσαιτό ποτε. οὐ γὰρ ἕτοιμος ἐστὶ τοῖς ἐθέλουσιν ἁπλῶς. ἐπωμαστίζει δὲ ὥσπερ λίθος αὐτῷ βαρὺς καὶ δυσπαρακόμιστος, ἡ περὶ αὐτὸν ἀσάφεια τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας νικῶσα τὸ ἀδρανές. καὶ δὴ δεῖ πόνου καὶ ἱδρῶτος μακροῦ τοῖς τὰ νοητὰ κατανέμουσι θρέμματα πρὸς τὸ ἀπαλλάξαι μὲν τῆς ἀσαφείας τὸν λόγον. ἀρύσασθαί τε οὕτω λοιπὸν καὶ οἱονεί πως ἐκ βάθους εἰς τὸν ἄνω τε καὶ ἐμφανὲς ἀνελκεῖν, παραθεῖναί τε σαφῶς εἰς ἀπόλαυσιν ζωαρκῆ τοῖς ἐντευξομένοις. ἀλλ' οἱ μὲν παρ' Ἕλλησι ποιμένες, τουτέστιν, οἱ παρ' αὐτοῖς σοφοὶ καὶ λογάδες πολλοὶ καὶ κατὰ πλῆθος συνθέοντες τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων οἱονεὶ τὸ ἀληθὲς περιοχλίζουσι.

A præditi fuerint diſcipuli quàm illi, facilè quis intelligat, illud animaduertens. Lapis enim immenſi ponderis puteo impoſitus erat, quem quidem paſtores coniunctis viribus ægrè amoliebantur. Præſtitit autem hoc ſolus Iacob. Quidnam igitur puteus, quid rurſus lapis ſignificet: age pro virili dicamus. Ita enim paſtorum roboris differentiam exploratam habebimus, quantúmque diſcipuli Saluatoris cognitione excelluerint, manifeſtum fiet. Sacræ igitur Scri-
B pturæ conſuetudo eſt cognitionem de Deo aquæ comparare. Quòd enim viuificans ſit, teſtatur Saluator ad Patrem cæleſtem dicens: [Hæc autem eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.] Mulierem verò Samaritanam ita alicubi alloquitur: [Si noſſes donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi potum: tu quidem petiſſes ab eo, & dediſſet
C tibi aquam vitæ.] Aquam nimirum vitæ, ſermonem de ſe, & viuificantem doctrinam appellans. Iudæis autem ita dixit: [Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.] Quinetiam per vocem Prophetæ, increpat quoſdam qui poſt acceptam legalem diſciplinam ad alios magiſtros imperitè deflexerunt, & ad doctrinas & præcepta hominum ſeſe contulerunt. Ita enim ait: [Obſtupuit cælum ſuper hoc, & tremuit valdè, dicit
D Dominus: quia duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ipſis lacus contritos, qui non poterunt continere aquam.] Aqua igitur viuificans, diuinus eſt ſermo. Ceterùm in profundo admodum eſt ſita, neque quiſpiam illam abſque ſudore conſequatur. Neque enim parata eſt iis, qui volunt ſimpliciter. Incumbit verò ei lapis grauiſſimus, quique ægerrimè amoueri poſſit, difficultas nimirum intellectus
E noſtri imbecillitatem ſuperans. Et neceſſe planè, vt ſummum laborem adhibeant, qui ſpiritales oues paſcunt, ad hanc difficultatem amoliendam, atque ad hauriendam aquam, ac veluti ex profundo educendam, auditoribus in vſum vitæ ſuppeditandam. Porrò paſtores Gentium, hoc eſt, qui apud eos plerique habentur ſapientes, varietate dogmatum de Deo, veritatem quodammodo ſubuertunt.

Ioan.17.
Ioan.4. 10.
Ioan.7. 37.
Hier.2.

Neque enim rectè de eo ſentiunt: confitentes quidem Dei naturam, tribuentes verò Deitatis gloriam, quibus ipſis viſum fuerit. Sufficit autem & quidem vnus ſolus paſtorum in Chriſto ad dimouendum à puteo, quamtumuis graue ſaxum, hoc eſt, operimentum, & difficultatem, quibus ſententiæ de Deo ſunt obtectæ. Vnde manifeſtam Gentibus hauriunt veritatem, atque vnum naturaliter ac verè Deum ipſis proponunt. Quocirca beatus Paulus cùm Athenas veniſſet, ſapientibus eius ciuitatis aquam viuentem appoſuit, dicens: [Viri Athenienſes, per omnia ferè vos ſuperſtitioſiores video. Præteriens enim, inquit, & contemplans ſimulacra veſtra, inueni & aram, cui inſcriptum erat: Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.] Videtis enim quo pacto etiamſi populorum præfecti eſſent, paſtoreſque, & duces, vixdum tantillum grauiſſimum lapidem à puteo dimouent, piè quidem agere ſe exiſtimantes, quòd Deum reuererentur, at verò longè à veritate aberrantes. Exſtructo enim altari, titulum impoſuerunt, *Ignoto Deo*, hoc eſt, etiam non cognito dæmoni. Cæterùm illi quidem optimè ſe de Deo ſentire putabant. Damnat autem eam inſcriptionem diuinus Paulus, artificioſéque admodum, ad id quod expedit, deducit, Chriſtum eſſe dicens Deum ipſis ignotum. [Quem enim vos, inquit, ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.] Vides quo pacto retexit puteum, remouitque lapidem, & viuificantem cognitionem ipſis oſtendit. Incomparabilis igitur eſt paſtorum induſtriæ differentia. Illi enim, etiamſi multi admodum eſſent, veram de Deo ſententiam aſſecuti non ſunt, & dogmatum obſcuritate victi, ad id quod ipſis videbatur, delati ſunt. Hic verò etſi ſolus exiſtens, propoſuit veritatem. Amolitus enim eſt lapidem ſolus Iacob, & Rachelis oues adaquauit. Porro dignam etiam, quæ amaretur, cenſuit puellam. [Oſculatus enim eſt, inquit, Rachel, & cognitus quidem eſt ſtatim à Laban,] qui domo ſua deinceps excepit, amoréque & amplexibus dignatus eſt fratris ſui filium, atque inter cognatos habuit. Ait enim: [Ex oſſibus meis & ex carnibus meis es tu.] Porro interpretatur *Rachel*, *ouis Dei*.

Act. 17.22. — Ibid. 3. — Ibid. — Gen. 29. 11.

A δοξάζουσι γὰρ οὐκ ὀρθὰ περὶ αὐτοῦ. Θεοῦ μὲν ὁμολογοῦντες φύσιν, διανέμοντες δὲ τὴν τῆς θεότητος δόξαν, οἷς ἂν ἕλοιντο τυχόν. ἐξαρκεῖ δὲ καὶ μόνος εἷς τῶν ἐν Χριστῷ ποιμένων ἀποκινῆσαι τοῦ φρέατος, καίτοι κομιδῇ δυσδιακόμιστον ὄντα τὸν λίθον· τουτέστι, τὴν ἐπικειμένην ταῖς περὶ Θεοῦ δόξαις ἐπικάλυψίν τε καὶ ἀσάφειαν. ὅθεν ἐναργῆ τοῖς ἔθνεσι καθιστῶσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς παραδεικνῦντες B Θεὸν, οὐ διαλελοίπασι. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος Ἀθήνησιν ἐλθὼν, τοῖς τῆδε λογάσι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν προὔτεινε, λέγων, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. διερχόμενος γὰρ, φησὶ, καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· ἀγνώστῳ θεῷ. ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. βλέπετε γὰρ ὅπως καίτοι λαῶν ὄντες ἡγούμενοι, καὶ τῶν παρὰ σφίσι ποιμένες καὶ καθηγηταὶ, μόλις τοῦ C φρέατος βραχὺ παροχλίζουσι, τὸν δυσαχθῆ λίθον. εὐσεβεῖν μὲν οἰόμενοι, διά γε τὸ εἰς τὸ θεῖον αἰδοῦς, πολὺ δὲ τῆς ἀληθείας ἀπεσφαλμένοι· βωμὸν γὰρ ἀναδειμάμενοι, γραφὴν ἐνεκόλαπτον, Ἀγνώστῳ θεῷ, τουτέστι, καὶ τῷ μὴ γνωσθέντι δαίμονι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἄριστα ἐνόμιζον ἐπὶ Θεῷ τὴν δόξαν ἔχειν. κατασοφίζεται δὲ τὴν γραφὴν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, καὶ πολὺ δὴ λίαν εὐτέχνως ἄγει πρὸς τὸ χρήσιμον, D τὸν οὐκ ἐγνωσμένον αὐτοῖς Θεὸν, Χριστὸν εἶναι λέγων. ὃν γὰρ ὑμεῖς, φησὶν, ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. ὁρᾷς ὅπως ἀπεκάλυψε τὸ φρέαρ, ἀπεκύλισε τὸν λίθον, τὴν ζωοποιὸν αὐτοῖς προὔδειξε γνῶσιν· ἀσύγκριτος τοίνυν τῆς τῶν ποιμένων ἀγχινοίας ἡ διαφορά. οἱ μὲν γὰρ, καίτοι λίαν ὄντες πολλοὶ, τῆς ἀληθοῦς περὶ Θεοῦ δόξης κατόπιν ἤεσαν, καὶ τῆς τῶν δογμάτων ἀσαφείας ἡττώμενοι, περιεφέροντο πρὸς τὸ δοκοῦν. ὁ δὲ καίτοι μόνος ὢν προὔτεινε τὴν ἀλήθειαν. ἀπεκύλισε E γὰρ τὸν λίθον μόνος ὁ Ἰακὼβ, καὶ τὰ ὑπὸ τῆς Ῥαχὴλ ποτίζει πρόβατα. καὶ μέν τοι ἀξιέραστον ἡγεῖτο τὴν κόρην. ἐφίλησε γὰρ, φησὶ, τὴν Ῥαχὴλ, καὶ ἀνεγνωρίζετο μὲν τῷ Λάβαν εὐθὺς, ὃς δὴ καὶ ἐφέστιον ἐποιεῖτο λοιπὸν ἀγάπης τε καὶ περιπλοκῆς ἠξίου τὸν ἀδελφόπαιδα, καὶ ἐν τοῖς ἀγχιστεῦσι κατελογίζετο. ἔφη γὰρ, ἐκ τῶν ὀστῶν μου καὶ ἐκ τῆς σαρκῶν μου εἶ σύ. ἑρμηνεύεται μὲν ἡ Ῥαχὴλ, Θεοῦ πρόβατον.

A προσθείη δ' ἄν τις αὐτῇ, καὶ μάλα εἰκότως, τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας τὸ σχῆμα. αὕτη γάρ ἐστι τὸ τοῦ Χριστοῦ πρόβατον, τὸ τοῖς ἀρχαιοτέροις ποιμνίοις ἀναμιχθὲν, καὶ ταῖς τοῦ Σωτῆρος αὐλαῖς ἐνσεσηκασμένον. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. ἐποίμαινον δὲ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ, ἤτοι τὰ ὑπ' αὐτῇ νοούμενα λογικὰ θρέμματα, καὶ δὴ καὶ γεγόνασιν αὐτῆς ἐρασταὶ B καὶ νυμφαγωγοὶ, παριστῶντες αὐτὴν τῷ Θεῷ παρθένον ἁγνὴν, μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἁγίαν δὲ μᾶλλον καὶ ἄμωμον. ὅτι δὲ καὶ τὴν τοῦ γένους ἀρχὴν καὶ οἱονεὶ τὰς πρώτας τῆς ῥίζης ἐκβολὰς ἐξ ἐθνῶν ἐσχήκασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐκ τῶν τοῦ Λάβαν συνήσομεν λόγων. ἀνὴρ γὰρ εἰδωλολάτρης κατησπάζετο τὸν Ἰακὼβ, καὶ ἐξ ὁμαίμονος αὐτὸν γενέσθαι φησὶ, δῆλον δὲ ὅτι Ῥεβέκκας. σάρκα τε αὐτὸν καὶ ὀστοῦν C ἴδιον ἀπεκάλει. κέκληται γὰρ ὁ θεσπέσιος Ἀβραὰμ, ἐν ἀκροβυστίᾳ, τεθραμμένος ἐν γῇ Χαλδαίων ἔθεσί τε καὶ νόμοις τοῖς Ἑλληνικοῖς, καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν, σφραγῖδα τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον. συγγενὴς οὖν ἄρα τοῖς ἐξ ἐθνῶν καὶ ὁ πρωτότοκος Ἰσραήλ· καίτοι νόμῳ διεσταλμένος, εἴς γε τὸ ἕτερος εἶναι δοκεῖν. ἀλλ' ἐν Χριστῷ γεγόνασιν ἓν οἱ δύο. περιεῖλε γὰρ τὸ μεσολαβοῦν, καταργήσας τὸν ἐν γράμμασι νόμον, καὶ D τὴν διιστῶσαν περιτομήν. ἀνεκαινίσθημεν γὰρ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, σύσσωμά τε καὶ ὁμοψυχοῦντα τὰ ἔθνη τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. μονονουχὶ δὲ καὶ εἰς ταυτότητα συνενηνεγμένα διὰ τῆς ἐν πνεύματι κοινωνίας, ὁρᾶται λοιπόν. ἔφη γάρ που Χριστὸς πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν· θέλω ἵνα ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, E καθάπερ ἔφην ἀρτίως, καὶ θεὶς ἐκ μέσου τὸ διιστῶν, καὶ συνδέων ἡμᾶς ὅλους εἰς ἑνότητα διὰ πνεύματος. σημεῖον οὖν ἄρα καὶ μάλα σαφὲς, τῆς ἐν πίστει τε καὶ πνευματικῆς ἑνώσεως τῶν δύο λαῶν, τὸ περιπλέκεσθαι τῷ Ἰακὼβ τὸν Λάβαν, ὁμολογῆσαί τε ὅτι καὶ ὀστοῦν εἴη καὶ σὰρξ αὐτοῦ. ὅτι δὲ πρὸς τούτοις ἕτερον, φέρε δὴ λέγωμεν, ἐξ αὐτῶν ἑλόντες τῶν ἱερῶν γραμμάτων. εἶπε γὰρ, φησὶ, Λάβαν τῷ Ἰακὼβ, ὅτι γὰρ ἀδελφός μου εἶ,

Tribuat autem quis ei, & quidem meritò, figuram Eccleſiæ ex Gentibus. Ipſa enim eſt Chriſti ouis, veteribus ouilibus immiſta, & Saluatoris ouilibus concluſa. Idcirco etiam dixit: [Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili: illas quoque oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Paſtor.] Pauerunt autem etiam ſancti diſcipuli Eccleſiam Chriſti, ſiue quæ ei ſubſunt, rationales oues, nec non amatores ac pronubi eius fuerunt, [exhibentes eam Deo virginem puram, non habentem maculam, aut rugam,] aut huiuſmodi quid, *ſanctam* verò potiùs & *immaculatam*. Quòd verò principium generis ac veluti primas radicis emiſſiones ex Gentibus habuerint Iſraelitæ, ex verbis Laban intelligimus. Homo enim idololatra ſalutauit Iacob, & ex conſanguinea ſua ipſum natū ait, Rebecca nimirum: carnem prætereà ipſum, & os proprium appellauit. Vocatus enim eſt diuinus Abraham in præputio, educatus in regione Chaldæorum moribus & legibus Gentilium, [& ſignum accepit circumciſionem, ſignaculum fidei in præputio,] ſicut ſcriptum eſt. Cognatus itaque eſt eorum qui ex Gentibus ſunt, primogenitus Iſrael, etiamſi lege diſtinctus, vt diuerſus eſſe videatur. Cæterùm in Chriſto facti ſunt vnum duo populi. Suſtulit enim maceriam, quæ eos dirimebat, ſoluta literali lege, & circumciſione, quæ eos diſtinguebat. Renouati enim ſumus in vnum nouum hominem, vniúſque corporis atque animi facti ſunt Gentes & Iſraelitæ, ac tantum non ad identitatem adductos per communionem in ſpiritu tandem ſpectatur. Chriſtus enim alicubi ad Patrem cæleſtem ita ait: [Volo, vt quemadmodum ego & tu vnum ſumus, ita & ipſi in nobis vnum ſint. Ipſe enim eſt pax noſtra, maceriem interpoſitam diſſoluens,] vt modò dixi; quódque nos ſeiungebat, de medio tollens, colligánſque nos veluti in vnitatem per ſpiritum. Signum itaque & quidem manifeſtum admodum vnitatis duorum populorum in fide ac ſpiritu eſt Laban, amplectens Iacob, confiténſque quòd ſit os & caro ipſius. Quidnam verò præterea aliud, age dicamus ex ipſis ſacris Literis petentes: [Dixit enim, inquit, Laban ad Iacob, Quia enim frater meus es,

Ioan. 10. 16.
Ephes. 5. 27.
Rom. 4. 11.
Ioan. 17. 21.
Gen. 29. 15.

non ſeruies mihi gratis. Dic quid mercedis accipias? Laban duæ filiæ erant: nomen maiori Lia, & nomen ſecundæ Rachel. At oculi Liæ infirmi, Rachel autem pulchra aſpectu, & decora facie valdè. Dilexit autem Rachel Iacob, & dixit: Seruiam tibi ſeptem annos pro Rachel filia tua iuniore. Dixit autem Laban: Melius eſt vt dem eam tibi, quàm dare eam viro alteri: habita mecum. Et ſeruiuit Iacob pro Rachel annos ſeptem, & erant coram eo quaſi dies pauci, eò quòd diligeret ipſe eam. Dixit autem Iacob ad Laban. Da mihi vxorem meam, impleti ſunt enim dies, vt ingrediar ad eam. Congregauit autem Laban omnes viros loci, & fecit nuptias. & facta eſt veſpera, & accipiens Liam filiam ſuam introduxit ad Iacob. Et ingreſſus eſt ad eam Iacob. Dedit autem Laban Liæ filiæ ſuæ Zelpham ancillam ſuam illi ancillam. Factum eſt autem mane, & ecce erat Lia. Dixit autem Iacob ad Laban: Quid hoc feciſti mihi? Nónne pro Rachel ſeruiui tibi? Et quare decepiſti me? Reſpondit Laban: Non ſic eſt moris in loco iſto, dare iuniorem antequam ſeniorem. Imple ergo ſeptena huius, & dabo tibi & hanc, pro opere quod operatus fueris apud me annos ſeptem alios. Fecit autem Iacob ſic, & impleuit hebdomadam eius, & dedit illi Laban Rachel filiam ſuam vxorem. Dedit autem Laban Rachel filiæ ſuæ Balam ancillam ſuam illi ancillam. Et ingreſſus eſt ad Rachel. Dilexit autem Rachel magis quàm Liam: & ſeruiuit ei ſeptem annos alios.] Hæc igitur ex nuda hiſtoria petita nulla interpretatione indigent. Nihil enim omnino in ſe difficultatis habent. Cæterùm ſi quis eorum, qui hæc accuratiùs expendunt, dicat, turpe imprimis apud nos haberi, geminas nuptias contrahere, duáſque ſibi vxores copulare, atque eas quidem ſorores. His reſpondemus, quòd veteribus nihil magis in votis fuerit quàm abundare liberis, idque ſummæ felicitatis ducebant, liberúmque erat abſque vlla reprehenſione non duabus ſolùm, ſed etiam pluribus vxoribus copulari, quæ genus in immenſam multitudinem propagarent. Quin etiam benedictionis loco propagationem liberorum à Deo accipiebant. Promiſſit autem etiam

A οὐ δουλεύσεις μοι δωρεάν. ἀπάγγειλόν μοι τίς ὁ μισθός σου ἐστί. τῷ δὲ Λάβαν ἦσαν δύο θυγατέρες, ὄνομα τῇ μείζονι Λεία, καὶ ὄνομα τῇ νεωτέρᾳ Ῥαχήλ. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ Λείας ἀσθενεῖς. Ῥαχὴλ δὲ ἦν καλὴ τῷ εἴδει καὶ ὡραία τῇ ὄψει σφόδρα. ἠγάπησε δὲ Ἰακὼβ τὴν Ῥαχήλ, καὶ εἶπε, δουλεύσω σοι ἑπτὰ ἔτη περὶ Ῥαχὴλ τῆς θυγατρός σου τῆς νεωτέρας. εἶπε δὲ αὐτῷ Λάβαν, βέλτιον δοῦναί με αὐτήν σοι, ἢ δοῦναί με αὐτὴν ἀνδρὶ ἑτέρῳ. οἴκησον μετ' ἐμοῦ. καὶ ἐδούλευσεν Ἰακὼβ περὶ Ῥαχὴλ B ἔτη ἑπτά. καὶ ἦσαν ἐναντίον αὐτοῦ ὡσεὶ ἡμέραι ὀλίγαι, παρὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν αὐτήν. εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ Λάβαν, Δός μοι τὴν γυναῖκά μου. πεπλήρωνται γὰρ αἱ ἡμέραι μου, ὅπως εἰσέλθω πρὸς αὐτήν. συνήγαγε δὲ Λάβαν πάντας τοὺς ἄνδρας τοῦ τόπου, καὶ ἐποίησε γάμον. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα. καὶ λαβὼν Λάβαν Λείαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, εἰσήγαγεν αὐτὴν πρὸς Ἰακώβ. καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν Ἰακώβ. ἔδωκε δὲ Λάβαν Ζελφὰν τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, Λείᾳ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ παιδίσκην. C ἐγένετο δὲ πρωΐ, καὶ ἰδοὺ ἦν Λεία. εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ Λάβαν· τί τοῦτο ἐποίησάς μοι· οὐ περὶ Ῥαχὴλ ἐδούλευσα παρὰ σοί; καὶ ἵνα τί παρελογίσω με; εἶπε δὲ Λάβαν, οὐκ ἔστιν οὕτως ἐν τῷ τόπῳ ἡμῶν, δοῦναι τὴν νεωτέραν πρὶν ἢ τὴν πρεσβυτέραν. συντέλεσον οὖν τὰ ἕβδομα ταύτης, καὶ δώσω σοι καὶ ταύτην ἀντὶ τῆς ἐργασίας, ἧς ἐργᾷ παρ' ἐμοὶ ἑπτὰ ἔτη ἕτερα· ἐποίησε δὲ Ἰακὼβ οὕτως, καὶ ἀνεπλήρωσε τὰ ἕβδομα ταύτης. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Λάβαν Ῥαχὴλ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ αὐτῷ D γυναῖκα. ἔδωκε δὲ Λάβαν Ῥαχὴλ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ Βαλλὰν τὴν παιδίσκην αὐτοῦ αὐτῇ παιδίσκην, καὶ εἰσῆλθε πρὸς Ῥαχήλ. ἠγάπησε δὲ Ῥαχὴλ μᾶλλον ἢ Λείαν, καὶ ἐδούλευσεν αὐτῷ ἑπτὰ ἔτη ἕτερα. τὰ μὲν δὴ ἐκ τῆς ἱστορίας, οὐδενὸς ἂν δέοιτο λόγου πρὸς διασάφησιν· ἅπαντες γὰρ ἐν αὐτοῖς παντελῶς οὐδέν. πλὴν εἴ τις ἐκεῖνο λέγοι τῶν τὰ τοιάδε φιλακριβεῖν εἰωθότων. οὐ γὰρ τῶν ἄγαν ἀπηχεστάτων λελόγισται παρ' ἡμῖν, τὸ δυσὶν εὐθὺς ὁμιλῆσαι γάμοιν, καὶ δὴ καὶ γυναίων εἰσοικίσασθαι ξυνωρίδα, καὶ τοῦτο E ἀδελφαῖν. πρὸς τοῦτό φαμεν, ὅτι τοῖς ἀρχαιοτέροις ὅλος ἦν ὁ τοῦ βίου σκοπὸς εἰς πολυπαιδίαν· καὶ δὴ καὶ ἐν μοίρᾳ τῆς ἀνωτάτω πασῶν εὐημερίας τὸ χρῆμα λελόγιστο. ἀπήλλακτο δὲ καὶ μώμου παντὸς τὸ οὐ μόναις δυσὶν ἀλλὰ καὶ ἔτι πλείοσι συγκατευνάζεσθαι γυναιξὶν εἰς πλῆθος ἀμέτρητον τὸ γένος ἐκτείνοντας. καὶ γοῦν ἐν εὐλογίας τάξει παρὰ Θεοῦ τὴν τεκνογονίαν ἐδέχοντο. κατεπηγγέλλετο δὲ καὶ

αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης καὶ τοῖς ἄνωθεν καὶ πρὸ Μωσέως ἁγίοις χαρίσασθαι τὸ δῶρον, καὶ αὖθις δὲ τοῖς λαχοῦσι τὴν διὰ νόμου παιδαγωγίαν. ἔφη γάρ, ὅτι οὐκ ἔσται ἄγονος, οὐδὲ χήρα ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. καὶ οὐκ ἐν τάξει νόμου παραδεξόμεθα τὴν φωνήν, ἐπαγγελίας δὲ μᾶλλον εἶναί φαμεν. τὰ μὲν γὰρ ὅσα ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, θεσμοῖς ὑποφέρεται, καὶ μάλα ὀρθῶς· τὰ δὲ ὅσα τῶν πραγμάτων οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἔχει τὸ ἀποτέλεσμα, νόμον οὐκ ἔχει τὸν βραβευτήν. πρόδηλον οὖν ἄρα καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανές, ὡς οὐκ ἂν προστέταχεν ὁ δημιουργὸς μὴ εἶναι στεῖραν ἢ ἄγονον ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. ἀλλ' εἰ γένοιντο τοῦ νόμου φύλακες, καρποφόρους ἀποφαίνειν ὡς Θεὸς ἐπηγγέλλετο. οὐκοῦν ἐν σπουδῇ μὲν τοῖς ἀρχαιοτέροις καὶ ἐν εὐκλείας τάξει λελόγιστο τῆς πολυπαιδίας τὸ χρῆμα. μεθιστάμεθα δὲ ἡμεῖς ἐν Χριστῷ, πρὸς τὸ χρῆναι μᾶλλον καρποφορεῖν ἐν πνεύματι. τὸν μὲν γάμον οὐκ ἀτιμάζοντες, αἱρούμενοι δὲ τὸ ὑπὲρ τοῦτο λίαν, καὶ ψήφῳ τῇ ὑπερτάτῃ στεφανούμενον παρά τε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, τὸ ἀπερισπάστως φημὶ προσεδρεύειν θεῷ, καὶ μὴ μερίζεσθαί ποι πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ. ὁ γὰρ ἄγαμος, φησὶν ὁ Παῦλος, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ὁ δὲ γεγαμηκὼς μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί, καὶ μεμέρισται. ἅλις δὴ οὖν ἡμῖν τοῦ περὶ τούτων λόγου. φέρε δὴ θεωρήσωμεν τοῖς πνευματικοῖς θεωρήμασι τὸν νοῦν ἐνιέντες· ἐκεῖνο διενθυμούμενοι, καὶ μάλα ὀρθῶς, ὡς οὐκ ἄμισθος ἦν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ὁ ἐπὶ τοῖς κηρύγμασι πόνος, οὔτε μὴν ἀγέραστος ὁ ἱδρώς. ἔφη γὰρ ὁ Λάβαν πρὸς Ἰακώβ· οὐ δουλεύσεις μοι δωρεάν. ἐποιοῦντο δὲ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ λαμπρῶν αὐχημάτων ὑπόθεσιν τὴν τῶν πιστευόντων ἐν ἀρχαῖς πληθύν. προσεφώνει γοῦν ὁ Παῦλος αὖθις· χαρὰ καὶ στέφανός μου. ὑπομνῆσαι δὲ δεῖν ἀναγκαίως ὑπολαμβάνω, τῶν ἐν ἀρχαῖς ἡμῖν χρησιμώτατα προειλημμένων. ἔφην γάρ, ὅτι τὸ πρόσωπον Ἰακὼβ ὡς ἐν θεωρίαις πνευματικαῖς ὑποδύεται μὲν ἔσθ' ὅτε τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁ χορός, ὡς ἀπαρχὴ γεγονὼς τῶν ἡγιασμένων ἐν πνεύματι, καὶ ἐν πίστει δεδικαιωμένων. ὅτε δὲ αὖ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὡς τῆς ἀνανεουμένης εἰς ἀφθαρσίαν ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴ ὡς πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, ὡς δεύτερος Ἀδάμ, καὶ ῥίζα τοῦ γένους δευτέρα μετὰ τὴν προτέραν. περιτρέπει τοίνυν ὁ λόγος ἀεὶ

A ipſe vniuerſorum Dominus priſcis etiam illis, qui Moſem præceſſerunt, ſanctis id beneficii ſe collaturum, nec non iis, qui legis diſciplinam ſuſceperunt. ait enim: [Non erit ſterilis, neque vidua in filiis Iſrael.] Arqui non inſtar legis hæc vox habenda eſt, at potiùs promiſſionem eſſe dicimus. Quæcumque enim in nobis ſunt, noſtráque poteſtate, legibus ſubiiciuntur, & rectè admodum; quæcumque verò res non in nobis, ſed in naturæ legibus effectum ſortiuntur, legem præceptricem
B non habent. Manifeſtum itaque, neque cuiquam omnino dubiũ eſt, quòd nequaquam præcepit Deus, vt nõ eſſet vidua aut ſterilis in filiis Iſrael; ſed ſi fuerint legis obſeruatores, fœcundos eos effecturum ſe, vt Deus pollicetur. Magnæ itaq. curæ fuit veteribus, ſummæque laudi habebatur liberorũ multitudo. Tranſlati verò ſumus nos in Chriſto ad fœcunditatẽ in ſpiritu, non quidẽ nuptias contemnentes, at potiùs
C eligentes quod his pręſtãtius eſt, quódque ſumma laude in ſacris Literis celebratur, indiuulsè inquã adhærere Deo, neque vllo modo diuidi, ſiue diſtrahi ad ea quæ in mũdo ſunt. [Cælebs enim, inquit Paulus, curat ea quę Domini ſunt, qui verò vxorem duxit, curat quæ ſunt mundi, quo pacto placeat vxori ſuæ, & diuiſus eſt.] Satis itaque nobis de his dictum ſit. Age verò ad ſpiritales cõtemplationes mentem conferamus, illud conſiderantes & rectè admodum, quòd non caruerit ſua mercede labor Apo-
D ſtolorum, quem in prædicatione collocarunt, neque expers pręmii fuit ſudor. Dixit enim Laban ad Iacob: [Non ſeruies mihi gratis.] Fecerunt autem etiã ſancti diſcipuli ſplendidorum ſuorum operum ac gloriæ fundamentum, credentium in initio multitudinem. Idcircò Paulus ita eos allocutus eſt: [Gaudium, & corona mea.] Neceſſarium verò eſſe arbitror ea quæ initio vtiliſſimè à nobis tradita ſunt, repetere. Dixi e-
E nim, quòd perſonam Iacob ſpiritaliter cõtemplando, nonnunquam ſubit ſanctorum Apoſtolorum chorus, veluti primitiæ quædam ſanctificatorum in ſpiritu, & in fide iuſtificatorũ: nonnunquam verò Chriſtus ipſe tanquam primitiæ humanitatis ad incorruptionem inſtauratæ, [veluti primogenitus in multis fratribus,] vt ſecundus Adam, & radix generis ſecunda poſt primam. Conuertit igitur oratio ſemper con-

Deut. 7. 14.

1. Cor. 7. 32.

Philipp. 4. 1.

templationum ſcopum, quò tendere oportebat. Aberrare enim à cõſideratione decenti reddit earum explicationẽ deformiorem. In præſentiarum itaque perſonã Iacob præ ſe fert Emmanuel, cæleſtis ſponſus, qui quodãmodo filias Laban, non abſque labore, accepit. Proprium enim eſt ſupremæ omnium eſſentiæ, abſque labore præſtare quæcunque voluerit. Dixit enim alicubi de ea etiam beatus Propheta Iſaias: [Quia non eſuriet, neque laborabit, neque eſt adinuentio prouidentiæ ipſius.] Nulla enim ratione indigens eſt Deus, ſed eſt perfectiſſimus in ſeipſo, neque alicũde adſcititias vires aſſumit, neque verò inſtar corporum cibo aut potu vegetatur, ſed ex ſua natura potentia eſt. Idcircò etiam firmat cælos, tribuit autem potẽtiam pro ſua auctoritate quibus vult. Cæterùm quemadmodum etiamſi ex ſua natura dolore affici non poſſit, dolore tamen affici dicitur, (ait enim alicubi ad Iudæorum matrem, Synagogam inquam:) [Et afflixiſti me in omnibus his.] Scribit autem etiam alicubi diuinus Paulus: [Et ne affligatis Spiritum ſanctum Dei habitãtem in vobis:] ita etiamſi dicatur laborare, non quòd ſenſum laboris percipiat, id dicimus, ſed quòd (ſiquidem laborare mos ipſi fuit) id ſuſtinuerit, ingentes præſtantiſſimáſque res præſtiterit, & ea in quibus veriſimile erat grauiſſimos acerbiſſimóſque labores perpeſſurum, ſi quiſpiam ex nobis fuiſſet. Quocirca ſi ex humano intellectu ad ſupremum nos conferamus, immortalis naturæ ſollicitudinem pro nobis tantum non labore ac ſudore ebriam comperiemus. Ipſam verò neceſſario labore vacuam cenſebimus. Siquidem non eſt vt nos, quin potiùs omnem creaturam ſuperat, propria ſua excellentia nixa. Non igitur abſque mercede, ſed neque abſque labore Chriſtus primam quidem duxit Iudæorum ſynagogam, quam Liæ figuram præ ſe ferre exiſtimabimus. Interpretatur enim, *laborans & renouata*. Laborauit autẽ Ægyptiorũ tyrannide oppreſſa, atque intolerabili ſeruitutis iugo onuſta. Porro renouata eſt, & auitæ dignitati reſtituta. Transformata verò quodãmodo eſt ex cultu idololatrico ad notitiã vnius naturaliter ac verè Dei. Inclamauit enim ipſis per Moſẽ Deus: [Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Dominus vnus eſt.] Et hoc: [Non erunt dii alii præter me.]

Eſai 40. 28. — Ezech. 16. 43. — Ephes. 4. 30. — Deut. 6. 4. — Exod. 20. 3. — Deut. 5. 6.

A τῶν θεωρημάτων τὸν σκοπὸν ἧπερ ἂν ἰέναι πρέποι. τὸ γάρ τοι διαμαρτεῖν λογισμοῦ τοῦ καθήκοντος, ἀκαλλεστέραν ἐργάζεται τῶν θεωρημάτων τὴν ἀπόδοσιν. Φορέσει δὲ οὖν εἴς γε τὸ παρὸν τὸ Ἰακὼβ πρόσωπον ὁ Ἐμμανουὴλ, ὁ ἐξ οὐρανοῦ νυμφίος, ὁ τὰς Λάβαν θυγατέρας οὐκ ἀμοχθεὶ λαβών. ἴδιον μὲν γὰρ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας, τὸ ἀκονιτὶ κατορθοῦν, ἅπερ ἂν ἕλοιτο δρᾶν. ἔφη γάρ που περὶ αὐτῆς καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας. ὅτι οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. B κατ' οὐδένα γὰρ τρόπον ἐπιδεὲς τὸ θεῖον. ἀλλ' ἔστι παντέλειον ἐν ἑαυτῷ, οὐκ εἰσποιητὸν ἔχον τὸ δυναμοῦσθαι παρά τινος, οὔτε μὴν νόμῳ σωμάτων τροφαῖς ἢ ποτοῖς ἀνεγειρόμενον. ἀλλ' αὐτὸ φύσει δύναμις. τοιγάρτοι καὶ στερεοῖ μὲν οὐρανοὺς, διανέμει δὲ τὸ δυνᾶσθαι μετ' ἐξουσίας, οἷς ἂν ἕλοιτο τυχόν. ἀλλ' ὥσπερ καίτοι λυπεῖσθαι μὴ πεφυκὸς, λυπεῖσθαι λέγεται. φησὶ γάρ που πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, δῆλον δὲ ὅτι τὴν C συναγωγὴν, καὶ ἐλύπεις με ἐν πᾶσι τούτοις· γράφει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ τὸ κατοικοῦν ἐν ὑμῖν. οὕτω κἂν εἰ λέγοιτο καμεῖν, οὐχ ὅτι γέγονεν ἐν αἰσθήσει πόνου τὰ τοιάδε φαμέν. ἀλλ' ὅτι πονεῖν, εἴπερ ἦν αὐτῷ ἔθος, πέπονθεν ἄν· τὰ ὑπερμεγέθη τῶν πραγμάτων καὶ ἐξαίρετα κατορθῶν, καὶ αὐτὰ, ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς δεινοῖς καὶ πικροῖς ἐνατλῆσαι πόνοις, εἰ τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἦν. οὐκοῦν ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων ἰόντες εἰς D ἐννοίας τὰς ὑπὲρ πάντα, μονονουχὶ πόνῳ καὶ ἱδρῶτι καταμεθύουσαν καταθρήσομεν ἂν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν φροντίδα τῆς ἀκηράτου φύσεως. αὐτήν γε μὴν ἀπαλλάξομεν ἀναγκαίως τοῦ πονεῖν. ἐπεί τοι μὴ καθ' ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ταῖς ἰδίαις ὑπεροχαῖς ἐμφιλοχωροῦσά τε καὶ ἐρηρεισμένη. οὐκ ἀμισθὶ τοιγαροῦν, ἀλλ' οὐδὲ ἱδρῶτος δίχα Χριστὸς προτέραν μὲν συνηγάγετο τὴν Ἰου- E δαίων συναγωγὴν, ἣν ἐν σχήματι τῷ τῆς Λείας παραληψόμεθα. διερμηνεύεται γὰρ κοπιῶσα καὶ ἀνανεουμένη. κεκοπίακε δὲ ταῖς Αἰγυπτίων πλεονεξίαις κατηχθισμένη, καὶ τὸν δυσφόρητον ἔχουσα τῆς δουλείας ζυγόν. καὶ μὴν καὶ ἀνενεώθη πρὸς τὸ πατρῷον σέβας. μετεπλάττετο δὲ ὥσπερ ἐκ λατρείας εἰδωλομανοῦς ἐπὶ τὸ εἰδέναι λοιπὸν τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεός. ἐπιφωνεῖ γὰρ αὐτοῖς διὰ Μωσέως. ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστι. καὶ τό, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

ἀλλ' ἐπεθύμει μὲν ὁ Χριστὸς τῆς Ῥαχὴλ ἐν ἀρχαῖς, τουτέστι, τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας. τοιγάρτοι ἔφασκε περὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα· λελάληκα πρὸς σὲ ἅπαξ καὶ δὶς, λέγων· ἑώρακα τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ λαὸς σκληροτράχηλός ἐστιν. ἔασόν με ἐξολοθρεῦσαι αὐτοὺς, καὶ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτῶν ὑποκάτωθεν τοῦ στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ ἰσχυρὸν, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο. ἀλλ' ἦν ἀνάγκη τοὺς ἐλαφρὸν ἔτι καὶ εὐπαράγωγον ἔτι γε δὴ σφίσιν αὐτοῖς ἔχοντας νοῦν, οὐκ εὐθὺς ἀγάγειν ἐπὶ τὸ τέλειον, καὶ τὴν ἐπέκεινα νοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς φρονήσεως παίδευσιν, φημὶ δὴ τὴν εὐαγγελικὴν, προκατηχῆσαι δὲ μᾶλλον διὰ τῶν ὑποβεβηκότων μονονουχὶ καὶ προγύμνασμα τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς ποιῆσαι τὴν νομικήν. οὐκοῦν ἐπεθύμει μὲν τῆς νεωτέρας ἐν ἀρχαῖς, τουτέστι, τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας ὁ ἐξ οὐρανοῦ νυμφίος. προσοικίζεται δὲ ὥσπερ τὴν πρεσβυτέραν οἱονεί πως οὐκ ἀμογητί. δεδούλευκε γὰρ ὑπὲρ Λείας ὁ Ἰακώβ. ὅτι δὲ πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἐξήρηται πόνοις τῆς Αἰγυπτίων δουλείας ὁ Ἰσραὴλ, οὐκ ἀσυμφανές. ὅλη γὰρ αὐτοῖς πεπολέμηκεν ἡ κτίσις. σημεῖον οὖν ἄρα τοῦ μὴ ἀνιδρωτὶ λελυτρῶσθαι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ Θεοῦ γενέσθαι λοιπὸν διὰ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας ἡ τοῦ Ἰακὼβ δουλεία, τελουμένη που πάντως οὐκ ἄνευ μόχθου. συντετελεσμένων δὲ τῶν ἑβδόμων τῆς πρεσβυτέρας, ἠγάπητο τὴν Ῥαχὴλ, τουτέστι, τὴν νεωτέραν, τὴν καὶ ἐν ἀρχαῖς ποθουμένην. εἰσκέκληται γὰρ δευτέρα μετὰ τὴν πρώτην ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία τὸ τοῦ Θεοῦ πρόβατον· ἑρμηνεύεται γὰρ οὕτω καὶ Ῥαχὴλ, καθάπερ ἤδη προείπον. ὅτι δὲ κέκμηκε τρόπον τινὰ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ὁ Χριστὸς, παρέδειξε πάλιν ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ τὸν ἑπταετῆ πόνον καὶ ὑπὲρ Ῥαχὴλ ἀνατλάς. εἰ γὰρ ἐνεδέχετο καμεῖν καίτοι Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν τὸν υἱὸν, πῶς ἂν οὐ γέγονεν ἐν τούτῳ, τὴν Ἡρώδου δίωξιν ὑπομείνας ἐν ἀρχαῖς, τὰς τῶν Φαρισαίων ἐπιβουλὰς, τὰς τῶν ἡγουμένων συκοφαντίας, τὰ ἐμπτύσματα, τὰ ῥαπίσματα, τὰς κατὰ νώτου πληγὰς, τὴν τῶν στρατιωτῶν παροινίαν, καὶ αὐτὸν ἐν ἐσχάτοις τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον. Λάβαν δὲ θυγατέρες ἀνδρὸς εἰδωλολατροῦντος ἔτι Λεία καὶ Ῥαχήλ. κέκληνται γὰρ ἐξ ἐθνῶν, πρώτη μὲν ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή. ῥίζης γὰρ καὶ γένους Ἑλληνικοῦ γέγονε καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Ἀβραάμ. δευτέρα δὲ καὶ μετὰ τὴν πρώτην ἡ νεωτέρα, τουτέστιν, ἡ ἐκκλη-

A Cæterùm optauit quidem Chriſtus ſtatim ab initio Rachel, hoc eſt, Eccleſiam ex Gentibus. Idcirco etiam ait de ſynagoga Iudæorum ad Moſem, diuinorum oraculorum interpretem. [Locutus ſum ad te ſemel & bis, dicens: Vidi populum hunc, & ecce populus duræ ceruicis: ſine me vt diſperdam eos, & delebo nomen eorum deſubter firmamento cæli; & faciam te in gentem magnam & fortem, multóque maiorem quàm hæc.] Deut. 9. 13.

B Cæterùm neceſſe erat eos qui leuem adhuc, quæque facilè ab ſtatu dimoueretur, mentem haberent, non ſtatim ad id, quod perfectum eſt, deduci, & ad diſciplinam ipſorum intellectu ſuperiorem, Euangelicam nimirum, ſed potiùs inſtrui priùs minoribus, & legali doctrina ad vitam in Chriſto præexercitari. Amauit igitur ab initio cæleſtis ſponſus iuniorem, hoc eſt, ex Gentibus Eccleſiam. Ducit verò quodammodo ſeniorem non abſque labore. Seruiit enim pro Lia

C Iacob. Quòd verò multis magniſque laboribus Iſrael à ſeruitute Ægyptiorum ſit ereptus, dubium non eſt. Vniuerſa enim creatura cum ipſis bellum geſſit. Signum itaque eſt non abſque ſudore redemptum eſſe Iſraelem, atque Dei deinceps eſſe factum per cultum legalem, ſeruitus Iacob, non abſque labore omnino peracta. Abſolutis autem hebdomadibus ſenioris, duxit Rachelem, hoc eſt, iuniorem, quam ab initio optarat atque amarat. Vocata

D enim eſt ſecunda poſt primam Eccleſia ex Gentibus, *ouis Dei*: hoc enim interpretatur Rachel, vt iam antea dixi. Quòd verò laborauit quodammodo etiam pro ipſo Chriſtus, diuinus Iacob rurſum nobis oſtendit, ſeptem annorum laborem etiam pro Rachele perpeſſus. Si enim poſſibile erat laborare Deum exiſtentem ſecundùm naturam filium, quo pacto non id ipſi accidit, cùm Herodis perſecutionem

E initio ſuſtinuerit, & Phariſæorum inſidias, præfectorum calumnias, conſputiones, alapas, flagra, militum contumelias, ipſam denique in ligno mortem. Lia autem & Rachel filiæ erant Laban, viri adhuc idola colentis. Vocati enim ſunt ex Gentibus, prima quidem Iudæorum ſynagoga (radice enim ac genere Græcanico ortus eſt etiam ipſe diuinus Abraham:) ſecunda verò, & poſt ſecundam noua, hoc eſt, Eccle-

ſia. Porro oculi quidem Liæ erant lippi
atque infirmi. Rachel autem pulchra aſpectu, & decora facie valdè.
Atqui de Iudæis quidem Christus
Matth. 15. 14. " alicubi ait ſanctis diſcipulis, [Sinite ipſos, cæci ſunt, & duces cæco-
Matt. 13. 16. " rum. Veſtri autem beati oculi, quia
" vident, & aures veſtræ quia audiunt.]
Infirmitas itaque Iudæorum Synagogæ ad cernendum Deum, meritò
ſignificatur per oculos Liæ: ſapientia autem & prudentia atque ad intelligendum magna maturitas eorum qui per fidem in Chriſto ſunt,
nec non venuſtas ac decor in operibus per Rachelis pulchritudinem deſcripta eſt. Et quidem ad Iudæorum
matrem propheticus ſermo clamet:
Hier. 22. 17. " [Ecce oculi tui non ſunt, neque cor
" tuum pulchrum.] Chriſtus verò Eccleſiam ex Gentibus vocet, dicatque de
Cant. 1 & 4 & 6. " ea: [Oculi tui columbæ. Concupiuit
Pſal. 44. 11. " enim pulchritudinem eius,] iuxta
Pſalmiſtæ vocem: duxit itaque Chriſtus primùm quidem coniugem Synagogam Iudæorum, pronubo quodammodo Moſe, & mediantibus angelis.
Poſt hanc verò veluti ſecundam duxit
Eccleſiam ex Gentibus, mediatore quodammodo ad id vſus beato Ioanne Baptiſta. Idcirco etiam dixit ſpiritale hoc & diuinum nobis coniugium
Ioan 3. 29. " ſignificans: [Qui habet ſponſam ſpon-
" ſus eſt, amicus autem ſponſi, qui ſtat
" & audit eum, gaudio gaudet propter
" vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium
" meum impletum eſt. Illum oportet
" creſcere, me verò minui.] Miſericordia verò & fides ſponſæ dos eſt. Dixit
enim alicubi per vocem Prophetarum
ſponſus supernè atque ex cælo veniens
Oſee 2. 19. " ad Eccleſiam ex Gentibus: [Et ſponſa-
" bo te mihi in ſempiternum, & ſponſa-
" bo te mihi in iuſtitia & iudicio, &
" in miſericordia, & in miſerationi-
" bus. Et ſponſabo te mihi in fide, &
" cognoſces Dominum.] Duxit enim (quemadmodum dixi modò)
ante Eccleſiam ex Gentibus, ſeniorem. Cæterùm deſponſationis ratio
& coniugii vis non fuit in ſempiternum. Ait enim alicubi rurſum de
Ibid. 2. " ea: [Ipſa non vxor mea: neque ego
Eſai. 50. 1. Hier. 3. 8. " vir eius.] Et rurſus: [Dedi ipſi li-
" bellum repudii in manus ipſius.] Repudiata enim eſt vt fornicaria, ſummæque turpitudinis damnata. Ait
Ibid. 1. " enim alicubi de ea: [Si dimiſerit vir
" vxorem ſuam, & receſſerit ab eo,

A σία. καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ Λείας παραλελυμένοι
καὶ ἀδρανεῖς. Ῥαχὴλ δὲ καλὴ τῷ εἴδει, καὶ ὡραία
τῇ ὄψει σφόδρα. καὶ περὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων ἔφη
που Χριστὸς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. ἄφετε αὐ-
τούς, τυφλοί εἰσιν ὁδηγοὶ τυφλῶν. ὑμῶν δὲ μα-
κάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα
ὑμῶν ὅτι ἀκούουσιν. οὐκοῦν τὸ δυσαλκὲς πρὸς θεο-
πτίαν τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς κατασημαίνοιτο ἂν
εἰκότως διὰ τῶν τῆς Λείας ὀφθαλμῶν. τὸ δὲ σοφόν
B τε καὶ ἔννουν, καὶ τὸ πολὺ λίαν ἐξωραϊσμένον εἰς
σύνεσιν τῶν ἐν πίστει ἐν Χριστῷ, καὶ μέν τοι καὶ
τὸ ἐν ἔργοις περιφανὲς διὰ τοῦ τῆς Ῥαχὴλ παρα-
γέγραφεν κάλλους. καὶ πρὸς μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων
μητέρα, τό, ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοί σου οὐκ εἰσίν, οὐδὲ
ἡ καρδία σου καλή, προφητικὸς ἀνεβοάτω λό-
γος· καλείτω δὲ ὁ Χριστὸς τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλη-
σίαν, καὶ λεγέτω περὶ αὐτῆς· οἱ ὀφθαλμοί σου πε-
ριστερῶν. ἐπεθύμησε γὰρ τοῦ κάλλους αὐτῆς, κατὰ τὴν
τοῦ ψάλλοντος φωνήν. οὐκοῦν ἐποιεῖτο σύνοικον ὁ
C Χριστὸς πρῶτον μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν,
νυμφαγωγοῦντος Μωσέως καὶ μεσιτευόντων ἀγ-
γέλων. ἐπ' ἐκείνῃ δὲ ὥσπερ δευτέραν τὴν ἐξ
ἐθνῶν ἐκκλησίαν οἱονεὶ μεσίτου παρειλημμένου
καὶ ἐπ' αὐτῇ τοῦ μακαρίου Βαπτιστοῦ. τοιγάρτοι
καὶ ἔφασκε τὸν νοητὸν τουτονὶ καὶ θεῖον ἡμῖν κα-
τασημαίνων γάμον· ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμ-
φίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ
ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ
νυμφίου. αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται.
D ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι. ἔλεος
δὲ καὶ πίστις τῇ νύμφῃ τὸ ἕδνον. ἔφη γάρ που
διὰ φωνῆς προφητῶν, ὁ ἄνωθεν ἥκων καὶ ἐξ
οὐρανοῦ νυμφίος πρὸς τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλη-
σίαν, καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ εἰς τὸν αἰῶνα,
καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ
κρίματι, καὶ ἐν ἐλέει, καὶ ἐν οἰκτιρμοῖς. καὶ μνη-
στεύσομαί σε ἐμαυτῷ ἐν πίστει, καὶ ἐπιγνώσῃ τὸν
κύριον. ἠγάγετο μὲν γάρ, καθάπερ ἔφην ἀρ-
E τίως, πρὸ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας τὴν πρε-
σβυτέραν. ἀλλ' ὁ τῆς μνηστείας τρόπος, καὶ τῆς
συναφείας ἡ δύναμις, οὐκ εἰς αἰῶνα γέγονεν.
ἔφη γάρ που πάλιν περὶ αὐτῆς. ὅτι αὐτὴ οὐ γυ-
νή μου· καὶ ἐγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. καὶ πάλιν· ἔδω-
κα αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου εἰς τὰς χεῖρας αὐ-
τῆς. ἀποβέβληται γὰρ ὡς πεπορνευμένη, καὶ ἐπὶ
τοῖς ἄγαν ἀπηχεστάτοις κατεγνωσμένη. ἔφη
γάρ που περὶ αὐτῆς· ἐὰν ἐξαποστείλῃ ἀνὴρ
τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ,

καὶ γένοιται ἀνδρὶ ἑτέρῳ μὴ ἀνακάμπτουσα ἀνακάμψει πρὸς αὐτὸν ἔτι; οὐ μιαινομένη μιανθήσεται ἡ γυνὴ ἐκείνη; καὶ σὺ ἐξεπόρνευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς, καὶ ἀνέκαμπτε πρός με, λέγει κύριος. ἆρον εἰς εὐθεῖαν τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε ποῦ ἐξεφύρθης. ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας αὐταῖς ὡσεὶ κορώνη ἠρημωμένη, καὶ ἐμίανας τὴν γῆν ἐν ταῖς πορνείαις σου, καὶ ἐν ταῖς κακίαις σου. καὶ ἔσχες ποιμένας πολλοὺς εἰς πρόσκομμα σαυτῇ. ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας. οὐχ ὡς οἰκεῖόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου; μὴ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα; ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ἡ πρεσβυτέρα· Ῥαχὴλ δὲ τὴν νεωτέραν, τουτέστι, τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, ἑαυτῷ μνηστεύεται, καὶ τοῦτο διηνεκῶς. τὸ δὲ ἐμαυτῷ, νοείσθω κατὰ τίνα τρόπον. ἐμνηστεύσατο μὲν γὰρ τὴν Ἰουδαίων συναγωγὴν, ἀλλὰ διὰ μεσίτου Μωσέως. συνήφθη δὲ ὥσπερ τῇ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίᾳ φωναῖς ἰδίαις αὐτὴν εἰς τοῦτο καλῶν, καὶ καθ' ἕνα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁρώμενος ἄνθρωπος. κατένευε γὰρ τῇ νύμφῃ βοώσῃ· δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούτισόν μοι τὴν φωνήν σου. ἤκουον μὲν γὰρ καὶ οἱ πάλαι λαλοῦντος αὐτοῦ, πλὴν διὰ Μωσέως ἢ προφητῶν. ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς, αὐτὸς ἡμῖν δι' ἑαυτοῦ λελάληκεν ὁ υἱὸς, καθὰ καὶ ὁ σοφὸς μεμαρτύρηκε Παῦλος. ἄξιον δὲ πρὸς τούτοις, καὶ τὴν τῶν ἐξ Ἰακὼβ γεγονότων υἱῶν πολυπραγμονῆσαι γένεσιν· ὁπόσοι τε, καὶ τίνων ἐξέφυσαν ἰδεῖν. τέτοκε τοίνυν πρώτη μὲν ἡ Λεία τέσσαρας· Ῥουβεὶμ, Συμεὼν, Λευὶ καὶ Ἰούδαν. ἐπειδὴ δὲ ἦν στεῖρα καὶ ἄτεκνος ἔτι Ῥαχὴλ, ἀλύουσα σφόδρα καὶ ἀπορουμένη τὸ τῆς ἀπαιδίας κατασοφίζεται χρῆμα. πείθει γὰρ τὸν Ἰακὼβ λέγουσα· ἰδοὺ ἡ παιδίσκη μου Βάλλα. εἴσελθε πρὸς αὐτὴν, καὶ τέξεται ἐπὶ τῶν γονάτων μου, καὶ τεκνοποιήσομαι κἀγὼ ἐξ αὐτῆς. οὗ καὶ εἰς πέρας ἐξενηνεγμένου, δύο γεγένηνται τῷ Ἰακὼβ υἱοὶ, Δάν τε καὶ Νεφθαλείμ. Λεία γε μὴν Ζελφὰν τὴν ἑαυτῆς οἰκότριβα προξενάζουσα δυοῖν ἑτέροιν πατέρα γενέσθαι ποιεῖ Γὰδ καὶ Ἀσήρ. καὶ τί μετὰ τοῦτο; ἐπορεύθη δὲ, φησὶν, Ῥουβεὶμ ἐν ἡμέραις θερισμοῦ πυρῶν, καὶ εὗρε μῆλα μανδραγόρου ἐν τῷ ἀγρῷ, καὶ ἤνεγκεν αὐτὰ πρὸς Λείαν τὴν μητέρα αὐτοῦ. εἶπε δὲ Ῥαχὴλ τῇ Λείᾳ τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, δός μοι τῶν μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ σου· εἶπε δὲ Λεία· οὐχ ἱκανόν σοι ὅτι ἔλαβες τὸν ἄνδρα μου, μὴ καὶ τοὺς μανδραγόρας τοῦ υἱοῦ μου λήψῃ;

A & fuerit cum viro altero, nunquid re- „ uertens reuertetur ad eum vltrà? nónne „ contaminata contaminabitur mulier „ illa? Et tu fornicata es in paſtoribus „ multis. Tamen reuertere ad me, dicit „ Dominus. Leua oculos tuos in dire- „ ctum, & vide vbi proſtrata ſis. In viis „ ſediſti quaſi cornix in ſolitudine, & pol- „ luiſti terram in fornicationibus tuis, „ & in malitiis tuis, & habuiſti paſtores „ multos in offenſionẽ tuam. Facies me- „ B retricis facta eſt tibi, ſine rubore facta es „ ad omnes. Nónne vſque nũc me voca- „ ſti, & patrem & ducem virginitatis tuæ? „ nunquid permanebit in ſæculum?] Atqui ſic quidem ſenior affecta fuit. Rachel autem iuniorem, hoc eſt, Eccleſiam ex Gentibus ſibi deſpondet, idque in ſempiternum. Illud verò quod ait, *Mihi ipſi*, intelligatur quonam modo. Oſeæ 2.19 Duxit enim Iudæorum Synagogam, ſed per mediatorem Moſem. Copulatus autem eſt quodammodo Eccleſiæ Gentium, ſua voce ipſam ad id C vocans, & ſicut vnus eorum qui in terris degunt viſus homo. Annuit enim ſponſæ clamanti: [Oſtende mihi fa- „ Cant. 2. ciem tuam, ſonet vox tua in auribus „ 14. meis.] Audierunt enim etiam veteres „ ipſum loquentem: cæterùm per Moſem & Prophetas. In vltimis autem ſæculi temporibus, ipſe nobis per ſeipſum locutus eſt Filius, quemadmodum etiam ſapiens Paulus teſtatus eſt. Operæ Heb. 1. a. D pretium verò fuerit præterea filiorum qui ex Iacob nati ſunt generationem inquirere, & quot, ac è quibus orti ſint videre. Peperit igitur prima quidem Lia quatuor, *Ruben*, *Simeon*, *Leui* & *Iudam*. Dùm verò ſterilis eſſet, neque adhuc peperiſſet Rachel, mœſta admodum & conſilii inops, orbitati ſuæ conſuluit. Suadet enim Iacob, dicens: [Ecce ancilla mea Balla. Ingredere ad eam, & pariet ſuper genua mea, & habebo filios ex ea.] Quo tandem peracto E duo nati ſunt Iacob filii, *Dan* & *Nephthalim*. Porrò Lia Zelpham ancillam ſuam ipſi copulans, vt duorum aliorum filiorum pater fieret, effecit *Gad*, nimirum & *Aſer*. Quid verò deinceps? [Abiit autem, inquit, Ruben „ in die meſſis tritici, & inuenit poma „ mandragoræ in agro, & attulit ad Liam „ matrem ſuam. Dixit autem Rachel Liæ „ ſorori ſuæ. Da mihi de mandragoris „ filii tui. Dixit autem Lia: Non ſatis ti- „ bi quòd accepiſti virum meum, nun- „ quid & mandragoras filii mei accipies? „

„ Dixit autem Rachel, Non ſic: dormiat
„ tecum nocte iſta pro mandragoris filii
„ tui. Ingreſſus eſt autem Iacob ex agro
„ veſpere, & egreſſa eſt Lia in occur-
„ ſum ei, & ait: Ad me ingredieris ho-
„ die. Nam mercede conduxi te pro
„ mandragoris filii mei. Quo facto pe-
„ perit rurſum Lia Iſachar, & poſt hunc
„ Zabulon.] Cùm itaque ad hunc nu-
„ merum Iſraelitæ perueniſſent, [Recor-
„ datus eſt, inquit, Deus Rachel, & ex-
„ audiuit eam Dominus, & aperuit eius
„ vuluam, concipiénſque peperit filium
„ Iacobo. Dixit autem Rachel: Abſtulit
„ à me Deus meus opprobrium, & voca-
„ uit nomen eius Ioſeph, dicens: Addidit
„ mihi Deus filium alterum.] Peperit autem præter hunc etiam Beniamin. Ita verò de ea rurſum ſcriptum habetur:
Geneſ. 35. 16. „ [Factum eſt autem cùm appropinquaret Chabrata vt iter in terram Ephrata, laborioſè peperit in partu. Factum eſt autem cùm difficulter pareret, dixit ei obſtetrix: Bono animo ſis. Etenim hic tibi eſt filius. Factum eſt autem cùm exhalaret animam (mortua enim eſt) vocauit nomen eius: Filius doloris mei. Pater verò vocauit eum Beniamin.] Ægrè pariens itaque Rachel mortua, doloribus nobiſcum communibus liberata eſt. Atque ita quidem habet generatio filiorum Iacob. Cæterùm quiſnam ſit eorum quæ ſcripta ſunt, interior ſenſus, nouerit quidem is, qui omnia nouit, in quo omnes ſunt
Coloſſ. 2. „ [theſauri ſapientiæ, & cognitionis abſconditi,] ſicut ſcriptum eſt. Nos verò ſubtilibus oculis hæc intueamur, caliginiſque, qua obſita ſunt, denſitatem diſſipare, quoad fieri poteſt, conantes, ei qui intellectum dat cæcis, illud dicamus:
Pſal. 118. 8. „ [Reuela oculos meos, & intelligam mirabilia ex lege tua.] Quocirca (referam enim à capite ſermonem, & quòd dixi, repetam) Liam quidem ſeniorem Synagogæ Iudæorum comparandam; Rachel verò ipſam Gentium Eccleſiam eſſe exiſtimabimus. Fundamentum itaque quodammodo ſermonis iacientes harum rerum fidem, reliqua ſuperſtruamus. Peperit igitur Lia prior quatuor filios. Interim nati ſunt ex duabus ancillis Balla & Zelpha alii quatuor. Poſtquam verò inuentas à Ruben in agris mandragoras inter ſe partitæ ſunt Lia & Rachel, vtraque facta eſt mater: & parit quidem Lia præter quatuor illos *Iſachar*, qui ſignificat *merces*:

A Εἶπε δὲ Ραχὴλ, οὐχ οὕτως. κοιμηθήτω μετὰ σοῦ, τὴν νύκτα ταύτην ἀντὶ τῶν μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ σου. εἰσῆλθε δὲ Ἰακὼβ ἐξ ἀγροῦ ἑσπέρας, καὶ ἐξῆλθε Λεία εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, καὶ εἶπε, πρός με εἰσελεύσῃ σήμερον. μεμίσθωμαι γάρ σε ἀντὶ τῶν μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ μου. οὗ δὴ γεγονότος τέτοκε πάλιν Λεία τὸν Ἰσάχαρ, ἐπ᾽ αὐτῷ δὲ καὶ Ζαβουλών. ἡκόντων δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο λοιπὸν ἀριθμοῦ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἐμνήσθη, φησὶν, ὁ Θεὸς τῆς Ραχὴλ, καὶ ἐπήκουσεν αὐτῆς
B κύριος, καὶ ἀνέῳξεν αὐτῆς τὴν μήτραν, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τῷ Ἰακὼβ υἱόν. εἶπε δὲ Ραχήλ· ἀφεῖλεν ἀπ᾽ ἐμοῦ ὁ Θεός μου τὸ ὄνειδος, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωσήφ· λέγουσα, προσέθετό μοι ὁ Θεὸς υἱὸν ἕτερον. τέτοκε δὲ πρὸς τούτῳ Βενιαμίν. ἔχει δὲ οὕτω πάλιν τὰ ἐπ᾽ αὐτῇ γεγραμμένα. ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἤγγισε Χαβραθὰ τοῦ ἐλθεῖν εἰς γῆν Ἐφραθᾶ, ἔτικτε Ραχήλ. καὶ ἐδυστόκησεν ἐν τῷ τοκετῷ· ἐγένετο δὲ ἐν τῷ σκληρῶς αὐτὴν τίκτειν, εἶπεν αὐτῇ ἡ μαῖα, θάρσει. καὶ
C γάρ οὗτός σοί ἐστιν υἱός. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἀφιέναι αὐτὴν τὴν ψυχήν. ἀπέθνησκε γάρ. ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, υἱὸς ὀδύνης μου. ὁ δὲ πατὴρ ἐκάλεσεν αὐτὸν Βενιαμίν· δυστοκήσασα τοίνυν ἐπιτελεῖ Ραχὴλ, ἐπ᾽ αὐταῖς ὠδῖσι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἀπηλλάττετο. ὧδε μὲν οὖν ἔχει τῶν ἐξ Ἰακὼβ ἡ γένεσις· ἀλλὰ τίς ἂν εἴη τῶν γεγραμμένων ὁ ἐσώτατος νοῦς, εἰδείη μὲν ἂν αὐτὸς ὁ πάντα εἰδὼς, ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς
D γνώσεως ἀπόκρυφοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. λεπτοῖς δὲ ἡμεῖς καταθρήσωμεν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς ἀχλύος τὸ πάχος κατισχνοῦν ὡς ἔνι πειρώμενοι, τῷ σοφοῦντι τυφλοὺς ἐκεῖνο λέγωμεν. ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου· ἐκ νοῦ ἐπανήξω γὰρ εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς, καὶ ἀναμνήσω πάλιν ὧν ἔφην. Λείαν μὲν τὴν πρεσβυτέραν, τῇ τῶν Ἰουδαίων
E συναγωγῇ παρεικαστέον εὖ μάλα· Ραχὴλ δὲ αὐτὴν τὴν ἐθνῶν ἐκκλησίαν ὑπάρχειν ὑπολημψόμεθα. κρηπῖδα δὲ ὥσπερ προϋποθέντες τῶν λόγων τὴν ἐπὶ τοῖσδε πίστιν, τὰ λοιπὰ προσαποινήσωμεν. τέτοκε τοίνυν ἡ Λεία πρότη τέσσαρας, εἶτα μεταξὺ γεγόνασιν ἐκ δυοῖν θεραπαίναιν Βάλλας τε καὶ Ζελφᾶς, ἕτεροι τέσσαρες. ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἐν ἀγροῖς εὑρημένους παρὰ Ρουβεὶμ μανδραγόρας διενείμαντο πρὸς ἀλλήλας Λεία τε καὶ Ραχὴλ, ἄμφω γεγόνασι μητέρες· καὶ τίκτει μὲν Λεία πρὸς ἐκείνοις τοῖς τέσσαρσι, τὸν Ἰσάχαρ, ὅ ἐστι

μισθός· εἶτα τὸν Ζαβουλών, ὃ σημαίνει πάλιν ἑρμηνευόμενον εὐλογίαν τε καὶ εὐωδίαν. τέτοκε δὲ καὶ Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσήφ, ὅ ἐστι προσθήκη Θεοῦ. καὶ μετ' αὐτὸν ἐν τέλει τὸν Βενονί, ὅ ἐστιν υἱὸς ὀδύνης. πρώτη μὲν γὰρ ἐτέκνωσε τῷ Θεῷ τὸ τῶν Ἰουδαίων πλῆθος ἡ ἐν χρόνῳ πρεσβυτέρα, τουτέστιν, ἡ συναγωγή. ὅτι δὲ τοὺς ἐξ αὐτῆς γεγονότας υἱοὺς ἐκάλει Θεός, συνήσεις εὖ μάλα πρὸς Μωσέα μὲν λέγοντος, υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. διά γε φωνῆς Ἡσαΐου· ἄκουε οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλησεν, υἱοὺς ἐ- B γέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. πλὴν ὅτι γεγέννηνται μὲν ἐξ ἐλευθέρων διὰ τοὺς πατέρας, οἷς οὐκ ἐπέρριπτο τὸ ἐκ νόμου ζυγόν· τὴν γάρ τοι τῶν πατέρων ἐλευθερίαν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος παρέδειξε, λέγων· ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ. τὸ ἐγώ, τῇ ῥίζῃ τοῦ γένους ἀναθείς, καὶ ταῖς τῶν πατέρων ἀνάπτων κεφαλαῖς. ὅτι δὲ ἔμελλον κἂν εἰ γεγόνασιν ἐξ ἐλευθέρων, τὸ τῆς κατὰ νόμον δουλείας ὑποδραμεῖσθαι ζυγόν, παραδείξειεν ἂν ἡμῖν αἰνιγματωδῶς ἡ γειτονεύουσα καὶ C παρεζευγμένη γένεσις τῶν τεσσάρων, οἳ καὶ γεγόνασιν ἐκ θεραπαινῶν. ἀλλ' ἔστι τι καὶ ἐν αὐτοῖς μυστήριον. οἱ μὲν γὰρ ἐκ Βάλλας, Δάν τε καὶ Νεφθαλείμ, ἐπεγράφοντο τῇ Ῥαχήλ· οἱ δέ γε τῆς Ζελφᾶς Γὰδ καὶ Ἀσὴρ ἐπεγράφοντο τῇ Λείᾳ. καὶ τῶν ἐκ Βάλλας ἦσαν ὀψιγενέστεροι. ἀλλ' οἶμαί που πάντως ἐπαπορήσειεν ἄν τις, καὶ μάλα εἰκότως. πῶς ἂν οἱ ἐκ δούλης, φημὶ τῆς Βάλλας, ἐπιγράφοιντο τῇ Ῥαχήλ· καίτοι τὸν τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας ἀποπληροῖεν τὸν τύπον. τί οὖν πρὸς τοῦ- D τό φαμεν; ὅτι γεγόνασιν ἐν ἀρχαῖς οἱ μακάριοι προφῆται καταριθμούμενοι μὲν ἐν τέκνοις τῆς δουλευούσης Ἱερουσαλήμ, υἱοὶ δὲ τρόπον τινὰ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας. ἐφρόνουν γὰρ τὰ αὐτῆς, ἀναδειχθήσεσθαι λέγοντες, καὶ ἀναλάμψειν κατὰ καιροὺς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ διὰ μυρίων ὅσων σχημάτων προανατυποῦντες αὐτό, μονονουχὶ δὲ καὶ εἰς ὄψιν ἄγοντες τοῖς ἀρχαιοτέροις. οἱ δὲ μετ' ἐκείνους ἔτι πάλιν εἰς δουλείαν γεγεννημέ- E νοι, Χριστὸν οὐ προσήκαντο, τὸν ἐλευθερίας τὸν χορηγόν· ὅτι δὲ ἀμείνους οἱ πρῶτοι τῶν μετ' αὐτοὺς ἀπολειπομένων ἰδεῖν, Θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς Ἡσαΐου. πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν πλήρης κρίσεως, ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί; συνίης ὅπως πλήρης μὲν κρίσεως, τουτέστιν, ὀρθότητος, καὶ δικαίων κατάλυμα λέγει γενέσθαι τὴν Ἱερουσαλήμ; ἤτοι τὴν

A deinde *Zabulon*, quod rurſum ſi interpreteris, ſignificat *benedictio, & ſuauitatas odoris*. Peperit autem etiam Rachel *Ioſeph*, quod ſignificat *accretio Dei*, & poſt hunc ad extremum *Beniamin*, quòd ſignificat *filius doloris*. Prima enim filios peperit Deo Iudæorum multitudinem ſenior tempore, hoc eſt, ſynagoga. Quòd verò eos, qui ex ipſa orti ſunt, filios vocarit Deus, optimè intelliges dicente ipſo ad Moſem: [Filius primogenitus meus Iſrael.] nec non per vocem Eſaiæ: [Audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus eſt, Filios genui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.] Præterea quia geniti ſunt ex liberis, ideo quòd [patribus ipſorum legis iugum] impoſitum non eſſet. Idcirco patrum libertatem etiam ipſe nobis diuinus Paulus declarauit, dicens: [Ego autem viuebam ſine lege aliquando.] Illud *ego*, ad radicem generis ſui referens, & maioribus ſuis adſcribens. Quòd autem etiamſi ex liberis nati eſſent, legalis ſeruitutis iugum ſubituri eſſent, figuratè nobis ſignificat vicinus ortus aliorum quatuor, qui nati ſunt ex ancillis. Cæterùm latet aliquid in his myſterii. Filii enim Ballæ Dan & Nephthalim adſcripti ſunt Racheli: Zelphæ verò Gad & Aſer adſcripti Liæ. Et ex Balla erant tardiùs geniti. Sed opinor quærat quis, nec iniuria, quomodo è Balla ancilla nati Racheli adſcribantur, & implere queant typum Eccleſiæ ex Gentibus? Quid igitur ad hoc dicemus? Quòd fuerint initio beati Prophetæ annumerati quidem inter filios ſeruæ Ieruſalem; filii autem certo modo erant Eccleſiæ ex Gentibus. Cogitabant enim quæ eius ſunt, dicentes monſtrandum eſſe, atque effulſurum ſucceſſu temporis Chriſti myſterium, & innumeris figuris illud præſignificantes, ac tantum non veteribus ob oculos ponentes. Qui verò poſt ipſos rurſus in ſeruitutem nati ſunt, Chriſtum non admiſerunt, libertatis datorem. Quòd autem meliores ſint priores poſterioribus eos ſecutis, facilè fuerit videre, dicente Deo per vocem Eſaiæ: [Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, Sion plena iudicio; in qua iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ?] Intelligis quo pacto plenam iudicio, hoc eſt, rectitudine, & iuſtorum domicilium fuiſſe dicit Ieruſalem, ſiue Sion:

Exod. 4. 22.

Eſai. 1.

Rom. 7.

Eſai. 1.

Sion: refertam autem eſſe poſtmodum homicidis. Videat autem quis, & quidem manifeſtè admodum, etiam ex ipſis, ſi velit, nominibus, quòd alumni quidem Eccleſiæ ſint filii Ballæ, hoſtes verò filii Zelphæ. Interpretatur enim *Dan, iudicium*: *Nephthalim* autem, *latitudo*. Hæc fuit Prophetarum prædicatio. Quòd enim iudicaturus eſſet Chriſtus orbem terrarum in iuſtitia, & condemnaturus Satanam tyrannidem in nos exercentem, atque interfectorem: ſaluaturus verò nos, & ex multis anguſtiis in latum & amplum quodammodo cor tranſlaturus, nequaquam difficile fuerit rurſum probare. Beatus enim Pſalmiſta exclamauit dicens veluti ex perſona eorum qui in Chriſto, & iuſtificatorum in ſpiritu: [Viam mandatorum tuorum cucurri, quando dilataſti cor meum.] Sapientiſſimus verò Paulus Corinthiis poſt fidem acceptam iugum cum incredulis ducere volentibus ſcribit, dicens: [Os noſtrum apertum eſt erga vos, Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt. Non eſtis anguſti in nobis, ſed anguſti eſtis in viſceribus veſtris. Eandem autem remunerationem, vt filiis, polliceor. Dilatemini & vos, ne ducatis iugum cum incredulis.] Quòd verò iudicium rectũ & iuſtum factum ſit à Chriſto, beatus Dauid rurſum nobis declarat eorum qui tyrannide oppreſſi ſunt perſonam præ ſe ferens, & ad omnium Saluatorem Chriſtum dicens: [Exurge, Domine, & intende iudicio meo. Deus meus & Dominus meus in cauſam meam.] Quin etiam Saluator ipſe hoc manifeſtum facit, dicens: [Nunc iudicium eſt mundi huius. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnes traham ad me ipſum.] Vides quòd iudicium nobis futurum iuſtum, cordiſque dilatationem Prophetæ prædixerint, Chriſti myſterium ſignificantes. Nati igitur ſunt ex Balla *Dan* & *Nephthalim*, qui ſignificant *iudicium* & *dilatationem*: ex Zelpha verò *Gad* & *Aſer*. & interpretatur quidem *Gad tentatio*; *Aſer* autem *diuitiæ*. Nónne verò huiuſmodi fuerunt poſtremi poſt primos Iudæorum populi? Nemo certè dubitet. Nam ex iis quæ Chriſto acciderunt facilè quis intelligat. Hi enim tentarunt eum cum iis qui vocantur Herodiani, dicentes: [Magiſter, ſcimus quia verax ſis, neque cures quemquam:

Pſal. 118. 32.

2. Cor. 6. 11.

Pſal. 34. 23.

Ioan. 12. 31.

Matth. 22. 16.

Tomus primus.

A Σιὼν, ἐκμεμεστῶσθαι δὲ φονευτῶν ἐν ὑστέροις. ἴδοι δή τις, καὶ μάλα σαφῶς, καὶ ἐξ αὐτῶν, εἰ βούλοιτο τῶν ὀνομάτων, ὅτι θρέμματα μὲν ἐκκλησίας εἶεν ἂν οἱ διὰ τῆς Βάλλας· ἐχθροὶ δὲ μᾶλλον οἱ ἐκ Ζελφᾶς. ἑρμηνεύεται μὲν γὰρ ὁ Δὰν, κρίσις. Νεφθαλεὶμ δὲ, πλατυσμός. τοῦτο γέγονε τοῖς προφήταις τὸ κήρυγμα. ὅτι γὰρ ἔμελλεν ὁ Χριστὸς κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ καταψηφίσασθαι μὲν ὡς πλεονεκτήσαντος, καὶ ἀνῃρηκότος ἡμᾶς τοῦ σατανᾶ· σῶσαι δὲ καὶ
B ἡμᾶς, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν στενοχωρίας εἰς πλατεῖαν ὥσπερ μεταστῆσαι καρδίαν, χαλεπὸν οὐδὲν ἐπιδεῖξαι πάλιν. ὁ μὲν γὰρ μακάριος ψαλμῳδὸς ἀνακέκραγε λέγων, ὡς ἐκ προσώπου τῶν ἐν Χριστῷ, καὶ ἡγιασμένων ἐν πνεύματι. ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. ὁ δέ γε σοφώτατος Παῦλος ἑτεροζυγεῖν ἐθέλουσι τοῖς ἐκ Κορίνθου πεπιστευκόσιν ἐπιστέλλει, λέγων· τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε
C πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται, οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν· τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω. πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. ὅτι δὲ κρίσις ὀρθὴ καὶ δικαία γέγονε παρὰ Χριστοῦ, σαφηνιεῖ μὲν πάλιν αὐτὸς ὁ μακάριος Δαβὶδ τὸ τῶν πλεονεκτηθέντων πρόσωπον ἑαυτῷ περιτιθεὶς, καὶ λέγων πρὸς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν. ἐξεγέρθητι, κύριε, καὶ πρόσχες τῇ κρίσει
D μου, ὁ Θεός μου, καὶ ὁ κύριός μου εἰς τὴν δίκην μου. αὐτός γε μὴν ὁ σωτὴρ ἐναργὲς τοῦτο κατίστησι λέγων· νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω· κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. ὁρᾷς ὅτι κρίσιν ἡμῖν ἐσομένην δικαίαν καὶ καρδίας πλατυσμὸν οἱ προφῆται προανεκήρυττον τὸ ἐπὶ Χριστῷ λαλοῦντες μυστήριον; γεγόνασι τοίνυν ἐκ Βάλ-
E λας Δάν τε καὶ Νεφθαλεὶμ, ὅ ἐστι κρίσις καὶ πλατυσμός. ἀπὸ δέ γε τῆς Ζελφᾶς Γὰδ καὶ Ασὴρ, καὶ διερμηνεύεται δὲ πειρατήριον ὁ Γάδ. πλοῦτος γε μὴν ὁ Ασήρ. ἆρ' οὖν οὐχὶ τοιοῦτοι γεγόνασιν οἱ τελευταῖοι μετὰ τοὺς προτέρους τῶν Ιουδαίων λαοί; εἶτα πῶς ἀμφίλογον; ἐξ αὐτῶν γὰρ τοῦτο κατίδοι τις ἂν τῶν κατὰ Χριστὸν γεγονότων. οἱ μὲν γὰρ ἐπείραζον αὐτὸν μετὰ τῶν καλουμένων Ηρωδιανῶν, λέγοντες· διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενὸς,

οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις· ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ; προσήεσαν δὲ πειράζοντες, ἵνα παγιδεύσωσιν αὐτόν. μεμαρτύρηκε γὰρ οὕτως ὁ θεσπέσιος Εὐαγγελιστής. οἱ δὲ λημμάτων ἕνεκα καὶ φιλοκερδίας οὐ προσεδέχοντο τὸν υἱόν. ἔφησαν γάρ, φησίν, ἐν ἑαυτοῖς· οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν, ἵνα ἡμῶν ἡ κληρονομία γένηται. ὅτι δὲ φιλόπλουτοι καὶ φιλοκερδεῖς ἄγαν οἱ Φαρισαῖοι γεγόνασι, καὶ τὸ τῶν γραμματέων ἀνόσιον σύστημα, κατίδοι τις ἂν καὶ λίαν ἑτοίμως τοῖς περὶ αὐτῶν γεγραμμένοις τὸν νοῦν ἐπιείς. ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ἀπεμπωλῆσαι δεῖν ἔφασκε τὸν ἐπίγειον πλοῦτον, τοῖς τὰ ἄνω φρονεῖν ᾑρημένοις, καὶ διανέμειν τὰ ὄντα πτωχοῖς, ἵνα τὸν ἄνω κερδάνωσι θησαυρόν. ἀλλ', ὥς φησιν ὁ Εὐαγγελιστής, ἤκουον ταῦτα οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι φιλάργυροι ὄντες, καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν. ὅτι δὲ καὶ μέχρι τῶν ἄγαν εὐτελεστέρων καθικνούμενοι μετὰ πολλῆς ἀκριβείας λεπτολογίαις ἐσπούδαζον, οὐδὲ τὸ βραχὺ μεθιέντες τοῖς μὴ προσάγουσι κατὰ νόμον τὰς τεταγμένας δεκάτας· καίτοι τοῦ νόμου πεφροντικότες ὀλίγα, παντελῶς αὐτοῖς διεσάφει λέγων ὁ Κύριος. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον· καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸν ἔλεον, καὶ τὴν πίστιν. Ἐν οἴκῳ ὁ μὲν Γὰδ πειρατήριον· πλοῦτος δὲ ὁ Ἀσήρ. καὶ ἄμφω γεγένηνται ἐκ θεραπαίνης τῆς Ζέλφας, μετὰ τὸν Δάν τε καὶ Νεφθαλείμ, οἳ ἦσαν ἐκ Βάλλας. ἀλλ' ἐν τούτοις μέν, ἡμῖν ὁ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας καιρὸς γεγράφθω· καθ' ὃν ἦν ἔτι στεῖρα Ῥαχήλ, τουτέστιν, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία· ἣ ὅτι τέξεται πολλούς, καὶ ἀναριθμήτων ἔσται τροφός, προανακέκραγε μὲν Ἡσαΐας λέγων· εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα. ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα. ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. διεσάφει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ Θεοῦ λέγων. ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην. ἔφη δέ που πρὸς αὐτὴν καὶ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης καὶ Θεός. ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε πάντας. καὶ πάλιν, ἰδοὺ οὗτοι πόρρωθεν ἔρχονται. οὗτοι ἀπὸ βορρᾶ καὶ οὗτοι ἀπὸ θαλάσσης, ἄλλοι δὲ ἐκ γῆς Περσῶν. φέρε δὴ οὖν

A non enim reſpicis perſonam hominum, ſed viam Domini in veritate doces: licet dare cenſum Cæſari, an non? Acceſſerant autem tentantes vt illaquearent ipſum.] Ita enim teſtatus eſt diuinus Euangeliſta. Hi verò quæſtus ſui cauſa non ſuſceperunt filium. [Dixerunt enim, inquit, in ſeipſis, Hic hæres eſt, agite, occidamus eum, vt noſtra fiat hæreditas.] (Matt. 21. Marc. 12. Luc. 20.) Quòd verò attenti ad rem & quæſtus ſtudioſi admodum fuerint Phariſæi, B impiúſque Scribarum cœtus, facilè quis agnoſcat, ea quæ de ipſis ſcripta ſunt animaduertens. Siquidem Dominus noſter Ieſus Chriſtus terrenas diuitias vendere oportere dixit eos qui ſuperna cogitare velint, & facultates pauperibus elargiri, vt cæleſtem theſaurum lucrifaciant. Verùm, vt ait Euangeliſta, audierunt hæc Scribæ & Phariſæi pecuniæ ſtudioſi, & irriſerunt eum. Quòd verò ad viliſſima C quæque ac facillima paratu procedentes, ſumma ſeueritate minima conſectantes, & è rebus minutis rigidè, etſi parum de lege ſolliciti, decimas ſecundum legem ſtatutas exigerent, Dominus ipſis ſignificauit dicens: [Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentam & anethum & cuminum; & omittitis grauiora legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem.] (Matt. 23. 23.) *Gad* itaque *tentatio*, *Aſer* & *diuitiæ*. Nati verò D ſunt ambo ex ancilla Zelpha, poſt Dan & Nephthalim filios Ballæ. Cæterùm in his quidem, nobis tempus ante aduentum noſtri Saluatoris deſcriptum ſit, in quo ſterilis adhuc erat Rachel, hoc eſt, Eccleſia ex Gentibus, quæ quòd multos eſſet paritura, & innumerarum gentium nutrix futura, prædixit quidem Iſaias dicens: [Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filii deſertæ magis, E quàm eius quæ habet virum.] (Eſai. 54. 1. Gal. 4. 27.) Declarauit autem etiam ipſe diuinus Dauid de eo dicens: [Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem ſuper filiis lætantem.] (Pſal. 112. 9.) Ait autem alicubi ad ipſam etiam vniuerſorum Dominus ac Deus: [Tolle in circuitu oculos tuos, & vide omnes.] (Eſai. 49. 18. & 60. 4.) Et rurſus: [Ecce hi de longè veniunt, hi ab Aquilone & hi à mari, alii verò è terra Perſarum.] (Eſai. 49. 12.) Age itaque,

ſi placet, videamus, quando & quomodo ſterilis peperit. Poſt illos igitur qui nati ſunt ex ancillis, mandragoras in agro inuenit Ruben primogenitus ex Iacob, defértque ad matrem ſuam Liam. Illa verò petenti Racheli dat, & parit quidem Lia acceptis mandragoris duos rurſum filios, *Iſachar* nimirum, & *Zabulon*. Deinde recordatus eſt Deus Rachelis, apertáque eius vulua, peperit etiam ipſa *Ioſeph*, & extremò *Beniamin*. Quòd igitur *Lia* Iudæorum Synagogam ſignificet; *Rachel* verò Eccleſiam ex Gentibus, ſæpiùs iam à nobis dictum eſt. Prætermittentes itaque, vt ſuperuacaneam, eorumdem repetitionem, declaremus deinceps, cuius rei typus ſint *Mandragoræ*, à primogenito Ruben inuentæ: quid etiam ſibi velit, earum in vtroſque æqualis fortaſſe diſtributio. Dedit enim Lia Racheli. Quid verò prętereà etiam ipſa filiorum generatio, in ipſis nominum ſignificationibus myſterium pariens. Mandragoræ igitur naſcuntur in agris, ſpeciem autem pomi præ ſe ferunt. Quòd verò ſomnum prouocent, grauique ſopore eos qui illis vtuntur opprimant, ac veluti inebrient, non multo ſermone opus foré arbitror ad demonſtrandum, cùm ægrorum dormiendi difficultati medici naturali mandragorarum virtute atque efficacia ſubueniant. Significant verò nobis figuratè Chriſti myſterium, obdormientis quodammodo propter nos, & demittentis ſeipſum ad exinanitionem ad mortem vſque, tametſi reuixerit rurſum. Deus enim erat ſecundùm naturam, etiamſi caro ſit factus. Vbi verò in vniuerſum mors inſtar ſomni accepta eſt, ibi etiam reſuſcitatio ad vitam quærenda eſt, & ſummatim Chriſti in his myſterium. Idcirco D. Paulus, eos qui præ leuitate in diuerſam ſentẽtiam rapti erant, reprehendit dicens: [Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quòd Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundùm Scripturas, & quòd ſepultus eſt, quódque reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas.] Et paulo pòſt: [Si autem Chriſtus prædicatur à mortuis reſurrexiſſe, quomodo dicunt inter vos quidam non eſſe reſurrectionem mortuorum?] Poſtquam enim primus inter homines Chriſtus mortem ſomnũ eſſe oſtendit (vita enim erat ſecũdùm naturam) ianuam quamdam ac viam in reliquo eſſe oportere,

Gene. 30. 31.

1. Cor. 15. 3.

Ibid. 12.

Tomus primus.

A εἰ δοκεῖ, καταθεώμεθα ὁπηνίκα καὶ ὅπως τέτοκεν ἡ στεῖρα. Οὐκοῦν μετ' ἐκείνους οἳ γεγόνασιν ἐκ θεραπαινίδων, τοὺς ἐν ἀγρῷ μανδραγόρας εὑρίσκει Ῥουβεὶμ, ὁ ἐξ Ἰακὼβ πρωτότοκος· προσκομίζει δὲ Λείᾳ τῇ ἰδίᾳ μητρί. ἡ δὲ τῇ Ῥαχὴλ ζητούσῃ δίδωσι. καὶ τίκτει μὲν Λεία, λαβοῦσα τοὺς μανδραγόρας, δύο πάλιν υἱοὺς, τόντε Ἰσάχαρ καὶ μέντοι καὶ τὸν Ζαβουλών. εἶτα μέμνηται Θεὸς τῆς Ῥαχὴλ, καὶ διανοιχθείσης αὐτῇ τῆς μήτρας, καὶ αὐτὴ τέτοκε τὸν B Ἰωσὴφ, καὶ τελευταῖον τὸν Βενιαμίν. Λεία μὲν οὖν ὅτι τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν ὑπαινίττεται· Ῥαχὴλ δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, προμεμνήκεν ἡμῖν πλειστάκις ὁ λόγος. μεθέντες δὲ οὖν ὡς ἀνόνητον ἔτι τὸ ταυτολογεῖν, λοιπὸν ἀφηγώμεθα τίνος ἂν εἶεν εἰς τύπον οἱ μανδραγόραι, παρὰ τοῦ πρωτοτόκου Ῥουβεὶμ εὑρημένοι. τί δ' ἂν βούλοιτο δηλοῦν ἡ εἰς ἄμφω τε καὶ ἐν ἴσῳ τάχα που διανέμησις. δίδωκε γὰρ ἡ Λεία τῇ Ῥαχήλ· τί δὲ C πρὸς τούτοις καὶ αὐτὴ τῶν παίδων ἡ γένεσις, ἐν ταῖς τῶν ὀνομάτων σημασίαις ὠδίνουσα τὸ μυστήριον. μανδραγόραι τοίνυν φύονται μὲν ἐν ἀγροῖς· εἶδος δὲ τὸ μῆλον αὐτοῖς. ὑπνηλὸν δὲ ὅτι τὸ χρῆμά ἐστι, καὶ βαθεῖ καταμεθύσκον κάρῳ τοὺς μετεσχηκότας, οὐ μακροῦ δεῖσθαι οἶμαι πρὸς ἀπόδειξιν λόγου, τὰς τῶν ἀρρωστούντων ἀγρυπνίας τῆς ἰατρῶν ἐμπειρίας ἔσθ' ὅτε νικώσης τῇ τῶν μανδραγορῶν φυσικῇ ἐνεργείᾳ. οἱ καὶ ὑποφαίνουσιν ἡμῖν αἰνιγματωδῶς τὸ Χρι- D στοῦ μυστήριον, ὑπνοῦντος τρόπον τινὰ δι' ἡμᾶς, καὶ καθιέντος εἰς κένωσιν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν. Θεὸς γὰρ ἦν κατὰ φύσιν, καὶ γέγονε σάρξ. ὅπου δὲ ὅλως ὁ θάνατος ἐν ὕπνου τάξει παρειλημμένος, ζητητέον ἐκεῖ καὶ τὴν εἰς ζωὴν ἀναβίωσιν. ὅλον δὲ ὥσπερ ἐν τούτοις τὸ Χριστοῦ μυστήριον. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς ἐξ ἐλαφρείας κε- E κινημένοις εἰς ἑτερόφρονα δόξαν, ἐπισκήπτει λέγων. παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις ὃ καὶ παρέλαβον· ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ ἡμέρᾳ τρίτῃ, κατὰ τὰς γραφάς. καὶ μεθ' ἕτερα. εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσιν ἐν ὑμῖν τινες, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; ἐπεὶ γὰρ πρῶτος ἐν ἀνθρώποις ὕπνον ἔδειξε τὸν θάνατον ὁ Χριστὸς, ζωὴ γὰρ ἦν κατὰ φύσιν, θύρα τις ὥσπερ καὶ ὁδὸς εἰς τὸ χωρῆσαι λοιπὸν,

A καὶ αὐτοῦ θανάτου καταδυναστεύεσθαι, τῇ ἀνθρώπου γένους φύσει. ταύτῃ τοι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἄνω τε καὶ κάτω τοὺς τῷ θανάτῳ κατειλημμένους ὀνομάζει κεκοιμημένους· ὡς ὅσον οὐδέπω καὶ ἀναβιωσομένους διὰ Χριστοῦ. ἔφη γὰρ πάλιν. εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐγερεῖ τοὺς κοιμηθέντας σὺν τῷ Ἰησοῦ, καὶ παραστήσει σὺν ἡμῖν. ὕπνου δὲ οὖν σημεῖον οἱ μανδραγόραι. καὶ τούτους εὑρίσκει πρωτότοκος ὤν, ὁ Ῥουβείμ, εἶτα διεκόμισε τῇ μητρί· ἡ δὲ διενείματο πρὸς τὴν ἀδελφήν. πρῶτοι γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τοῦ πρωτο- B τόκου κατὰ τὸν χρόνον νενοήκασί τε καὶ πεπλουτήκασι τὸ ἐπὶ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ δὴ καὶ τῇ ἰδίᾳ μητρί, φημὶ δὲ τῇ Ἱερουσαλήμ, εὕρημα λαμπρὸν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀγχινοίας προσκεκομικότες, χαίρειν ἀνέπειθον. πρὸ γάρ τοι τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως μεμυσταγωγήκασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν. εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες τυχὸν πεπιστεύκασιν, ἀλλ᾽ οὖν μετὰ τὸν ἐπὶ Χριστῷ προσιήκασι λόγον. σέσωσται δὲ τὸ κατάλειμμα, κατὰ τὰς γραφάς. ὅτι δὲ προειλή- C φασιν ἐν πίστει τοὺς ἐξ ἐθνῶν Ἰουδαῖοι, πρόδηλον δή που, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανές. λαβοῦσα τοίνυν ἡ Λεία τοὺς μανδραγόρας, δύο τέτοκεν υἱούς, Ἰσάχαρ τε καὶ Ζαβουλών. καὶ μισθὸς μὲν ὁ Ἰσάχαρ ἑρμηνεύεται· ἕτερος γε μήν, τουτέστιν, ὁ Ζαβουλών, εὐόδωμά τε καὶ εὐλογία. ὡς γὰρ ἔφην ἤδη, διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὡς παρὰ τέκνων ἰδίων ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ παραδεξαμένη λοιπὸν τὸ Χριστοῦ μυστήριον, μήτηρ ἀπεδείχθη τέκνων τῶν ἐπὶ μισθῷ τε καὶ εὐ- D λογίαις κατευωδουμένων παρὰ Θεῷ. ὅτι γὰρ οὐκ ἄμισθος ἡ πίστις ἡ εἰς Χριστόν, διδάξειεν ἂν εὐθὺς τῶν πλημμελημάτων ἡ ἄφεσις. πιστώσεται δὲ πρὸς τοῦτο καὶ αὐτὸς λέγων ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. οὐδὲν ἧττον καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ E σου· τουτέστι, τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν. ὅτι ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου ὅτι κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. τίς οὖν ἄρα μείζων τε καὶ ἀξιόληπτος ἐστὶ μισθὸς τοῦ διασῶσαι ψυχήν;

& ad mortem fortiter ſuperandam. Idcircò etiam ſapientiſſimus Paulus paſſim eos qui mortui ſunt, *dormientes* appellat, vtpote poſtea reuicturos per Chriſtum. Ait enim rurſum: [Si enim credimus quòd Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, etiam Deus excitabit dormientes cum Ieſu, & exhibebit nobiſcum.] Somni itaque ſymbolum eſt mandragora, atque hoc inuenit primogenitus Ruben; deinde defert ad matrem. Hæc verò diſtribuit ſorori. Primi enim Iſraelitæ primogenitum per tempora cognouerunt, Chriſtique myſterium conſecuti ſunt: nec non matri ſuæ, Ieruſalem inquam, inuentum exiſtentis in ipſis induſtriæ offerentes gaudium conciliarunt. Nam ante vocationem Gentium ſancti diſcipuli ſacra myſteria docuerunt per vniuerſam Iudæam. Etſi enim non omnes fortè crediderunt, omnibus tamen facultas erat ſuſcipiendi ſermonem de Chriſto. [Seruatæ autem ſunt reliquiæ,] ſecundùm Scripturas. Quòd verò anteuerterint Iudæi Gentes in fide, manifeſtum eſt, neminique omnino obſcurum. Lia igitur acceptis mandragoris duos peperit filios, *Iſachar* & *Zabulon*. Atque Iſachar quidem interpretatur *merces*: alter verò, hoc eſt Zabulon, *bona via* & *benedictio*. Nam, vt iam dixi, per ſanctos Apoſtolos veluti à propriis filiis Synagoga Iudæorum ſuſcipiens Chriſti myſterium, declarata eſt mater eorum, qui in mercede ſunt & benedictione, bonóque odore fragrant apud Deum. Quòd enim mercede non careat fides in Chriſtum, oſtendit nobis peccatorum remiſſio. Quin & ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus confirmat, dicens: [Amen amen dico vobis, Qui credit in me, habet vitam æternam.] Nihilo verò minùs etiam beatus Paulus: [Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc eſt, verbum fidei quod prædicamus: quia ſi confitearis in ore tuo quia Dominus eſt Ieſus, & credideris in corde tuo, quòd Deus ipſum ſuſcitauit à mortuis, ſaluaberis. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.] Quænam igitur maior admirabiliórque merces eſt, quàm ſaluari animam?

1.Cor.11. 30.

1.Theſ.4. 14.

Iudic.5.11

Ioan.5.24

Rom.10. 8.

Quòd enim eximia res ſit, maximé-
que pretioſa, ipſe etiam Saluator no-
Marc. 8. 36. » bis perſuadet, dicens: [Quid prodeſt
» homini ſi vniuerſum mundum lucre-
» tur, animæ verò ſuæ detrimentum pa-
» tiatur? aut quid daturus eſt homo, quo
» repenſet animam ſuam?] Glorioſa ita-
que & ſalutaris eſt credentibus merces.
Quòd verò eos qui in Chriſto iuſtifica-
ti ſunt, benedictio ſit comitatura, du-
bium eſſe non poteſt. Sanctificati enim
ſumus in ſpiritu. Quin & beatus Dauid
Psal. 113. 15. » ita ait: [Benedictio Domini ſuper vos:
» benedicti vos à Domino, qui fecit cæ-
» lum & terram.] Deus verò ipſe per
vocem Eſaiæ alicubi ad credentium
Esai. 44. 3 » matrem, Eccleſiam inquam, ait: [Im-
» ponam ſpiritum meum ſuper ſemen
» tuum, & benedictiones meas ſuper fi-
» lios tuos.] Idcircò etiam ſapientiſſimus
Paulus iis qui per fidem iuſtificati ſunt
Ephes. 1. 3 » ſcribit, dicens: [Benedictus Deus &
» Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui
» benedixit nos in omni benedictione
» ſpirituali.] Qui verò ſupernam bene-
dictionem vbertim conſecuti ſunt, quo
pacto non rectà dirigantur in omne
Esai. 26. 7 » opus bonum? [Semita enim, inquit,
» piorum recta facta eſt, & via iuſtorum
» præparata. Via enim Domini iudi-
» cium.] Nam de Synagoga Iudæorum
» alicubi ita ait: [Ecce ego obſtruam vias
» eius, & ſemitam illius non inuenies.]
Nos autem immittés in ſupernas man-
ſiones per Liam quodammodo, &
aperta via, ſanctis miniſtris ita præci-
Esai. 26. 2 & 62. 10. » pit: [Aperite portas, ingrediatur po-
vel 57. 14. » pulus cuſtodiens iuſtitiam, & annun-
» tians veritatem: apprehendens verita-
» tem & cuſtodiens pacem.] Et rurſum:
Hier. 30. 26. » [Semitas facite populo meo, & lapi-
» des viæ diſiicite,] ne obuiis ſcanda-
lis offenſi à recto inſtituto retarden-
tur. Lia igitur eos qui in mercede &
benedictionibus ſunt, rectáque via
apud Deum inſiſtunt, peperit. Rachel
verò ſimiliter acceptis ab ipſa man-
dragoris, peperit Ioſeph. Suſcipiens
enim quodammodo Eccleſia Chriſti
myſterium per ſanctos Apoſtolos, ve-
luti ex ſimili quidem ſorore, Syna-
goga Iudæorum, mater facta eſt po-
puli creſcentis ſemper, & in immen-
ſam multitudinem ſeſe propagantis.
Interpretatur enim Ioſeph, *adauctio Dei.*
Addita enim eſt gregi Iſraelitico
Eccleſia ex Gentibus. Idcirco etiam
Ioan. 10. 16. » Chriſtus dixit: [Et alias oues ha-
» beo, quæ non ſunt de hoc ouili:

Tomus primus.

A ὅτι γὰρ τὸ χρῆμα ἐξαίρετον καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἀναπείθει λέγων: τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; εὐκλεὴς οὖν ἄρα καὶ σωτήριος τοῖς πιστεύουσιν ὁ μισθός. ὅτι δὲ τοῖς ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοις ἕψεταί που πάντως καὶ τὸ εὐλογεῖσθαι δεῖν, εἴη ἂν οὐκ ἀμφίλογον. ἡγιάσμεθα γὰρ ἐν πνεύματι. καὶ φησὶν ὁ μακάριος Δαβίδ, εὐλογία κυρίου ἐφ' ὑμᾶς. εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ κυρίῳ, B τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἔφη δέ που Θεὸς καὶ διὰ τῆς τοῦ Ησαΐου φωνῆς, πρὸς τὴν τῶν πιστευόντων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν ἐκκλησίαν, ἐπιθήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου, καὶ τὰς εὐλογίας μου ἐπὶ τὰ τέκνα σου. ταύτῃ τοι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις ἐπιστέλλει, λέγων· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. οἱ δὲ τῆς ἄνωθεν εὐλογίας πλουσίως μετεσχηκότες, C πῶς ἂν οὐκ εὐοδωθεῖεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν; ὁδὸς γὰρ, φησὶν, εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. ἡ γὰρ ὁδὸς κυρίου κρίσις. περὶ μὲν γὰρ τῆς Ιουδαίων συναγωγῆς ἔφη που Θεός· ἰδοὺ ἐγὼ ἐμφράσσω τὰς ὁδοὺς αὐτῆς, καὶ τὴν τρίβον αὐτῆς οὐ μὴ εὕρῃ. ἡμᾶς δὲ εἰσπέμπων ταῖς ἄνω μοναῖς διὰ Λείας ὥσπερ καὶ ὑψηλωμένης ὁδοῦ, τοῖς ἁγίοις διακελεύεται λειτουργοῖς· ἀνοίξατε πύλας, εἰσελθέτω λαὸς φυλάσσων δικαιοσύνην, καὶ ἀναγγέλλων ἀ- D λήθειαν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, καὶ φυλάσσων εἰρήνην. καὶ πάλιν. ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ μου, καὶ τοὺς λίθους τῆς ὁδοῦ διαῤῥίψατε, ἵνα μὴ τοῖς διὰ μέσου σκανδάλοις προσπταίοντες, ὄκνον εἰσδέξοιντο τοῦ ἐπ' ἀγαθοῖς σπουδάσμασιν. οὐκοῦν τοὺς ἐπὶ μισθῷ τε καὶ εὐλογίαις καὶ εὐοδουμένους παρὰ Θεῷ, τέτοκε Λεία· Ραχὴλ δὲ ὁμοίως λαβοῦσα τοὺς μανδραγόρας, τέτοκε τὸν Ιωσήφ. παραδεξαμένη γὰρ ὥσπερ ἡ ἐκκλησία τὸ Χριστοῦ E μυστήριον διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὡς ἐξ ὁμοίας μὲν ἀδελφῆς τῆς τῶν Ιουδαίων συναγωγῆς, μήτηρ πέφηνε λαοῦ τοῦ ἐν προσθήκαις ἀεὶ, καὶ εἰς πληθὺν ἰόντος οὐ μεμετρημένην. διερμηνεύεται γὰρ Ιωσὴφ, προσθήκη Θεοῦ. προστέθειται δὲ ταῖς ἐξ Ισραὴλ ἀγέλαις, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὁ Χριστός· καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης.

κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου A ἀκούσουσιν, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. προστέθειται τοίνυν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἀγέλη, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τοῖς ἀρχαιοτέροις ποιμνίοις, καὶ ἀκατάληκτον ἔχει τὴν εἰς τὸ ἔτι τε καὶ ἔτι πλουσίαν ἐπίδοσιν· ἄχρις ἂν καὶ αὐτὸς ἐν τελευταίοις ὥσπερ καιροῖς ὁ Βενιαμὶν γεννηθῇ, τουτέστιν, ὁ υἱὸς ὀδύνης λαός. καὶ τίς δὴ οὗτός ἐστιν, ἐφ' ὃν καὶ αὐτὴ λοιπὸν ἡ τεκοῦσα παύσεται, καὶ εἰς ἑτέραν ὥσπερ μετοιχήσεται ζωήν; B τετελεύτηκε γὰρ ἡ Ῥαχὴλ ἐπ' αὐταῖς ὠδῖσι τοῦ Βενιαμίν. τὸ μὲν οὖν ἄγαν ἠκριβωμένως εἰδέναι ταυτὶ, Θεῷ δὴ πάλιν ἀναθήσομεν, καὶ τοῖς νουνεχέσιν ἢ καθ' ἡμᾶς. λυπεῖ δὲ οὐδὲν τό γε εἰς νοῦν ἧκον εἰπεῖν· οἶμαι δὴ οὖν ὅτι νοοῖτ' ἂν εἰκότως υἱὸς ὀδύνης λαὸς ἡ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς τῶν πιστευόντων πληθύς. κατ' ἐκεῖνο γὰρ ἔσται τοῦ καιροῦ καὶ ὁ τῆς ἀνομίας υἱὸς ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα. ὥστε αὐτὸν C εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός. οὗτος τοῖς ἁγίοις ἀντιτάξεται, καὶ ἀτιθασσῶν οὐδὲν διοίσει θηρίων. ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Σωτὴρ, ἔσται τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. ὅτι δὲ οὐχ ἑτέροις μᾶλλον ἀλλ' ἢ τοῖς ἁγίοις ἐγκατασκήψει τὰ τῆς παρ' ἐκείνου σκαιότητος καὶ ἀπανθρωπίας, διαμεμαρτύρηκε πάλιν ἐπενεγκὼν αὐτὸς ὁ Χριστός. καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ D ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ. διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. ὡς γὰρ διώξεως ἐσομένης κατὰ παντὸς ἀπολέκτου, καὶ γνησίου τὴν πίστιν. ὡς δεινῆς καὶ ἀφορήτου πλεονεξίας, καὶ μέν τοι καὶ αἰκιῶν ἐποισθησομένων τισίν· ἔσται μου πάντως ἐν συστολαῖς ὁ καιρὸς, συμμετροῦντος οἶμαι τοῦ φιλοικτίρμονος Θεοῦ τῇ τῶν καμνόντων ἰσχύϊ τὸν πειρασμόν. οὕτω φρονεῖν ἀναπείθει καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος· πιστὸς δὲ ὁ E Θεὸς ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ, καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. γεννηθέντος τοίνυν τοῦ Βενιαμὶν, τουτέστι, τοῦ ἐν τέλει τε καὶ ἐν ὀδύναις λαοῦ, πεπαύσεται καὶ Ῥαχήλ. μετοιχήσεται γὰρ, ὥσπερ ἔφην ἀρτίως, εἰς ἑτέραν ζωὴν ἡ ἐκκλησία. τουτέστιν ἡμεῖς, οἱ διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν τὴν διὰ πνεύματος ἕνωσιν πρὸς Θεὸν πλουτήσαντες. καὶ μή τοι θαυμάσῃς

etiam illas oportet me adducere, & vocem meam audient; & fiet vnum ouile, vnus Paſtor.] Additus itaque eſt Gentium grex (vt modò dixi) veteribus ouilibus, perpetuúmque habet etiam nunc incrementum, donec etiam ipſe veluti in extremis temporibus Beniamin naſcatur, hoc eſt, *filius doloris* populus. At quiſnam hic eſt, cuius partu mater ipſa moritura eſt, & ad aliam veluti vitam transferetur? Obiit enim Rachel in ipſo partu Beniamin. Perfectam itaque omnibuſque numeris abſolutam horum cognitionem Deo tribuamus, iiſque, qui nos ingenii acumine ſuperant. Nihil verò obeſt, quo minus quod nobis in mentem venerit, dicamus. Mea itaque ſententia, *filius doloris* meritò intelligi poſſit, multitudo credentium in vltimis ſæculi temporibus. Nam illis temporibus erit filius iniquitatis, [qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut cui veneratio debetur: ita vt in templo Dei ſedeat, declarans ſe tanquam ſit Deus.] (2. Theſſ. 4.) Hic contra Sanctos aciem educet, & nihil ab indomitis feris differet. Quemadmodum enim ipſe Saluator ait: [Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque ad hoc tempus, neque fiet.] (Matt. 24. 21.) Quòd verò non alios quàm ſanctos eius immanitas atque crudelitas ſit inuaſura, ſignificauit rurſum Christus, ita adiiciens: [Et niſi decurtati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos decurtabuntur dies illi.] (Ibid. 22.) Cùm enim perſecutio ſit futura aduerſus omnes electos, ac ſincerè fideles: cúmque grauis & intolerabilis tyrannis atque ærumnæ iis impendeant; contrahetur omnino tempus, commenſurante temperantéque, vt arbitror, Deo tentationem pro afflictorum viribus. quod etiam nobis perſuadet ſapientiſſimus Paulus, dicens: [Fidelis autem Deus, qui non ſinet vos tentari vltra id quod poteſtis: imò faciet vnà cum tentatione prouentum, vt prouentum, vt poſſitis ſufferre.] (1. Cor. 10. 13.) Nato itaque Beniamin, hoc eſt, populo in fine & doloribus, deſinet Rachel. Transferetur enim quodammodo, vt modò dixi, in aliam vitam Eccleſia, hoc eſt, nos, qui per fidem in Chriſtum vnitatem cum Deo per Spiritum nacti ſumus. Neque verò mireris,

ſi mors Rachel à rebus huius vitæ tranſtulit. Percellet enim nonnunquam id quoſdam ea quæ olim acciderunt, contemplantes.] Dicat autem aliquis fortaſſe, atque ita ſecum cogitet. Ceſſabit ergo Eccleſia ſucceſſu temporis, & morte quodammodo extinguetur: atque hoc eſt transferri ad meliora. His reſpondemus: Cùm audis nominari Eccleſiam, ſanctam credentium multitudinem intelligi exiſtima, cuius mors, iuxta rationem vitæ in mundo & carnalis, via eſt ad incrementum vitæ in Chriſto, & modus tranſlationis ad meliora ac præſtantiora. Idcirco etiam beatus Paulus acriùs quoſdam increpat, dicens:

Coloſſ. 2. 20.

„ [Si mortui eſtis cum Chriſto ab
„ elementis mundi, quid quaſi ad-
„ huc viuentes in mundo, decernitis?]

Scribit autem rurſum iis, qui carnem & voluptuariam vitam abiecerunt:

Coloſſ. 3. 5.

„ [Mortui enim eſtis, & vita
„ veſtra abſcondita eſt cum Chriſto
„ in Deo. Quando igitur Chriſtus
„ manifeſtatus fuerit, vita veſtra, tunc
„ & vos cum illo manifeſtabimini in
„ gloria.

Mortificare igitur etiam *nos membra noſtra terrena* debere manifeſtè ait, *ſtuprum* inquiens, *& immunditiem, & his affinia.* Mors itaque Rachel, ſignificat omnino gregis credentium, hoc eſt Eccleſiæ, mortem in Chriſto intellectam in aliam quodammodo vitam nos transferentem; ſi modò verum eſt quòd noſtra transferentur ex corruptione in incorruptionem, ex morte in vitam, ex infirmitate in potentiam, ex ignominia in gloriam, ex menſurato ac definito tempore in ſempiternam vitam. Ita enim etiam cum ipſo Chriſto perpetuò erimus: per quem, & cum quo, Deo ac Patri gloria & imperium cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

A Εἰ θάνατος τὴν Ραχὴλ τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ μετέθηκε πραγμάτων. θορυβήσει γὰρ ἔσθ' ὅτε τὸ χρῆμά τινας, ἐνατενισμένους εἰς θεωρίαν, τοῦ πάλαι συμβεβηκότος· πεπαύσεται δὴ οὖν ἡ ἐκκλησία κατὰ καιρούς, καὶ σβεσθήσεται θανάτῳ τρόπον τινά. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ πρὸς τὰ ἀμείνω μετάστασις. πρὸς δὴ τὰ τοιάδε φαμέν· ἐκκλησίαν ὅταν ἀκούσῃς, τὴν τῶν πιστευόντων ἁγίαν πληθὺν ἴσθι τι λέγειν· ᾗ τὸ ἐκτεθνάναι κατὰ τὸν

B τρόπον ζωῆς τῆς ἐν κόσμῳ καὶ σαρκικῆς, ὁδός ἐστι πρὸς ἐπίδοσιν τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας καὶ ζωῆς, καὶ μεταστάσεως τρόπος εἰς τὰ ἀμείνω καὶ ὑπερκείμενα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ῥαθυμοτέροις τισὶν ἐπιφέρει τὴν ἐπίπληξιν λέγων. εἰ ἀπεθάνετε ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ἐν κόσμῳ ζῶντες δογματίζεσθε; ἐπιστέλλει δὲ πάλιν τοῖς τὴν σαρκικὴν καὶ φιλήδονον ἀποσεισαμένοις ζωήν. ἀπεθάνετε γάρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ

C Θεῷ. ὅταν οὖν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ὑμῶν· τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. νεκροῦν δὲ ἡμᾶς καὶ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς δεῖν ἔφη σαφῶς, πορνείαν δὴ λέγων καὶ ἀκαθαρσίαν, καὶ τὰ τούτοις ἀδελφά. οὐκοῦν ὁ τῆς Ραχὴλ θάνατος σημαίνει που πάντως τῆς τῶν πιστευόντων ἀγέλης, τουτέστι, τῆς ἐκκλησίας, τὸν ἐν Χριστῷ νοούμενον θάνατον, εἰς ἑτέραν ὥσπερ ἀποφέροντα ζωήν. εἴπερ ἐστὶν ἀληθές, ὅτι τὰ καθ' ἡμᾶς μεταστήσεται ἐκ φθο-

D ρᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, ἐκ θανάτου πρὸς ζωήν, ἐξ ἀσθενείας εἰς δύναμιν, ἐξ ἀτιμίας εἰς δόξαν, ἐκ μεμετρημένων καιρῶν εἰς μακραίωνα βίον. οὕτω γὰρ οὕτω καὶ αὐτῷ διαπαντὸς συνεσόμεθα τῷ Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

E

A

ΓΛΑΦΥΡΩΝ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ε´.

Περὶ τοῦ Ἰακώβ.

B Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ἡ θεόπνευστος γραφὴ τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας προαναφωνεῖ τοὺς τύπους, οὐ μετρίαν ἐντεῦθεν τοῖς ἐντευξομένοις τιθεῖσα τὴν ὄνησιν. ὃν γὰρ τρόπον οἱ τὴν ἐν πίναξιν ἐπιστήμην εἰς ἄκρον ἐξησκημένοι ταῖς τῶν χρωμάτων πολυειδέσι μορφαῖς καταποικίλλουσι τὰς σκιὰς εἰς ἐμφανεστέραν ἄγοντες ὄψιν, καὶ πολὺ τὸ ἐπίχαρι καταχέοντες τῆς γραφῆς· οὕτω καὶ ἡ τοῦδε τοῦ παντὸς τεχνῖτις σοφία, τουτέστι Θεὸς, διὰ ποικίλων ὅσων αὐχημάτων προαναφαίνει λεπτῶς τοῦ μυστηρίου τὸ κάλλος, ἵνα συνιέντες ὡς ἐν αἰνίγμασι καὶ μονονουχὶ προκατήχησιν, καὶ προσβολὴν εἰς σύνεσιν τὸ πρᾶγμα ποιούμενοι, πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας παραδοχὴν, ἑτοιμότεροί πως εἶεν οἱ μυσταγωγούμενοι. διατρίβομεν τοίνυν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, μικρὸν διαφέροντες, ἢ τάχα που καὶ ἡττώμενοι τῶν ἀλόγων ζώων, εἴπερ ἀληθῆ τὴν ἐπίπληξιν ἐποιεῖτο Θεὸς κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, οὕτω λέγων· Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν. εἰ δὲ νόμον ἔχοντες τὸν παιδαγωγὸν, ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς ἀμαθίαις οἱ τῶν Ἰουδαίων δῆμοι κατεγινώσκοντο, τίς ἂν γένοιτο λοιπὸν λόγος ὁ ζητούμενος περὶ τῶν ἐθνῶν· οἷς τῆς πολυθέου πλάνης ὁ βαθὺς ἐνέσκηψε σκότος; κάτω γὰρ ὥσπερ διανενευκότες ἀεὶ, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἐνειλημμένοι, μόνα φρονεῖν ἐσπούδαζον τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· οὐδ᾽ ὅσον εἰπεῖν τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν ἀνατείνειν ἰσχύοντες εἰς τὰ τῆς φιλοθεΐας αὐχήματα. ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐποιμώζοντες καὶ μονονουχὶ κειμένοις ἐπιδακρύοντες οἱ μακάριοι προφῆται, μυρίοις ὅσοις διαπεφωνήκασι λόγοις. ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἡσαΐας, Ἐπλάτυνε, φησὶν, ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διήνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ, μὴ διαλιπεῖν. οὐ γὰρ ἦν ἀπόνευσις τοῦ κακοῦ. ἀφορήτῳ δὲ ὥσπερ πλεο-

GLAPHYRORVM

IN GENESIM

LIBER QVINTVS.

De Iacob.

VARIE ac multifariam ſacra Scriptura ſalutis per Chriſtum typos prædicit, non mediocrem inde eius ſtudioſis vtilitatem adferens. Quemadmodum enim pictoriæ artis magiſtri varias colorum figuras vmbris inducentes ad amœniorem aſpectum eas perducunt, multúmque gratiæ ac decoris picturæ conciliant; ita etiam totius vniuerſi opifex ſapientia, Deus nimirum, quàm plurimis typis myſterii pulchritudinem ſubtiliter præmonſtrat; vt intelligentes veluti in figuris, atque iis veluti præludiis ſeu præexercitamentis ad prudentiam vſi, ad veritatem ſuſcipiendam paratiores quodammodo ſacræ diſciplinæ candidati efficiantur. Verſati itaque ſumus in hoc mundo parum à brutis differentes, imò inferiores ferè brutis animalibus, ſi modò Deus verè Iſraelitas increpauit, ita dicens: [Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.] Si verò legem habentes pædagogum Iudæorum populi, adeò grauis ignorantiæ accuſati ſunt, quænam à Gentibus ratio exigenda fuerit, denſiſſimis tenebris erroris de Deorum pluralitate immerſis? Deorſum enim quodammodo ſemper vergentes, & deſideriis inuoluti, terrenis tantùm cogitationibus vacabant, ne tantillum quidem mentis oculum ad pietatis ſplendorem erigere valentes. Idcirco deplorantes nos, & tantùm non iacentibus illachrymantes beatos prophetas paſſim reperias. Beatus enim Eſaias: [Dilatauit, inquit, infernus animam ſuam, & aperuit eos ſuum, ne ceſſaret.] Neque enim declinabant à malo; intolerabili verò quodammodo ty-

Esai. 1.

Esai. 5. 14.

rannide ſatanæ in nos graſſantis oppreſſi, deſcenderunt quidem in infernum miſeri, poſtquam inde liberati eſſent, deglutiente morte, ac depaſcente quodammodo nos peccati inuentore. Neque verò abſque lachrymis, vt modò dixi, huiuſcemodi calamitatis meminit etiam diuinus Dauid. Ita enim de nobis ait, alicubi Psal.48.15 quidem: [Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.] Alicu- Psal.79.2 bi verò rurſum: [Qui paſcis Iſrael intende, qui deducis velut ouem Ioſeph: qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare: excita potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos.] Idcircò etiam non in perpetuum ſub morte manſimus. Miſit enim nobis ex cælo Deus ac Pater paſtorem bonum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, non in infernum paſcentem eos qui ſub ipſo ſunt, ſed ad incorruptionem ad vitam deducentem. Paſcit enim Cant.2.16. *inter lilia*, & *in paſcuis bonis*, *& in* Psal.22.2. *loco pingui*, ſicut ſcriptum eſt: herbam nobis præbet ſpiritalem, ſuperniſque ac cæleſtibus fluentis irrigans, & fœcundos efficiens, in immenſam prætorea populorum multitudinem dilatat. Porrò videat quis id quod dixi, veluti in vmbris ſignificantem diuinum Iacob, quæque de eo ſcripta ſunt, & quòd in hiſtoria obſcurius videbitur, quoad eius fieri poterit, explicabimus. Ita igitur ſcri- Geneſ.30.25. ptum eſt: [Factum eſt autem vt peperit Rachel Ioſeph, dixit Iacob ad Laban: Dimitte me vt reuertar in locum meum, & in terram meam. Redde mihi vxores meas & filios meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam. Tu enim ſcis ſeruitutem, quam ſeruiui tibi, & quanta erant pecora tua mecum. Parua enim erant quæcumque tibi erant coram me, & aucta ſunt in multitudinem: & benedixit te Dominus in pede meo. Nunc ergo quando faciam & ego mihi ipſi domum? Et dixit Laban illi: Quid dabo tibi? Ait autem illi Iacob: Non dabis mihi quidquam. Si feceris mihi verbum hoc, iterum paſcam oues tuas, & cuſtodiam. Tranſeant omnes oues tuæ hodie, & ſepara inde omnem ouem variis maculis diſtinctam, & omnem ouem fuſcam in agnis, & omne ſubalbum & ſparſum in capris erit mihi merces, & exaudiet me iuſtitia mea in die craſtina, quia eſt merces mea

A νεξίᾳ καταχθισμένοι τῇ τοῦ καθ' ἡμῶν τυραννήσαντος σατανᾶ, κατέβαινον μὲν εἰς ᾅδου, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν οἱ δείλαιοι, χανδὸν τοῦ θανάτου καταπίνοντος, καὶ καταποιμαίνοντος ὥσπερ ἡμᾶς εἰς τοῦτο τῆς ἁμαρτίας εὑρετοῦ. καὶ γοῦν οὐκ ἀδακρυτί, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τῆς τοιᾶσδε συμφορᾶς διεμέμνητο καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Δαβίδ. ἔφη δὲ οὕτω περὶ ἡμῶν, ποτὲ μὲν, ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἔθεντο, θάνατος B ποιμανεῖ αὐτούς. ὅτε δὲ πάλιν· ὁ ποιμαίνων τὸν Ισραὴλ πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ιωσήφ· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐμφάνηθι· ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. ταύτῃ τοι καὶ οὐ μέχρι παντὸς ὑπὸ τῷ θανάτῳ μεμενήκαμεν. πέπομφε γὰρ ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ποιμένα τὸν ἀγαθὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστόν· οὐκ εἰς ᾅδου ποιμαίνοντα τοὺς ὑπ' αὐτὸν γινομένους, ἀλλ' εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ζωὴν ἀποφέροντα. κατανέμει γὰρ ἐν κρίνοις, C καὶ ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πόαν ἡμῖν παραδιδοὺς τὴν πνευματικὴν, καὶ τοῖς ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταπιαίνων νάμασι, καὶ εὐκάρπους ἀποτελῶν, καὶ πρός γε δὴ τούτοις, εἰς πληθὺν ἀμέτρητον κατευρύνει λαῶν. καί μοι πάλιν ὡς ἐν σκιαῖς κατίδοι τις ἂν, ὅπερ ἔφην, τὸν θεσπέσιον Ιακὼβ, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα παραθέντες τοῦ λόγου, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ δοκοῦν εἶναί πως ἀσυμφανὲς, ὡς ἔνι κα- D ταλευκαίνοντες. γέγραπται τοίνυν ὧδε. ἐγένετο δὲ ὡς ἔτεκε Ραχὴλ τὸν Ιωσὴφ, εἶπεν Ιακὼβ τῷ Λάβαν· ἀπόστειλόν με ἵνα ἀπέλθω εἰς τὸν τόπον μου, καὶ εἰς τὴν γῆν μου· ἀπόδος μοι τὰς γυναῖκάς μου, καὶ τὰ παιδία μου, περὶ ὧν δεδούλευκά σοι, ἵνα ἀπέλθω. σὺ γὰρ γινώσκεις τὴν δουλείαν, ἣν δεδούλευκά σοι· καὶ ὅσα ἦν κτήνη σου μετ' ἐμοῦ. μικρὰ γὰρ ἦν ὅσα σοι ἦν ἐναντίον μου, καὶ ηὐξήθη εἰς πλῆθος. καὶ ηὐ- E λόγησέ σε κύριος ἐπὶ τῷ ποδί μου. νῦν οὖν πότε ποιήσω κἀγὼ ἐμαυτῷ οἶκον. καὶ εἶπεν αὐτῷ Λάβαν. τί σοι δώσω; καὶ εἶπεν αὐτῷ Ιακώβ. οὐ δώσεις μοι οὐδέν. ἐὰν ποιήσῃς μοι τὸ ῥῆμα τοῦτο, πάλιν ποιμανῶ τὰ πρόβατά σου σήμερον, καὶ φυλάξω. παρελθέτω πάντα τὰ πρόβατά σου σήμερον, διαχώρισον ἐκεῖθεν πᾶν πρόβατον ποικίλον καὶ περκνόν· καὶ πᾶν βόσκημα φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνασι. καὶ πᾶν διάλευκον καὶ ῥαντὸν ἐν ταῖς αἰξὶν, ἔσται μοι μισθὸς, καὶ ἐπακούσεταί μου ἡ δικαιοσύνη μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ αὔριον, ὅτι ἐστὶν ὁ μισθός μου

ἐνώπιόν σου. πᾶν ὃ ἂν μὴ ᾖ ῥαντὸν ἢ διάλευκον ἐν ταῖς αἰξὶ, καὶ φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνεσι, κεκλεμμένον ἔσται παρ' ἐμοί. εἶπε δὲ αὐτῷ Λάβαν· ἔστω κατὰ τὸ ῥῆμά σου. καὶ διέστειλεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τοὺς τράγους τοὺς ῥαντοὺς καὶ διαλεύκους, καὶ πάσας τὰς αἶγας τὰς ῥαντὰς καὶ διαλεύκους, καὶ πᾶν ὃ ἦν λευκὸν ἐν αὐτοῖς, καὶ πᾶν ὃ ἦν φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνεσι, καὶ ἔδωκε διὰ χειρὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπέστησεν ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν, ἀνὰ μέσον αὐτῶν, καὶ ἀνὰ μέσον Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἐποίμαινε τὰ πρόβατα Λάβαν τὰ ὑπολειφθέντα. δεῖ δὴ πάλιν ἡμᾶς ὡς ἐν βραχέσι συνενεγκεῖν τῆς ἱστορίας τὸ πλάτος· προσεπιτείνειν δὲ οὕτω, τίς ἂν γένοιτο πρέπων ταῖς ἐπ' αὐτῇ θεωρίαις ὁ νοῦς. δεδούλευκε τοίνυν ὁ μακάριος Ἰακὼβ τῷ Λάβαν, ὑπὲρ δυοῖν θυγατέροιν· Λείας τε φημὶ καὶ Ῥαχήλ. μακροὺς δὲ εἰς τοῦτο δαπανήσας χρόνους, γεννηθέντος αὐτῷ τοῦ Ἰωσὴφ ἐκ Ῥαχὴλ τῆς ὅτι μάλιστα διαφερόντως ἠγαπημένης, ἀλύει λοιπὸν εἰκότως, οἴκοι δέ τε ἰέναι διασπεύδει πάλιν. καὶ ὁ τῆς ἀποδημίας λόγος οὐκ ἀπίθανον ἔχει τὴν εὕρεσιν. εἰ γὰρ μένοιμι, φησὶν, ἀμισθί τε καὶ διηνεκῶς κατανέμειν τὰ σὰ, πότε ποιήσω κἀγὼ ἐμαυτῷ οἶκον; τουτέστι πότε τοῖς ἐμαυτοῦ παιδίοις τὰ ζωαρκῆ συλλέξαιμι; κεκλήσομαι δὲ καὶ αὐτὸς οἴκου δεσπότης; ἀλλὰ ταυτὶ μὲν Ἰακώβ· μεταποιεῖται δὲ Λάβαν ὡς ἀγαθοῦ ποιμένος, ηὐλογῆσθαί τε φησὶν ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ αὐτοῦ. μεθίησι δὲ οὐδαμῶς· καίτοι τοῦ ὑπὲρ τῶν θυγατέρων δουλείας εἰς πέρας ἡκούσης τοῦ ὡρισμένου. ὑπισχνεῖται δὲ τὸν ἀνδάνοντα χορηγήσειν μισθόν. ὁ δὲ ὅτι μὲν γένοιτο χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς καὶ τῶν ἄγαν τληπαθεστάτων, καὶ μὴν εὐλογίας αὐτῷ τῆς παρὰ Θεοῦ πρόξενος, διεβεβαιοῦτο σαφῶς. ἔφη γὰρ, ὅτι εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου, ἀντὶ τῆς εἰσόδου τὸν πόδα τιθείς. τοῦτο γὰρ ἔφη προλαβὼν ὁ Λάβαν. αἰτεῖ δὲ μισθὸν, καὶ κατανεμήσειν ἐπαγγέλλεται τὰς Λάβαν ἀγέλας. ἀπονεμηθέντων αὐτῷ καὶ διεσταλμένων ἰδικῶς τῶν κατερραντισμένων, ἤτοι διαλεύκων, καὶ σποδοειδῶν. οὗ δὴ γεγονότος ἀποδιΐστησι μὲν ὁ Ἰακὼβ ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις τέκνοις τὴν ἀποκληρωθεῖσαν αὐτῷ ἀγέλην, καταποιμαίνει δὲ αὐτὸς τὰ Λάβαν ἔτι. τίς δὴ οὖν ἄρα τῶν τοιούτων ἡμῖν σαφὴς γένοιτ' ἂν, καὶ εἰς ἰσχνότητα τῆς πνευματικῆς περιεπτισμένος ὁ νοῦς, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. προσκείσθω τοίνυν τὸ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον Ἰακὼβ, καθάπερ ἀμέλει καὶ φθάσαντες εἴπομεν. Χριστὸς

A in conſpectu tuo. Omne quod non fuerit ſparſum aut ſubalbum in capris, & fuſcum in agnis, furatum erit apud me. Dixit autem illi Laban: Sit ſecundùm verbum tuum. Et diſtinxit in die illa hircos ſparſos & ſubalbos, & omnes capras ſparſas & ſubalbas, & omne fuſcum quod erat in agnis, & omne quod erat album in ipſis, & dedit per manum filiorum ſuorum gregem ſingulis. Et poſuit ſpatium viam trium dierum inter eos & inter Iacob. Iacob autem paſce- B bat oues Laban quæ reliquæ erant.] Oportet verò rurſum hiſtoriæ ſeriem in pauca contrahere, atque ita adiicere, quænam ei ſpiritalis contemplatio conueniat. Seruiit itaque beatus Iacob Labano pro duabus filiabus, Lia nimirum & Rachel. Longo verò tempore conſumpto, nato ipſi Ioſeph ex Rachele, quæ ipſi eximiè chara erat, mœret deinceps optimo iure, domúmque redire pro- C perat, & hic de proficiſcendo ſermo probabilem habet inuentionem. Si enim, inquit, abſque mercede & perpetuò tuas curem res, quando faciam etiam mihi ipſi domum? hoc eſt, quando meis filiis ea, quæ ad vitam neceſſaria ſunt, comparabo? aut quando vocabor etiam ipſe pater familias? & hæc Iacob ait. Renititur autem Laban vt bono paſtori, & benedictum ſe dicit in ingreſſu ipſius: neque tamen dimittebat, etiamſi præfinitæ ſeruitutis tem- D pus pro filiabus ſuis abſolutum eſſet, pollicetúrque ſe daturum mercedem quam vellet, hic verò quòd probus ac bonus, patientiſſimúſque fuiſſet, atque adeo ipſi benedictionis diuinæ cauſa, apertè confirmat. Ait enim: [Benedixit te Deus in pede meo,] per *pedem* ingreſſum ſignificans: hoc enim antea Laban dixerat. Petit verò mercedem, promittitque ſe curam geſturum gregium Laban: E diſtributis ipſi ac priuatim ſeparatis ouibus, quæ vario & ſparſo vellere eſſent, ſiue ſubalbæ, & ſubcinericiæ. Separat itaque Iacob vnà cum filiis deſignatum ipſi gregem, paſcitque ipſe adhuc oues Laban. Quiſnam igitur fuerit horum apertus & ſpiritali contemplationi conueniens ſenſus, neceſſe eſt dicamus. Iacob itaque Chriſti ipſius perſonam præ ſe fert, quemadmodum ſuprà diximus. Chriſtus

enim verus ſupplantator. Proculcauit enim in vniuerſum peccatum, & quantum intelligitur, & apparuit homo, natu minimus, & nouiſſimus eorum qui ante ipſum extiterunt, ſanctorum inquam Prophetarum, atque ipſius Moſis: habet tamen primogenituræ ius, & eſt primogenitus quòd in multis fratribus verſatus ſit vnigenitus. Ipſe eſt benedictus à patre per multitudinem panis ac vini: ipſi ſeruierunt Gentes, & Gen. 27. 29. adorauerunt principes, & [maledicens ei eſt maledictus, benedicens verò benedictus,] iuxta benedictionem Iſaac. Ipſe ad ſimilitudinem Iacob veluti paternam domum tantùm non deſerens cælum ad Laban ſe contulit, qui mundo comparandus eſt neſcienti quis eſſet naturaliter Deus, & potiùs vehementer errore de pluralitate Deorum laboranti. Idololatra enim etiam erat Laban. Proprius igitur erat etiam mundus Chriſti, quantum naturaliter intelligitur Deus, & totius vniuerſi Dominus atque opifex. Non proprius autem rurſus, ob defectionem, & quia videtur alterius eſſe factus propter peccatum. Satanam enim regem habebat. Deſcendit itaque Verbum ex cælo, paterna quodammodo domo relicta (hoc enim modò dixi) erátque veluti hoſpes in proprio ac ſuo mundo. quod & ſapiens Ioannes teſtabitur, Ioan. 1. 10 dicens: [In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.] Sed hæc fortaſſe conueniant ipſius aduentus temporibus. Quòd verò etiam ante incarnationem in propriis erat, vt Deus: ignotus autem mundo, noſtri curam habuerit ex innata ipſi bonitate, diuináque benignitate, Iacob in ſe veluti in typo nobis declarat. Pauit enim oues Laban, nullam omnino ab ipſo mercedem accipiens, ſpe verò ſola ad hoc adductus, quòd duabus eius filiabus coniugandus eſſet, & legitimorum filiorum pater declarandus. Lia autem erant & Rachel. Deus enim exiſtens ſecundùm naturam filius in mundo erat, (hoc enim eſt Laban) & pauit quodammodo, impartiens vt Deus quæ ad vitam ſuſtentandam ſunt neceſſaria, donans fructus terræ, emittens fontes Matt. 5. 45 aquarum, & fluminum curſus, [ſolem ſuum oriri faciens,] ſicut ſcriptum eſt:

A γὰρ ὁ ἀληθὴς πτερνιστής. πεπάτηκε γὰρ ὁλοσχερῶς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ καθὸ νοεῖται, καὶ πέφηνεν ἄνθρωπος νεώτατος ὤν, καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγονότων ὀψιγενέστερος, ἁγίων δὴ λέγω προφητῶν, καὶ αὐτοῦ δὲ Μωσέως. ὅμως ἔχει τὰ πρεσβεῖα, καὶ ἔστι πρωτότοκος διὰ τὸ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς καθικέσθαι τὸν μονογενῆ. αὐτός ἐστιν ὁ εὐλογούμενος παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ πλήθους σίτου καὶ οἴνου. αὐτῷ δεδουλεύκασιν ἔθνη, καὶ προσκεκυνήκασιν ἄρχοντες. καὶ ὁ καταρώμενος αὐτὸν B ἐπικατάρατος· ὁ δὲ εὐλογῶν εὐλογημένος, κατὰ τὴν εὐλογίαν Ἰσαάκ. αὐτὸς ὁ καθ' ὁμοιότητα τὴν Ἰακὼβ καθάπερ τινὰ πατρῴαν ἑστίαν μονονουχὶ ἀπολελοιπὼς τὸν οὐρανὸν, καὶ πρὸς Λάβαν ἀφιγμένος, ὃν τῷ κόσμῳ προσεικαστέον τῷ μὴ εἰδότι ποτὲ τίς ὁ φύσει Θεός· κατερρωστηκότι δὲ ὥσπερ ἄγαν τὴν πολύθεον πλάνησιν. Εἰδωλολάτρης γὰρ καὶ ὁ Λάβαν. ἴδιος μὲν οὖν καὶ ὁ κόσμος Χριστοῦ, καθὸ καὶ φύσει νοεῖται Θεὸς, καὶ τῶν ὅλων κύριος καὶ δημιουργός. οὐκ C ἴδιος δὲ πάλιν διὰ τὴν ἀπόστασιν. καὶ τὸ ἤδη πως δοκεῖν ἑτέρου γενέσθαι διὰ τὴν ἁμαρτίαν. ἐπεγράφετο γὰρ βασιλέα τὸν Σατανᾶν. οὐκοῦν καταβέβηκεν ὁ λόγος ἐξ οὐρανοῦ, τὴν πατρῴαν ὥσπερ καταλελοιπὼς ἑστίαν. τοῦτο γὰρ ἔφην ἀρτίως. καὶ ἦν ὡς ξένος ἐν ἰδίῳ τῷ κόσμῳ. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἴσως ἁρμόσειεν ἂν εἰκότως D τοῖς τῆς ἐπιδημίας καιροῖς. ὅτι δὲ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐν ἰδίοις ἦν ὡς Θεός· ἀγνοούμενος δὲ τῷ κόσμῳ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐποιεῖτο πρόνοιαν, ἐξ ἐμφύτου καλοκἀγαθίας καὶ θεοπρεποῦς ἡμερότητος, παραδείξειεν ἂν εὐθὺς ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ ὡς ἐν τύπῳ τῷ καθ' ἑαυτόν. ἐποίμαινε γὰρ τὰ πρόβατα Λάβαν, καίτοι μισθὸν ἔχων παρ' αὐτοῦ τὸ σύμπαν οὐδένα· ἐλπίδι δὲ μόνῃ, εἰς E τοῦτο ἠγμένος τοῖν δυοῖν αὐτοῦ συνάπτεσθαι θυγατέροιν, καὶ τέκνων γνησίων ἀναδειχθήσεσθαι πατήρ. Λεία δὲ ἤστην καὶ Ῥαχήλ. Θεὸς γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς ἐν τῷ κόσμῳ ἦν· τοῦτο γὰρ ὁ Λάβαν. καὶ κατεποίμαινε δὲ τινα τρόπον οἰκονομῶν ὡς Θεὸς τὰ ζωαρκῆ, δωρούμενος τοὺς ἀπὸ γῆς καρποὺς, ἀνιεὶς πηγὰς ὑδάτων, καὶ ποταμῶν νάματα, τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλων, κατὰ τὸ γεγραμμένον,

ὑετοὺς καθιείς, ἐνθεὶς τῇ ἀνθρώπου φύσει τὴν ἔμφυτον φρόνησιν. αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. ἐπλήρου δὲ ταῦτα διὰ μόνην, ὡς ἔφην, τὴν ἡμερότητα τὴν ἔμφυτον· καὶ μισθὸν μὲν ὥσπερ οὐδένα παρὰ τῶν ἐν κόσμῳ τηνικάδε δεχόμενος, οὐ δοξολογίαν, οὐ προσκύνησιν, οὐ δόξαν ὀρθήν, καὶ ἀπλανῆ διάληψιν τὴν περὶ αὐτοῦ. προεγνωκὼς δὲ ὅτι δύο γυναῖκας ἕξει κατὰ καιρούς, αἳ γνησίων αὐτοῦ τέκνων ἔσονται μητέρες, τίκτουσαι νοητῶς. ποῖαι δὲ αὗται; B πρώτη μὲν ἡ πρεσβυτέρα, τουτέστι, Λεία τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τὸν τύπον ἀποπεραίνουσα. δευτέρα δὲ καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ περιπόθητος, ἡ νεωτέρα Ῥαχὴλ, τουτέστιν, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, ἣ καὶ τέτοκε τὸν Ἰωσὴφ, Θεοῦ προσθήκην ἑρμηνευόμενον. προστέθειται μὲν γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἀγέλη. νοεῖται δὲ καὶ ἑτέρως ταῖς κατὰ καιρὸν τῶν πιστευόντων προσθήκαις εἰς πληθὺν ἀμέτρητον ἰοῦσα. πλὴν ὅρα τὴν ἐπιτήρησιν. C ὀνίνησι γὰρ λίαν τὸ ἀκριβὲς ἐν τούτοις. γεγέννηκεν ἡ Λεία πρὸ Ῥαχήλ· εἶτα μεταξὺ παιδίσκαι δύο Βάλλα τε καὶ Ζελφά. ἀλλ' ἠρέμει τέως Ἰακώβ· ἴδιον δὲ οἶκον οὔπω ποιεῖν ἐσκέπτετο. τέτοκεν ἡ Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ οἴκου λοιπὸν ἐρᾷ· πότε γὰρ, φησὶ, ποιήσω ἐμαυτῷ οἶκον; τέτοκε μὲν γὰρ ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ τοὺς εἰς δουλείαν τὴν ὑπὸ νόμον. ἀλλ' οὔπω Χριστὸς ἴδιον οἶκον ἔχειν ὡμολόγει σαφῶς. οὐ γὰρ ἀπεδέχετο λίαν τὸν ἐκ λίθων ναόν, ὃν Σολομὼν ἀνεδείματο. D καὶ γοῦν Ἰουδαίων ἐξωφρυωμένοις ἄγαν ἐπὶ τῷδε ποτὲ μονονουχὶ καὶ ἐπιπλήττει λέγων. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; ἀλλ' οὐδὲ οἶκος Θεοῦ γέγονε νοητὸς ὁ Ἰσραήλ. οὐ γὰρ κατῴκηκεν ἐν αὐτοῖς. ἐπειδὴ δὲ τέτοκεν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία τὸν νέον τε καὶ ἐν προσθήκαις λαόν, οἶκον ἴδιον ἑαυτῷ λοιπὸν ὁ σωτὴρ κατεσκευάζετο. E καὶ τίς δὴ οὗτός ἐστιν; ἡμεῖς οἱ πιστεύσαντες, περὶ ὧν φησὶ καὶ διὰ προφήτου φωνῆς. διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. κατοικεῖ ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ πνεύματος, καθάπερ ἀρτίως ἔφην, οὐ κατῳκηκὼς ἐν Ἰσραήλ. ὅτι γὰρ ἀμέτοχοι τοῦ πνεύματος, ὡς ἐν τύπῳ λέγω τοῖς καθ' ἡμᾶς, οἱ πρὸ τῆς ἐπι-

A pluuias demittens, indens humanæ naturæ innatam prudentiam. Ipſe enim eſt verum lumen,[quod illuminat omnem hominem venientem in mundũ.] Ioan.1.9 Impleuit autem hæc omnia propter ſolam, vt dixi, innatam ipſi benignitatem, & mercedem quidem nullam ab iis, qui in mundo ſunt, accipiens, non glorificationem, non adorationem, non rectam opinionem, aut erroris expertem de eo ſententiam. Præſciens verò quòd duas ſucceſſu temporis vxores B eſſet habiturus, quæ ipſi legitimorum filiorum matres eſſent futuræ, ſpiritualiter parientes. Quęnam verò hæ? Prior quidem natu grandior, hoc eſt, Lia, typum Synagogæ Iudæorum præ ſe fert. Altera verò, hoc eſt, ſecunda atque illam tẽpore ſubſecuta, impensè amata, iunior eſt Rachel, hoc eſt, Eccleſia ex Gentibus, quæ etiam peperit Ioſeph, qui interpretatur, *Additio Dei*. Additus enim eſt Iſraelitis Gentium grex. Intelligitur verò etiam aliter credẽtium per C tempus additione, in immenſam multitudinem creuiſſe. Cæterùm animaduerte rationem. iuuerit enim vehemẽter horum exacta cognitio. Peperit Lia priùs quàm Rachel: deinde ancillæ duę *Balla* & *Zelpha*. Atqui quietem interea agit Iacob, neque de facienda propria domo laborat. Poſtquam verò Rachel peperit Ioſeph, propriam deinceps domum cupit.[Quãdo enim, inquit, faciã mihi ipſi domum?] Gen.30.30. Peperit enim Synagoga Iudæorum ſubleges in ſeruitutẽ. D Cæterũ nondum Chriſtus propriã domũ habere apertè profeſſus eſt. Neque enim carum habuit admodũ templum lapideũ, quod Salomõ extruxit. Idcirco Iudæos maximè ſuper eo gloriãtes tantùm nõ obiurgat dicens:[Cælum mihi thronus; terra verò ſcabellũ pedũ meorũ. Qualẽ domũ ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis locus habitationis meæ?] Eſai.66.a Sed neque ſpiritalis Dei domus fuit Iſrael. Neque enim habitauit in eis. E Poſtquã verò peperit Eccleſia ex Gẽtibus nouũ & addititiũ populũ, propriam deinceps ſibi ipſi domũ Saluator ædificauit. Quænã verò ea eſt? Nos, qui fidẽ amplexi ſumus, de quibus etiã per vocẽ Prophetæ ait:[Dans leges meas in mẽte eorum, & in cordibus eorũ inſcribã eas: & ero ipſis in Deũ, ipſi verò erũt mihi in populum.] Hie.31.11 Heb.10.16. Habitat .n. in nobis per ſpiritũ, vt antè dixi, nõ habitãs in Iſrael. Quòd enim expertes fuerint ſpiritus, vt in typo inquã iuxta nos, ii qui ante aduentum

uentum Chriſti extiterunt ; ſapientiſſimus Ioannes declarat , dicens :
Ioan.7. 39. » [Nondum enim erat Spiritus ſanctus,
» quia Ieſus nondum glorificatus erat.]
Suſcitatus enim à mortuis , atque ad diuinam imaginem hominis naturam reformans, primis ſanctis Apo-
Ioan. 20. » ſtolis inſufflauit , dicens : [Accipite
» Spiritum ſanctum.] Ait verò alicubi
Rom.8. 15. » etiam diuinus Paulus : [Non enim
Poſtquam verò non ſunt inuenti à C Laban dii ipſius, de conficienda pace cum Iacob egit. Mundus enim cùm non ampliùs habeat falſi nominis deos, amicus erit: at potiùs eſt Chriſto iam pacis vinculum. Ipſe verò rurſum eſt lapis probatiſſimus, angularis, pretioſus, qui in caput anguli, & in fundamento Sion poſitus eſt. [Statuit enim, inquit, Iacob lapidem,] Eſai. 28. 16.
in typum Chriſti. Accumulantur autem etiam alii lapides ſanctorum Apoſtolorum, ſiue eorum qui per D fidem iuſtificati ſunt, & ſanctificati ſpiritu, præfigurantes eleganter concurſum ad Chriſtum. Nam de ſanctis Apoſtolis propheticus ſermo ait: [Quia lapides ſancti voluuntur ſuper terram.] Zach. 9. 16.
Vniuerſum enim orbem terrarum peragrarunt ſancti diſcipuli, Euangelium Gentibus prædicantes. Sapiens verò Paulus ad eos, qui per fidem iuſtificati ſunt, ſcribit dicens: [In quo & vos Ephes. 2. 22.
E coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu ſancto.] Vocata itaque eſt lapidum coacervatio *Tumulus teſtimonii* à Laban: diuinus verò Iacob ad maius multóque ſublimius, hoc eſt, ad Chriſtum ſenſum refert, *Tumulum teſtis* appellans. Caput enim credentium ipſe eſt Chriſtus. Quòd verò ſaluanti ſuos omnium Saluatori Chriſto,

&

A & ex mundana prauitate educenti, angelorum multitudo ſit adfutura ſeruiens, (manifeſtum verò quòd & deſignatum ipſi miniſterium exequens) facilè quis etiam ex iis quæ adiiciuntur, rurſus intelligat. Diſcedente enim iam Laban, & pacificè domum redeunte,
Gen. 32. „ [Suſpiciens, inquit, Iacob vidit
„ caſtra Dei caſtrametata, & obuia-
„ uerunt ei angeli Dei. Dixit autem
„ Iacob viſis eis: Caſtra Dei iſta, &
„ vocauit nomen loci illius, Caſtra.]
B Scriptum eſt autem: quòd caſtra-
Pſal. 90. „ metabitur [angelus Domini in cir-
„ cuitu timentium eum, & proteget
„ eos.] Et rurſus, [Angelis ſuis man-
„ dauit de te, vt cuſtodiant te in
„ omnibus viis tuis.] Saluat autem omnes amantes ipſum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem, & cum quo Deo ac Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

A καὶ τῆς ἐν κόσμῳ κακίας ἐξάγοντι, καὶ ἡ τῶν ἀγγέλων παρέσται πληθὺς λειτουργοῦσα. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ τὴν τεταγμένην αὐτοῖς ἀποπληροῦσα δουλείαν, ἀναμάθοι τις ἂν εὐκόλως καὶ διὰ τῶνδε πάλιν. ἀποχωροῦντος γὰρ ἤδη τοῦ Λάβαν, οἴκαδέ τε ἐπανοστοῦντος εἰρηνικῶς, ἀναβλέψας, φησὶν, Ἰακὼβ εἶδε παρεμβολὴν παρεμβεβληκυῖαν, καὶ συνήντησαν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. εἶπε δὲ Ἰακὼβ, ἡνίκα εἶδεν αὐτοὺς,
B παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, παρεμβολαί. γέγραπται δὲ, ὅτι παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. καὶ πάλιν· ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. σώζει δὲ ἅπαντας τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

C

Ampliùs de Iacob.

NON carent admiratione mores ſanctorum apud eos qui rectè vitam inſtituere volunt: laus verò ipſorum vitæ omnem orationem ſuperat. Fuerit autem iis, qui piè viuere volunt, pulchrum exemplar, quonam modo oporteat ad id quod bonum eſt Deóque placens rectà contendere, variè
D explanans. Ego enim oportere exiſtimo (at potiùs ipſe ſacræ Scripturæ ſermo) veterum ſanctorum conuerſationis euentum rectè contemplantes, fidem imitari, ac tantùm non virtutis qua præditi fuerunt, veſtigiis promptè alacritérque inſiſtere. Abſurdum enim cum primis eſt, eos qui artium regiarum periti ſunt, magiſtros ſibi proponere, qui ante ipſos fue-
E runt, imitarique conari eos, qui in eo genere excelluerint: nos verò quibus virtutem exercere propoſitum eſt, non mentis oculis adnitentes, veterum patrum piè facta ruminare, & ex iis ſumere ea per quæ quis apud Deum probatiſſimus euadat, ſanctæque vitæ peritam mentem ſuam efficiat. Proponatur itaque nobis nihilominus diuinus Iacob,

Ἔτι περὶ τοῦ Ἰακώβ.

ΟΥΚ ἀθαύμαστος μὲν τῶν ἁγίων ὁ τρόπος παρά γε τοῖς ἄριστα βιοῦν ᾑρημένοις· τὸ δὲ τῆς ἐκείνων πολιτείας εὐκλεὲς παρὰ μὲν παντὸς οἰχήσεται λόγου. γένοιτο δ᾽ ἂν τοῖς ἐθέλουσιν εὐσεβεῖν ὑποτύπωσις ἀγαθὴ, τὸ τίνα χρὴ τρόπον κατ᾽ εὐθὺ φέρεσθαι τοῦ εἰκότος
D καὶ ἀνδάνοντος Θεῷ, διαπεραινοῦσα ποικίλως. χρῆναι γάρ ἔγωγέ φημι, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ὁ λόγος, τῶν ἀρχαιοτέρων ἁγίων ἀναθεωροῦντας ὀρθῶς τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς μιμεῖσθαι τὴν πίστιν· μόνον δὲ οὐχὶ καὶ κατ᾽ ἴχνος ἰέναι τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀρετῆς. καὶ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων, τοὺς μὲν ὅσοι τεχνῶν γεγόνασιν ἐπιστήμονες τῶν βασιλικῶν, καθηγητὰς εἰς τοῦτο ποιεῖσθαι τοὺς πρὸ αὐ-
E τῶν, καὶ ζηλοῦν ἐπείγεσθαι τοὺς ὅτι δὴ μάλιστα τὸ ἐπιεικὲς ἐν ταύταις ἠκριβωκότας. ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς, οἷς τὸ κατορθοῦν ὁ σκοπὸς τὴν ἀρετὴν, μὴ οὐχὶ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν ἐνερείδοντας ταῖς τῶν ἀρχαιοτέρων ἐπιτηδείαις ἀναματτέσθαι τρόπον τινὰ παρ᾽ αὐτῶν. τὰ δι᾽ ὧν ἂν ἔσοιτό τις παρὰ Θεῷ δοκιμώτατος, καὶ τῆς ἐναγοῦς πολιτείας ἐπιστήμονα, τὸν οἰκεῖον αὐτὸς ἀπεργάσοιτο νοῦν. προκείσθω δὲ οὖν οὐδενὸς ἧττον ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ,

ἔφη γάρ που πρὸς Λείαν τε καὶ Ῥαχήλ, καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἐνεκίσσων τὰ πρόβατα ἐν γαστρὶ λαμβάνοντα. καὶ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ἐν τῷ ὕπνῳ. καὶ ἰδοὺ οἱ τράγοι καὶ οἱ κριοὶ ἀναβαίνοντες ἦσαν ἐπὶ τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα, διάλευκοι καὶ ποικίλοι, καὶ σποδοειδεῖς ῥαντοί. καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνον, Ἰακώβ. ἐγὼ δὲ εἶπα, τί ἐστι; καὶ εἶπεν· ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τοὺς τράγους, καὶ τοὺς κριοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας διαλεύκους, καὶ ποικίλους, καὶ σποδοειδεῖς ῥαντούς. B Ταυτὶ μὲν οὖν φησὶ τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. ἀλλὰ φέρε τῆς ἱστορίας τὸ χθαμαλὸν ὑποτρέχοντες, ἀναβαίνωμεν ἐπὶ τὰ πνευματικά. ῥάβδος ἡμῖν αἰνιγματωδῶς ἐπιγράφει πάλιν τὸν Ἐμμανουήλ. ὠνόμασται γὰρ ὧδε παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ. Ἡσαΐας μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος· καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος, φησὶν, ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται. πρὸς δέ γε τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν, τὸ τῶν πιστευόντων πρόσωπον C ὑποδὺς ὁ θεσπέσιος ἡμῖν ἀνεφώνησε Δαβίδ· ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. παρακεκλήμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, καὶ αὐτὸν ἔρεισμα πεποιήμεθα. γέγραπται γὰρ, ὅτι ὑπερείδει τοὺς δικαίους ὁ κύριος. ἡμῖν οὖν τράγοις λογικοῖς θρέμμασι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ῥάβδον ὥσπερ τινὰ παρατίθησι ἑαυτὸν ὁ Χριστός. ῥάβδον δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ στυρακίνην, καὶ καρυΐνην, καὶ ὡς ἐκ πλατάνου. φυτὸν δὲ καὶ τοῦτο τὴν εἰς ὀρ- D θότητα μεμαρτυρημένον· καὶ θανάτου μὲν ἡ στυρακίνη σημεῖον. ἀρώμασι γὰρ τὸ τεθνηκὸς θεραπεύεται σῶμα. ἀρωμάτων δὲ ἥδιστον ὁ στύραξ. ἀπέθανεν δὲ δι' ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, καὶ ἐτάφη, κατὰ τὰς γραφάς. καρυΐνη δὲ, ἐγρηγόρσεώς τε καὶ ἀϋπνίας. ἐνεργεῖ γὰρ ἐν ἡμῖν τὰ τοιάδε φύσεως. ἐγήγερται δὲ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστός. οὐ γάρ γέγονε κάτοχος ταῖς ᾅδου πύλαις, οὔτε μὲν εἰς ἅπαν ἥλω τοῖς τοῦ θανάτου δεσμοῖς. ἡ ἐκ πλα- E τάνου δὲ πάλιν ὑπεμφαίνειν ἔοικε τὸν εἰς ὕψος τε καὶ πρὸς τὸν ἄνω δρόμον, τουτέστι, τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν τοῦ Χριστοῦ. εὐφυὲς γὰρ ξύλον καὶ τῶν ἄγαν εὐμηκεστάτων ἡ πλάτανος. ὑψώθη δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. ἔφη γὰρ ὁ Πέτρος περὶ αὐτοῦ· τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς, καὶ ὁ Παῦλος· ὑπερυψῶσθαί φησιν αὐτὸν, καὶ λαβεῖν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ τὴν παρὰ πάντων προσκύνησιν. εἰ δέ τις βούλοιτο καὶ

A Dixit enim alicubi ad Liam & Rachel: [Et factum eſt quando conceperunt vtero oues, & vidi oculis meis in ſomno, & ecce hirci & arietes erant aſcendentes ſuper oues & capras, ſubalbi & varii cineratique & reſperſi. & dixit mihi angelus Dei in ſomno: Iacob. & reſpondi, Quid eſt? & dixit mihi: Reſpice oculis tuis, & vide hircos & arietes aſcendentes ſuper oues & capras ſubalbos, varios, cineratos & ſparſos.] Hæc igitur ait ſacra Scriptura. Gen. 31. 10.

B Cæterum age prætermiſſo humili hiſtoriæ ſenſu, ad ſpiritalia conſcendamus. Virga nobis figuratè adumbrauit denuò Emmanuelem. Ita enim in Scripturis vocatus eſt. [Et egredietur virga, inquit diuinus Eſaias, ex radice Ieſſe, & flos de radice orietur.] Esai. 11. 1. Act. 13. 23. Ad cæleſtem verò Patrem ac Deum, induta perſona credentium, diuinus Dauid exclamat: [Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.] Psal. 22. 4. C Solatium enim adepti ſumus in Chriſto, & ipſum columen noſtrum fecimus. Scriptum eſt enim: [Confirmabit iuſtos Dominus.] Psal. 36. 17. Nobis itaque capris rationalibus gregibus per vniuerſum orbem terrarum, atque in toto mundo, virgam quodammodo quandam Chriſtus ſeipſum proponit. Virgam autem non ſimpliciter, ſed populeam, & nuceam, ac veluti ex platano. Arbor verò hæc in rectitudinis teſtimonium D ponitur. Populea verò, mortis ſignum eſt. Aromatibus enim mortuorum corpus curatur; ſuauiſſimum autem aromatum eſt, ſtyracinum. mortuus verò eſt propter nos Chriſtus, & ſepultus, iuxta Scripturas. Virga verò nucea vigilantiæ eſt ſignum. Tale enim quid naturaliter in nobis operatur; excitatus autem pro nobis Chriſtus: neque enim portis inferni detineri potuit, neque verò in vniuerſum mortis vinculis fuit ob- E ſtrictus. Porrò virga ex platano curſum in altum ac ſublime ſignificat, hoc eſt, Chriſti in cælum aſcenſionem. Procera enim in primis arbor atque alta eſt platanus. Exaltatus autem eſt à Patre Filius. Sic enim de ipſo Petrus: [Dextra igitur Dei exaltatus.] Act. 2. 33. Nec non Paulus, [ſuperexaltatum: ipſum ait, & accepiſſe nomen quod eſt ſuper omne nomen;] Philip. 2. 9. idque vt ab omnibus adoretur. Si quis autem velit,

alium etiam ſenſum huic arbori tribuere poteſt. Quomodo? Qui enim nominum etymologias curioſè inquirunt, *platanum* à latitudine foliorum dici volunt. Dilatamur autem etiam nos per fidem & amorem, tantùm non adhærentes Chriſto. Anguſta enim lex admodum eſt, & ſtricta idololatrarum mens. Idcirco etiam gregi ex Gentibus Deus inclamauit
Eſai.18. 19. „ per vocem Prophetæ: [Diſcedite audire anguſtiari.] Paulus verò Corinthiis ad veterem errorem redire volentibus poſt fidei latitudinem, ſcribit
2.Cor.6. 11. „ dicens: [Os noſtrum apertum eſt ad vos, ô Corinthii: cor noſtrum dilatatum. Ne anguſtiamini in nobis: anguſtiamini autem in viſceribus veſtris. Eandem autem habentes remunerationem, (tanquam filiis dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial?] Porrò Pſalmiſta alicubi ad ipſum Emmanuelem legis anguſtiam taxans
Pſal.118. 96. & 32. „ ait: [Latum mandatum tuum nimis.] Et rurſus: [Viam mandatorum tuorum cucurri, quando dilataſti cor
Ibid.45. „ meum.] Præterea: [Et ingreſſus ſum in latitudine, quia iuſtificationes tuas exquiſiui.] Quòd verò virga nucea, vt modò dixi, vigilantiæ naturaliter ſit cauſa, & ſomnum auertat, Deus ipſe teſtatur ad prophetam
Hiere.1.11. „ Hieremiam, dicens: [Quid tu vides Hieremia? & dixi, inquit, Virgam nuceam. Et dixit Dominus ad me: Rectè vidiſti. Quia vigilaui ego ſuper verba mea, vt faciam ea.] Idcirco veluti in ſpecie virgæ intellectus, ſeipſum quodammodo nobis proponit Chriſtus, vt mortuum & ſuſcitatum, atque in cælos exaltatum, & dilatantem ſpiritaliter eorum qui ipſum ſuſcipiunt cor. Cæterùm vbinam poſuit virgas Iacob? In canalibus concharum aquæ. Canales verò rurſum, in quibus adaquatur rationalis grex, hoc eſt, nos, intelligantur ſcripta Moſis, & propheticæ prædicationes, quæ nobis ſupernùm atque à Deo ſermonem tantùm non ſcaturiunt.
Ibid.12.3. „ Scriptum eſt enim: [Haurietis aquam cum gaudio de fontibus Saluatoris.] Illic Emmanuelem reperiemus virgã potentiæ, & veluti in morte propter nos, atque primogenitum è mortuis,

Tomus primus.

A καθ᾽ ἑτέραν τινὰ νοῦν ἐκλήψεται τὸ φυτόν. καὶ τίς ὁ τρόπος; οἱ περὶ τὰς τῶν ὀνομάτων ἐτυμολογίας περιέργως, διὰ τὸ λίαν εὐρύνεσθαι τῷ ξύλῳ τὸ πέταλον, ταύτῃ τοι καὶ πλάτανον ὀνομάζεσθαί φασιν. πλατυνόμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς διὰ πίστεως καὶ ἀγάπης, μονονουχὶ περιφυέντες Χριστῷ. στενὸς γὰρ ὁ νόμος λίαν καὶ τεθλιμμένος τῶν εἰδωλολατρούντων ὁ νοῦς. καὶ τοιγαροῦν τοῖς μὲν ἐξ ἐθνῶν ἀγέλαις ἐπιφωνεῖ Θεὸς διὰ προ-
B φήτου φωνῆς· μάθετε ἀκούειν στενοχωρούμενοι. Κορινθίοις δὲ ὁ Παῦλος ἀπονοστεῖν ἐλομένοις ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν πλάνησιν μετὰ τὸ ἐν πίστει πλάτος ἐπιστέλλει λέγων. τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν σπλάγχνοις ὑμῶν. τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; καὶ τίς
C κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; καὶ μὴν ὁ ψαλμῳδὸς πρὸς αὐτὸν ἐν πνεύματί που φησὶ τὸν Ἐμμανουήλ, τὴν τοῦ νόμου στενότητα διασύρων. πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα. καὶ πάλιν· ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. πρὸς τούτῳ ἔτι· καὶ ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα. ὅτι δὲ καὶ ἡ ῥάβδος ἡ καρυίνη, καθά-
D περ ἔναγχος ἔφην, ἀϋπνίας ἐστὶν ἐμποιητικὴ φύσις, λέγοντος Θεοῦ πρὸς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν, τί σὺ ὁρᾷς, Ἱερεμία; καὶ εἶπα, φησί, βακτηρίαν καρυίνην. καὶ εἶπεν κύριος πρός με, καλῶς ἑώρακας, διότι ἐγρήγορα ἐγὼ ἐπὶ τοὺς λόγους μου τοῦ ποιῆσαι αὐτούς. ἐκ τοιοῦ ὡς ἐν εἴδει τῆς ῥάβδου νοούμενος ἑαυτὸν ἡμῖν ὥσπερ παρατίθησιν ὁ Χριστός, ὡς τεθνεῶτα, καὶ ἐγηγερμένον, καὶ εἰς οὐρανοὺς ὑψούμενον, κατευρύνοντά
E τε διὰ τοῦ πνεύματος νοητῶς τὰς τῶν δεχομένων αὐτὸν καρδίας. ἀλλὰ ποῦ τὰς ῥάβδους τέθεικεν ὁ Ἰακώβ; ἐν τοῖς ληνοῖς τῶν ποτιστηρίων. νοοῖντο δ᾽ ἂν πάλιν ληνοί τε καὶ ποτιστήρια τῆς λογικῆς ἀγέλης, τουτέστιν ἡμῶν, συγγραφὴ Μωσέως, καὶ τὰ προφητικὰ κηρύγματα, τὰ ἄνωθεν ἡμῖν καὶ παρὰ Θεοῦ μονονουχὶ βρύοντα λόγον. γέγραπται γάρ, ὅτι καὶ ἀντλήσετε ὕδωρ μετ᾽ εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. ἐκεῖ τὸν Ἐμμανουὴλ εὑρήσομεν τὴν τῆς δυνάμεως ῥάβδον, καὶ ὡς ἐν θανάτῳ δι᾽ ἡμᾶς, καὶ πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν,

καὶ ὑψούμενον ἐν δόξῃ, καὶ πλατύνοντα τοὺς πε- A
πιστευκότας, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. σύμπας
γὰρ ὥσπερ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, καὶ
μήν τοι Μωσέως διηνένοχεν ἐπὶ τὸ Χριστοῦ μυ-
στήριον. τοιγάρτοι καὶ ὁ σοφὸς ἔφη Παῦλος, ὅτι
τέλος νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. πλὴν ἐ-
λέπισεν Ἰακὼβ τὰς ῥάβδους λεπίσματα λευκά,
περισύρων τὸ χλωρόν· ἐκίσσων τε οὕτως ἐπ'
αὐταῖς τὸ ποικίλον τὰ θρέμματα. περισύρει γὰρ
ὥσπερ ὁ Χριστὸς τὴν τοῦ νόμου σκιάν, καὶ προ-
φητικῶν συγγραμμάτων τὸ οἱονεὶ κατακάλυμ-
μα, λελευκασμένον δὲ οὕτω καὶ εὐπρόσωπον B
κομιδῇ τὸν ἐν αὐτοῖς ἡμῖν ἀποφαίνων λόγον, ἐ-
πῳδὴν ἀναφέρει πνευματικήν· μόνον δὲ οὐχὶ καὶ
ἀναπείθει κίτταν τινὰ ἐκπεποικίλεσθαι θέλειν εἰς
ἀρετήν, διφυᾶ πως αὐτὴν ἐπιτηδεύοντας,
ἔργῳ τέ φημι καὶ λόγῳ. καὶ γοῦν οἱ θεσπέσιοι
προφῆται τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων τὸ πρό-
σωπον ὑποφέροντες ἀνακεκράγασι ἐναργῶς·
διὰ τὸν φόβον σου, κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν,
καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας
σου. ἔφη δέ που καὶ πάλιν ἰδίως ὁ αὐτὸς μακά- C
ριος Ἡσαΐας· ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γό-
νατα παραλελυμένα. παρακαλέσατε οἱ ὀλιγό-
ψυχοι τῇ διανοίᾳ. ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ
ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταπο-
δώσει. καὶ πάλιν· ἰδοὺ, κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχε-
ται, καὶ ὁ βραχίων αὐτοῦ μετὰ κυρίας. ὡς ποι-
μὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βρα-
χίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐ-
χούσας παρακαλέσει. τουτέστι, παράκλησις ἔσται
πνευματικὴ τοῖς ἤδη τὸν θεῖον ὠδίνουσι λόγον, ὡς D
ἐγκάρποις ἐσομένοις, καὶ ὅσον οὐδέπω μέλλουσι
τεκεῖν τῆς Εὐαγγελικῆς πολιτείας τὰ αὐχήματα.
καρπὸς γὰρ ἐστὶν ὁσίας τε καὶ ἀκιβδήλου ψυχῆς.
ἀλλ' ἐποίησε, φησὶ, Ἰακὼβ ἑαυτῷ ποίμνια
καταμόνας, καὶ οὐκ ἔμιξεν αὐτὰ εἰς τὰ πρόβα-
τα Λάβαν. ἀσύμβατον γὰρ τῷ ἁγίῳ τὸ βέβη-
λον· τῷ καθαρῷ τὸ ῥυποῦν. καταμόνας δὲ οἱ τοῦ
Χριστοῦ τὸ συναναφύρεσθαι τοῖς ἐν κόσμῳ πα-
ραιτούμενοι, καὶ φιλοσαρκίας ἁπάσης ἀπηλλαγ- E
μένοι, καὶ οὐκ ἄσημοι κατὰ τὸν βίον, γνωριμώ-
τατοι δὲ μᾶλλον ἐξ ἀρετῆς. ἐγένετο γὰρ, φησὶ,
τὰ ἄσημα τοῦ Λάβαν· τὰ δὲ ἐπίσημα τοῦ Ια-
κώβ. πλὴν οὐκ ἀφθόνητος ἦν Ἰακώβ. ἐπειδὴ γὰρ
πλουτοῦντά τε καὶ εὐημεροῦντα τεθέανται, κα-
τεδάκνοντο λίαν οἱ τούτου υἱοί. τοιγάρτοι καὶ ἀπο-
δημεῖν ἐσκέπτετο, καὶ εἰς τὴν πατρῴαν ἑστίαν

A & exaltatum in gloria, ac dilatantem credentes, vt modò dixi. Omnis enim ſanctorum prophetarum ſermo, nec non Moſis Chriſti myſterium innuunt. Idcirco & ſapiens Paulus ait: [Finis prophetarum ac legis Chriſtus.] (Rom. 10.) Cæterùm decorticauit Iacob virgas cortices albas, circumuellens viride; atque ita conceperunt iuxta illas oues variegatos fœtus. Auellit enim quodammodo Chriſtus legis vmbram, & propheticorum ſcriptorum veluti velamen, atque ita B album pulchrúmque aſpectu in ipſis ſermonem oſtendens, ad ſpiritalem transfert cantum, ac tantùm non vt picæ modo variegari velint ad virtutem perſuadet, duplicem illam exercentes, opere inquam & ſermone. Idcirco & diuini prophetæ eorum qui in fide iuſtificati ſunt figuram præ ſe ferentes, apertè clamant: [Propter timorem tuum, Domine, in vtero accipimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis tuæ.] (Eſai. 26. 18.) Idem etiam beatus Eſaias ali- C cubi rurſum propriè ait: [Confortate manus remiſſas, & genua diſſoluta, conſolamini puſillanimes mente: confortate, ne timeatis. Ecce Deus noſter iudicium retribuit, & retribuet.] Et rurſum: [Ecce Deus cum robore venit, & brachium ipſius cum dominatione, vt paſtor gubernabit ouile ſuum, & brachio ſuo in vnum adducet agnos, & prægnantes conſolabitur:] (Eſai. 40. 10.) hoc eſt, ſpiritalis conſolatio erit iis, qui iam diuinum ſermonem parturiunt, vtpote fœcundis futuris, & iam iam pa- D rituris Euangelicæ vitæ gloriationes. Hic enim fructus eſt ſanctæ incorruptæque animæ. Cæterùm feciſſe refert ſibi Iacob ouilia ſeorſim, & non miſcuiſſe ea cum ouibus Laban. Nulla enim eſt ſocietas ſancto cum profano, puro cum ſordido; ſeparati verò ſunt ii qui Chriſti ſunt, recuſantes miſceri cum iis qui in mundo ſunt, atque ab omnibus carnalibus deſideriis liberi ſunt: nec verò non ſignati vitæ ſuæ E ratione, at potiùs virtute ſunt inſigniti. [Facta ſunt enim, inquit, ea quæ ſignata non erant, Laban: ſignata verò Iacobi.] (Gen. 30. 42.) Atqui non caruit inuidia Iacob. poſtquam enim eum ditari, & proſperis rebus vti viderunt, inuiderunt ei vehementer filii Laban: quapropter etiam diſcedere cogitabat, atque in paternam reuerti domum.

Gen. 30. 41. » Scriptum eſt enim : [Et ditatus eſt
» homo valde , fueruntque ei pecora
» multa , & boues , & ſerui , & an-
» cillæ, & cameli , & aſini , & muli.
» Audiuit etiam Iacob verba filiorum
» Laban , dicentium : Tulit Iacob om-
» nia quæ patris noſtri , & de iis quæ
» patris noſtri , fecit omnem hanc glo-
» riam , & vidit Iacob faciem Laban ,
» & ecce non erat erga eum ſicut heri
» & nudius tertius. Dixit autem Do-
» minus ad Iacob : Reuertere in ter-
» ram patris tui , & ad generationem
» tuam , & ero tecum. Mittens autem
» Iacob vocauit Liam & Rachel in
» agrum , vbi erant greges, & ait illis:
» Video ego faciem patris veſtri, quòd
» non eſt erga me, ſicut heri & nudius
» tertius: Deus autem patris mei fuit
» mecum. Vos autem ipſæ ſcitis, quòd
» in omnibus viribus meis ſeruiui patri
» veſtro , at pater veſter decepit me, &
» mutauit mercedem decem agno-
» rum.] Deinde ait : [Abſtulit Deus
» omnia pecora patris veſtri , & dedit
» mihi illa.] Reuera enim ditauit nos
Dominus noſter Chriſtus Ieſus , in
immenſam multitudinem, congregans
in mundo ſuos cultores : qui etiam
ſplendidum mentis bonæ donarium
ſeruitutis ſuæ ſub ipſo confeſſionem
Pſal. 94. 7. » faciunt, dicentes: [Nos autem popu-
» lus paſcuæ eius, & oues manus eius.]
Cæterùm filii mundi hoc animo quie-
to non ſuſtinent. Spoliatum verò quo-
dammodo videntes ſuum patrem, &
boni paſtoris manum ſubire inſignes
præcipuè oues, variegatóſque multi-
plici virtutum genere eos qui à Chri-
ſto geniti ſunt, obmurmurant dicen-
Gen. 31. 1. » tes: [Accepit Iacob omnia quæ pa-
» tris noſtri, atque ex patris noſtri fa-
» cultatibus fecit omnem hanc glo-
» riam.] Neque verò mentiuntur. Ve-
rus enim eſt ſermo. Adduxit enim
Chriſtus omnes qui in mundo ſunt
ad ſe, propriiſque ſuis ouilibus inclu-
dens credentium greges, diuitias ha-
bet Deo conuenientes , & gloriam
præeminentem. ait enim alicubi &
ipſe ad Patrem & Deum cæleſtem :
Ioan. 17. 10. » [Omnia mea tua ſunt , & tua mea ,
» & glorificatus ſum in eis.] Videamus
autem & mercedem Iacobo datam:
Gen. 30. 43. » [Fuerunt ei, ait , pecora multa , &
» boues ſerui & ancillæ, cameli & aſi-
» ni.] Videamus colligentem etiam
Chriſtum ex omni genere , vt ſcri-
Matt. 13. 47. » ptum eſt : [Simile eſt regnum cælo-

A αὖθις ἀποφοιτᾶν. γέγραπται γὰρ, ὅτι καὶ ἐπλούτησεν ὁ ἄνθρωπος σφόδρα. καὶ ἐγένοντο αὐτῷ κτήνη πολλὰ, καὶ βόες, καὶ παῖδες, καὶ παιδίσκαι, καὶ κάμηλοι, καὶ ὄνοι, καὶ ἡμίονοι. ἤκουσε δὲ Ἰακὼβ τὰ ῥήματα τῶν υἱῶν Λάβαν λεγόντων· εἴληφεν Ἰακὼβ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἐκ τῶν τοῦ πατρὸς ἡμῶν πεποίηκε πᾶσαν τὴν δόξαν ταύτην, καὶ εἶδεν Ἰακὼβ τὸ πρόσωπον Λάβαν. καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν πρὸς αὐτὸν ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν.
B εἶπε δὲ κύριος πρὸς Ἰακώβ. ἀποστρέφου εἰς τὴν γῆν τοῦ πατρός σου, καὶ εἰς τὴν γενεάν σου, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ. ἀποστείλας δὲ Ἰακὼβ ἐκάλεσε Ῥαχὴλ καὶ Λείαν εἰς τὸ πεδίον, οὗ τὰ ποίμνια. καὶ εἶπεν αὐταῖς· ὁρῶ ἐγὼ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι πρὸς ἐμὲ ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. ὁ δὲ Θεὸς τοῦ πατρός μου ἦν μετ' ἐμοῦ. καὶ αὐταὶ δὲ οἴδατε ὅτι ἐν πάσῃ τῇ ἰσχύϊ μου, δεδούλευκα τῷ πατρὶ ὑμῶν. ὁ δὲ πατὴρ ὑμῶν παρεκρούσατό με, καὶ ἤλλαξε τὸν μισθόν μου
C τῶν δέκα ἀμνάδων. εἶτά φησι, ὅτι καὶ ἀφείλετο ὁ Θεὸς πάντα τὰ κτήνη τοῦ πατρὸς ὑμῶν, καὶ ἔδωκέ μοι αὐτά. πεπλούτηκε μὲν γὰρ ἀληθῶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς πληθὺν ἀμέτρητον, συναγείρων ἐν κόσμῳ τοὺς ἰδίους προσκυνητάς· οἳ καὶ διανοίας ἀγαθῆς ἀνάθημα λαμπρὸν τὴν ὑπ' αὐτὸν δουλείας ποιοῦνται τὴν ὁμολογίαν, λέγοντες· ἡμεῖς δὲ λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. ἀλλ' ἠρεμεῖν ἐπὶ τού-
D τοις οὐκ ἀνέχονται τὰ τοῦ κόσμου τέκνα. συλώμενον δὲ ὥσπερ ὁρῶντες τὸν ἑαυτῶν πατέρα, καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος ὑποτρέχοντες χεῖρα τὰ τῶν προβάτων ἐπισημότατα· καὶ ποικιλλομένους ταῖς πολυειδέσιν ἀρεταῖς τοὺς ὑπὸ Χριστῷ γεννωμένους, τονθορύζουσι λέγοντες. εἴληφεν Ἰακὼβ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἐκ τῶν τοῦ πατρὸς ἡμῶν πεποίηκε πᾶσαν τὴν δόξαν ταύτην. καὶ ψευδοεποῦσιν οὐδαμῶς. ἀληθὴς γὰρ ὁ λόγος. συνεκόμισε γὰρ ἅπαντας εἰς ἑαυτὸν τοὺς ἐν κόσ-
E μῳ Χριστὸς, ἐνσηκασάμενός τε ταῖς ἰδίαις αὐλαῖς τὰς τῶν πιστευσάντων ἀγέλας, πλοῦτον ἔχει τὸν θεοπρεπῆ καὶ δόξαν ἐξῃρημένην. ἔφη γάρ που καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν· ὅτι πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. ἴδωμεν δὲ καὶ αὐτὸν τοῦ Ἰακὼβ τὸν μισθόν. ἐγένοντο δὲ αὐτῷ, φησὶ, κτήνη πολλὰ, καὶ βόες· παῖδές τε καὶ παιδίσκαι· κάμηλοι καὶ ὄνοι. ὁρᾷς συναγείροντα καὶ τὸν Χριστὸν ἐκ παντὸς γένους, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία

τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ. δέχεται γὰρ τὸν δοῦλον, ἵνα τοῖς εἰς ἐλευθερίαν αὐχήμασιν ἀποφήνῃ λαμπρόν. δέχεται τοὺς ὑπὸ νόμον ὡς ἱερεῖς ἤδη καὶ εἰς θυσίαν ἐπιτηδείους τὴν πνευματικήν, ὡς ἐν οἰὸς τάξει καὶ βοός· ἵνα μεταστήσας εἰς φαιδρότητα πολιτείας εὐαγγελικῆς, ἱερωτέρους ἐργάσηται. δέχεται δὲ πρὸς τούτοις καὶ τὸ δυσιερόν τε καὶ ἀκάθαρτον γένος· ὡς ἐν τάξει καμήλου καὶ μήν τοι καὶ ὄνου, ἵνα τῆς πολυθέου πλάνης τὸν ῥύπον ἐκτήξας, καθαρούς τε καὶ ἡγιασμένους τοῖς τῶν ἁγίων συνάψῃ χοροῖς. κεκινημένων δὴ οὖν εἰς φθόνον τῶν Λάβαν υἱῶν, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Λάβαν, ἀμειδῆ τε καὶ σκυθρωπάζουσαν καὶ βασκανίας οὐκ ἐλευθέραν τὴν ὀφρὺν ἀποφαίνοντος. οὐ γὰρ ἦν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, φησί, καθὼς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. ἐπανήκειν εἰς τὰ οἰκεῖα τὸν Ἰακὼβ ἐνετέλλετο Θεός. ὁ δὲ τὰ γύναια μετεπέμπετο, Λείαν τέ φημι καὶ Ῥαχήλ, καὶ τὴν μὲν τοῦ πατρὸς ἀδικίαν ἀφηγεῖτο σαφῶς. προσετίθει δέ, ὅτι ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πάντα τὰ κτήνη τοῦ πατρὸς ὑμῶν, καὶ ἔδωκέ μοι αὐτά. καὶ ἀποκριθεῖσα Ῥαχὴλ καὶ Λεία, εἶπον αὐτῷ· μὴ ἔστι μερὶς ἡμῖν, ἢ κληρονομία ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν; οὐχ ὡς αἱ ἀλλότριαι λελογίσμεθα αὐτῷ; πέπρακε γὰρ ἡμᾶς, καὶ κατέφαγε καταβρώσει τὸ ἀργύριον ἡμῶν. πάντα τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δόξαν ἣν ἀφείλετο ὁ Θεὸς τοῦ πατρὸς ἡμῶν, ἡμῖν ἔσται καὶ τοῖς τέκνοις ἡμῶν. νῦν οὖν ὅσα εἴρηκέ σοι ὁ Θεός σου, ποίει. καταστυγνάζοντος γὰρ ἐπὶ Χριστῷ τοῦ κόσμου, καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων, παράκλησις ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, τουτέστι, παρὰ πατρός, ταῖς τοῦ σωτῆρος δίδοται νύμφαις, φημὶ δὴ ταῖς ἐκκλησίαις. πλὴν ἡ παράκλησις, δι' υἱοῦ διαπορθμεύοντος ὥσπερ ἡμῖν τοὺς παρὰ πατρὸς λόγους. ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν. ἄθρει γὰρ ὅπως προσλαλεῖ μὲν ὁ Θεὸς τῷ Ἰακώβ, ὁ δέ, ταῖς αὐτοῦ νύμφαις, Λείᾳ τέ φημι καὶ Ῥαχήλ. ὁ δὲ τῆς παρακλήσεως λόγος ἦν, τὸ δεῖν ἀπαίρειν αὐτὰς ἅμα τῷ ἰδίῳ νυμφίῳ τῆς τοῦ πατρὸς ἑστίας. οὕτω καὶ ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς ἐν πνεύματι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν φησίν. ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. ὅτι ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. οὐκοῦν τὰ παρὰ Θεοῦ

A rum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti.] Admittit enim ſeruum, vt eum libertatis gloria illuſtrem reddat. Admittit eos qui ſub lege ſunt, veluti ſanctos iam, & ad ſpiritale aptos ſacrificium, quod per *ouem & bouem* ſignificatur, vt ad Euangelicæ vitæ transferens ſplendorem, reddat ſanctiores. Admittit præterea profanum atque impurum genus, quod per camelum & aſinum ſignificatur, vt ſordibus abſumptis erroris de pluralitate deorum puros mundóſque ſancto-

B rum cœtui coniungat. Motis itaque ad inuidiam filiis Laban, atque adeò ipſo Laban, toruúmque nec inuidia liberum vultum præ ſe ferente [non enim erat, inquit, facies eius ſicut heri & nudius tertius] Deus Iacob, vt in terram ſuam reuerteretur, præcepit; qui accerſiuit vxores ſuas, Liam nimirum & Rachel, ac patris quidem iniurias iis apertè explicat. Adiecit verò, [Abſtulit Deus omnia pecora patris veſtri, &

Geneſ. 31. 2.

C mihi ea dedit. Reſpondénſque Rachel & Lia, dixerunt ei: Nunquid eſt nobis adhuc pars hereditatis in domo patris noſtri? num quaſi alienæ reputatæ ſumus ei? vendidit enim nos, & deuorauit deuoratione argentum noſtrum. Omnes diuitias, & gloriam quam abſtulit Deus patris noſtri, nobis erit & liberis noſtris. Nunc ergo quæcunque dixit tibi Deus tuus, agito.] Mœſto enim mundo ſuper Chriſto, eiúſque filiis, conſolatio ſupernè atque ex cælo (hoc eſt à Pa-

Ibid. 14.

D tre) data eſt ſponſis Saluatoris, id eſt, Eccleſiis. Cæterùm conſolatio fuit per Filium trans-vehentem nobis quodammodo ſermones à Patre. Quem enim Deus miſit verba Dei loquitur, iuxta Ioannis vocem. Animaduerte enim quo pacto alloquutus quidem ſit Deus Iacobum: ille verò ſponſas ſuas, Liam inquam & Rachelem. Conſolationis

E autem ratio erat, oportere eas diſcedere cum ſuo ſponſo à domo paterna. Ita etiam beatus Pſalmiſta in ſpiritu ad Eccleſiam ait: [Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui. Quia concupiuit rex pulchritudinem tuam, quoniam ipſe eſt Dominus tuus, & adorabis eum.] Igitur quæ à Deo

Pſal. 44. 11.

acceperat Iacob, ea ſponſis ſuis loquutus eſt. Quiſnam autem erat ſermo? querela de Laban, quòd nimirum iniquus eſſet ac malus, & tardus mercedis, quam debebat, compenſator. Incuſat autem etiam Chriſtus mundum ingentis vecordiæ, quòd Domino gratias pro beneficiis acceptis perſoluere nollet, ac veluti debitum ſiue mercedem pro cura, quam de eo geſſerat, ſpiritalia munera, fidem inquam & dilectionem retribuere detrectaret. Cæterùm ſub ipſius poteſtatem omnia facta ſunt, conferente in ipſius ſagenam Deo ac Patre. Sic enim alicubi ad eum
Ioan.16. 6. „ Filius, [Quos dediſti mihi ex hoc
„ mundo tui erant, & tu mihi eos de-
„ diſti.] Atque hoc erat illud: [Abſtu-
Genes.31. „ lit Deus omnia pecora patris veſtri,
„ & dedit ea mihi.] Ipſæ verò honeſtæ Saluatoris ſponſæ ſequuturas ſe promittunt. venditas enim quodammodo ipſi à mundo aiunt. Chriſtus enim emit ſanguine ſuo Eccleſias, & alienati ſunt à patre veteri. Nulla ſiquidem ratio ſocietatis aut portionis eſt ipſis cum mundo, ex quo vocati ſunt: at verò diuitiæ ipſarum & filiorum ipſorum eſt Chriſtus ipſe, mentem omnem & rationem ſuperans. Ipſe earum portio ac ſors, laus & gloriatio, ſummáque totius felicitatis ac proſperitatis. Mœſtitiam itaque vultu præ ſe fert mundus cum ſuis filiis ob Chriſtum, inuidiæque flamma vritur, videns eum in tantum dignitatis ac gloriæ culmen euectum, vt vniuerſum orbem terrarum ſibi ſubiiciat, omnibúſque mortalibus dominetur. Quòd verò ipſius inſania vltrà ſe extendat, quódque perſequatur & occidat, ac tantum non reipſa Saluatoris gloriæ obſiſtat, Eccleſiiſque, quæ ei ſubditæ ſunt, atque eius filiis, hoc eſt, credentium multitudini infeſtiſſimus deprehendatur; facilè eſt videre iis qui id ſcire velint, ex iis quæ ſequuntur.
Gen.31.17 „ [Surgens enim, inquit, Iacob acce-
„ pit vxores ſuas, & filios ſuos ſuper
„ camelos, & abduxit omnem fami-
„ liam ſuam, omnémque ſupellectilem
„ ſuam, quam in Meſopotamia acqui-
„ ſiuit, & omnia ſua, vt abiret ad Iſaac
„ patrem ſuum in terram Chanaan. La-
„ ban autem abiit ad tondendum oues
„ ſuas. Furata eſt autem Rachel idola pa-
„ tris ſui: abſcondit autem Iacob Laban

A ταῖς αὐτοῦ νύμφαις λελάληκεν ὁ Ἰακώβ. καὶ τίς ἦν ὁ λόγος; μέμψις κατὰ τοῦ Λάβαν· ὡς εἴη μὲν ἄδικός τε καὶ πονηρὸς, καὶ βραδὺς εἰς ἔκτισιν, ὧν ἂν ἐποφλοίη μισθῶν. γράφεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐπὶ πολλῇ λίαν ἀναισθησίᾳ τὸν κόσμον, ἀποτιννύειν οὐκ ἀνεχόμενον ὡς δεσπότῃ τὰ χαριστήρια, καὶ ὡς ἐν ὀφλήματος τάξει καὶ μισθοῦ τὰ ὑπὲρ τῆς φροντίδος τῆς εἰς αὐτὸν ξένια πνευματικὰ, πίστιν δὴ λέγω καὶ ἀγάπην, προσκομίζειν οὐκ ἐθέλοντα. πλὴν ὑπ' αὐτῷ τὰ πάντα
B γέγονε συνελαύνοντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρός. ἔφη γάρ που πρὸς αὐτὸν ὁ υἱός· οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας. καὶ τοῦτ' ἦν ἄρα τὸ, ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πάντα τὰ κτήνη τοῦ πατρὸς ὑμῶν, καὶ ἔδωκέ μοι αὐτά. αἱ δὲ σεμναὶ τοῦ Σωτῆρος νύμφαι κατακολουθεῖν μὲν ἑτοίμως ἐπαγγέλλονται. πεπρᾶσθαι δὲ ὥσπερ αὐτὰς παρὰ τοῦ κόσμου φασίν. ἐξεπρίατο γὰρ τῷ ἰδίῳ αἵματι τὰς ἐκκλησίας ὁ Ἐμμανουήλ, καὶ ἠλλοτρίωνται τοῦ πάλαι πατρός. λόγος γὰρ αὐταῖς
C κοινωνίας ἢ μερίδος οὐδείς ἐστι πρὸς κόσμον, ἐξ οὗ καὶ κέκληνται. πλοῦτος δὲ μᾶλλον αὐταῖς καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν ὁ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον· αὐτὸς ἡ μερὶς καὶ ὁ κλῆρος, δόξα τε καὶ καύχημα, καὶ πάσης ὁτιοῦν τῶν τελουμένων εἰς λαμπρότητα καὶ εὐημερίας. σκυθρωπάζει μὲν οὖν ὁ κόσμος ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις τέκνοις ἐπὶ Χριστῷ, καὶ τῷ τῆς βασκανίας δαπανᾶται πυρὶ, προήκοντα δόξης εἰς τοῦτο βλέπων ὡς ὅλην ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ καταχειρῶσαι τῶν
D ἐπὶ τῆς γῆς. ὅτι δὲ τὰ θορυβώδη ἐπέκεινα, καὶ λοιδορειῶν τὰ τῆς μανίας αὐτῷ παρατείνεται, καὶ διώκει, καὶ φονᾷ, καὶ ὅσον εἰπεῖν εἰς ἐγχειρημάτων δύναμιν τῇ τοῦ Σωτῆρος διαφέρεται δόξῃ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτοῦ ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς αὐτοῦ τέκνοις, τουτέστι, τῇ τῶν πιστευόντων πληθύϊ καταφωρᾶται πολεμιώτατος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν τοῦτο μαθεῖν ἐθέλουσι διὰ τῶν ἐφεξῆς. ἀναστὰς γάρ, φησὶ, Ἰακώβ, ἔλα-
E βε τὰς γυναῖκας αὐτοῦ, καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ ἐπὶ τὰς καμήλους, καὶ ἀπήγαγε πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ, ἣν περιεποιήσατο ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθε πρὸς Ἰσαὰκ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐν γῇ Χαναάν. Λάβαν δὲ ᾤχετο κεῖραι τὰ πρόβατα αὐτοῦ. ἔκλεψε δὲ Ῥαχὴλ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτῆς· ἔκρυψε δὲ Ἰακὼβ Λάβαν

A τὸν Σύρον τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι αὐτῷ, ὅτι ἀποδιδράσκει. καὶ ἀπέδρα αὐτὸς, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ διέβη τὸν ποταμὸν, καὶ ὥρμησεν εἰς τὸ ὄρος Γαλαάδ. ἀνηγγέλη δὲ Λάβαν τῷ Σύρῳ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὅτι ἀπέδρα Ἰακώβ. καὶ παραλαβὼν πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, ἐδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ ὁδὸν ἡμερῶν ἑπτὰ, καὶ κατέλαβεν αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει Γαλαάδ. ἦλθε δὲ ὁ Θεὸς πρὸς Λάβαν τὸν Σύρον καθ' ὕπνον τὴν νύκτα, καὶ εἶπεν αὐτῷ, φύλαξαι σεαυτὸν τοῦ μὴ λαλῆσαι πρὸς Ἰακὼβ πονηρά. καὶ κατέλαβε B Λάβαν τὸν Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἔπηξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει. Λάβαν δὲ ἔστησε τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει Γαλαάδ. περιτυχὼν μὲν οὖν ὁ Λάβαν, ἐπαιτιᾶται δὲ λίαν τὸν θεσπέσιον Ἰακὼβ, ὅτι λεληθότως ἀπέδρα, μονονουχὶ κεκλοφὼς τὰς θυγατέρας αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐν οἴκῳ θεούς. ἔφη γὰρ ὧδε, νῦν οὖν πεπόρευσαι. ἐπιθυμίᾳ γὰρ ἐπεθύμησας ἀπελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου. ἵνα τί ἔκλεψας, φησὶ, τοὺς θεούς C μου; ἀλλ' οὐκ ᾔδει, φησὶν, Ἰακὼβ, ὅτι Ραχὴλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἔκλεψεν αὐτούς. ἐρευνήσας δὲ Λάβαν τοὺς ἰδίους θεοὺς, οὐχ εὕρισκε παρὰ τῇ Λείᾳ, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῷ οἴκῳ θεραπαινῶν Βάλλας τε καὶ Ζελφᾶς. ἐπεὶ δὲ προσεδόκησεν ἡ Ραχὴλ ἐρευνηθήσεσθαι παρὰ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἀκόμψως τὸ ῥῆμα κατασοφίζεται. ἔλαβε γὰρ τὰ εἴδωλα, φησὶ, καὶ ἐνέβαλεν αὐτὰ εἰς τὰ σάγματα τῆς καμήλου, καὶ ἐπεκάθισεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε τῷ πατρὶ αὐτῆς, μὴ βαρέως φέρε, κύριε, D οὐ δύναμαι ἀναστῆναι ἐνώπιόν σου, ὅτι κατ' ἐθισμὸν τῶν γυναικῶν μοι ἐστί. ἠρεύνησε δὲ Λάβαν ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὗρε τὰ εἴδωλα, ἠπορηκότος τοίνυν ἤδη πως, ὀλοφυρομένου τε κατὰ τὸ εἰκὸς τῶν ἰδίων θεῶν τὴν ἀπώλειαν, ἐπιτιμᾶτο λοιπὸν εἰκότως ὁ μακάριος Ἰακὼβ, ὡς εἰκῇ διώκειν αὐτὸν ᾑρημένον, καὶ ἐγκαλεῖν οὐκ ἔχοντα παντελῶς οὐδέν. εἶτα περὶ συμβάσεως αὖθις κεκίνηνται λόγοι, καὶ συνθέσις τῶν ἀμφοῖν εἰς εἰ- E ρήνην ἐπεράτετο. ἀποκριθεὶς γὰρ ὁ Λάβαν, φησὶν, εἶπε τῷ Ἰακώβ· αἱ θυγατέρες σου, θυγατέρες μου, καὶ υἱοί σου, υἱοί μου, καὶ τὰ κτήνη σου κτήνη μου, καὶ πάντα ὅσα σὺ ὁρᾷς, ἐμά ἐστι, καὶ τῶν θυγατέρων μου. τί ποιήσω ταύταις σήμερον, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν οἷς ἔτεκον; νῦν οὖν δεῦρο, διαθώμεθα διαθήκην ἐγὼ καὶ σὺ, καὶ ἔσται εἰς μαρτύριον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. εἶπε δὲ αὐτῷ· ἰδοὺ οὐδεὶς μεθ' ἡμῶν ἐστιν; ἰδὲ ὁ Θεὸς

Syro, ne indicaret ei quòd fugit. Et „ fugit ipſe & ſua omnia, & tranſiuit „ flumen, & feſtinauit in montem Galaad. Nuntiatum eſt autem Laban „ Syro die tertia quòd fugit Iacob. Et „ aſſumens fratres ſuos cum eo, perſecutus eſt eum viam dierum ſeptem, „ & comprehendit eum in monte Galaad. Venit autem Deus ad Laban „ Syrum per ſomnum nocte, & dixit „ ei: Caue ne fortè loquaris ad Iacob mala. Et comprehendit Laban Iacob, Iacob autem fixit tabernaculum ſuum in monte: Laban autem ſtatuit fratres ſuos in „ monte Galaad.] Adoritur itaque Laban, incuſatque acriter diuinum Iacob, quòd clanculùm fugiſſet, furatus tantùm non filias ipſius, quóſque domi habebat deos.] Ita enim „ ait: [Nunc igitur vade. deſiderio „ enim deſideraſti in domum patris „ tui abire. Quare furatus es, inquit, deos meos? Neſciebat autem, „ inquit, Iacob, quòd Rachel vxor eius „ furata eſſet eos. Scrutatus itaque Laban domum Liæ, deos ſuos non „ reperit, ſed neque in ædibus ancillarum Ballæ & Zelphæ.] Cùm verò „ putaret Rachel eos diligentiùs quærendos à patre, eleganter eum decepit. [Accepit enim, inquit, idola, & iniecit ea in ſtramenta cameli, & ſedit ſuper eis, & dixit patri ſuo, Ne grauiter feras, domine: non potero ſurgere coram te, „ quia iuxta conſuetudinem feminarum nunc accidit mihi. Scrutatus „ eſt autem Laban in omni domo, & „ non inuenit idola.] Cùm itaque „ inops eſſet conſilii, & deorum ſuorum iacturam, vt veriſimile eſt, deploraret, increpat eum meritò beatus Iacob, quòd fruſtra captum ipſum perſequeretur, cùm nulla ratione ipſum criminari poſſet. Deinde de concordia pactóque ineundo ipſis moti ſunt ſermones. [Reſpondens enim Laban dixit Iacob: Filiæ tuæ filiæ meæ ſunt, „ & filii tui filii mei, & pecora tua „ pecora mea, & omnia quæ tu „ vides mea ſunt, & filiarum mearum. Quid faciam iis hodie, aut „ filiis earum, quos pepererunt? „ Nunc ergo veni, deponamus fœdus „ ego & tu, & erit in teſtimonium „ inter me & te. Dixit autem ei: „ Vide, nullus nobiſcum eſt, Deus „

Gen. 31. 43.

A teſtis inter me & te. Accipiens autem Iacob lapidem, ſtatuit eum in titulum. Dixit autem Iacob fratribus ſuis, Colligite lapides. Et collegerunt lapides, & fecerunt collem, & comederunt illic ſuper collem. Et dixit ei Laban: Tumulus hic erit teſtimonium inter me & te hodie. Et vocauit eum Laban, Tumulus teſtimonii; Iacob autem eum vocauit, Tumulus teſtis.] Breuiter igitur in his & ſuccinctè hiſtoriam enarrabimus. Neceſſarium verò eſt interiorem eorum ſenſum explicare. B Quòd itaque offenſus fuerit mundus Chriſto, credentium grege ditato, & rabie quadam percitus inſultarit, nequaquam longo ſermone opus fuerit ad confirmandum. Vide enim quo pacto diſcedente Iacobo perſequitur clamans Laban cum filiis ſuis. Diſcedit verò quodammodo etiam Chriſtus à mundo cum ſponſis ſuis, hoc eſt Eccleſiis, ac veluti cum vniuerſa domo tranſmigrat, ſpiritaliter ſuis inclamãs: *Surgite, abeamus hinc.* C Profectionis verò ac diſceſſus modus non ſit ſenſualis, neque verò de loco in locum fiat corporaliter (abſonum enim in primis id fuerit cogitare vel dicere) ſed ex cogitationibus mundanis ad facienda ea quæ Deo placent, fructuosè vitam terminat. Nam, vt beatus Paulus ſcribit: [Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus,] (Heb. 13. 14.) cuius opifex & creator eſt Deus. Alius verò etiam ex ſanctis Apoſtolis ita ſcribit: D [Obſecro vos, tanquam aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam.] (1. Petr. 2. 11.) Ambulantes autem ſuper terram veluti *in cælo conuerſemur*, (Philip. 3. 20.) non quidem ampliùs carnaliter viuere volentes, at potiùs ſanctè & ſpiritaliter. Erigit verò nos ad hoc Paulus ita ſcribens: [Ne conformemini ſæculo huic, (Rom. 12. 2.) ſed conformemini renouationi mentis veſtræ, vt probetis vos, quæ ſit E voluntas Dei bona, ac bene placens & perfecta.] Poſtquam verò nequaquam mundo conformati fuerimus, mundanos errores egreſſi, imitatores ipſius erimus. Quod optimè intelligens ita ſe habere Saluator dixit: [Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: quia verò de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus.] (Ioan. 15. 19.) Perſequitur itaque odio proſequens. Spirantem verò cædes, & impotenti ira inflammatum retrahit ac compeſcit

A μάρτυς ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. λαβὼν δὲ Ἰακὼβ λίθον, ἔστησεν αὐτὸν στήλην. εἶπε δὲ Ἰακὼβ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, συλλέγετε λίθους. καὶ συνέλεξαν λίθους, καὶ ἐποίησαν βουνόν, καὶ ἔφαγον ἐκεῖ ἐπὶ τοῦ βουνοῦ. καὶ εἶπεν αὐτῷ Λάβαν, ὁ βουνὸς οὗτος μαρτυρεῖ ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ σήμερον. καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν Λάβαν, βουνὸς μαρτυρίας· Ἰακὼβ δὲ ἐκάλεσεν αὐτόν, βουνὸς μάρτυς. ἐπιτροχάδην μὲν οὖν ἐν τούτοις καὶ κολοβοῦν ὡς ἐπισπουδάζοντες τὰ τῆς ἱστορίας ἀφηγήμεθα. τὰ δὲ εἰς B νοῦν ἤδη τὸν ἐσωτάτω διερευνώμενον ἀναγκαῖον. ὅτι τοίνυν ἐπεμάνησεν ὁ κόσμος πλουτοῦντι Χριστῷ τὰς τῶν πιστευόντων ἀγέλας, καὶ ἐπιθρώσκει λελυττηκώς, οὐ μακρῶν ἂν δέοιτο λόγων εἰς ἀπόδειξιν ἐναργῆ. ἴδε γὰρ ὅπως ἀπαίροντος τοῦ Ἰακὼβ διώκει φωνῶν ὁ Λάβαν ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις τέκνοις. ἀπαίρει δὲ ὥσπερ καὶ ἀπὸ κόσμου Χριστὸς ὁμοῦ ταῖς ἑαυτοῦ νύμφαις, τουτέστι ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ οἱονεὶ πανοικὶ μετανίσταται, νοητῶς C τοῖς ἰδίοις ἐπιφωνῶν, ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν. ὁ δὲ τῆς ἐκδημίας τρόπος οὐκ αἰσθητῶς, οὔτε μὴν εἰς τόπον ἐκ τόπου σωματικῶς ἐκπεραίνοιτο ἄν. κομιδῇ γὰρ ἀηδὲς τὸ ὧδε φρονεῖν ἢ λέγειν. ἀλλ' ἐκ τοῦ φρονεῖν τὰ τοῦ κόσμου πρὸς τὸ δρᾶν ἐθέλειν τὰ δοκοῦντα θεῷ χρησίμως ἀποπεραίνεται. ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος, οὐκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. γράφει δὲ καὶ ἕτερος τῶν ἁγίων ἀπο- D στόλων· παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθε τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς. περιπατοῦντες δὲ ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἐν οὐρανῷ ποιώμεθα τὸ πολίτευμα, διαζῆν σπουδάζοντες σαρκικῶς μὲν οὐκ ἔτι, ἁγιοπρεπῶς δὲ μᾶλλον καὶ πνευματικῶς. διανίστησι δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ἐπιστέλλων ὁ Παῦλος. μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι E τούτῳ, ἀλλὰ συμμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθόν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. ἐπεὶ δὲ οὐ τῷ κόσμῳ συνεσχηματίσμεθα, τὴν κοσμικὴν ἀπάτην ἐκβαίνοντες, μιμησόμεθα παρ' αὐτοῦ. καὶ τοῦτο εἰδὼς οὕτως ἔχον ἔφασκεν ὁ Σωτήρ, εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ἐπεὶ δὲ ἐκ κόσμου οὐκ ἐστέ, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. οὐκοῦν διώκει μισῶν. φονῶντα δὲ καὶ ἀποτεθυμωμένον εἰς ἀκαθέκτους ὀργάς, ἀνασειράζει Θεός,

& ex mundana prauitate educenti, angelorum multitudo ſit adfutura ſeruiens, (manifeſtum verò quòd & deſignatum ipſi miniſterium exequens) facilè quis etiam ex iis quæ adiiciuntur, rurſus intelligat. Diſcedente enim iam Laban, & pacificè domum redeunte, Gen. 32. " [Suſpiciens, inquit, Iacob vidit " caſtra Dei caſtrametata, & obuiauerunt ei angeli Dei. Dixit autem " Iacob viſis eis: Caſtra Dei iſta, & " vocauit nomen loci illius, Caſtra.] Scriptum eſt autem: quòd caſtra- Pſal. 90. " metabitur [angelus Domini in circuitu timentium eum, & proteget " eos.] Et rurſus, [Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in " omnibus viis tuis.] Saluat autem omnes amantes ipſum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem, & cum quo Deo ac Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

A καὶ τῆς ἐν κόσμῳ κακίας ἐξάγοντι, καὶ ἡ τῶν ἀγγέλων παρέσται πληθὺς λειτουργοῦσα. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ τὴν τεταγμένην αὐτοῖς ἀποπληροῦσα δουλείαν, ἀναμάθοι τις ἂν εὐκόλως καὶ διὰ τῶνδε πάλιν. ἀποχωροῦντος γὰρ ἤδη τοῦ Λάβαν, οἴκαδέ τε ὑπονοστοῦντος εἰρηνικῶς, ἀναβλέψας, φησὶν, Ἰακὼβ εἶδε παρεμβολὴν παρεμβεβληκυῖαν, καὶ συνήντησαν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. εἶπε δὲ Ἰακὼβ, ἡνίκα εἶδεν αὐτοὺς, B παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, παρεμβολαί. γέγραπται δὲ, ὅτι παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. καὶ πάλιν· ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. σώζει δὲ ἅπαντας τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

C

Amplius de Iacob.

NON carent admiratione mores ſanctorum apud eos qui rectè vitam inſtituere volunt: laus verò ipſorum vitæ omnem orationem ſuperat. Fuerit autem iis, qui piè viuere volunt, pulchrum exemplar, quonam modo oporteat ad id quod bonum eſt Deóque placens rectà contendere, variè explanans. Ego enim oportere exiſtimo (at potiùs ipſe ſacræ Scripturæ ſermo) veterum ſanctorum conuerſationis euentum rectè contemplantes, fidem imitari, ac tantùm non virtutis qua præditi fuerunt, veſtigiis promptè alacritérque inſiſtere. Abſurdum enim cum primis eſt, eos qui artium regiarum periti ſunt, magiſtros ſibi proponere, qui ante ipſos fuerunt, imitarique conari eos, qui in eo genere excelluerint: nos verò quibus virtutem exercere propoſitum eſt, non mentis oculis adnitentes, veterum patrum piè facta ruminare, & ex iis ſumere ea per quæ quis apud Deum probatiſſimus euadat, ſanctæque vitæ peritam mentem ſuam efficiat. Proponatur itaque nobis nihilominus diuinus Iacob,

Ἔτι περὶ τοῦ Ἰακώβ.

ΟΥΚ ἀθαύμαστος μὲν τῶν ἁγίων ὁ τρόπος παρά γε τοῖς ἄριστα βιοῦν ᾑρημένοις· τὸ δὲ τῆς ἐκείνων πολιτείας εὐκλεὲς παρὰ μὲν παντὸς οἰχήσεται λόγου. γένοιτο δ' ἂν τοῖς ἐθέλουσιν εὐσεβεῖν ὑποτύπωσις ἀγαθὴ, τὸ τίνα χρὴ τρόπον κατ' εὐθὺ φέρεσθαι τοῦ εἰκότος D καὶ ἀνδάνοντος Θεῷ, διατρανοῦσα ποικίλως. χρῆναι γάρ ἔγωγέ φημι, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ὁ λόγος, τῶν ἀρχαιοτέρων ἁγίων ἀναθεωροῦντας ὀρθῶς τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς μιμεῖσθαι τὴν πίστιν· μόνον δὲ οὐχὶ καὶ κατ' ἴχνος ἰέναι τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀρετῆς. καὶ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων, τοὺς μὲν ὅσοι τεχνῶν γεγόνασιν ἐπιστήμονες τῶν βασιλικῶν, καθηγητὰς εἰς τοῦτο ποιεῖσθαι τοὺς πρὸ αὐ- E τῶν, καὶ ζηλοῦν ἐπείγεσθαι τοὺς ὅτι δὴ μάλιστα τὸ ἐπιεικὲς ἐν τούτοις ἠκριβωκότας. ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς, οἷς τὸ κατορθοῦν ὁ σκοπὸς τὴν ἀρετὴν, μὴ οὐχὶ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν ἐνερείδοντας ταῖς τῶν ἀρχαιοτέρων ἐπιτεχνείαις ἀναμάττεσθαι τρόπον τινὰ παρ' αὐτῶν. τὰ δι' ὧν ἂν ἔσοιτό τις παρὰ Θεῷ δοκιμώτατος, καὶ τῆς εὐαγοῦς πολιτείας ἐπιστήμονα, τὸν οἰκεῖον αὐτὸς ἀπεργάσοιτο νοῦν. προκείσθω δὴ οὖν οὐδενὸς ἧττον ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ,

A ἀνεπίπληκτον μὲν ὡς ἐνῆν, καὶ τῷ καιρῷ πρέπουσαν τὴν τηνικάδε φημὶ ὁδὸν διεξιέναι τὴν ὡς ἐν γε πολιτείᾳ ζωῆς, συλλήπτορα δὲ καὶ παρεστηκότα τὸν τῶν ὅλων ἔχων Θεόν· πόνοις μὲν ἔσθ' ὅτε περιτυχεῖν ἐφιέντα χρησίμως. οὐ γὰρ ἂν ἀνιδρωτὶ καταχτήσαιτό τις τὰ εἰς ἀρετὴν αὐχήματα. μετὰ δέ γε τὰ γυμνάσματα στεφανοῦντα ταῖς εὐθυμίαις, καὶ οἷά τινα τῶν ἄγαν εὐαθλεστάτων ἀγωνιστῶν τῇ τῶν ἄθλων ἀμφιλαφίᾳ καταπλουτίζοντα. μὴ γὰρ εἴπῃς κατὰ σαυτόν· διὰ τί ὅτου μὴ ἄπονον ἐδωρεῖτο Θεὸς τοῖς ἁγίοις τὸ κατευφραῖνον εἶδος; τοῦτο γὰρ ἦν ἀγυμνάστους B ἐᾶν, καὶ ἥκιστα μὲν μισθὸν ἀρετῆς ἀπονέμειν αὐτοῖς τὸ εὖ εἶναι τυχόν· ἀβασανίστου δὲ μᾶλλον θελημάτων ῥοπῆς ποιεῖσθαι καρπὸν τὸ ἐπ' αὐτοῖς εὐμενές, καὶ τὴν λαμπράν τε καὶ ἀξιόληπτον τῶν χαρισμάτων φιλοτιμίαν. ἔδει δὲ μᾶλλον εὐδοκιμοῦντας ὁρᾶσθαι, καὶ ἔργοις αὐτοῖς ἀξίους προαναφαίνεσθαι τῶν παρὰ Θεοῦ· προκεῖσθαι δὲ ὥσπερ καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς εἰς παράδειγμά τε καὶ ὑποτύπωσιν ἐναργῆ. τοῦ δεῖν ἐλέσθαι φιλεργαστάτους εἶναι καὶ νεανικούς, ἐννοοῦντας C ὅτι τοῖς μὲν ἀπαλαίπωρον καὶ κατεγνωσμένον διαβιοῦσι ζωὴν, οὐδεὶς ἂν γένοιτο μισθός. ἕψεται δὲ πάντως τὰ πάντων ἐξαίρετα, τοῖς ὅτι μάλιστα φιλοπονωτάτοις, καὶ ἱδρῶτα τὸν ἐπ' ἀγαθοῖς τῶν ἡδίστων τῶν ἐν βίῳ προτετιμηκόσι. οὕτω τις ἔφασκε τῶν σοφῶν. τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν τῷ κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν, εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον. τίκτει μὲν γὰρ ἡ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἑψόμεθα D δὲ δὴ τῷ προκειμένῳ σκοπῷ. μετὰ τὴν τοῦ Λάβαν τοίνυν ἀποχώρησιν τὴν ἐκ τοῦ ὄρους Γαλαάδ, εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἠπείγετο, καὶ διαφθάνειν ἤθελεν ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ. ἀπηλλαγμένος δὲ μόλις τῆς Λάβαν ἐφόδου, καὶ ἀναπνεύσας βραχύ, χαλεπωτέροις εὐθὺς περιπίπτει δείμασι. ἐπειδὴ γὰρ ἔδει τῆς Μεσοποταμίας ἀπαίροντα, καὶ εἰς γῆν Χαναὰν ἀποτρέχοντα, διὰ μέσης ἰέναι τῆς Σηείρ, ἐν ᾗ κατῴκησεν Ἡσαῦ, περιδεὴς δὲ ἄγαν ἦν. οὐ γὰρ ἠ- E γνόει λελυπηκὼς τῆς τε εὐλογίας ἕνεκα, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν πρωτοτοκίων. τίνα δὲ τρόπον τὴν ἐπὶ τούτοις λύπην ἀπεσκεδάζετο, καὶ εἰς ἀγάπην καὶ ἡμερότητα καθίστη τὸν ἀδελφόν, πῶς οὐκ ἄξιον ἰδεῖν, καὶ πρός γε τούτῳ θαυμάσαι; γέγραπται τοίνυν· ἀπέστειλε δὲ Ἰακὼβ ἀγγέλους ἔμπροσθεν αὐτοῦ πρὸς Ἡσαῦ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ εἰς γῆν Σηείρ, εἰς χώραν Ἐδώμ,

irreprehenſibilem quidem, quoad fieri poteſt, illi inquam tempori accommodatam, viam incedens, in vitæ ſuæ adminiſtratione; adiutorem verò & præfectum vniuerſorum Deum habens; nonnunquam quidem eum in labores vtiliter incidere ſinentem (neque enim quiſquam abſque ſudore virtutis gloriam conſequatur: poſt exercitia verò gaudio coronantem, ac veluti quendam robuſtiſſimum pugilem præmiorum vtilitate ditantem. Neque verò dixeris apud te: Cur non abſque labore largitus eſt Deus ſanctis id, quod delectat atque exhilarat? Hoc enim erat inexercitatos ſinere, & nequaquam eis mercedem virtutis, nimirum vt benè ſit tribuere: ſed potiùs voluntatem, cuius periculum factum non eſſet, beneuolentia ſua ſplendidiſque & admirandis beneficiis cumulare. Oportebat verò potiùs eos priùs probatos videri, & operibus ipſis dignos diuinis beneficiis indicari, ac veluti manifeſto exemplo poſteris proponi, eos laborare viriliterque rem gerere debere, intelligentes, quòd iis, qui ignauiam ac vecordem vitam tranſigunt, nulla danda ſit merces: omnia verò eximia deberi iis, quibus labor cordi eſt, quique ſudorem pro rebus bonis, ſummis huius vitæ deliciis præferunt. Ita quidam ſapientum dixit: [Fili, ſi acceſſe- » Eccl. 2. ris ad ſeruiendum Domino, præpara » animam tuam ad tentationem, dirige » cor tuum, & ſuſtine. Parit enim tole- » rantia probationem, probatio verò » ſpem, ſpes verò non erubeſcit,] ſicut » ſcriptum eſt. Sequemur itaque propoſitum ſcopum. Poſt diſceſſum Labani ex monte Galaad, ad patriam contendit, & præuertere beatus Iacob voluit. Vix verò liberatus ab inſultu Laban, cúmque vixdū reſpiraſſet, in alia ſtatim grauiora pericula incidit. Cùm enim oporteret eum à Meſopotamia diſcedentem, & in terrā Chanaan fugientē per medium terrę Seir incedere, in qua habitabat Eſau, trepidus admodū fuit. Neque enim ignorabat, quo pacto eum offendiſſet ob benedictionē & primogenita ſurrepta. Quonā verò modo hūc dolorem amouerit, atque ad amorem humanitatémque traduxerit fratrem, quo pacto non dignum fuerit videre & mirari? Scriptū igitur eſt: [Miſit autem » Gen. 32. Iacob nuntios ante ſe ad Eſau fratrem » ſuum in terrā Seir, in regionem Edom, »

& præcepit eis, dicens: Sic dicetis domino meo Eſau: Sic dixit ſeruus tuus Iacob: Cùm Laban habitaui, & moratus ſum vſque nunc: & fuerunt mihi boues, & aſini, & oues, & ſerui & ancillæ. Et miſi domino meo Eſau nunciare, vt inueniat ſeruus tuus gratiam coram te. Et reuerſi ſunt nuntii ad Iacob, dicentes: Venimus ad fratrem tuum Eſau, & ecce ipſe venit in occurſum tuum, & quadringenti viri cum eo. Timuit autem Iacob valdè, & inops conſilii fuit. Et diuiſit populum qui cum eo, & boues & oues in duas turmas, & dixit Iacob: Si venerit Eſau ad turmam vnam, & percuſſerit eam, erit turma ſecunda vt ſaluetur. Dixit autem Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Iſaac, Domine, qui dixiſti mihi, Reuertere in terram natiuitatis tuæ, vt benè tibi faciam. ſufficiat mihi ab omni iuſtitia, & ab omni veritate, quam feciſti ſeruo tuo. In virga enim mea hac tranſiui Iordanem. Nunc autem factus ſum in duas turmas, erue me de manu fratris mei, de manu Eſau; quia timeo ego eum, ne fortè veniens percutiat me, & matrem ſuper filios. Tu autem dixiſti: Bene tibi faciam, & ponam ſemen tuum ſicut arenam maris, quæ non numerabitur præ multitudine.] Intelligis quo pacto ſe blandè inſinuat fratri Eſau, ac tantùm non irato adulatur, & blandiloquio iræ ipſius vehementiam mitigare conatur. Tametſi enim ſuperior erat, ob benedictionem patris, & ob primogenitorum gloriam, Deúmque auxiliatorem habebat, ſubmittit ſe, illud omnino præ eo ac ſanctos decet præſtare cupiens; [Si fieri poteſt, quod eſt ex vobis, cum omnibus hominibus pacem habete.] Sermo enim nonnunquam aſper, atque arrogantiæ plenus intollerabilis quibuſdam eſt. Vt verò ſapiens Parœmiaſtes ait: [Reſponſio mollis ac ſubmiſſa, auertit iram.] Porro vide artificioſam iuſti pietatem. Mittit enim nuncios pacem petentes, blandiſſimóſque ad Eſau ſermones transferentes, paſſimque dicere præcepit: [Hæc dicit ſeruus tuus Iacob.] Ipſe verò rurſum ad precandum ſe confert, auxiliúmque, quod ſemper præſtò eſt ad ſaluandum, implorans, non ceſſat. Confirmat autem quòd præteritorum experientia certam ei de futuris ſpem præbeat, dicens:

Rom. 12. 18.

Prou. 15. 1

ἐνισαμένου δὲ ὅτι οὐκ ἂν τῆς Αἰγυπτίων ἀζήμιοι ἀπαλλάξαιεν, εἰ μὴ προσοίσαιεν τὸ μειράκιον, ἄγεται μόλις ἐφέντος αὐτοῖς τοῦ πατρός. ἐπεὶ δὲ ἧκον ὁμοῦ τῷ παιδὶ, λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἑστίαν ἐκάλει, ὕδατι δὲ διαφαιδρυνομένους ἄρτοις τε καὶ οἴνῳ κατεκόρεννυ λοιπόν. τεθλιμμένοι γὰρ ὥσπερ καὶ ἀφορήτῳ λιμῷ ἐκπεπιεσμένοι, δῆλον δὲ ὅτι τῷ νοητῷ, κατὰ καιροὺς Ἰουδαῖοι, τὴν ὀφρὺν ἀφέντες τὴν ὑψηλὴν καὶ ἀλαζόνα, ἥξουσιν ἐπὶ Χριστὸν τῆς παρ' αὐτοῦ γλιχόμενοι τροφῆς, ἁγίας τε καὶ πνευματικῆς φημὶ, καὶ ζωοποιοῦ. ὁ δὲ οὐ προσδέξεται μὲν, πλὴν οὐ δίχα τοῦ νέου λαοῦ, οὗ καὶ εἰς τύπον εἴη ἂν ὁ Βενιαμίν. ἐλθόντας δὲ ὥσπερ ἐν ὁμοψυχίᾳ καὶ ὡς ἐν γνώμῃ μιᾷ, προσδέξεται μὲν ἱλαρῶς, εἰσοίσει δὲ ὥσπερ εἰς ἴδιον οἶκον, τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν. εἶτα διανίψων ὕδατι καθαρῷ τῷ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ, ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ διαθρέψει. μυστικὸς ὁ λόγος. πλὴν κἀκεῖνο πρὸς τούτῳ λεγέσθω· ἀνεγνωρίζετο μὲν γὰρ τοῖς ἀδελφοῖς ὁ Ἰωσὴφ ἅμα τῷ Βενιαμὶν ἀφιγμένοις, καὶ δὴ καὶ τραπέζης αὐτοὺς ἠξίου, καθάπερ ἔναγχος ἔφην. κλῆρον δὲ οὐδένα δοὺς ὅλως ἀποστέλλει ἐκέλευε κατακομιοῦντας πρὸς αὐτὸν τὸν πατέρα, φημὶ δὴ τὸν Ἰακώβ. ἐπεὶ δὲ καταβέβηκε, καὶ ἤδη παρόντα τεθέαται τοῖς τέκνοις ὁμοῦ, τότε δὴ τότε τὴν ἁπασῶν ἀρίστην ἀπένειμε γῆν. σημεῖον δ' ἂν γένοιτο καὶ τοῦτο σαφὲς ὅτι δέξεται μὲν ὁ Χριστὸς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἐπιστρέφοντας ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, συνόντας αὐτοῖς δηλονότι κατὰ τρόπον ὁμοψυχίας καὶ τοῦ νέου λαοῦ. οὗτος γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ Βενιαμίν. πλὴν οὐ δίχα τῶν ἁγίων πατέρων ὁ ἐν ἐλπίσιν ἡμῖν ἀποδοθήσεται κλῆρος. ὥσπερ γὰρ αὐτοὶ καίτοι κατὰ πίστιν ἀποθανόντες, ὡς γοῦν ὁ σοφὸς ἔφη Παῦλος, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. οὕτω καὶ ἡμεῖς περιμενοῦμεν τοὺς πατέρας, ἵνα μὴ χωρὶς αὐτῶν τελειωθῶμεν. ὁμοῦ τοιγαροῦν τοῖς ἁγίοις πατράσιν, οἱ πρῶτοί τε καὶ μέσοι καὶ τελευταῖοι λαοὶ τὸν ἄριστόν τε καὶ ἀχειροποίητον τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀποληψόμεθα κλῆρον ἐν Χριστῷ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A atque inſtaret ne ab Ægyptiis diſcederent impuniti, niſi cum adducerent ſecum, vix tandem permittente patre adducitur. Poſteaquam autem vnà cum fratre ipſius venerunt, domo ſua eos excipit, atque aqua lotos pane & vino ſaturat. Iudæi enim grauiter affecti, & tanquam intolerabili fame preſſi, intelligibili nimirum, tandem demiſſo ſupercilio & inſolenti iactantia venient ad Chriſtum, auidè ab ipſo expetentes cibum, ſpiri- B tualem nimirum & viuificantem. Ille verò non recipiet eos ſine nouo populo, cuius typus eſt Beniamin. Cùm autem venerint tanquam in vnitate ſpiritus idem ſentientes, benignè hilaritérque eos excipiet, introducétque veluti in ſuam domum, hoc eſt Eccleſiam. Deinde lauans munda aqua, nimirum lauacro regenerationis, pane & vino ſaturabit eos. Myſticus ſermo. Cæterùm illud etiam adiiciamus, quòd Ioſephus ſimul ac C adduxerunt Beniamin, cognitus ſit à ſuis fratribus, menſáque eos, vt modò dixi, dignatus. Nihil autem eis dedit muneris, ſed rurſum diſcedere iubebat, vt ad ſe patrem, Iacob inquam, adducerent. Poſtquam igitur deſcendit, & iam præſentem conſpexit, vnà cum liberis & familia, tunc demum tribuit eis terram omnium optimam. Quod ſanè euidens argumentum eſſe poteſt, etiam Iſraelitas in nouiſſimis ſæculi temporibus re- D uertentes, à Chriſto acceptum iri, videlicet quando conſenſerint cum nouo populo. Is enim eſt, vt dixi, Beniamin. Porro hereditas quam ſperamus, non dabitur nobis abſque ſanctis patribus. Quemadmodum enim etiam ii qui in fide mortui ſunt, vt ſapiens Paulus, inquit, [non accepe- Hebr. 11.
runt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur,] ita etiam nos exſpectabimus patres, ne E ſine ipſis perficiamur. Vnà enim ac pariter cum ſanctis patribus primi & medii & vltimi populi, optimam nullàque manu factam, aut adquiſitam regni cælorum hereditatem accipiemus in Chriſto, per quem, & cum quo ſit Deo & Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

De

A

De Ioſepho & filiis ipſius Ephraim & Manaſſe.

Iac. 1. 17. OMNE datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit à patre luminum.] Nullum verò adeò pretioſorum atque eximiorum bonorum eſſe cenſeo, quod non conſequamur per Chriſtum. 2. Cor. 8. 9. [Factus eſt enim mediator Dei & hominum. Et per ipſum acceſſum habemus in vno Spiritu ad Deum & Patrem cæleſtem.] Vnde & ipſe dixit: [Nemo venit ad Patrem niſi per me.] In ipſo enim & per ipſum omnis gratiæ plenitudo, & ſplendida hereditas. Deus enim diues exiſtens, factus eſt propter nos pauper, vt nos ipſius paupertate ditaremur, vtque ad ſanctorum patrum gloriam contendentes, etiam ſpem ipſis longè digniſſimam conſequi poſſemus. Hæc autem ita ſe habere facilè cognoſces, ſi mentis oculo ſacras literas contem-Gen. 48. 1. pleris. Ita enim habent: [Factum eſt autem poſt hæc verba, & nuntiatum eſt Ioſepho, quòd pater eius grauiter ægrotaret. Et acceptis duobus filiis ſuis, Manaſſe & Ephraim, venit ad Iacobum. Annuntiauerunt autem Iacobo dicentes: Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te; & confortatus Iſrael erigebat ſe in lecto, & dixit ad Ioſephum, Deus meus apparuit mihi in Luza in Chanaan, benedixitque mihi, & dixit ad me; Ecce ego augebo te, & multiplicabo te, & faciam te in congregationes gentium, & dabo tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem æternam. Nunc igitur illi duo filii, qui nati ſunt tibi in Ægypto, antequam ego ad te huc venerim in Ægyptum, mei ſunt, Ephraim & Manaſſe, ſicut Ruben & Simeon mei erunt. Qui autem pòſt naſcentur tibi tui erunt, quandoquidem & hi nomine fratrum ſuorum vocabuntur in illorum hæreditatibus. Quando autem ego diſcedebam ex Meſopotamia Syriæ, mortua eſt Rachel mater tua in terra Chanaan, me appropinquante ad hippodromum Chabrathæ terræ, per quam itur in terram Ephrathæ, atque ſepeliui eam in via hippodromi. Ipſa autem eſt Bethleem.] Ibid. 10. Peruenit quidem Iacob *ad ſenectutem bonam*, vt ſcriptum eſt: ſed quoniam iam ex humanis rebus migrabat, benedicere cogitabat filiis Ioſeph;

Περὶ τοῦ Ιωσὴφ καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ Εφραὶμ καὶ Μανασσῆ.

ΠΑΣΑ μὲν δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. οὐδὲν δὲ εἶναί φημι τῶν οὕτω σεπτῶν καὶ ἐξῃρημένων ἀγαθῶν, ὃ μὴ διὰ Χριστοῦ κερδαίνομεν. γέγονε γὰρ, φησὶ, μεσίτης Θεοῦ B καὶ ἀνθρώπων, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν, οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. ἐν αὐτῷ δὲ καὶ δι' αὐτοῦ πᾶν πλήρωμα χάριτος καὶ κληροδοσία λαμπρά. πλούσιος γὰρ ὢν ὁ Θεὸς ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν, καὶ εἰς τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ἀναφοιτῶντες δόξαν, καὶ τῆς αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρεπωδεστάτης ἐλπίδος μεταλαχεῖν ἰσχύσωμεν. γνοίη C δὲ ἀληθῆ τὸν ἐπὶ τούτοις λόγον τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ἐνιεὶς τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμόν. ἔχει γὰρ ὧδε πάλιν, ἐγένετο δὲ μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἀπηγγέλη τῷ Ιωσὴφ, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐνοχλεῖται. καὶ ἀναλαβὼν τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ τὸν Μανασσῆ καὶ τὸν Εφραὶμ ἦλθε πρὸς Ιακώβ. ἀπηγγέλη δὲ τῷ Ιακὼβ λέγοντες, ἰδοὺ ὁ υἱός σου Ιωσὴφ ἔρχεται πρὸς σέ· καὶ ἐνισχύσας Ισραὴλ ἐκάθισεν ἐπὶ τὴν κλίνην. καὶ εἶπεν Ια-D κὼβ τῷ Ιωσήφ· ὁ Θεός μου ὤφθη μοι ἐν Λουζᾷ ἐν γῇ Χανααὰν, καὶ εὐλόγησέ με, καὶ εἶπέ μοι· ἰδοὺ ἐγὼ αὐξήσω σε καὶ πληθυνῶ σε, καὶ ποιήσω σε εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν, καὶ δώσω σοι τὴν γῆν ταύτην, καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σὲ εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον. νῦν οὖν οἱ δύο σου υἱοὶ, οἱ γενόμενοί σοι ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, πρὸ τοῦ με ἐλθεῖν πρὸς σὲ εἰς Αἴγυπτον, ἐμοί εἰσιν Εφραὶμ καὶ Μανασσῆς, ὡς Ρουβεὶμ καὶ Συμεὼν ἔσονταί μοι. E τὰ δὲ ἔκγονα ἃ ἐὰν γεννήσῃς μετὰ ταῦτά σοι ἔσονται, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν κληθήσονται ἐν τοῖς ἐκείνων κλήροις. ἐγὼ δὲ ἡνίκα ἠρχόμην ἐκ τῆς Μεσοποταμίας τῆς Συρίας, ἀπέθανε Ραχὴλ ἡ μήτηρ σου ἐν γῇ Χανααὰν, ἐγγίζοντός μου κατὰ τὸν ἱππόδρομον Χαβραθὰ τῆς γῆς τοῦ ἐλθεῖν εἰς γῆν Εφραθὰ καὶ κατώρυξα αὐτὴν ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ ἱπποδρόμου. αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ. ἐτέθραπτο μὲν γὰρ ὁ μακάριος Ιακὼβ ἐν γήρει καλῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐπειδὴ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπιδήμει πραγμάτων, εὐλογεῖν ἐσκέπτετο τοὺς ἐξ Ιωσήφ;

οἱ ἐπείπερ ἦσαν ἐκ μητρὸς ἀλλογλώσσου, τῆς Ἀσενὲθ θυγατρὸς ἱερέως τοῦ Πετεφρῆ· ἵνα μήτις αὐτοὺς καταμυσάττοιτο τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἔκφυλόν τε καὶ ὀθνεῖον ἡγοῖτο τὸ γένος, σοφῶς τε καὶ οἰκονομικῶς ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ αὐτόν τε τὸν Ἰωσὴφ καὶ ἑτέρους υἱοὺς εἰσπειρᾶται διδάσκειν, ὅτι ταῖς θείαις ἑπόμενος ψήφοις πάντας οἰκειοῦται τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας. ὤφθη γάρ μοι, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐν γῇ Χαναὰν, καὶ ὅτι πλείστων μὲν ὅσων ἔσομαι λαῶν πατὴρ, κατευρυνθήσομαι δὲ καὶ εἰς B ἔθνη καὶ συναγωγὰς ἐθνῶν, ἀναφανδὸν ἐπηγγέλετο. ἐν τούτῳ δὴ οὖν, καὶ Θεὸν ἀναπείθει τιμᾶν τοὺς εἰς ἀλήθειαν δόξαις. καὶ οἰκείοις ἡγεῖσθαι διδάσκει τοὺς ἀγχιστεύοντας, μᾶλλον δὲ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀναφύντας, κἂν εἰ γεγόνασι τυχὸν ἐκ μητρὸς ἀλλογλώσσου. βραχὺ δὲ τῆς ἱστορίας τὸ πάχος ἐκβαίνοντες, ἐκεῖνο φαμέν. οὕτω καὶ ἡμεῖς οἱ ἐν πίστει δεδικαιωμένοι γεγόναμεν ἐν Χριστῷ Θεοῦ μὲν υἱοὶ, τῶν δὲ ἁγίων οἰκεῖοι, μεσιτεύοντος αὐτοῦ, καὶ δι' ἑαυτοῦ συν- C δέοντος αὐτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ καὶ τοῖς τῶν ἁγίων χοροῖς· καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰωσὴφ οἱονεὶ μεταξὺ κείμενος, υἱοὺς μὲν ἐποίει τοῦ ἰδίου πατρὸς τὸν Ἐφραῒμ καὶ Μανασσῆ, ἐγγράφεσθαι δὲ καὶ αὐτῷ τῷ καταλόγῳ τῶν πατριαρχῶν. νῦν γὰρ, φησὶν, οἱ δύο σου υἱοὶ οἱ γενόμενοί σοι, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐμοί εἰσιν, Ἐφραῒμ καὶ Μανασσῆς, ὡς Ῥουβεὶμ καὶ Συμεὼν ἔσονται ἐμοί. τουτέστιν, ἐν πρωτοτόκοις ἔσονται, συντετάξονται δὲ καὶ τοῖς ἐν ὑπακοῇ. ἦν μὲν D γὰρ πρωτότοκος Ῥουβείμ. ὑπακοὴ δὲ πάλιν ὁ Συμεὼν ἑρμηνεύεται. γεγόναμεν δὲ διὰ πίστεως οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ τὴν τοῦ πρωτοτόκου δόξαν ὁ ἐξ ἐθνῶν ἐκληρώσατο λαός. τετίμηνται δὲ δι' ὑπακοὴν καὶ εὐπείθειαν. αὐτὸς γὰρ αὐτοῖς μεμαρτύρηκεν ὁ Χριστὸς οὕτω λέγων. λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου. εἰ γὰρ καὶ γεγόναμεν ἐκ μητρὸς ὥσπερ ἑτερογλώσσου διὰ τὸ E ἐξ ἐθνῶν κεκλῆσθαι τὴν ἐκκλησίαν, ἀλλ' ἐξαρκέσει μεσολαβῶν ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ εἰς τὸ συνάψαι δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων ἐγγράψαι κλήροις, καὶ εἰς τὴν ἐκείνοις πρέπουσαν δόξαν ἀνενεγκεῖν, καὶ ἱερὸν ἡμᾶς ἀποφῆναι γένος. ἄθρει δὲ ὅπως ἐξ ἀγάπης τῆς περὶ τὸν μακάριον Ἰωσὴφ εἰς ἰδίους υἱοὺς κατατάττει τοὺς ἐξ αὐτοῦ. ἠγαπήμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐν Χριστῷ, καὶ ἐπείπερ

A qui cùm eſſent ex matre alienigena, Aſeneth filia ſacerdotis Putipharæ, ne quis fortè Iſraelitarum eos abominaretur, putatéтque ipſos extraneum ac diuerſum genus eſſe; ideo prudenter bonóque conſilio diuinus Iacob Ioſephum alióſque fratres conatur docere, quòd diuinis oraculis monitus, omnes qui ex ipſis nati ſunt, ſibi mancipet, & loco filiorum habeat. Ait enim: [Apparuit mihi Deus in terra Chanaan,] Gen. 48. & 46.
B expreſſéque mihi promiſit me fore patrem quamplurimorum populorum, méque dilatandum in gentes & gentium congregationes. Per hoc igitur eis perſuadet, vt Deum ſincera mente honorent. Docet inſuper vt propinquos pro fratribus ſuis reputent, multo magis illos, qui ex ipſis orti ſunt, tametſi fortè ex matre alienigena ſint procreati. Breuiter itaque hiſtoriæ textu explicato, illud dicimus, quòd & nos fide iuſtificati, facti ſumus in
C Chriſto filii quidem Dei, & domeſtici ſanctorum, mediante ipſo, & per ſeipſum nos copulante ſibi & Patri, choróque Sanctorum: quemadmodum ferè etiam Ioſeph interpoſitus, patris ſui filios effecit Ephraim & Manaſſen, & Patriarcharum catalogo adſcribi. [Nunc enim, ait, duo filii tui qui nati ſunt tibi in Ægypto, mei ſunt, Ephraim & Manaſſes: ſicut Ruben & Simeon erunt mei,] hoc eſt, in primogenitis ponentur, atque ad-
D iungentur illis, qui ex obedientia ſunt. Nam Ruben erat primogenitus: & Simeon exponitur *obedientia.* Matt. 19. 30.
Facti ſumus autem & nos *vltimi* per fidem *primi*, & populus Gentium hereditauit gloriam primogeniti. Cæterùm hoc honore affecti ſunt propter obedientiam & fidem. Ita enim Chriſtus ipſe teſtatus eſt de eis, dicens: [Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.] Etſi enim ex matre quaſi alieni- Pſal. 17. 41.
E gena nati ſumus, eò quòd Eccleſia ex Gentibus vocata ſit, ſufficiet tamen nobis Emmanuel mediator, qui nos per ſeipſum agglutinet Deo ac Patri, ſortique ſanctorum adſcribat, & transferat in gloriam ipſis conuenientem, ac *ſanctum genus* nos declaret. 1. Petr. 2. 9.
Sed vide quo pacto ex mera erga beatum Ioſephum dilectione, filios ipſius cooptet in ſuos. Dilecti enim ſumus etiam nos in Chriſto, & poſtquam

per ipſum generatione ſpirituali ſumus renati, accepti ſumus Patri, ſicut iam dixi, ſanctiſque qui nos præceſſerunt, accenſi. Iam verò ſi filii Dei ac Patris ſumus vocati, ſupereſt vt & ſub manu ac poteſtate eius ſimus, qui nos adduxit, ipſique vniuit, id eſt Chriſto. Vide enim quo pacto beatus Iacob cum propriis ſuis filiis aſcripſiſſet E-
Gen. 48. phraim & Manaſſe: [Sed qui tibi pòſt naſcentur filii, inquit, tui erunt.] Intelligis igitur nunc, quòd etſi filii Dei ac Patris vocemur, nihilominus etiam Chriſti erimus. Atque hoc, vt arbitror, eſt quod ait alicubi ad Patrem:
Ioan. 17. [Quos dediſti mihi ex mundo, tui erant, & mihi ipſos dediſti, & glorificatus ſum in eis.] Porro Rachel ſepulta eſt in Bethleem, ait Iacob. Meminimus autem non ſemel, Rachelem typum atque imaginem Eccleſiæ Gentium præ ſe ferre. At verò nequaquam à veritate aberrauerit, qui eam ad alteram vitam, nempe meliorem atque præſtantiorem, quàm eſt hæc mundana, transferre voluerit. Nam Eccleſia quidem mundo mortua eſt, quippe quæ nihil carnale ampliùs ſapiat; Deo autem ſpiritualiter in Chriſto viuificata per Euangelicam conuerſationem. Tametſi enim verſatur in mundo, ob vitam in carne, tamen abſconditur quodammodo, ſplendorem mundi non habens, ac tantùm non conſepulta eſt Chriſto. Atque hoc ipſum eſt, vt arbitror, quod ſapientiſſimus
Coloſſ. 3. Paulus nobis ait: [Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.] Intellige nunc, quòd cùm Rachel ſit ſepulta in Bethleem, neque ampliùs videatur, quòd ipſe tantùm non Emmanuel vnà occultatus ſit. Nondum enim natus erat è ſancta Virgine. Laudemus itaque talem Eccleſiæ mortem, quæ ad principia nos reducit ſanctæ vitæ, & eius quæ eſt in Chriſto Ieſu. Illud verò neceſſario adiiciendum cenſeo. Pater cùm filios Ioſephi cooptaſſet, mortua ipſorum matre, mandat etiam de ea. Locum enim quo ſepulta fuit ſignificare, nihil aliud eſſe arbitror, quàm ſuadere, vt ipſius, quæ decet, cura geratur. Mandauit autem etiam Deus ac Pater Filio de Eccleſia, perſuadétque vt ipſius curam ſuſcipiat, deuictæ morte ob antiquam maledictionem. Vnde & diuinus Dauid ad Deum ac Patrem cæleſtem clamat:

A δι' αὐτοῦ ἐν πνεύματι γέννησιν γεγεννήμεθα τὴν πνευματικὴν, ἀξιόληπτοι γεγόναμεν τῷ πατρὶ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως· καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις συντετάγμεθα. πλὴν εἰ καὶ υἱοὶ κεκλήμεθα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὑπὸ χεῖρα πάλιν ἐσόμεθα τοῦ προσαγαγόντος ἡμᾶς καὶ συνενοῦντος αὐτῷ, τουτέστι Χριστῷ. ἴδε γὰρ ὅπως ὁ μακάριος Ἰακὼβ μετὰ τὸ τοῖς ἰδίοις ἐγγράψαι τέκνοις τόν τε Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆ, τὰ δὲ ἔκγονα, φησὶν, ἃ ἐὰν γένηταί σοι, σοὶ ἔσονται. συνίης B οὖν ὅτι κἂν υἱοὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς χρηματίζωμεν, οὐδὲν ἧττον ἐσόμεθα τοῦ Χριστοῦ. καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστιν ὅπερ ἔφη πρὸς τὸν πατέρα· οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας· καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. κατορωρύχθαι γε μὴν τὴν Ῥαχὴλ ἐν Βηθλεὲμ ἔφασκεν Ἰακώβ. μεμνήμεθα δὲ πολλάκις εἰς εἰκόνα καὶ τύπον τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας τὴν Ῥαχὴλ ὀνομάσαντες. γένοιτο δ' ἂν οἶμαί τις οὐ ψευδοεπὴς εἰ βούλοιτο λέγειν, ὅτι πρὸς ἑτέραν τινὰ ζωὴν, C τὴν ἀμείνω δηλονότι καὶ τῆς ἐγκοσμίου προφερεστέραν μεταπεφοίτηκεν ἡ ἐκκλησία· κόσμῳ μὲν ἀποθανοῦσα διὰ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι φρονεῖν τὰ αὐτοῦ, Θεῷ δὲ ζῶσα πνευματικῶς ἐν Χριστῷ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν κόσμῳ διὰ τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν, ἀλλ' οἱονεὶ κρύπτεται τὸ ἐν κόσμῳ λαμπρὸν οὐκ ἔχουσα μονονουχὶ δὲ καὶ συνετάφη Χριστῷ, καὶ τοῦτ' οἶμαί ἐστιν ὅπερ ἔφη Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφώτατος· ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέ- D κρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. συνίες γὰρ ὅτι τεθαμμένης τῆς Ῥαχὴλ ἐν Βηθλεὲμ, καὶ οὐχ ὁρωμένης ἔτι, μονονουχὶ συνεκρύπτετο καὶ αὐτὸς ὁ Ἐμμανουήλ. γεγέννητο γὰρ οὔπω διὰ τῆς ἁγίας παρθένου. ἐπαινέσωμεν δὴ οὖν τὸν τοιοῦτον τῆς ἐκκλησίας θάνατον εἰς ἀρχὰς ἀναφέροντα ζωῆς τῆς ἁγίας τε καὶ ἐν Χριστῷ. κἀκεῖνο δὲ οἶμαι προσθεῖναι ἀναγκαῖον. εἰσδεξάμενος εἰς τέκνα τοὺς ἐξ Ἰωσὴφ ὁ πατὴρ E τεθνεώσης αὐτῶν τῆς μητρὸς, ἐντέλλεται καὶ περὶ αὐτῆς. τοιγάρτοι τὸν ἐν ᾧ τέθαπται κατασημῆναι χῶρον εἴη ἂν ἕτερον οὐδὲν ἀναπείθοντος ἢ ὅτι προσήκει τὴν δέουσαν ἐπ' αὐτῇ ποιεῖσθαι φροντίδα. ἐνετέλλετο δὲ καὶ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τῷ υἱῷ περὶ τῆς ἐκκλησίας, καὶ φροντίδος αὐτὴν ἀξιοῦν ἀναπείθει, νενικημένου θανάτου διὰ τὴν ἀρχαίαν ἀράν. τοιγάρτοι καὶ ἀνακέκραγεν ὁ θεῖος ἡμῖν Δαβὶδ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν·

A ἔντειλαι ὁ Θεὸς τῇ δυνάμει σου. δυνάμωσον ὁ Θεὸς τοῦτο ὃ κατειργάσω ἐν ἡμῖν. μονονουχὶ γὰρ καὶ παραδεικνὺς τὸ τῷ θανάτῳ κάτοχον σῶμα, διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, τουτέστι, τοῦ υἱοῦ ἀπαλλάττεσθαι μὲν ἐλιπάρει τῆς φθορᾶς· ἀναφοιτῆσαι δὲ αὖθις εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς, τουτέστιν, εἰς τὴν ἐν Χριστῷ μακαρίαν καὶ ἀκήρατον ζωήν. ὅτι δὲ πρωτότοκος ὢν, καὶ τοῖς εἰς τοῦτο πρεσβείοις τετιμημένος ὁ Ἰσραὴλ, ἀπώλισθε μὲν τῆς ἐνούσης δόξης αὐτῷ, μεταπεφοίτηκε δὲ τῆς οὕτω λαμπρᾶς εὐκλείας ἡ χάρις ἐπὶ τὸν νέον τε, καὶ ἐξ ἐθνῶν ἥκοντα λαὸν, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς οὐδὲν ἧττον B εἰσόμεθα. ἰδὼν γὰρ, φησὶν, Ἰσραὴλ τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ, εἶπε, τίνες σοι οὗτοι; εἶπε δὲ Ἰωσὴφ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, υἱοί μου εἰσὶν οὓς ἔδωκέ μοι ὁ Θεὸς ἐνταῦθα. εἶπε δὲ Ἰακὼβ, προσάγαγέ μοι αὐτοὺς, ἵνα εὐλογήσω αὐτούς. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐβαρυώπησαν ἀπὸ τοῦ γήρως, καὶ οὐκ ἠδύνατο βλέπειν. καὶ ἤγγισεν αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐφίλησεν αὐτοὺς, καὶ περιέλαβεν αὐτοὺς, καὶ εἶπεν Ἰσραὴλ πρὸς τὸν Ἰωσήφ· ἰδοὺ τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστερήθην, καὶ ἰδοὺ ἔδειξέ μοι ὁ Θεὸς καὶ τὸ σπέρμα C σου. καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς Ἰωσὴφ ἀπὸ τῶν γονάτων αὐτοῦ, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τῆς γῆς. λαβὼν δὲ Ἰωσὴφ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τόν τε Ἐφραὶμ ἐν τῇ δεξιᾷ, ἐξ ἀριστερῶν δὲ Ἰσραήλ· τὸν Μανασσῆ δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ, ἐκ δεξιῶν δὲ Ἰσραήλ· ἤγγισεν αὐτοὺς αὐτῷ. ἐκτείνας δὲ Ἰσραὴλ τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν, ἐπέβαλεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἐφραίμ. οὗτος δὲ ἦν ὁ νεώτερος. καὶ τὴν ἀριστερὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Μανασσῆ, ἐναλλάξας τὰς χεῖρας. καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς ᾧ εὐηρέστησαν οἱ πατέρες μου ἐνώπιον D αὐτοῦ, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ· ὁ Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν, εὐλογήσαι τὰ παιδία ταῦτα. παρειστήκει μὲν γὰρ τὰ μειράκια. διεπυνθάνετο δὲ ὁ πρεσβύτης, τίνος εἶεν; ἀλλὰ καὶ πρός γε δὴ ταῦτα φησὶν ὁ Ἰωσὴφ, οἱ δύο υἱοί μου. εἶτα προσῳκειωμένους καὶ γεγονότας ἐγγὺς, φιλημάτων τε αὐτοὺς καὶ περιπλοκῶν ἠξίου. συνίεις οὖν ὅπως οἱονεί πως οὐ γινωσκόμενοι τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, γνώριμοί τε γεγόναμεν, καὶ ἐγγὺς ἐν Χριστῷ. προσίεται δὲ καὶ λίαν ἀσμένως, ἐπιμαρτυροῦντος ἡμῖν τὴν πρὸς ἑαυτὸν οἰκειότητα τοῦ υἱοῦ, ἀγάπης τε οὕτως ἡμᾶς ἀξιοῖ, καλεῖ πρὸς ἕνωσιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν νοητὴν καὶ ἐν πνεύματι. E

[Manda Deus potentiæ tuæ: confirma Deus hoc, quod operatus es in nobis.] Psal. 67. Tantùm non enim corpus morti obnoxium oſtendens, orabat vt per potentiam Dei ac Patris, hoc eſt, per Filium liberaretur à corruptione, atque iterum ad priſtinum ſtatum inſtauraretur, hoc eſt, ad beatam ac ſinceram in Chriſto vitam. Cæterùm quòd Iſrael primogenitus ſit, & ob hoc primogenituræ honore affectus, item quòd exciderit ab ea qua præditus erat gloria, quódque gratia huius tam eximiæ gloriæ tranſlata ſit in nouum populum collectum ex Gentibus, per ea quæ deinceps in hiſtoria ſequuntur, manifeſtè etiam nobis conſtabit. Ait enim: [Iſrael conſpectis filiis Ioſephi, dixit: Qui ſunt hi? Reſpondit Ioſeph patri ſuo: Filii mei ſunt, dedit mihi Deus hic. Dixit autem Iacob: Adduc mihi ipſos, vt eis benedicam. Oculi enim eius caligabant præ ſenectute, nec poterat videre eos. Et adduxit illos ad ipſum, & oſculatus eſt eos, atque amplexatus: dixitque Iſrael ad Ioſeph: Ecce tuo aſpectu non ſum priuatus, & ecce oſtendit mihi Deus etiam ſemen tuum. Et deduxit eos Ioſeph à genibus ipſius, & adorauerunt eum humi proſtrati in faciem. Ioſeph autem cùm accepiſſet filios ſuos, Ephraim in dexteram quidem ſibi, ſed Iſraeli ex ſiniſtris: & Manaſſen è diuerſo ſibi ad ſiniſtram, Iſraeli à dextris, adduxit eos illi. Cæterùm Iſrael extentam manum dextram immiſit in caput Ephaim (is enim erat natu minor) & ſiniſtram in caput Manaſſe, permutatis manibus. Et benedixit eis dicens: Deus, cui placuerunt patres mei in conſpectu ſuo, Abraham, & Iſaac; Deus qui me aluit ex iuuentute mea vſque in hunc diem; Angelus qui liberauit me ex omnibus malis, benedicat pueris iſtis.] Aſtabant enim adoleſcentes; & ſenex percunctabatur, cuiuſnam eſſent. Ad hoc verò reſpondet Ioſeph: [Hi ſunt duo filii mei.] Deinde propiùs admotos amplexus oſculabatur. Intelligis nunc, quo pacto nos quaſi ignoti Deo ac Patri innotuerimus, atque propinqui in Chriſto facti ſimus. Admittit autem libenter admodum, teſtificante pro nobis Filio, noſtram cum ipſo familiaritatem, atque ita amore dignos cenſet, & ad vnitatem vocat, ſpiritalem nimirum.

Geneſ. 48.

Porro oſculum manifeſtus eſt amicitiæ typus, ſicut & amplexus vnitatis. Idcirco & ſapientiſſimus Paulus ſcribit, dicens iis qui in Chriſtum crediderunt. interdum quidem ſic: [Qui olim longè, iam propè facti eſtis,] Chriſto videlicet nos adducente. Interdum autem ſic: [Nunc cùm Deum cognoueritis, imò cogniti à Deo.] Aſpectu enim dignatur, & ſolos illos Deus & Pater cognoſcit, qui ſpiritalem cum Filio amicitiam ineunt, quique regenerationem ſpiritalem ab ipſo, & per ipſum ſunt conſecuti: quemadmodum & in Ægypto illos ſolos, qui ſanguine agni tincti erant, inter notos ponebat, dicens: [Videbo ſanguinem, & protegam vos, nec erit in vobis plaga, vt vos abſumam, quando percuſſero terram Ægypti.] Exhilaratus autem eſt ſupra modum Iacob aſpectu Ioſephi. Ait enim: [Ecce, non priuatus ſum tuo aſpectu. Deus oſtendit mihi & ſemen tuum.] Quantum enim attinet ad Iudæos, Pater orbatus eſt Filio. Arbitrati enim ſunt, quòd à portis inferorum retineri poſſet, quódque, vt alii morte oppreſſi, iaceret mortuus. Cæterùm non ſiuit eum, qui vitæ auctor eſt, mortis vinculis contineri. Reuixit itaque, & Pater eum rurſus conſpexit, atque adeò progeniem ex ipſo & in ipſo, nimirum credentes qui ſunt [gens ſancta, regale ſacerdotium, populus in acquiſitionem.] De quibus & ipſe Chriſtus lætatur, dicens: [Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus.] Ioſeph autem adduxit eos ad patrem, & illi adorauerunt eum. Deinde Manaſſe, qui erat primogenitus, collocato ad dexteram, & Ephraim natu minore ad ſiniſtram, Iacob permutatis ipſis manus imponit. Honorauit enim Ephraim impoſitione manus dexteræ: Manaſſe autem quaſi ſecundis & poſterioribus dignatus, ſiniſtram ei manum imponit. Atque ita Ephraim fit benedictionis princeps. Suſcepti enim ſumus in cultores primi, & poſt illos populi, adducentibus nos non Moſe, non Prophetis (ad ſalutem enim conferendam non ſatis apta fuit lex) ſed ipſo Dei Filio: *per ipſum enim*, vt dixi, *acceſſum habuimus*. Atque erat quidem eius ſcopus atque propoſitum, vt gregi Gentium præferret Iſraelem (ad dexteram enim patris collocauerat Ioſeph Manaſſen)

Epheſ. 2. 13. Gal 4. 9. Exod. 12. 13. Geneſ. 48. 11. 1. Pet. 2. 9 Gen. 48. 9 Rom. 5. 2.

A τύπος δ' ἂν γένοιτο καὶ μάλα σαφὴς, φίλημα μὲν ἀγάπης, ἑνώσεως δὲ περίληψις ἤτοι περιπλοκή. τοιγάρτοι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἐπιστέλλει λέγων τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύσασιν, ὁτὲ μὲν ὅτι· νυνὶ δὲ οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγύς, προσκομίζοντος δηλονότι τοῦ Χριστοῦ. ὁτὲ δ' αὖ, νυνὶ δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ. ἐποπτείας γὰρ ἀξιοῖ, καὶ ἐπιγινώσκει μόνους ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοὺς πνευματικὴν ἔχοντας οἰκειότητα πρὸς τὸν υἱὸν, καὶ τὴν διὰ B πνεύματος ἀναγέννησιν ὑπ' αὐτοῦ τε καὶ δι' αὐτοῦ πλουτήσαντας. καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τοὺς τῷ αἵματι τοῦ ἀμνοῦ καταχριομένους, γνωρίμους ἐποιεῖτο λέγων, καὶ ὄψομαι τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν πληγὴ τοῦ ἐκτριβῆναι ὑμᾶς, ὅταν παίω ἐν γῇ Αἰγύπτῳ. εὔθυμος δὲ λίαν γεγονὼς ὁ Ἰακὼβ πρὸς τὸν υἱὸν, τουτέστι, τὸν Ἰωσὴφ, ἔφη, ἰδοὺ τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστερήθην. καὶ ἰδοὺ ἔδειξέ μοι ὁ Θεὸς καὶ τὸ σπέρμα σου. ὅσον μὲν C γὰρ ἧκεν εἰς Ἰουδαίους, ὁ πατὴρ ἐστέρηται τοῦ υἱοῦ. οἰηθέντες γὰρ ὅτι κάτοχος ἔσται ταῖς τοῦ ᾅδου πύλαις, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ κείσεται νεκρὸς, θανάτῳ περιβεβλήκασιν. ἀλλ' οὐκ ἐνεδέχετο θανάτῳ περιβεβλῆσθαι τὸν τῆς ζωῆς ἀρχηγόν. οὐκοῦν ἀνεβίω, καὶ πάλιν αὐτὸν ὁ πατὴρ τεθέαται, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ γένος, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς πιστεύσαντας, τὸ ἔθνος τὸ ἅγιον, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, τὸν D εἰς περιποίησιν λαόν. οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐπιγάννυται, λέγων, ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. καὶ προσεκόμιζε μὲν Ἰωσὴφ τῷ πατρί· οἱ δὲ προσεκύνουν. εἶτα τοῦ μὲν Μανασσῆ ὃς ἦν πρωτότοκος ἑστῶτος εἰς δεξιὸν, τοῦ δὲ νεωτέρου Ἐφραὶμ εἰς εὐώνυμον· παραλλάξας αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἔθηκεν ὁ Ἰακὼβ, καὶ τὸν μὲν Ἐφραὶμ τῇ τῆς δεξιᾶς E τετίμηκεν ἐπιθέσει, δευτερείων δὲ ἤδη ὥσπερ ἠξίου τὸν Μανασσῆ, χεῖρα διδοὺς αὐτῷ τὴν εὐώνυμον. οὕτω τε τῆς εἰς αὐτοὺς εὐλογίας ἄρχεται. εἰσδεδέγμεθα γὰρ εἰς προσκυνητὰς οἵ τε πρῶτοι, καὶ μετ' ἐκείνους λαοὶ, προσκομιζόντων ἡμᾶς οὐ Μωσέως οὐ προφητῶν. ἀργότερος γὰρ εἰς σωτηρίαν ὁ νόμος. ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, δι' αὐτοῦ γὰρ, ὡς ἔφην, τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. καὶ ἦν μὲν αὐτῷ σκοπὸς τῆς ἐξ ἐθνῶν ἀγέλης προτάξαι τὸν Ἰσραήλ. εἰς δεξιὸν γὰρ ἔστη τὸν Μανασσῆ τοῦ πατρὸς ὁ Ἰωσήφ.

A ἐπειδὴ δὲ πέρα λόγου δεδυσσεβήκασιν εἰς αὐτὸν, προτετίμηκεν ὁ πατὴρ τοὺς ἐν χρόνῳ δευτέρους, τουτέστι τὰ ἔθνη, καὶ γεγόνασι μὲν οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι. ηὐλόγηκε δὲ Ἰακὼβ τὰ μειράκια, Θεὸν ὀνομάζων τὸν τρέφοντα καὶ ἄγγελον τὸν ῥυόμενον αὐτὸν, τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ συνιστῶν εἰς ἅπαν τὸν υἱόν· ὃς καὶ διὰ φωνῆς προφητῶν μεγάλης βουλῆς ἄγγελος ὀνομάζεται. οὐκοῦν πᾶσα χάρις, καὶ ἁπάσης εἰς ἡμᾶς εὐλογίας καὶ ἐπικουρίας τρόπος, γένοιτ' ἂν οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι δι' υἱοῦ παρὰ τοῦ πατρός. B καὶ τοίνυν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη, φησὶν, ἀπὸ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀσχάλλει γε μὴν ὁ θεσπέσιος Ἰωσὴφ κατόπιν ὥσπερ τοῦ νέου τεθειμένον ἰδὼν τὸν πρωτότοκον. εἶτα τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν διεσάφησεν ὁ πατὴρ, λέγων· καὶ οὗτος ἔσται εἰς λαὸν, καὶ οὗτος ὑψωθήσεται· ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος μείζων αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἔσται εἰς πλῆθος ἐθνῶν. εἶτα μεθ' ἕτερα, C καὶ ἔθηκε, φησὶ, τὸν Ἐφραῒμ ἔμπροσθεν τοῦ Μανασσῆ. ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς τὸ δοκοῦν τῷ Χριστῷ, οὐκ ἂν ἀπώλισθε τῆς οἰκείας δόξης ὁ Ἰσραήλ. καὶ τοίνυν ἔφασκεν ἐναργῶς, οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. ἐπειδὴ δὲ πεπώρωται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τὴν τοῦ καλοῦντος εἰς σωτηρίαν κλῆσιν περιυβρίζων μεμένηκεν ἀπειθὴς, τέθειται πρὸς εὐώνυμον, τὸ μεῖον ἔχων ἐν δόξῃ. καὶ εὐλογεῖται μὲν καὶ ὑψοῦται καὶ αὐτὸς, ὡς ἔν γε τῷ D σεσωσμένῳ μέρει. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ κατάλειμμα, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. ὑπέρκειται δὲ λίαν ὁ ἐξ ἐθνῶν, καὶ εἰς συναγωγὰς λαῶν κατευρύνεται, καὶ μείζων ἐστὶ τοῦ Ἰσραὴλ τῇ τῶν πιστευσάντων ἀμέτρῳ πληθύϊ ποιούμενος τὴν ὑπεροχήν· μιᾷ γὰρ καὶ ἴσῃ χάριτι κατεστέμμεθα πρὸς ἁγιασμὸν οἵ τε ἐξ Ἰσραὴλ καὶ μέν τοι καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες, καὶ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοι· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ E πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

cæterùm ob inſignem eorum in ipſum impietatem, Pater illos, qui tempore erant poſteriores, hoc eſt, Gentes, antepoſuit: atque ſic [vltimi facti ſunt primi,& primi vltimi.] Matt. 19. 30. Porro Iacob benedixit adoleſcentulis, Deum appellans, qui enutriat; & angelum, qui liberet, Deo ac Patri in vniuerſum coniungens Filium, qui & per vocem Prophetarum [magni conſilii angelus] appellatur. Eſai. 9. 6. Omnis igitur gratia, omniſque erga nos benedictionis & auxilii modus, nullo alio pacto nobis obueniat, quàm per Filium à Patre. Idcirco & diuinus Paulus: [Gratia vobis & pax, inquit, à Deo & Patre noſtro Domino IeſuChriſto.] Epheſ. 1. 2. Moleſtè autẽ fert Ioſeph videns maiorem natu poſitum in ordine inferiore. Sed vim myſterii patefaciebat pater, dicens: [Et hic erit in populum, & hic exaltabitur: verùm frater ipſius natu minor erit eo maior, & ſemen eius dilatabitur in multitudinem gentium.] Geneſ. 48. 19. Deinde paulo poſt. [Et poſuit, ait, Ephraim ante Manaſſen.] Quantum enim ad Chriſti voluntatem attinet, certè Iſrael non excidit propria gloria. Hinc alicubi palàm edicit [Non ſum miſſus, niſi ad oues perditas domus Iſraelis.] Matt. 15. 24. Luc. 19. 10. Poſtquam verò deprehenſus eſt, ſicut ſcriptum eſt, aduerſus eius, qui ſalutem offerebat vocationem contumelioſus atque refractarius & inobediens, tum tranſlatus eſt ad ſiniſtram, inferiori in gloria conditione. Veruntamen & ipſe benedicitur & exaltatur, veluti in parte quæ ſaluata eſt. Atque hæ ſunt *reliquiæ*, iuxta vocem Prophetæ, *ſaluatæ*. Cæterùm longè ſuperat hãc Eccleſia Gentium, atque in congregationes populorum dilatatur, maiórque eſt quàm Iſrael, cùm excedat innumerabili credentium multitudine. Nam quatenus ad ſanctificationem, vna ac pari gratia locupletati ſunt, & qui ex Iſraël, & qui ex Gentibus crediderunt, atque iuſtificati ſunt in Chriſto: per quem, & cum quo ſit Deo & Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

A

GLAPHYRORVM IN GENESIM LIBER SEPTIMVS.

De benedictione duodecim Patriarcharum.

SCopvs quidem atque inſtitutũ præſentis ſermonis eſt, narrare ea quæ Iacob filiis ex ſe natis euentura prædixit. Sed priùs quaſi conteſtatur, difficilem admodum eſſe dictorũ ſenſum, neque vulgo obuium, ſed abſtruſam obſcurámque ſignificationem in ſe habere. Immiſtum verò eſt benedictionis modo, id quod non ita ſe habet, & quod adhuc his difficilius eſt. Promittit quidem diuinus Iacob prædicere filiis, quæ nouiſſimè euentura ſint; facit verò præteritorum mentionem, & peccatum metitur, primum quidem ipſius Ruben, ac poſt hoc Simeonis & Leui. Quis verò dicere audeat eſſe legitimum benedicendi modum, præteritorum peccatorum commemorationem? An non is mendax & à recta ratione alienus habeatur? Obſcurus itaque admodum eſt capere volentibus hac de re ſermo. Quid ergo dicemus, adhibentes probationem hiſce à nobis propoſitis commodam? Quia explicatio ipſius prophetiæ ſiue prædictionis omnino nobis introducet typum Synagogæ Iudæorum, aut, vt ſummatim dicam, totius generis, atque adeò eorum quæ vniuſcuiúſque tribus ſunt, qualiſnam illa futura ſit ſuo tempore, an damnanda, an è diuerſo approbanda: item quomodo, aut in quibus fuerit, & quò illa quæ ſecundùm ipſa ſunt, euadant. Vide autem quo pacto aliis quidem, ex iis quæ iam facta ſunt, futura deſcribit, aliis verò ex ipſa nominum declaratione ſiue interpretatione futurorũ euentum declarat. Scriptum eſt igitur ſic:

Gen.49.a » [Vocauit autem Iacob filios ſuos, & dixit: Congregamini, vt annuntiem vobis quid accidet vobis, in nouiſſimis diebus. Congregamini, & audite filii Iacob; audite Iſraelem patrem veſtrum.

ΓΛΑΦΥΡΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ζ.

Περὶ τῆς εὐλογίας τῶν ιβ΄. πατριαρχῶν.

B

ΣΚΟΠΟΣ μὲν τῷ λόγῳ τὸ ἀφηγήσασθαι δεῖν τῶν εἰρημένων ἕκαστα παρὰ τοῦ προπάτορος Ἰακὼβ τῶν ἐκβησομένων κατὰ καιροὺς ἐπὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγονόσιν υἱοῖς. προδιαμαρτύρεται δὲ ὥσπερ ἐκεῖνο σαφῶς ὡς δυσέφικτος μὲν κομιδῇ τῶν εἰρημένων ὁ νοῦς, καὶ οὐ βάσιμος τοῖς πολλοῖς, αἰνιγματώδης δὲ καὶ ἀσυμφανῆ τὴν δήλωσιν. μέμικται δὲ τῷ τῆς εὐλογίας τρόπῳ, τὸ

C μὴ οὕτως ἔχον, καὶ τὸ ἔτι τούτων δυσεφικτότερον. ἐπαγγέλλεται μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ προαγορεύειν τοῖς τέκνοις τὰ ἐν ἐσχάτοις· ποιεῖται γε μὴν τῶν παρῳχηκότων τὴν μνήμην, καὶ πλημμελήματα ἀναμετρεῖ, πρώτην μὲν τὴν τοῦ Ῥουβὴμ, εἶτα γείτονα εὐθὺς καὶ μετ' ἐκείνην, τὴν Συμεὼν καὶ Λευΐ. εἶτα τίς ὁ φαίη θαῤῥῶν, ὡς εὐλογίας ὁσίου ἐστὶ τρόπος, ἡ τῶν ἤδη προεπταισμένων ἀνάμνησις; ἢ οὐκ ἂν νοοῖτο ψευδεπὴς,

D καὶ τοῦ καθήκοντος ἐξώκειλε νοῦ; βαθὺς οὖν ἄρα καὶ οὐ λίαν ἐγκείμενος τοῖς ἑλεῖν ἐθέλουσιν, ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος. τί οὖν ἄρα φαμὲν τὴν ἐνδεχομένην τοῖς προκειμένοις; ἢ καὶ συλλήβδην εἰπεῖν παντὸς τοῦ γένους; ἤτοι τῶν ἑκάστοις φυλῆς τύπον, ὁποῖός τις ἔσται κατὰ καιροὺς, καὶ καταῤῥηθήσεται μὲν ἐπὶ τισιν, εὐδοκιμήσει δὲ ὅπως, ἢ καὶ ἐν τίσιν ἔσται τυχὸν, καὶ ὁποῖα περ αὖ τὰ κατ' αὐτὴν ἐκτελευτήσειεν εἰσκομιεῖ που πάντως ἡμῖν τῆς

E προφητείας ἡ ἀφήγησις. ἄθρει δὲ ὅπως, οἷς μὲν ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων τὰ ἐν ὑστέροις ἐσόμενα ζωγραφεῖ, ἑτέροις δὲ αὖ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀφήγησιν, ἤτοι τὴν ἑρμηνείαν, μηνύουσαν ὥσπερ τινὰ ποιεῖται τῶν ἐσομένων, καὶ σαφῆ παράδειξιν. γέγραπται τοίνυν ὧδε· ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπε. συνάχθητε ἵνα ἀπαγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσει ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. ἀθροίσθητε καὶ ἀκούσατε υἱοὶ Ἰακώβ. ἀκούσατε Ἰσραὴλ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.

A

Περὶ Ῥουβείμ.

ΡΟΥΒΕΙΜ πρωτότοκός μου. σὺ ἰσχύς μου καὶ ἀρχὴ τέκνων μου· σκληρὸς φέρεσθαι καὶ σκληρὸς, αὐθάδης. ἐξύβρισας, ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς. ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου, τότε ἐμίανας τὴν στρωμνὴν οὗ ἀνέβης. κέκλοφε μὲν οὕτω τὸν τοῦ πατρὸς γάμον ὁ Ῥουβείμ· ἦλω τε οὐκ ἀσυμφανῶς, δεδρακὼς ἃ μὴ θέμις, καὶ ὡς πονηρὸν τὸ χρῆμα καὶ αὐταῖς ταῖς ἐξ B Ἰακὼβ κατεδικάζετο ψήφοις. πονηρὸν γὰρ, φησὶν, ἐφάνη ἐνώπιον Ἰακώβ. ἀλλ' οὔ τι που τὸ ἤδη παρῳχηκὸς ὡς ἐν ἐσχάτοις ἔσται καιροῖς ὑποτοπήσειεν ἄν οἶμαί τις. ἠλίθιον γὰρ κομιδῆ τὸ τῇδε νοεῖν. μεταπλάττοντες δὲ ὥσπερ τῆς πλημμελείας τὸν τύπον, ἐπί τι τῶν ἐοικότων, τὴν τοῦ πρωτοτόκου λαοῦ, φημὶ δὴ τοῦ Ἰσραὴλ, ἁμαρτίαν ὀψόμεθα· γυναῖκα μὲν γὰρ οἷά τινα, τὴν ἐξ Αἰ- C γύπτου συναγωγὴν προσηγάγετο ὁ Θεὸς, διά τοι τῆς κατὰ νόμον νοητῆς κοινωνίας. προσοίετο γὰρ, καὶ ἠξίου μὲν οἰκειότητος, ἔγκαρπόν τε οὕτω καὶ τέκνων ἐποίει μητέρα, μονονουχὶ νυμφαγωγοῦντος αὐτὴν τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ τῆς συναφείας τὸν τρόπον μεσολαβούντων ἀγγέλων. ἀλλ' ἡ πρὸς τοῦτο παρὰ Θεοῦ προσενεχθεῖσα συναγωγὴ, τὸν τῆς γνησιότητος ἐλύπει νόμον, συναπτομένη τρόπον τινὰ τοῖς τοῦ γεγαμηκότος υἱοῖς, καὶ ὑπ' αὐτοῖς πορνεύουσα. καὶ καρποφοροῦσα μὲν οὐκέτι D τῷ διὰ νόμου συνῳκηκότι, ὑποφέρουσα δὲ μᾶλλον τὸν ἴδιον νοῦν τοῖς ἑτέρων σπερματισμοῖς, δῆλον δὲ ὅτι νοητοῖς καὶ τοῖς κατὰ μάθησιν λέγω. ἀτιμάζουσα γὰρ ὡς ἕωλον τὸ προσκεῖσθαι Θεῷ, πρὸς ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας ἀνθρώπων ἐτράπετο, καὶ μαθήματα τὰ ἄνωθεν ἀλογήσασα, τὸ δοκοῦν ἁπλῶς ἐποιεῖτο νόμον. τοιγάρτοι καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας· πῶς ἐγένετο, φησὶ, πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν, πλήρης κρίσεως; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. τὸ E ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον. οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. ἐκοιμήθη μὲν γὰρ παρ' αὐτῇ, καὶ κατέλυσεν ἡ δικαιοσύνη, τουτέστι, Θεός. ἀλλ' εἰσεδέξατο φονευτὰς, μοιχωμένους, καὶ φθορεῖς, τοὺς ἀργύριον αὐτῇ διδόντας ἀδόκιμον, καὶ ἀναμιγνύντας τὸν οἶνον ὕδατι. ἀδόκιμος γὰρ ἀληθῶς ὁ λόγος τῶν ἀναπειθόντων αὐτὴν ἑλέσθαι τιμᾶν διδασκαλίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων. κεκαπηλευμένη δὲ ὥσπερ καὶ τοῦ χείρονος οὐκ

De Ruben.

RVBEN primogenitus meus, Tu es fortitudo mea, & principium liberorum meorum, difficilis toleratu & durè intractabilis. Redundauit ſuperbia tua tanquam aqua, ne efferbueris. Aſcendiſti enim ſuper cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.] Nam Ruben clàm violauerat nuptias B paternas, deprehenſúſque eſt palàm commiſiſſe, quæ fas non eſt. Vnde & ab ipſo Iacob flagitioſa res iudicata eſt. Ait enim: [Apparuit malum in conſpectu Iacob.] Cæterùm quod iam præteritum eſt, nemo, arbitror, tanquam in vltimis temporibus futurum exiſtimarit. Abſurdum enim fuerit ita ſentire. At ſi transferamus typum delicti ad aliquid ſimile huic, tum peccatum primi populi, Iſraelis inquam, cernemus. Deus enim Sy- C nagogam veluti vxorem eduxit ex Ægypto, per intellectualem legis ſocietatem. Admiſit enim eam, & familiaritate coniunctionéque dignatus eſt, atque ſic fœcundam, & matrem filiorum effecit, pronubo quodammodo Moſe, atque ad coniugii modum interuenientibus angelis. Verùm iſta, quæ ad hoc à Deo adducta eſt Synagoga, repudiata vera ac ſincera lege, copulata eſt quodammodo filiis ipſius, & adulterata cum eis; D nec ampliùs ei, qui legitimus maritus erat, fructificauit, ſed mentem ſuam aliorum ſeminibus ſubiecit, ſpiritualibus nimirum, quæque ad doctrinam pertinent. Deſpiciens enim vt vanum Deo adhærere, conuertit ſe ad mandata & doctrinas hominum, cæleſtibus præceptis repudiatis, quod ipſi arridebat ſolum faciens. Hinc & Propheta Eſaias: [Quo pacto, inquit, facta eſt meretrix ciuitas fidelis Sion, plena iudicii? in qua iuſtitia quieuit in ipſa, E nunc homicidæ. Argentum veſtrum eſt adulteratum. Caupones tui miſcent vinum aqua.] Quieuit enim in ipſa atque hoſpitium habuit iuſtitia, hoc eſt, *Deus*. Sed admiſit homicidas, adulteros, corruptores, qui præbent argentum reprobum, & miſcent vinum aqua. Siquidem reprobus omnino eſt eorum ſermo, qui perſuadent ipſi vt ſectetur doctrinas & mandata hominum. Adulterata etiam eſt, neque

Gen. 49.

Eſai. 1.

prauitatis miſtura caret eorum doctrina. Id enim arbitror eſt, quod dicit aquam vino miſtam. Quòd verò hoc Deum totius vniuerſi malè habuerit, quódque meritò Ieruſalem tanquam adulteram accuſarit, audi ex hoc clarè quod per vocem Hieremiæ dixit: [Leua oculos tuos in directum, & vide vbi proſtrata ſis. In viis ipſis ſedebas tanquam cornix deſolata, & polluiſti terram in fornicationibus tuis, & habuiſti paſtores multos in offenſionem tibi. Facies ſcorti facta eſt tibi. Deſiiſti erubeſcere ad omnes, nec vocaſti me contubernalem tuum, cùm ſim & pater & dux virginitatis tuæ.] Item: [Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & egreſſa copuletur alteri viro, num reuertens reuertetur ad ipſum amplius? Nónne polluendo polluetur mulier iſta? Et tu fornicata es in multis paſtoribus, & tamen audes ad me reuerti? dicit Dominus.] Porro hunc fornicationis modum ipſe etiam Saluator nobis apertè monſtrauit. Nam rixoſi ſemper & ſtupidi Phariſæi ad eum acceſſerunt dicentes: [Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas cùm panem manducant.] Ad quos Chriſtus: [Quare & vos, ait, tranſgredimini mandata Dei propter traditionem veſtram? nam Deus dixit, Honora patrem & matrem tuam, vt bene ſit tibi. Vos autem dicitis, Quicumque dixerit patri vel matri Corban, hoc eſt, donum quodcumque fuerit ex me, te iuuabit; non honorabit patrem ſuum aut matrem, & ſic irritum feciſtis mandatum Dei per traditiones veſtras.] Audin' quomodo ſub aliis ducibus alia quàm à legiſlatore inſtituta ſunt, & ſapere & facere præſumpſerint? Fornicata igitur eſt Iudæorum Synagoga. Illa verò quæ virgo caſta eſt & inculpata, atque [ab omni macula rugiſque libera,] hoc eſt, Eccleſia, promittit ſe ſanctam & intemeratam Chriſto coniugii formam ſeruaturam, dicens: [Frater meus eſt mihi, & ego ipſi.] Statuemus itaque in typum Synagogæ pellicem Iacob, Ballam nimirum, cum qua congreſſus eſt Ruben, hoc eſt, primogenitus populus, præſertim cùm *Balla* ſignificet, inueterata; & *Ruben*, filius contaminationis. Inueterata enim eſt, & quaſi rugis

Hier. 3.

Mat. 15. Marc. 7. & 11.

Epheſ. 5. 27.

Cant. 2. 16.

A ἀσυμμιγής, ἡ περὶ ἐκείνων ἀφήγησις. τοῦτο γὰρ οἶμαί ἐστι τὸ ἀναμεμίχθαι λέγειν τὸν οἶνον ὕδατι. ἐπὶ δὲ τὸ χρῆμα τὸν τῶν ὅλων ἐλύπει Θεόν, καὶ ὡς πεπορνευμένην εἰκότως κατῃτιᾶτο τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἄκουε σαφῶς ὅτε μὲν λέγοντος διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς· ἆρον εἰς εὐθεῖαν τὸν ὀφθαλμόν σου, καὶ ἴδε ποῦ ἐξεφύρθης. ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας αὐταῖς ὡσεὶ κορώνη ἠρημωμένη, καὶ ἐμίανας τὴν γῆν ἐν ταῖς πορνείαις σου, καὶ ἔσχες ποιμένας πολλοὺς εἰς πρόσκομμα σεαυτῇ. ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας· οὐχ B ὡς οἰκεῖόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου. καὶ αὖθις ὅτε δὲ αὖ, ἐὰν ἐξαποστέλλῃ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, μὴ ἀνακάμπτουσα ἀνακάμψει πρὸς αὐτὸν ἔτι; οὐ μιαινομένη μιανθήσεται ἡ γυνὴ ἐκείνη; καὶ σὺ ἐξεπόρνευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς, καὶ ἀνέκαμπτες πρός με; λέγει κύριος. τὸν δέ γε τῆς ἐπὶ τούτῳ πορνείας τρόπον καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ σωτὴρ ὑπέδειξεν ἐναργῶς. οἱ μὲν γὰρ φιλέριστοί τε ἀεὶ καὶ C ἀσύνετοι Φαρισαῖοι, προσῄεσαν λέγοντες· διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσι. πρὸς αὐτοὺς δὲ ὁ Χριστός. διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ; ὁ γὰρ Θεὸς εἶπε, τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται. ὑμεῖς δὲ λέγετε, φησὶν, ὃς ἐὰν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ Κορβὰν, ὅ ἐστι, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, οὐ μὴ τιμήσει τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ D τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. ἀκούεις ὅπως ὑφ' ἑτέροις γεγονότες καθηγηταῖς ἕτερα ἄττα παρὰ τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν φρονεῖν καὶ δρᾶν ᾑρημένοι καταφωραθεῖεν ἂν καὶ λίαν ἀμογητί; οὐκοῦν ἐκπεπόρνευκεν ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή. ἀλλ' ἥ γε παρθένος ἁγνή τε καὶ ἄμωμος ἡ σπίλου παντὸς καὶ ῥυτίδων ἀπηλλαγμένη, τουτέστιν, ἡ ἐκκλησία, σεπτὸν καὶ ἀδιαλώβητον τῷ Χριστῷ τὸν E τῆς συζυγίας διατηρήσειν τύπον ὑπισχνεῖται λέγουσα, ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ. οὐκοῦν εἰς εἰκόνα τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, τὴν τοῦ Ἰακὼβ παραθήσομεν παλλακίδα, φημὶ δὲ τὴν Βάλλαν, ᾗ κεκοινώνηκεν ὁ Ῥουβεὶμ, τουτέστιν, ὁ πρωτότοκος λαός· μάλιστα δ' ὅτι ἑρμηνεύεται μὲν ἡ Βάλλα πεπαλαιωμένη, καὶ ὁ Ῥουβεὶμ υἱὸς βεβηλώσεως. πεπαλαίωται γὰρ καὶ ῥυτιδώδης γε

μένη ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή· ἀντανέφυ δὲ ὁ νέος καὶ ἐν πίστει λαός. καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ χαίρων ψαλλέτω Δαβίδ, λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν κύριον. καινὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, κατὰ τὰς γραφάς. βέβηλος δὲ καὶ ῥυπῶν νοοῖτ' ἂν ὁ Ἰσραήλ, τὴν διὰ Χριστοῦ κάθαρσιν οὐκ εἰσδεδεγμένος. καὶ τί λέγω τοῦτο; καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπενεγκὼν τῷ καλοῦντι πρὸς κάθαρσιν. τοιγάρτοι καὶ διὰ φωνῆς αὐτῶν εἴρηται τῶν ἁγίων προφητῶν, ποτὲ μέν· εἰ ἀλλάξεται αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς· καὶ ὑμεῖς δυνήσεσθε εὖ ποιῆσαι μεμαθηκότες τὰ κακά. ποτὲ δὲ αὖ ὡς πρὸς γυναῖκα τὴν Ἱερουσαλήμ· ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν, κεκηλίδωσαι ἐναντίον ἐμοῦ ἐν ταῖς ἀνομίαις σου, λέγει κύριος. Ῥουβεὶμ τοίνυν, φησί, πρωτότοκός μου· σὺ ἰσχύς μου καὶ ἀρχὴ τέκνων μου. ἐπὶ γὰρ τῷ πρωτοτόκῳ καὶ ἐξ Αἰγύπτου λαῷ πολλῆς ἰσχύος ἐπίδειξις γέγονε παρὰ Θεοῦ. ἐκολάζετο γὰρ κατὰ πλείστους ὅσους καὶ οὐκ ἀθαυμάστους τρόπους τῶν Αἰγυπτίων ἡ χώρα· τοῦτο μὲν ὑδάτων μεταστοιχειουμένων εἰς αἷμα, σκνιπῶν ἀνερριπισμένων, ἀνενεχθέντος βατράχου, χαλάζης καθιεμένης, πρωτοτόκων ἀνῃρημένων, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι διὰ μέσης ἰόντων θαλάσσης ὡς διὰ ξηρᾶς τῶν λελυτρωμένων. ἰσχὺς οὖν ἄρα ταύτῃ τοι Θεοῦ κέκληται Ῥουβείμ· ἀλλ' ἦν σκληρὸς φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθάδης, τουτέστιν, ἀμεταποίητος καὶ ἀκαμπὴς, καὶ ἄγριος, ἐπελευστικός. ὁρμητίαι γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τὸ ἀληθὲς καὶ πολὺ λίαν ἐξίτηλοι. τοιγάρτοι δικαίως ἀκούουσι σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι καρδίαις καὶ τοῖς ὠσίν· ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Χριστός· τίνα, φησί, που, τῶν προφητῶν οὐκ ἀπέκτειναν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ὑμεῖς ἐπληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. ἰταμὸς οὖν ἄρα καὶ προπαλὴς εἰς ὀργάς, καὶ δύσοιστον ἔχων τὴν ἔφοδον ὁ Ἰσραήλ, καὶ ἐξυβρίζων ὡς ὕδωρ, τουτέστιν, ἀφόρητον ἔχων τὴν καθ' ὧν ἂν ἕλοιτο καταδρομήν. τοιαῦται γάρ πως εἰσὶν αἱ τῶν ὑδάτων φοραί. ἀλλὰ μὴ ἐκζέσῃς, φησί. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι; τὸ ἐκζέον ὕδωρ ἄνω που φέρεται, τῶν λεβήτων ὑπερχεόμενον, καὶ δοκεῖ πως εἶναι καὶ πολύ. ἐπεὶ τοίνυν ὕδατος αὐτῷ περιτέθεικεν ὁρμήν, ἐπιμένει τῇ τοῦ λόγου μεταφορᾷ, καί φησι, μὴ ἐκζέσῃς, ὅ ἐστι, μὴ ὑπεραρθῇς εἰς πλῆθος, μηδὲ γένοιο πολύς. εὐαρίθμητοι γάρ ὡς πρὸς τὴν τῶν ἐθνῶν

A obducta Iudæorum Synagoga: at nouus & fidelis populus è diuerſo effloruit. Propter hunc & Dauid cum gaudio pſallit: [Populus qui creatur, laudabit Dominum,] vtpote noua creatura in Chriſto, ſicut ſcriptum eſt. Impurus autem & rugoſus, intelligi debet populus Iſrael, cum Chriſti purificationem non ſuſceperit. at quid dico, Non ſuſceperit, cùm etiam ei qui ad puritatem vocabat, violentas manus intulerit? Vnde per vocem ſanctorum Prophetarum dictum eſt, alicubi quidem: B [Si æthiops mutabit pellem ſuã, & pardalis ſuas maculas, tunc & vos poteritis bene agere, qui ad mala eruditi eſtis.] Alicubi verò ita ad Ieruſalem tanquam ad mulierem: [Si abluta fueris nitro, & multiplicaueris tibi ipſi herbam, tamen coram me es maculata in tuis ipſius iniquitatibus, dicit Dominus.] Iacob igitur ait, [Ruben primogenitus meus. Tu es fortitudo mea, & principium liberorũ meorum.] In primogenito enim populo, quem liberauit C ex Ægypto, magna fortitudinis ſignificatio edita eſt à Deo. Ægyptiorum enim regio multifariã miriſque modis punita eſt, modò aquis in ſanguinem cõuerſis, modò culicibus excitatis, modò illata rana, nunc immiſſa grandine, nunc ſublatis primogenitis, præterea euntibus per medium mare, tanquam per ſiccum liberatis. Ruben itaque catenus *fortitudo Dei* eſt vocatus. Sed erat difficilis toleratu & durus, atque intraD ctabilis, hoc eſt, inflexibilis & agreſtis, ſeu ferus atque impetuoſus. Iudęi enim reuera impetuoſi ſunt & effrenes. Hinc etiã meritò audiunt: [Dura ceruice, & incircumciſi corde atque auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis.] Quin & Chriſtus ipſe: [Quẽ, ait, Prophetarũ nõ interfecerũt patres veſtri? Et vos impleuiſtis menſurã patrum veſtrorum.] Præceps igitur eſt in iras, & contumax, atq; intolerabili impetu rapitur Iſrael, atq. redundãs vt aqua, hoc eſt, immaniE in ea quę vult impetu fertur. Huiuſmodi enim eſt aquæ currentis impetus. *Sed ne efferbueris*, inquit. Ecquid, hoc eſt? Aqua efferueſcens ſurſũ fertur in lebetibus, diffundẽs ſe, ita vt multa eſſe videatur. Itaque poſtquam ei aquæ impetum tribuit, perſiſtit in metaphora, & ait, *Ne efferbueris*, hoc eſt, ne extollaris in multitudinem. Iſraelitæ enim per fidem in Chriſto iuſtificati bene numerabiles ſunt reſpectu multitudinis Gentium.

Pſal. 101. 19.
Hierem. 13.
Hiere. 2.
Geneſ. 49. 3.
Act. 7. 51.
Matt. 23.

Deinde cauſam adfert illius quod acciderit, & ait: [Aſcendiſti enim in lectum patris tui, tunc polluiſti ſtratum eius in quod aſcendiſti.] Nam, vt modò dixi, cùm non ampliùs eorum, quæ in lege continentur, curam gererent, neque ſupernis rebus incumberent, & præceptis hominum, ideo à cognitione Chriſti aberrauerunt. Ideóque etiam ipſe ait: [Scrutamini Scri- (Ioan. 5. 39) pturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere. Et illæ ſunt quæ teſtificantur de me, nec vultis venire ad me, vt vitam habeatis.] Et rurſus: [Si crederetis Moſi, crederetis & mi- (Ibid. 46.) hi: de me enim ille ſcripſit.] Accuſabat autem vehementer principes Iudæorum, ita dicens: [Væ vobis Scri- (Matt. 23. 13) bæ & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum coram hominibus. Vos enim non introitis, & qui introeunt prohibetis.] Et rurſus: [Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, (Ibid. 15.) quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: qui cùm factus fuerit, efficitis eum filium gehennæ duplo maiorem quàm vos eſtis.] Non autem potuiſſet filius gehennæ fieri, niſi fornicatorum commentis fuiſſet imbutus. Ergo Iſraelitæ aſcenderunt in lectum patris, aſpernantes quidem legiſlatoris voluntatem, vt vanam; ſuos autem ſermones diſcipulis ſuis inculcantes, & immunditiæ ſemina ipſis immittentes.

A πληθὺν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἀνασοσωσμένοι διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. εἶτα τὴν αἰτίαν ἐπιφέρει τοῦ συμβησομένου, καὶ φησί· ἀνέβης γὰρ ἐπὶ κοίτην πατρός σου, τότε ἐμίανας τὴν στρωμνὴν οὗ ἀνέβης. ὡς γὰρ ἤδη προέφην, οὐκέτι μὲν τὰ ἐν νόμῳ διερευνώμενοι καὶ τοῖς ἄνωθεν λογίοις καὶ τοῖς ἀνθρώπων ἐντάλμασι, τῆς ἐπὶ Χριστῷ γνώσεως ταύτῃ τοι διημαρτήκασι. διὰ τοῦτο καὶ αὐτός φησιν, ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν. καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ B μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ, καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα ζωὴν ἔχητε. καὶ πάλιν· εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. ἐπητιᾶτο δὲ λίαν καὶ τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, οὕτω λέγων· οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὔτε τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν. καὶ πάλιν· οὐαὶ C ὑμῖν γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον. καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν. ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἐγένετο γεέννης υἱὸς εἰ μὴ τοῖς τῶν μοιχωμένων προσεπετέθη λόγοις. ἀναβεβήκασι τοίνυν ἐπὶ κοίτην πατρὸς οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· παρωθούμενοι μὲν τὸ τοῦ νομοθέτου δόκημα, ὡς ἕωλον· τοῖς ἰδίοις δὲ τοῖς παιδευομένοις εἰσκρίνοντες λόγους, καὶ ἀκαθαρσίας αὐτοῖς ἐνιέντες σπέρματα.

D

De Simeone & Leui.

Περὶ Συμεὼν καὶ Λευΐ.

(Gen. 49.) SIMEON & Leui fratres conſummauerunt iniquitatem propoſiti ſui. Anima mea non ingrediatur in conſilium eorum. In cœtu ipſorum non dicentur ſublimia mea, quia in furore ſuo interfecerunt homines, & in concupiſcentia ſua ſubneruauerunt taurum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & ira eorum quia indurata eſt. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael.] Nam cùm Ieruſalem fornicaretur, mentémque ſubiiceret impiis illuſionibus eorum, qui diuerſa à lege Dei docere conſueuerunt, iure optimo iis offenſus erat Deus, per vocem Eſaiæ (Eſai. 29. 13.) apertè dicens: [Populus iſte labiis me honorat: cor autem eorum procul eſt à me. Fruſtra colunt me, docentes do-

ΣΥΜΕΩΝ καὶ Λευΐ, ἀδελφοὶ συνετέλεσαν ἀδικίαν ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν. εἰς βουλὴν αὐτῶν μὴ ἔλθοι ἡ ψυχή μου, καὶ ἐπὶ τῇ συστάσει αὐτῶν μὴ ἐρείσαι τὰ ἥπατά μου. ὅτι ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀπέκτειναν ἀνθρώπους, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον. ἐπι- E κατάρατος ὁ θυμὸς αὐτῶν, ὅτι αὐθάδης καὶ ἡ μῆνις αὐτῶν, ὅτι ἐσκληρύνθη. διαμεριῶ αὐτοὺς ἐν Ἰακὼβ, καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν Ἰσραήλ. ἐκπεπορνευμένης τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀνοσίοις φενακισμοῖς τῶν ἑτεροδιδασκαλεῖν εἰωθότων ὑπονενευκούσης τὸν νοῦν, ἐχαλέπαινε μὲν εἰκότως ὁ τῶν ὅλων Θεός. ἔφασκε δὲ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου καὶ μάλα σαφῶς· ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ᾽ ἐμοῦ. μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδα-

qui & permanſerunt mortui, expectantes tempus reſurrectionis: ſed tanquam vitulus quidam ab aquila eneruatus cecidit quodammodo in terram Chriſtus, voléntſque pro nobis mortem perpeſſus eſt; non tamen à morte detentus fuit; imò verò licet veluti homo mortuus ſit; manſit tamen viuus in diuina natura. Taurus igitur Chriſtus, quia robuſtiſſimum animal eſt, atque item purum ſanctiſſimúmque. Filius autem eſt dominus fortitudinis & potentiæ, qui non commiſit peccatum, imò verò ſeipſum obtulit pro nobis in odorem ſuauitatis Deo ac Patri. Audiant igitur hi, qui hunc adeò

Gen. 49. 7. " ſanctum taurum eneruauerunt: [Ma-
" ledictus furor ipſorum, quia pertinax,
" & ira ipſorum quia induruit.] ſed quid ob hoc eis accidit? Eiecti ſunt è ſuis ipſorum domibus, exularúntque ex patria, diſſipati ſunt, & facti extorres atque aduenæ, & ad ſummam inopiam redacti. Verum enim eſt, quòd ſicut auis cùm euolauerit è nido ſuo; ita ſit etiam homo qui à propriis locis auulſus eſt. Porro illud etiam adiiciendum cenſeo, quòd iis quidem qui taurum eneruauerunt, res cedet in maledictionem: iis verò qui doluerint, adeóque graue crimen à ſe amouerint, erit in redemptionem, purgationémque & peccatorum remiſſionem. Reperiemus autem etiam hoc per legis vmbram deſcriptum. Ita ve-

Deut. 21. rò habet in Deuteronomio: [Si inuen-
" tum fuerit cadauer hominis occiſi in
" terra, quam Dominus Deus tuus dat
" tibi in poſſeſſionem, iacens in campo,
" & non cognouerint eum qui per-
" cuſſit illum; egredietur ſenatus tuus,
" & iudices tui, & metientur ad vrbes
" qui in circuitu necati: & erit vrbs
" propinqua necato, & accipiet ſena-
" tus vrbis vitulam ex bobus, quæ non
" eſt operata, & quæ non traxit iugum:
" & deducet ſenatus vrbis illius vitu-
" lam in vallem aſperam, quæ non eſt
" culta, neque ſeminatur, & incident
" neruos vitulæ in valle. Et accedent ſa-
" cerdotes Leuitæ, quoniam illos elegit
" Dominus Deus tuus vt aſtent illi, &
" benedicant in nomine eius, & in ore
" illorum erit omnis controuerſia; & om-
" nis lepra: & omnis ſenatus ciuitatis il-
" lius, qui proximi ſunt necato, lauabunt
" manus ſuas ſuper caput vitulæ percuſ-
" ſæ in valle, & reſpondentes dicent:

A καὶ μεμενήκασι νεκροὶ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν περιμένοντες. ἀλλ' οἷά τις μόσχος ὑπὸ ἀετοῦ νευροκοπούμενος, ὤκλασε μὲν οἱονεί πως εἰς γῆν ὁ Χριστὸς, ἑκὼν ὑπομείνας τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον· πλὴν οὐ γέγονε τῷ θανάτῳ κάτοχος· ἀλλ' εἰ καὶ γέγονε νεκρὸς ὡς ἄνθρωπος, ἀπομεμένηκε ζῶν τῇ τῆς θεότητος φύσει. ταῦρος δὲ ὁ Χριστός· εὐσθενὲς γὰρ ὅτι μάλιστα τὸ ζῶον, καθαρόν τε καὶ ἱερώτατον. κύριος δὲ τῶν δυνάμεων ὁ υἱὸς, ὃς

B οὐ πεποίηκεν ἁμαρτίαν, ἑαυτὸν δὲ μᾶλλον ἀνέθηκεν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ἀκουέτωσαν τοίνυν οἱ τὸν οὕτω σεπτὸν νευροκοπήσαντες ταῦρον· ἐπικατάρατος ὁ θυμὸς αὐτῶν, ὅτι αὐθάδης· καὶ ἡ μῆνις αὐτῶν ὅτι ἐσκληρύνθη. τί δὲ οὖν ἄρα πεπόνθασιν; ἐξῴχοντο τῆς ἑαυτῶν, καὶ ἀπολελοίπασι μὲν τὴν ἐνοικοδομήν· διεσπάρησαν δὲ καὶ γεγόνασι πανταχοῦ ξένοι, καὶ ἐπήλυδες καὶ περιδεεῖς. ἀληθὲς γὰρ ὅτι ὥσπερ ὄρνεον ὅταν ἐκπετασθῇ τῆς ἰδίας καλιᾶς, οὕτω

C καὶ ἄνθρωπος ὅταν ἐκσπασθῇ ἐκ τῶν ἰδίων τόπων. προσεπιπεῖν δὲ οἶμαι κἀκεῖνο πρέπον ὅτι τοῖς μὲν τὸν ταῦρον νευροκοπήσασιν, εἰς ἀρὰν ἔσται τὸ χρῆμα· τοῖς γε μὴν ἐπηλγηκόσι, καὶ τὸ οὕτω δεινὸν ἀποσειομένοις ἔγκλημα, λύτρον ἔσται καὶ κάθαρσις καὶ ἁμαρτιῶν ἀπόθεσις. εὑρήσομεν δὲ διὰ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς, ὅπερ ἔφην γραφόμενον. ἔχει γὰρ οὕτως ἐν τῷ Δευτερονομίῳ. ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τραυματίας ἐν τῇ γῇ, ἣν κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι κληρονομῆ-

D σαι, πεπτωκὼς ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ οὐκ οἴδασι τὸν πατάξαντα, ἐξελεύσεται ἡ γερουσία σου, καὶ οἱ κριταί σου, καὶ ἐκμετρήσουσιν ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς κύκλῳ τοῦ τραυματίου, καὶ ἔσται ἡ πόλις ἡ ἐγγίζουσα τῷ τραυματίᾳ. καὶ λήψεται ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, δάμαλιν ἐκ βοῶν, ἥτις οὐκ εἴργασται, καὶ ἥτις οὐχ εἵλκυσε ζυγόν· καὶ καταβιβάσουσιν ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης τὴν δάμαλιν εἰς φάραγγα

E τραχεῖαν, ἥτις οὐκ εἴργασται, οὐδὲ σπείρεται· καὶ νευροκοπήσουσι τὴν δάμαλιν ἐν τῇ φάραγγι, καὶ προσελεύσονται οἱ ἱερεῖς οἱ Λευῖται, ὅτι αὐτοὺς ἐπελέξατο κύριος ὁ Θεός σου παρεστηκέναι αὐτῷ, καὶ εὐλογεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῷ στόματι αὐτῶν ἔσται πᾶσα ἀντιλογία καὶ πᾶσα ἁφή. καὶ πᾶσα ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, οἱ ἐγγίζοντες τῷ τραυματίᾳ, νίψονται τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς δαμάλεως τῆς νενευροκοπημένης ἐν τῇ φάραγγι, καὶ ἀποκριθέντες ἐροῦσιν·

αἱ χεῖρες ἡμῶν οὐκ ἐξέχεαν τὸ αἷμα τοῦτο, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν οὐχ ἑωράκασιν. ἵλεως γενοῦ κύριε τῷ λαῷ σου Ισραὴλ, οὓς ἐλυτρώσω ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἵνα μὴ γένηται αἷμα ἀναίτιον ἐν τῷ λαῷ σου Ισραὴλ, καὶ ἐξιλασθήσεται αὐτοῖς τὸ αἷμα. σὺ δὲ ἐξαρεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. ἀλλ' εἰρήσεται μὲν κατὰ καιροὺς εἰς ἕκαστα λεπτῶς, πλὴν ἐκεῖνό φαμεν. συνίες ὅπως ἑαυτοὺς ἀπαλλάττουσί τινες τῶν ἐφ' αἵματι κατηγορημάτων, διατυπούσης ἡμῖν τῆς δαμάλεως ἐφ' ἑαυτῇ τὸν Εμμανουήλ. χρῆναι γὰρ οἶμαι δεῖν ἑαυτοὺς ἀπαλλάττοντας λέγειν· αἱ χεῖρες ἡμῶν οὐκ ἐξέχεαν τὸ αἷμα τοῦτο. ἀλλ' ὅ γε τῶν Ιουδαίων δῆμος οὐχὶ τοῦτο ποτὲ διακεκραγὼς ἁλώσεται. τετολμήκασι δὲ μᾶλλον εἰπεῖν νευροκοποῦντες τὸν μόσχον, αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐξέχεαν τὸ αἷμα τοῦτο. ἕτερον γὰρ οἶμαι παρὰ τοῦτό ἐστιν οὐδὲν τὸ ἀσυνέτως εἰπεῖν ἐπὶ Χριστῷ· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.

A Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, & oculi noſtri non viderunt. propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti de terra Ægypti, vt non ſit ſanguis innocens in populo tuo Iſrael, & auferetur ab iis reatus ſanguinis. Tu autem auferes ſanguinem innocentem ex vobis ipſis.] Verùm etſi de hiſce ſingulis ſuo tempore dicendum ſit accuratè, illud tamen nunc admonemus, & dicimus. Intelligis quo pacto ſeipſos liberent nonnulli ab accuſatione fuſi ſanguinis per vitulam, B quæ adumbrat Emmanuelem. Oportet enim eos, vt arbitror, quando ſe excuſant, ita dicere: [Manus noſtræ non effuderunt hunc ſanguinem.] Verùm enimuerò populum Iudæorum nunquam hoc exclamaſſe reperies, quin potiùs, poſtquam taurum eneruarunt, auſi ſunt inſuper dicere: [Noſtræ manus effuderunt hunc ſanguinem.] Nihil enim aliud quàm hoc eſt, quod imperitè de Chriſto dixerunt: [Sanguis C eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.]

Deut. 21. — Matth. 27. 25.

Περὶ τοῦ Ιούδα.

ΙΟΥΔΑ, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου. αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου. προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. σκύμνος λέοντος Ιούδα, ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης, ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος. τίς ἐγερεῖ αὐτόν. οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ιούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. καὶ αὐτὸς D προσδοκία ἐθνῶν. δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα. σαφὴς δὲ μάλα τῆς εὐλογίας ἡμῖν ἔν γε τουτοισὶ διαφαίνεται ὁ τρόπος. τῆς γὰρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας τὴν προαγόρευσιν τοῖς ἀκροωμένοις εἰσκεκομικώς. προκαταβάλλεται δὲ ὥσπερ ταῖς E εὐφημίαις ἀρχὴν, τήν τε τοῦ ὀνόματος σημασίαν, καὶ μέν τοι τὸ προὔχον ἐν δόξῃ παρὰ τὰς ἑτέρας τῆς Ιούδα φυλῆς. εἰ γὰρ δή τις ἕλοιτο διερμηνεύειν τὸν Ιούδα φωνὴν, ἤτοι τοὔνομα, διερμηνευθήσεται αἶνον, ἢ ὕμνησιν, ἢ ὑμνούμενον. ἔχει δὲ ὁ λόγος τὴν ἀναφορὰν, εἰς τὸν ἐκ τῆς Ιούδα φυλῆς, τὸν κατὰ σάρκα Χριστόν. πέφηνε γὰρ ἐξ Ιούδα, καὶ Ιεσσαὶ, καὶ Δαβὶδ, καὶ ἡ πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς γένεσιν παραληφθεῖσα παρθένος. προαναφωνήσας δὲ αὖ ὁ προ-

De Iuda.

IVDA, te laudabunt fratres tui. Manus tuæ ſuper dorſum inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda. Ex germine fili mi aſcendiſti, recumbens dormiuiſti vt leo, & ſicut catulus leonis. quis ſuſcitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus D eius, donec veniant repoſita ei. Et ipſe expectatio Gentium. Ligans ad vineam pullum ſuum, & pampino pullum aſinæ ſuæ. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchri oculi eius præ vino, & albiores dentes eius, quàm lac.] Perſpicuus admodum eſt in his benedictionis modus, quippe qui auditoribus prophetiam de incarnatione Saluatoris noſtri expreſſè introduxerit. Præmittitur autem ſtatim initio benedictionis nomi- E nis ipſius ſignificatio, quódque tribus Iuda gloriæ præſtantia reliquas antecellat. Si quis enim nomen Iudæ interpretetur, ſignificat *laudem* ſeu *celebrationem*, aut *celebratum*. Hic autem ſermo referri debet ad Chriſtum, qui ſanè eſt ex tribu Iuda ſecundùm carnem. Natus eſt enim ex Iuda, Ieſſe & Dauid, atque ea quæ ad hanc carnis generationem aſſumpta eſt Virgo. Cùm igitur Propheta reſpe-

Gen. 49. 8.

xiſſet in illum, qui eſt ex tribu Iuda A oriturus, Verum eſt, inquit, tibi nomen, ſicut & ipſa rerum vis declaret. Tu enim celebrandus es Deóque conuenientem gloriam reportabis. Siquidem nemini alteri congruit laudibus ac gloria efferri, quàm ſoli verè exiſtenti, & cognito Deo. Nam etſi natus ſis homo, & teipſum exinanieris, tamen cognoſceris ſanctus & ſempiternus. Fratres autem propter humanam naturam non tanquam homini adhærebunt, ſed inter fratres B poſitum celebrabunt velut Dominum, glorificabunt vt creatorem, & quamquam inter eos cenſeatur, quantus in creaturis eſt, cognoſcent tamen eum totius vniuerſi Dominum ac Regem, licet forma ſerui coopertum. Præterea quòd ſuperaturus ſit omnes, qui ipſi reſtiterint, faciléque victor euaſurus Emmanuel omnium inimicorum, præſignificauit, dicens: "[Manus tuæ in tergo hoſtium tuorum.] Idem etiam Chriſtus ipſe per C vocem Dauidis priùs oraculo edixit.

Pſal. 17. 48. "Ait enim: [Quia perſequar hoſtes meos; & apprehendam eos, & non reuertar, donec deficiant. Confringam iſtos, nec poterunt ſtare: cadent ſub pedes meos.] Rectè ergo ait: [In tergo hoſtium erunt manus eius:] quippe qui inſectetur ac fuget potiùs, quàm fugiat, & magis percutiat quàm cædatur. Verum enim eſt illud quod

Pſal. 88. 23. "in libro Pſalmorum decantatur: [Nihil proficiet inimicus in eo, & filius D iniquitatis non amplius nocebit ei.] Nam ſi ipſe nobis dat, vt pedibus conteramus ſerpentes & ſcorpiones, omnémque virtutem inimici, quo pacto non neceſſe fuerit confiteri, quòd ipſe præ nobis habeat ſub manibus ſuis eos, qui volunt repugnare, ſeſéque impiè extollere? Quòd autem fugere neſciat, ſed potiùs perſequi, & quoſcumque voluerit, ſuperare, & E quidem abſque labore, (*vicit enim mundum*) præſignificauit diuinus Ia-

Ioan. 16. 33. "cob, dicens: [Manus tuæ ſupra dorſum inimicorum tuorum, & adorabunt te filii patris tui.] Et quod iterum intelligatur diſcrimen fratrum laudantium, & filiorum patris, qui adorantibus coniuncti? An non operæ pretium eſt quòd in medium afferatur? Adſcriptus itaque eſt in patrem Chriſto B. Ioſeph, etiáſi reuera pater non eſſet. Erant autẽ ipſi filii & filiæ ex primis nuptiis. Cùm

A φῆτες εἰς τὸν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἀληθὲς ὄνομά σοι, φησὶ, καθὰ καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ δύναμις ἐνδείξειεν ἄν. ἔσῃ γὰρ ὑμνητὸς, καὶ τὴν τῷ Θεῷ πρέπουσαν ἀποίσῃς δόξαν. ἁρμόσει γὰρ ἂν οὐχ ἑτέρῳ τὸ δοξολογεῖσθαι πρέπειν, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ γε ἀληθῶς ὄντι τε καὶ ἐγνωσμένῳ Θεῷ. εἰ γὰρ πέφυκας ἄνθρωπος, καὶ κεκένωκας ἑαυτὸν, ἀλλ' οὕτως ἔσῃ γνώριμος σεπτὸς καὶ ἀοίδιμος. οἱ δὲ ἀδελφοὶ διὰ τὸ ἀνθρώπινον οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ προσκείσονται, B ἀλλ' ἐν ἀδελφοῖς τεθέντα κατακροτήσουσιν ὡς δεσπότην, ὑμνήσουσιν ὡς δημιουργὸν, καίτοι τελοῦντα μετ' αὐτῶν ἐν κτίσμασιν ἐπιγνώσονται τὸν τῶν ὅλων βασιλέα καὶ κύριον, καίτοι τῇ τοῦ δούλου μορφῇ κατεσκιασμένον. ὅτι δὲ ἁπάντων κρατήσει τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ περιέσται ῥᾳδίως ὁ Ἐμμανουὴλ τῶν ἐχθρῶν, προανεφώνει, λέγων· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου. τοῦτο καὶ αὐτὸς διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ προκε- C χρησμῴδηκεν ὁ Χριστός. ἔφη γάρ· ὅτι καταδιώξω τοὺς ἐχθρούς μου, καὶ καταλήψομαι αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἀποστραφήσομαι, ἕως ἂν ἐκλίπωσιν. ἐκθλίψω αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι· πεσοῦνται ὑπὸ τοὺς πόδας μου. οὐκοῦν ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν αἱ χεῖρες ἔσονται, φησὶν, ὡς διώκοντος μᾶλλον, ἢ φεύγοντος· οὐχ ὡς πληττομένου μᾶλλον, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ καταπαίοντος. ἀληθὲς γὰρ τὸ ἐν βίβλῳ τῶν ψαλμῶν ὑμνούμενον, ὅτι οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας D οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς δίδωσιν ἡμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν ὅτι παρ' ἡμῶν αὐτὸς ὑπὸ χεῖρας κειμένους ἕξει τοὺς ἀντεξάγειν ἐθέλοντας, καὶ ἀνοσίως ἀντεγειρομένους; ὅτι τοίνυν τὸ φεύγειν οὐκ οἶδε, διώκειν δὲ μᾶλλον, καὶ ὧν ἂν βούλοιτο κρατεῖν, καὶ E τοῦτο ἀμογητί. νενίκηκε γὰρ τὸν κόσμον. προκαταμεμήνυκε λέγων ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ. αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου, καὶ προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. καὶ τίς ἂν νοοῖτο πάλιν ἡ διαφορὰ τῶν αἰνούντων ἀδελφῶν, καὶ τῶν τοῦ πατρὸς υἱῶν, οἱ τοῖς προσκυνοῦσι συντετάξονται; πῶς οὐκ ἀναγκαῖον εἰπεῖν; ἐπεγράφετο τοίνυν εἰς πατέρα τῷ Χριστῷ καίτοι πατὴρ κατὰ ἀλήθειαν οὐκ ὢν ὁ μακάριος Ἰωσήφ. ἦσαν δὲ αὐτῷ υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἐκ προτέρων γάμων. ἐπειδὴ

δὲ ἦσαν τάχα που καὶ συνήθεις τῷ Χριστῷ, σημεῖα ποιοῦντα βλέποντες, καὶ οὐ σφόδρα τοῖς νομικοῖς εἴκοντα νόμασι διά τοι τὸ εἰς τροφὰς ἀδιάφορον, καὶ τὸ μὴ λίαν ἐλέσθαι τιμᾶν τὴν ἐν σαββάτοις ἀργίαν. ἔφασκε γάρ, οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα, κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. καὶ ὅτι κύριός ἐστι τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· ἐμερίζοντο τῇ γνώμῃ, καὶ οὔτε τιμᾶν ὁλοτρόπως ἤθελον, διά γε τὸ δοκεῖν οὐκ ἀπλημμελῶς ἔχειν αὐτὸν τὰ περὶ τὸν νόμον. οὔτε μὴν ἀθαύμαστον ἐᾶν ἠξίουν τὸν οὕτω λαμπρόν. καὶ γοῦν προσῆεσαν αὐτῷ ποτὲ λέγοντες ἐναρ- B γῶς· Εἰ ταῦτα ποιεῖς, φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ. οὐδεὶς γάρ τι ἐν κρυπτῷ ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παρρησίᾳ εἶναι. προσέθηκε δὲ τούτοις ὁ Εὐαγγελιστής· οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν. ἀλλ' οἱ ταῦτα λέγοντες ἐν ἀρχαῖς, προϊόντος τοῦ χρόνου πεπιστεύκασιν. πεπληροφόρηνται γὰρ ὅτι καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστί, καὶ εἰ γέγονεν ἐν σαρκί, καὶ πέφηνεν ἄνθρωπος. τοῦτό τοι καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ιερεμίας, προεγνωκὼς ἐν C πνεύματι, πρὸς αὐτόν φησι τὸν Εμμανουήλ· ὅτι καὶ οἱ ἀδελφοί σου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου, καὶ οὗτοι ἠθέτησάν σε, καὶ αὐτοὶ ἐβόησαν ἐκ τῶν ὀπίσω σου. ἐπισυνήχθησαν, μὴ πιστεύσῃς εἰς αὐτούς, ὅτι λαλήσουσι πρὸς σὲ καλά. οἱ γὰρ πάλαι τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ καταχεκραγότες αὐτοῦ, συνηγέρθησαν ἐν πίστει, χρηστὰ λελαλήκασι περὶ αὐτοῦ. Ιάκωβος γοῦν ὁ μακάριος ταῖς δώδεκα φυλαῖς ἐπιστέλλει λέγων, Ιάκωβος Θεοῦ καὶ κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ δοῦλος. οὐκοῦν αἰνέσουσιν ὡς Θεόν, καὶ οἱ διὰ πίστεως καὶ ἁγιασ- D μοῦ, τοῦ διὰ πίστεως κεκλημένοι πρὸς ἀδελφότητα· προσκυνήσουσι δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ οἱ τοῦ πατρὸς υἱοί. πρόδηλον δὲ ὅτι οἱ προσκυνοῦντες αἰνέσουσι, καὶ οἱ τὸν αἶνον ὑφαίνοντες, οὐδὲν ἧττον ἔσονται προσκυνηταί. καὶ γὰρ ἐστι σκύμνος λέοντος ἐξ Ιούδα Χριστός, υἱὸς ὢν Θεοῦ παντοισχύοντος, ᾧ τὸ ἀμαχὶ πρόσεστι νικᾶν καὶ τὸ μόνῳ δύνασθαι καταπλήττειν λόγῳ τοὺς ἀνθεστηκό- E τας· ὡς γάρ φησιν ὁ προφήτης· λέων ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; σκύμνος οὖν λέοντος ὁ Χριστός· καθάπερ ἀπὸ βλαστοῦ καὶ ἐκ ῥίζης εὐγενοῦς ἀναφύς, τῆς ἁγίας παρθένου. καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ τῆς δυνάμεως ῥάβδος, ἣν ἐκ Σιὼν ἡμῖν ἀπέστειλεν ὁ Θεός. ἡ πάντας παρακαλοῦσα καὶ ἀνέχουσα βακτηρία· ἡ εὐθύτητός τε

A verò eſſent nonnihil Chriſto familiares, videntes ipſum miracula edere, neque multum legalibus præceptis parentem ob ciborum indifferentiam, quódque quietem in ſabbato non magnopere coleret. Dicebat enim: [Non quod ingreditur in os, coinquinat hominem. & quòd filius hominis ſit ſabbathi Dominus.] ideo inter ſe diſſentiebant, neque ei debitum honorem deferebant, quippe qui videretur parum dextrè ſentire de lege. Nec tamen ferre poterant vt homo adeò præclarus in obſcuro latitaret. Vnde acceſſerunt ad eum interdum, dicentes: [Si eiuſmodi facis, manifeſta te ipſum mundo. Nullus enim in occulto facit quidquam, ſi quærat ipſe manifeſtus fieri.] Euangeliſta autem addidit his, [Quia nec fratres eius credebant in ipſum.] Cæterùm qui hæc initio dicebant, ſucceſſu temporis crediderunt. Certiſſimis enim argumentis docti ſunt, quòd etiam Deus ſecundùm naturam eſſet, etſi factus in carne & homo natus. Hoc ſanè etiam beatus Propheta Hieremias cùm priùs in ſpiritu cognouiſſet, ita ipſum Emmanuelem alloquitur: [Quia & fratres tui, & domus patris tui, & hi te reiecerunt, & ſunt ex his qui poſt te clamauerunt.. Congregati ſunt, ne credideris vlli eorum, quia locuti ſunt aduerſum te mala.] Nam qui olim vnà cum aliis ei reclamarunt, nunc congregati in fide, & bona de eo locuti ſunt. Vnde beatus Iacobus duodecim tribubus ſcribit, dicens: [Iacobus Dei & Domini Ieſu Chriſti ſeruus.] Laudabunt igitur vt Deum etiam ii, qui per fidem & ſanctificationem vocati ſunt ad fraternitatem; adorabunt verò nihilominus etiam filii patris. Manifeſtum autem eſt, quòd adorantes laudabunt, & qui laudibus eum celebrant, adoraturi etiam ſunt. Siquidem *catulus leonis* eſt Chriſtus ex Iuda, cùm ſit filius Dei omnipotentis, qui & ſine pugna vincit, & ſola verbo poteſt perterrefacere eos, qui ipſi reſiſtunt, ſicut propheta ait: [Leo rugiet, & quis non timebit?] Catulus itaque leonis eſt Chriſtus, ſicut & ex germine & nobili radice ortus eſt, ex ſancta Virgine. Etenim ipſe eſt, *virga virtutis*, quam ex Sion nobis miſit Deus, nempe *baculus*, qui omnes conſolatur & ſuſtentat. *Virgáque*

Matth.15.11. Marc.2.8.

Ioan.7.4 & 5.

Hier.12.6

Iacob.1.1

Amos 3.8.

directionis & regni, quæ rectè ac beni-
gnè greges ſanctorum paſcit, atque è
diuerſo *confringit tanquam vas figuli* eos
qui ſe ab eo paſci non ferunt. Ipſe de-
nique eſt virga Aaron; quæ habet lo-
cum in diuino tentorio, atque in San-
cta ſanctorum illata eſt, quæ protulit
nuces amygdalinas, & eſt reſurrectio-
nis ſymbolum. Huius enim arboris li-
gnum ſomnum arcet, vigilias efficiens.
Reſurrectionis autem myſterium in
Eccleſiis Dei glorioſum admodum eſt.
Ideóque beatus Iacob, cum ipſum no-
minaſſet *germen*, ſtatim commemorat
ſtatum rerum qui ſub finem futurus
„ erat, atque ait: [Recumbens dor-
„ miuiſti vt leo;] hoc eſt, non præter
voluntatem ſuſtinuiſti mortem, ſed,
etiamſi omnibus vt leo pauorem incu-
tere potes, & venatorum manus ſub-
terfugere, tua ſponte te ſubmiſiſti: ne-
que vt ii qui te crucifixerunt cogita-
bant, mortis vinculis detentus; ſed vel-
uti ſomno vſus, atque exiguo temporis
ſpatio occluſus fuiſti. Quis igitur ipſum
excitabit? inquit; quaſi dicat: Decu-
buit quidem volens, ita tamen vt nul-
lius opera indigeret ad reſurgendum:
quippe qui in ſe omne robur contineat,
tanquam Dei Patris potentia. neque
quidquam in ipſo deſideratur, quomi-
nus poſſit, & quidem facilè admodum,
ſuum-ipſius templum viuificare. Idcir-
Ioan. 2. 19 „ co dicebat ad Iudæos: [Soluite tem-
„ plum hoc, & in tribus diebus excitabo
„ illud.] Quòd igitur nullius adminicu-
lo ad hoc ſit vſus, ſed ipſe ſolus ſuffe-
cerit, tanquam fortitudo Patris, haud
obſcurè demonſtrauerit hiſtoriæ tex-
tus. Quod verò ſit ipſius aduentus tem-
Geneſ. 49. 9. „ pus oſtendit, dicens: [Non deficiet
„ princeps ex Iuda, & dux ex femoribus
„ eius, donec veniat cui repoſitum eſt. Et
„ ipſe eſt expectatio Gentium.] Regna-
runt enim Iudæi, & ex ſanguine Iſraelis
fuerũt ipſis duces, donec Herodes, An-
tipatri filius, genere Palæſtinus, qui Te-
trarcha cognominatus eſt, acquiſiuit ſi-
bi regnũ, ſub quo & ipſe natus eſt Chri-
ſtus, *Expectatio gentium*. Quòd enim eo
nato Gentiũ multitudo ſit ſeruata, non
eſt opus multis verbis demõſtrare, cùm
res ipſa per ſe loquatur. Veruntamen
quòd priùs admiſſus ſit populus recèns
per fidem natus ac nouus, quódque poſt
hunc vocandus ſit Iſrael, continuò do-
„ cuit, dicens: [Ligans ad vitem pullum
„ ſuũ] Vitis enim illa vera, hoc eſt Chri-
ſtus, quaſi ſibi ipſi per fidem alligauit

A καὶ βασιλείας, ἡ ὀρθῶς μὲν καὶ πράως τὰς τῶν
ἁγίων ἀγέλας διαποιμαίνουσα· συντρίβουσα δὲ
καθάπερ σκεῦος κεραμέως τοὺς ὑπ' αὐτοῦ νέ-
μεσθαι μὴ ἀνεχομένους. αὐτὸς ὁ ῥάβδος ἡ Αα-
ρὼν, ἡ τόπον ἔχουσα τὴν θείαν σκηνὴν, καὶ εἰς
τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσενηνεγμένη, ἡ ἐξανθήσα-
σα κάρυα· ὅπερ ἐστὶν ἀναστάσεως σύμβολον. ξύ-
λον γὰρ τὸ ἐκ καρύας, ἀϋπνίας ἐστί πως ἐμ-
ποιητικόν. ἐκτετίμηται δὲ τὸ τῆς ἀναστάσεως
μυστήριον ἐν ἐκκλησίαις Θεοῦ. διά τοι καὶ ὁ
μακάριος Ἰακὼβ βλαστὸν ὀνομάσας, εὐθὺς
B διαμέμνηται τῆς ἐν τέλει τῆς οἰκονομίας, καί
φησι· ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων. τουτέστιν,
οὐκ ἀβούλητον ὑπομείνας θάνατον, ἀλλὰ καί τοι
πάντας ἑλεῖν ὡς λέων καὶ καταπλῆξαι δυνά-
μενος, καὶ τὰς τῶν θηρευόντων ἐκδῦναι
χεῖρας, ἐθελοντὴς ἀνεκλίθης. καὶ οὐ καθάπερ ᾠή-
θησαν οἱ σταυρώσαντες ἠρτημένοι θανάτῳ κατι-
σχημένος, ἀλλ' οἷον ὕπνῳ χρησάμενος, καὶ κα-
ταμύσας βραχύ. τίς οὖν αὐτὸν ἐγερεῖ; φησί.
ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, κατεκλίθη μὲν ἑκὼν,
C πλὴν οὐ τῆς παρ' ἑτέρου δεήσεται συνεργίας
εἰς ἀνάστασιν. παναλκὴς γὰρ αὐτὸς ὡς δύναμις
τοῦ πατρός· καὶ οὐκ ἀμηχάνως ἔχων, εἴς γε τὸ δύ-
νασθαι καὶ μάλα ῥᾳδίως, τὸν ἑαυτοῦ ζωοποιῆ-
σαι ναόν. τοῦτό τοι καὶ ἔφασκεν Ἰουδαίοις προσλα-
λῶν, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέ-
ραις ἐγερῶ αὐτόν. ὅτι τοίνυν οὐδεὶς ἂν γένοιτο πρὸς
τοῦτο αὐτῷ συνεργὸς, ἀρκέσει δὲ μόνος αὐτὸς ὡς
ἰσχὺς τοῦ γεγεννηκότος, ὑποδηλώσειεν ἂν οὐκ
ἀσυμφανῶς ὁ λόγος. ἀλλὰ τίς δὴ ἄρα καὶ ὁ
D τῆς ἐπιδημίας ἔσται καιρὸς, ἐμφανίζει λέγων· οὐκ
ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ
τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται. καὶ
αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. ἦρχον μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι,
καὶ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἦσαν οἱ παρ' αὐτοῖς ἡγού-
μενοι· μέχρις ἂν Ἡρώδης ὁ Ἀντιπάτρου παῖς
Παλαιστινὸς ὢν, Τετράρχης ὠνόμασται, καὶ με-
τεποιήσατο τῆς ἀρχῆς· ἐφ' οὗ καὶ αὐτὸς γεγέν-
νηται Χριστὸς, ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία. ὅτι γὰρ
E σέσωσται ἡ τῶν ἐθνῶν πληθὺς γεννηθέντος αὐτοῦ,
μακρῶν οὐ δεήσει πρὸς ἀπόδειξιν λόγων, αὐτοῦ
διακηρύττοντος τοῦ πράγματος. πλὴν ὅτι προσ-
εισέφρησε μὲν διὰ πίστεως ὁ ἐξ ἐθνῶν ἀρτιγε-
νής τε καὶ νέος λαὸς, εἰσκληθήσεται δὲ μετ' αὐ-
τὸν καὶ ὁ Ἰσραὴλ, ἐδίδαξε λέγων εὐθύς· δεσ-
μεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ. προσέ-
δησε γὰρ ὥσπερ ἑαυτῷ διὰ πίστεως, ἡ ἄμπελος

ἡ ἀληθινὴ, τουτέστι Χριστὸς, τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, A ὃν τῷ πώλῳ παρεικάζει. προσδήσει δὲ ὅτι τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου, τουτέστιν, ἀγάπῃ τῇ περὶ ἑαυτοῦ, τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ, φημὶ δὴ τὸν ἐκ τῆς ἀρχαιοτέρας τῆς Ἰουδαίων μητρὸς, ἤτοι τῆς συναγωγῆς πεπιστευκότα λαὸν, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ἁπάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς λαλούσης ἡμῖν τὸ μυστήριον; ὅτι δὲ ἔμελλεν αἵματι τῷ ἰδίῳ τὴν ἑαυτοῦ καταφοινίξαι σάρκα, προσηλούμενος τῷ ξύλῳ, καὶ τῇ λόγ- B χῃ διανενυγμένος, ἐνέφηνεν, εἰπών· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας, τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν τοῦ Χριστοῦ διηγούμενος, τοὺς ἁγίους ἔφησεν ἀγγέλους εἰπεῖν, ἤτοι τὰς ἄνω δυνάμεις. τίς ἐστιν ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδώμ; ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ. καὶ πάλιν· ἵνα τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια; καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ C ληνοῦ. ὅτι δὲ κἂν εἰ γέγονεν ἐν νεκροῖς, κἂν εἰ τὰς τῶν Ἰουδαίων παροινίας ἀνέτλη, ῥαπίσματα καὶ ὀνειδισμοὺς, οὐ πολὺς αὐτῷ τῶν τοιούτων ὁ λόγος, πεπονθότι δι' ἡμᾶς, καὶ ἀνασώσαντι τὴν ὑπ' οὐρανόν· ἔστι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς αὐτοῦ φιλαιτάταις ἀεὶ, καὶ συνήθεσιν εὐθυμίαις, παραδείξειεν ἂν εἰπών, χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου. νοηθείη γὰρ ἂν ἐν τούτοις, καθάπερ ἐγὼ οἶμαι, τὸ οἱονεὶ φιλομειδὲς, καὶ τὸ ἀεί πως εὔθυμόν τε καὶ ἱλαρὸν τῆς θεότητος αὐτοῦ. ἱλαρὸς γάρ D πως ἀεὶ τοῖς πεπωκόσιν ὁ νοῦς, καὶ τῶν καταλυπεῖν εἰωθότων ὅτι μάλιστα καταφρονητής. ἐπειδὴ δὲ ἐξ ὀδόντων ὥσπερ προέρχεται ὁ λόγος, λευκοὺς εἶναι καὶ αὐτούς φησι, ὡς καθαρόν τε καὶ ἔκλευκον τὸν ἀπὸ γλώττης ἱέντας λόγον. ἀμετροεπὴς γὰρ οὐδαμῶς, εὐθυρρήμων δὲ μᾶλλον καὶ ἀληθὴς ὁ Χριστός· καὶ πᾶν, εἴ τι φθέγξαιτο, τοῦτό ἐστιν ἁγιοπρεπὲς, καὶ τεθαυμασμένον, καὶ πλείστην ὅσην ἐμποιοῦν τοῖς ἀκροωμένοις τὴν εἰς ψυχήν τε καὶ νοῦν λαμπρότητα. E

populum ex Gentibus, quem pullo comparat. Quòd autem alligarit capreolo vitis, hoc eſt, dilectione ſua, pullum aſinæ, populum inquam, qui credidit ex priſca Iudæorum matre, aut Synagoga, quomodo quis dubitauerit, cùm vniuerſa, vt vno verbo dicam, ſacra Scriptura teſtetur hoc myſterium? ſed quòd proprio ſanguine ſit ſuam ipſius carnem tincturus ligno affixus, ac lancea perforatus, oſtendit his verbis: [Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.] Vnde & diuinus Eſaias aſcenſum Chriſti ad cælos enarrans, angelos aut ſupernas poteſtates introduxit ita ipſum affatos: [Quis eſt iſte qui venit ex Edom? Rubedo in veſtimentis eius ex Boſor.] Et rurſus: [Cur rubra ſunt veſtimenta tua, & indumenta tua tanquam ex calcato torculari?] Porro quòd etſi mortuus fuerit, & Iudæorum perpeſſus ſit debacchationem, alapas, opprobria: tamen non multum ea curarit, paſſus pro nobis, omnéſque ſaluans; ſed potiùs pro gratiſſimis, ſibique aſſuetis deliciis habuerit, declarauit Iacob his verbis: [Gratioſi oculi tui ex vino.] Nam ex his, vt arbitror, intelligi debet iucundum, lætum & hilare, quo diuina ipſius natura prædita eſt. Mens enim eorum qui vinum biberunt, iucunda ferè eſſe ſolet, & ab iis quæ triſtitiam gignunt, ſummopere abhorret. Cùm verò ſermo quodammodo è dentibus procedat, ideo & hos eſſe ait *candidos*, vt qui ſermonem candidum per linguam emittant. Chriſtus enim nequaquam vaniloquus eſt, ſed potiùs veridicus. Siquidem omne quod loquitur ſanctum eſt, atque admiratione dignum, atque adeò tale, vt animæ & menti auditorum ſplendidiſſimum lumen immittat.

Eſai. 63. — Geneſ. 49. 12.

Περὶ τοῦ Ζαβουλών.

ΖΑΒΟΥΛΩΝ παράλιος, κατοικήσει καὶ αὐτὸς παρ' ὅρμον πλοῖον, καὶ παρατενεῖ ἕως Σιδῶνος. φθάσαντες ἤδη προειρήκαμεν, ὅτι τὸν τῆς προκειμένης ἡμῖν προφητείας βασανίζοντες λόγον, καὶ ὅπως ἂν ἔχοι, καὶ διαπεραίνοιτο καλῶς, καθαρῶς σπουδάζοντες,

De Zabulon.

ZABVLON maritimus, habitabit & ipſe iuxta portum nauium, & extendet ſe vſque ad Sidonem.] Suprà diximus quòd extendentes rationem propoſitæ prophetiæ, & quo pacto ſe habeat atque propagatur inueſtigare ſtudentes,

Gen. 49. 13.

A partim ex ſimilitudine eorum quæ anteatranſacta ſunt, fieri dicimus, partim ex nominum interpretatione tantùm non effingi, & futurorum imaginem præmonſtrari: prout facilè notauerit quiuis mente præditus. quod ipſum videre licet in Zabulon, & reliquis. Significat enim *proſperitatem* ſiue *benedictionem* apud eos, qui huiuſmodi vocabula interpretantur. Inueniemus itaque nonnullos ex Iſrael benedictos, rectéque in omnibus quæ Deo placent incedentes; cæterùm

B per fidem in Chriſtum iuſtificatos, & ſancti Spiritus gratia illuſtratos: adeò vt deinceps verè exclamare poſſint,
Pſal. 113. 23. „ [Benedicti nos à Domino, qui fecit „ cælum & terram.] Huc quadrabit, arbitror, etiam illud Prophetæ Eſaiæ:
Eſai.26.7 „ [Via piorum facta eſt recta, & iter „ piorum paratum eſt. Via enim Do„mini iudicium.] Deus autem huius vniuerſi præcepit, vt illi qui ita ſplendidi ac benedicti ſunt, vocentur in ſacram & diuinam aulam, dicens:

C
Eſai.26.2. „ [Aperite portas: ingrediatur popu„lus cuſtodiens iuſtitiam, & cuſtodiens „ veritatem, apprehendens veritatem, „ & cuſtodiens pacem.] At ne interuenientibus ſcandalis impingentes retardentur in hac proſpera via, quæ tendit ad bona, ordinauit vt planum facerent aditum, ita ad ſanctos ſacer-
Eſai.62.10. „ dotes, dicens: [Ingredimini per por„tas meas, & lapides è via dimouete.] Iſraelitæ igitur qui amplectuntur fidem Chriſti, erunt benedicti, omnéſque ipſorum actiones proſperè ipſis

D ſuccedent. Porro affirmat textus, eos ſiue *Zabulon regionem maritimam* inhabitaturos. Perinde ac dicat, Iſrael poſthac admiſcebitur Gentibus, vt ita duo populi congregentur in vnum gregem, atque vni ſuapte natura bono ſummo paſtori, id eſt Chriſto, ſubiiciantur. Quòd autem hæc figura ſit vera, ſacræ Scripturæ ſermo pleniſſimè nobis confirmarit,

E quæ Gentibus regionem mari vicinam aſſignat. Ait enim ſic:
Eſai.9.1. „ [Regio Zabulon, terra Nephtha„lim iuxta viam maris, & cæteris „ qui mare accolunt, Galilæa Gen„tium. Populus qui ſedet in tene„bris vidit lumen magnum.] Intelligis nunc, quomodo regionem Zabulon vocauit *terram Gentium*, quæ & lumen magnum viderunt per Chriſtum. Iſrael ergo cum Gentibus ha-

A τοῦτο μὲν ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν ἤδη προειργασμένων πεποιῆσθαί φαμεν, τοῦτο δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς εὖ μάλα τῆς τῶν ὀνομάτων ἑρμηνείας, μονονουχὶ πλαστουργούμενον, καὶ τὴν τῶν ἐσομένων ἰδέαν προσαναφαίνοντα διαδείξειεν ἂν οἶμαι τις νοῦν ἔχων. ὃ δὴ μάλιστα κατιδεῖν ἔξεσται πάλιν ἐπί τε τοῦ Ζαβουλὼν, καὶ τῶν ἐφεξῆς. διερμηνεύεται γὰρ εὐοδία τε ἢ εὐλογία παρά γε τοῖς τὰ τοιαῦτα διατρανοῦν εὖ μάλα κατηθισμένοις. εὐλογημένους δὴ οὖν τινὰς ἄρα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ εὑρήσομεν, καὶ τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀν-

B δάνουσι Θεῷ εὐοδίαν πεπλουτηκότας· πλὴν ὅτι τοὺς διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν δεδικαιωμένους, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος λελαμπρυσμένους χάριτι· ὡς καὶ ἰσχῦσαι λοιπὸν οὐ ψευδοεποιοῦντας, ἀνακραγεῖν· εὐλογημένοι ἡμεῖς τῷ κυρίῳ τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἁρμόσαι δ' ἂν οἶμαι καὶ περὶ αὐτῶν τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν εἰπεῖν, ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. ἡ γὰρ ὁδὸς κυρίου κρίσις. τοὺς ὧδε λαμπροὺς καὶ εὐλογημένους

C εἰς τὴν ἱεράν τε καὶ θείαν αὐλὴν εἰσκαλεῖσθαι προστέταχεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὕτω λέγων· ἀνοίξατε πύλας· εἰσελθέτω λαὸς φυλάσσων δικαιοσύνην, καὶ φυλάσσων ἀλήθειαν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, καὶ φυλάσσων εἰρήνην. ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς διὰ μέσου σκανδάλοις προσπταίοντες, ὄκνον εἰσδέξωνται τὸν ἐπ' ἀγαθοῖς, εὐοδίαν ὥσπερ ποιεῖσθαι προστέταχε, καὶ καταψηφίσασθαι τὴν εἰσδρομὴν, οὕτω λέγων τοῖς ἁγίοις ἱερουργοῖς· πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου,

D καὶ τοὺς λίθους τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε. οὐκοῦν εἶεν ἂν εὐλογημένοι τε καὶ εὐοδούμενοι, τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν οἱ τετιμηκότες ἐξ Ἰσραήλ. κατοικήσειν γε μὴν αὐτοὺς ἤτοι τὸν Ζαβουλὼν τὴν τῇ θαλάσσῃ γείτονα χώραν διεβεβαιοῦτο σαφῶς. οἱονεί πως ἐκεῖνο λέγων, ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀναμὶξ ἔσται λοιπὸν ὁ Ἰσραὴλ, ἅτε δὴ καὶ εἰς μίαν ποίμνην συνενηνεγμένων τῶν δύο λαῶν, καὶ ὑπὸ χεῖρα τοῦ ἑνὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἀγαθοῦ γεγονότων ἀρχιποιμένος, τουτέστι

E Χριστοῦ. ὅτι δὲ τὸ αἴνιγμα ἀληθὲς, πληροφορήσει ῥᾳδίως τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ὁ λόγος, τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀπονέμων τὴν παρόσοικον τῇ θαλάττῃ χώραν. ἔφη γὰρ οὕτως· χώρα Ζαβουλὼν, γῆ Νεφθαλεὶμ ὁδὸν θαλάσσης, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν παραλίαν οἰκοῦντες, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, φῶς ἴδε μέγα. συνίης ὅπως χώραν Ζαβουλὼν τὴν τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλεσεν. οἳ καὶ φῶς τεθέανται μέγα, δῆλον δὲ ὅτι διὰ Χριστοῦ. συμπεφώτισται

δὴ οὕτω τοῖς τὴν παραλίαν κατοικοῦσιν, ὁ σύνοικος Ἰσραήλ. εἴη δ' ἂν οἶμαι τουτὶ τὸ εὐοδοῦσθαι παρὰ Θεοῦ. ὅτι γὰρ τῷ φωτίζεσθαι πάντη τε καὶ πάντως ἕποιτο ἂν, τὸ καὶ εὐοδοῦσθαι δεῖν, εἰσόμεθα πάλιν τοῦ Σωτῆρος λέγοντος τοῖς Ἰουδαίων δήμοις. ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτί, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. ὁ πάλαι τοίνυν λαὸς καταμόνας οἰκῶν, ὁ τοῖς ἔθνεσιν ἀναφύρεσθαι παραιτούμενος, αὖθις ἔσται συγκάτοικος, διασπάντος πρὸς διαφορὰν οὐδενός· διά τε τὸ λελύσθαι παρὰ Χριστοῦ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργῆσαι, καὶ τοὺς δύο λαοὺς ἐκτίσαι λοιπὸν εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ διὰ πνεύματος. ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ παρ' ὅρμον πλοίων, τουτέστιν, ὡς ἐν λιμένι τυχὸν ἀσφαλεῖ, καὶ ἀκύμονι, καὶ εἰς Χριστὸν ἀνάπαυλαν τῆς ἐλπίδος τὰ πείσματα. ἐκ πολλῆς γὰρ ὥσπερ ἀποφοιτήσας ζάλης, ἐνορμισθήσεται λοιπὸν τῇ παρ' αὐτοῦ χάριτι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν λιμέσιν ὁλκάδες. τὸ δὲ δὴ καὶ μέχρις αὐτῆς παρατείνεσθαι τῆς Σιδῶνος εἰπεῖν, ὑποδηλοῦν ἔοικεν ὅτι τοσαύτη πρὸς ἕνωσιν πνευματικὴν συνδρομὴ τῶν δύο γενήσεται λαῶν, ὡς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ καὶ αὐτὰς ἐμπλῆσαι τὰς πόλεις, τὰς ἐν πολλῇ παρὰ Θεῷ γεγενημένας αἰτίᾳ καὶ διαβολῇ, ὡς ἀποπλανώσας ποτὲ καὶ διαρπαζούσας τρόπον τινὰ τοὺς σεβομένους αὐτόν. ἔφη γάρ που διὰ φωνῆς προφητῶν· καὶ τί ὑμεῖς ἐμοὶ Τύρος καὶ Σιδὼν, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; μὴ ἀνταπόδομα, καὶ ὑμεῖς ἀνταποδίδοτέ μοι, ἢ μνησικακεῖτε καὶ ὑμεῖς ἐπ' ἐμοί; ὀξέως καὶ ταχέως ἀνταποδώσω τὸ ἀνταπόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν, ἀνθ' ὧν τὸ ἀργύριόν μου καὶ τὸ χρυσίον μου ἐλάβετε, καὶ τὰ ἐπίλεκτά μου καὶ τὰ καλὰ, εἰσηνέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν. καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπέδοσθε τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων, ὅπως ἐξώσητε αὐτοὺς ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν. ἄθρει δὴ οὖν ὅπως αἱ πάλαι δειναὶ καὶ πολεμιώταται πόλεις, καὶ ὀλέθρου πρόξενοι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, παντὸς ἐλευθέρους δείματος εἰσδέξονται τοὺς πεπιστευκότας, συνδέοντος ἐν εἰρήνῃ πρὸς ὁμοψυχίαν τοὺς δύο λαοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ καταλύοντος μὲν τὴν ἔχθραν, συγκατοικίζοντος δὲ τοῖς ἔθνεσιν ἐν ἀγάπῃ τὸν Ἰσραήλ. οἶμαι δὴ οὖν ὧδέ τε καὶ οὐ καθ' ἕτερον τρόπον τὸν Ζαβουλὼν κατοικῆσαι παράλιον.

bitans ſimul cum ipſis mare accolentibus, illuminatus eſt. Id autem eſt, proſperum à Deo iter habere. Quòd autem illuminationem perpetuò comitetur proſper ſucceſſus itineris, intelligemus rurſum, dicente Iudaicæ nationi Saluatore: [Donec lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ vos comprehendant.] (Ioan. 12.) Vetus igitur populus, qui ſeorſum habitauit, quique Gentibus admiſceri recuſabat, eis erit contubernalis, cùm iam nihil ſit, quod eos ſeiungat; propterea quòd interſtitium maceriæ ſit dirutum, & lex mandatorum euacuata, duóque populi deinceps in vnum nouum hominem conditi ſint in Chriſto, per Spiritum. [Erit autem, inquit, in ſtatione nauium,] hoc eſt, in portu, videlicet tuto & tranquillo, ſpei rudentibus Chriſto acquieſcens atque innitens. Eluctatus enim quodammodo è grauiſſima tempeſtate recipiet ſe tandem in gratiam Dei, quemadmodum reuera olcades ſiue naues onerariæ in portum. Quòd autem pertingat *ad Sidonem vſque*, videtur ſubindicare, tantum duorum populorum concurſum futurum, vt Iſraelitæ ſint completuri etiam ciuitates, quæ ſunt apud Deum culpabiles atque damnatæ, eò quòd ſeduxerunt olim atque auerterunt quodammodo eius cultores. Ita enim alicubi ait per vocem Prophetarum: [Ecquid vobis mecum, Tyre & Sidon, adeóque tota Galilæa alienigenarum? Num & vos retaliabitis mihi, aut reminiſcimini iniuriæ aduerſus me? Ego autem retaliabo vobis citò & velociter in capita veſtra, eò quòd argentum meum & aurum meum accepiſtis, atque electa mea & pulchra importaſtis in veſtra delubra. Item, filios Iſrael & Iudæ vendidiſtis filiis Græcorum, vt abduceretis eos à ſuis finibus.] (Ioel. 3.) Vide ergo quomodo illæ quondam grandes & bellicoſiſſimæ vrbes, quæ cauſæ fuerunt perditionis Iſraelitis, nunc ſunt eoſdem credentes ab omni pauore liberos recepturæ, cùm Saluator noſter Ieſus Chriſtus duos populos redegerit ad vnitatem in pace, & diſſoluerit inimicitiam, ſimúlque cum Gentibus Iſraelem in dilectionem ſuam tranſtulerit. Ita ergo, neque vlla alia ratione, arbitror, Zabulon maritimum locum habitauerit.

A

De Iſachar.

Geneſ. 49. 14. » ISACHAR bonum concupiuit, re-
» quieſcens in medio hæreditatum.
» Et videns requiem, quòd bona eſſet,
» & terram quòd pinguis, ſubmiſit hu-
» merum ſuum ad laborandum, & fa-
» ctus eſt vir agricola.] *Iſachar* rurſus
exponitur *merces*. Poteſt autem, quan-
tum ad nominis ſignificationem, ty-
pus & imago eſſe haud obſcura illo-
rum, quæ loco mercedis à Deo ac
Patre tributa ſunt Chriſto. Ait enim
Pſal. 2. 8. » Dauid: [Pete à me, & dabo tibi Gen-
» tes hæreditatem, & poſſeſſionem tuam
» terminos terræ.] Et rurſum idem pſal-
lendo quaſi commemorat eos qui dati
Pſal. 126. 3 » ſunt Emmanueli: [Ecce hæreditas
» Domini, filii, merces fructus ven-
tris.] Qui enim crediderunt, tum
ex ſanguine Iſrael, tum ex multi-
tudine altera, Gentium nimirum,
ſunt quaſi merces dati Emmanueli.
Porro Ieſum appellauit Dominum,
& eundem fructum ventris factum ait,
propter noſtram ſimilitudinem. Na-
tus enim eſt ex muliere, & fructus
ventris virginalis declaratus. Quocir-
ca credentes lucrifecit ſibi Chriſtus:
ob quos alicubi & cæleſtem Patrem
Ioan. 17. 6. » ac Deum affatur: [Quos dediſti mi-
» hi ex mundo, tui erant, & mihi eos
» dediſti.] Illi igitur eximiam ſortem
experierunt, hoc eſt, quodcumque di-
ci poteſt, & eſt reuera eximium, lon-
géque Deo acceptiſſimum. Id enim
magnifaciunt atque præcipuè præſta-
re contendunt, vt ſcilicet ex bono cor-
Pſal. 18. 10. » de exclamantes, dicant: [Iudicia Do-
» mini vera, iuſtificata in idipſum: de-
» ſiderabilia ſuper aurum & lapidem pre-
» tioſum multum.] Præclarum item ac
bonum eſt expetere, vt quis ſit ſub
Chriſto, ſicut & ſponſa ait in Canticis
Cant. 2. 3. » Canticorum: [Sub vmbra ipſius deſi-
» deraui, & in ea ſedi.] Populus igitur
ita affectus, conſiderat ſtudioſè hære-
ditates, quę à Domino proueniunt, hoc
eſt, bona Sanctis promiſſa, quæ adhuc
in ſpe ſita ſunt: de quibus & diuinus
Pſal. 30. 16. » Dauid meminit: [In manibus tuis ſor-
» tes meæ.] Commorabitur autem quo-
dammodo & conquieſcet in eis, quia
compos ſuę ſpei eſt futurus. Cùm igitur
probaſſet ſuum conſilium ac iudicium,
neque parum admiratus eſſet quie-
tem in his, hoc eſt, æternum ho-

Περὶ τοῦ Ἰσάχαρ.

ΙΣΑΧΑΡ τὸ καλὸν ἐπεθύμησεν, ἀναπαυ-
όμενος ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. καὶ ἰδὼν τὴν
ἀνάπαυσιν ὅτι καλὴ, καὶ τὴν γῆν ὅτι πίων,
ὑπέθηκε τὸν ὦμον αὐτοῦ εἰς τὸ πονεῖν, καὶ ἐγενή-
θη ἀνὴρ γεωργός. μισθὸς δὲ πάλιν ὁ Ἰσάχαρ
ἑρμηνεύεται. εἴη δ' ἂν ὡς ἀπό γε τοῦ σημαινο-
B μένου τύπος οἷά τις καὶ εἰκὼν οὐκ ἀσυμφανὴς
τῶν ὡς ἐν τάξει μισθοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πα-
τρὸς ἀπονεμηθέντων Χριστῷ· αἴτησαι γὰρ, φησὶν
ὁ Δαβὶδ, παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν
κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέ-
ρατα τῆς γῆς. ψάλλει δέ που καὶ πάλιν τοὺς δο-
θέντας οἶμαί που τῷ Ἐμμανουὴλ, μονονουχὶ κα-
ταλέγων· ἰδοὺ ἡ κληρονομία κυρίου, υἱοί· ὁ μι-
σθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός. δίδονται γὰρ, φησὶ,
τῷ Ἐμμανουὴλ μισθὸς οἷά τις, οἱ πεπιστευκό-
C τες ἀπό τε τοῦ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ ἑτέρου
πλήθους, φημὶ δὴ τοῦ ἐξ ἐθνῶν. κύριον δὲ ὀνομά-
σας τὸν Ἰησοῦν, καὶ καρπὸν αὐτὸν ἔφησε γενέσθαι
γαστρὸς, διά τοι τὴν καθ' ἡμᾶς ὁμοίωσιν. γεγέννηται
γὰρ ἐκ γυναικὸς, καὶ καρπὸς νηδύος ἐδείχθη παρ-
θενικῆς. οὐκοῦν τοὺς πιστεύοντας ἀποκεκέρδηκεν ὁ
Χριστὸς, καὶ περὶ αὐτῶν τάχα που πρὸς τὸν ἐν
οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν φησιν· οὓς δέδωκάς μοι
ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας.
D οὗτοι δὴ οὖν τὸ καλὸν ἐπεθύμησαν, τουτέστι πᾶν
ὅπερ ἂν λέγοι τότε, καὶ ἔστιν ἀληθῶς ἐξαίρετον,
καὶ τὸ ὅτι μάλιστα φίλτατον Θεῷ. τοῦτο ποιοῦνται
περὶ πολλοῦ, καὶ κατορθοῦν σπουδάζουσιν, ὡς
ἐκ διανοίας ἀγαθῆς ἀναφωνοῦντες λέγειν· τὰ
κρίματα κυρίου ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ
αὐτό. ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον
πολύν. καλὸν δὲ πρὸς τούτῳ τὸ ἐπιθυμεῖν ὑπ'
αὐτῷ γενέσθαι Χριστῷ. ὃ δὴ καὶ ἡ νύμφη φησὶν ἐν
E τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων· ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύ-
μησα, καὶ ἐκάθισα. ὁ γνώμης τοίνυν εἰς τοῦτο
προσήκων λαὸς, κατασκέπτεται μὲν ἀκριβῶς τοὺς
περὶ Θεοῦ κλήρους, τουτέστι, τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀγα-
θὰ τοῖς εὐσεβοῦσιν ἐπηγγελμένα. περὶ ὧν καὶ ὁ
θεῖος ἔφη Δαβὶδ, ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου.
καταλύσει δὲ ὥσπερ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐπαναπαύσε-
ται πάντη τε καὶ πάντως, ὅτι τεύξεται προσ-
δοκηθέντων. ἐπαινέσας δὴ οὖν τὴν ἑαυτοῦ βουλήν τε καὶ
κρίσιν, καὶ οὐ μετρίου θαύματος τὴν ἔν γε τού-
τοις ἀξιώσας ἀνάπαυσιν, τουτέστι, τὴν εἰς αἰῶνα

τιμὴν, τὴν ὡς ἐν ἁγιασμῷ τελείῳ ἔχοντι ζωὴν, τὴν ἀτελεύτητον δόξαν· τὴν ἀναπόβλητον βασιλείαν, καὶ ὅσα καὶ νοῦ καὶ γλώττης ἐπέκεινα, τληπαθὴς ἔσται λοιπόν. ἑωρακὼς γὰρ ὅτι πίων ἡ γῆ, τὸν ὦμον ὑποθήσει, φησὶ, καὶ ἀγαπήσει τὸν πόνον. δέχεται δὲ τὸ παράδειγμα παρὰ τῶν ὡς ἄριστα γηπονεῖν εἰωθότων, οἳ φιλεργέστατοί τε εἰσὶ καὶ σκαπάνης φίλοι, καὶ μὴν καὶ ἀρότροις ἐνιδροῦν σπουδάζουσιν, εἰ δὴ πιείρας λάβοιντο γῆς, ἐννοοῦντες οἶμαί που καρπὸν τὸν ἀμφιλαφῆ. καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς ἐσόμενα. προτρέπει δέ πως εἰς τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς ἡμᾶς Ὠσηὲ, λέγων· σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε εἰς καρπὸν ζωῆς· φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. ἐκζητήσατε τὸν κύριον ἕως οὗ ἔλθῃ γεννήματα δικαιοσύνης ὑμῖν. ἐπηύξατο δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος εἰπών· ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν, χορηγήσει καὶ πληθυνεῖ τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσει τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. ἵνα πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν.

A norem, vitam perfectè ſanctificatam, inceſſabilem gloriam, regnum ſempiternum, ac quæcunque omnem mentem ac linguam ſuperant, tum demum factus eſt patiens laborum. Cùm enim vidiſſet quòd terra eſſet pinguis, ait textus, *Submittet humerum*, & amabit laborem. Mutuatur autem exemplum ab iſtis, qui terram colere conſueuerunt, qui ſunt in primis laborioſi, atque agricolationi dediti, totóque pectore aratris incumbunt, quando pingue ſolum nacti ſunt, B vberémque fructum ſe inde percepturos intelligunt. Adhortatur autem nos ad hoc etiam Propheta Oſeas, dicens: [Seminate vobis ad iuſtitiam, & colligite in fructum vitæ. (Oſeæ 10. 12.) Accendite in vobis lumen cognitionis. Exquirite Dominum donec veniant vobis fruges iuſtitiæ.] Paulus quoque fructus iuſtitiæ nobis precatur, dicens: [Qui ſuppeditat ſemen (2.Cor.9.) ſeminanti, & panem in cibum, ſuppeditabit & multiplicabit ſementem veſtram, C augebitque fructus iuſtitiæ veſtræ, vt vbique omnem ſufficientiam habentes, abdundetis in omne opus bonum.

Περὶ τοῦ Δάν.

ΔΑΝ κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὡσεὶ καὶ μία φυλὴ ἐν Ἰσραήλ· καὶ γενηθήτω Δὰν ὄφις, ἐφ' ὁδοῦ ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβου. δάκνων πτέρναν ἵππου, καὶ πεσεῖται ὁ ἱππεὺς εἰς τὰ ὀπίσω, τὴν σωτηρίαν περιμένων παρὰ κυρίου. ἕπεται πάλιν τῇ τοῦ ὀνόματος ἐτυμολογίᾳ ὁ λόγος. κριτὴς γὰρ ἤτοι κρίσις ὁ Δάν. ἐμφαίνει δ' αὖ ὡς ἐφ' ἑαυτῷ καὶ ἔτι πάλιν τὸν εὐκλεᾶ καὶ περίοπτον τῶν ἁγίων ἀποστόλων χορόν· οἳ εἰς ἀρχὴν τέθεινται τῶν πεπιστευκότων, καὶ τὸ κρίνειν ἔλαχον, κατανέμοντος αὐτοῖς τὸ χρῆμα Χριστοῦ. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλός φησιν· οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτιγε βιωτικά; κριτὴς μὲν οὖν εἷς, καὶ νομοθέτης κατὰ τὰς γραφὰς ὁ Χριστός. εἰ δὲ πρεσβεύουσιν ὑπὲρ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἐν αὐτοῖς τέθειται τῆς καταλλαγῆς ὁ λόγος, οὐδὲν τὸ παράδοξον, εἰ καὶ νοοῖντο κριταὶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ Χριστοῦ. ἀνακέκραγε δέ που καὶ ὁ μέγας ἡμῖν Ἡσαΐας, τήν τε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ θεοπρεπῆ βασιλείαν, καὶ τὴν αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διάῤῥησιν ἐμφανῆ καθιστάς·

De Dan.

DAN iudicabit populum ſuum, ſicut & vna tribus in Iſrael. & fiat (Geneſ.49. 16.) Dan coluber in via inſidens in ſemita, mordens calcaneum equi, & cadet eques retrorſum; Salutare expectans D Domini.] Hiſtoria rurſum nominis etymologiam ſequitur. *Dan* enim eſt *iudex*, aut *iudicium*. Præ ſe fert autem hic glorioſum atque admirabilem ſanctorum Apoſtolorum chrorum, qui in principatum fidelium ſunt conſtituti, & iudicium conſecuti, tribuente hoc ipſis Chriſto. Hinc & diuinus Paulus ait: [Neſcitis quoniam angelos ſimus iudicaturi, non (1.Cor.6. 3.) tantùm ea quæ ad victum pertinent?] E Quocirca licet vnus iudex & legiſlator ſit iuxta Scripturas, nempe Chriſtus, tamen & Apoſtoli, qui pro Chriſto funguntur legatione, & quibus commiſſus eſt reconciliationis ſermo, non abs re intelligi poſſint & ipſi iudices, ſecundùm ſimilitudinem Chriſti. Inclamat autem alibi nobis etiam magnus Eſaias, introducens & regnum Chriſti auguſtum, & ſanctorum Apoſtolorum illuſtrem prædicationem.

[Ecce

Eſai.32.a. [Ecce, inquiens, rex iuſtus regnabit, & principes cum iudicio præerunt.] Nam olim Hieroſolymis regnabant quidem illi, qui erant ex tribu Iuda; ſed qui ſancto tabernaculo præerant, & ſacerdotalem dignitatem obtinebant, ordinati erant ad iudicandum. [Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt iudicium, & legem requirent ex ore eius.] Malac.2.7. Poſtquam autem vmbra legis quodammodo contracta eſt, & verus cultus in ſpiritu inductus per Chriſtum, illuſtrioribus iudicibus indigebat mundus, vocatique ſunt ad hoc diuini diſcipuli, qui legalium doctorum locum ſubirent. Vnde ad Iudæorum matrem, hoc eſt ad Hieruſalem, dictum fuit à Deo per vocem Pſalmiſtæ: [Pro patribus nati ſunt tibi filii,] hoc eſt, filii, qui tibi ius dicunt, locum patrum ſortiti ſunt. Ad Dominum autem noſtrum Ieſum Chriſtum ait: Pſal.44.17. [Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.] Quòd autem hoc ſit impletum, & ad exitum perductum, facilè quis viderit. Principes enim ac iudices vniuerſales habuimus ſanctos diſcipulos, quorum doctrina ipſum Chriſti myſterium explicatum eſt. Siquidem ipſi diſpenſatores ſalutiferi verbi, & rerum agendarum auctores; quippe qui quidquid inutile eſt diſcentibus, tanquam adulterinum ſecernunt; & viciſſim quod vtile eſt, vt amplectamur, monent. Dan igitur ait, hoc eſt illi, qui ſtato tempore eligentur ad iudicandos populos & gentes, adeò potenter imperabunt, & cum tanto ſplendore ac gloria, quanta vna tribus ex Iſrael regnauit. Innuit autem omnino, arbitror, regnantem tribum Iuda, & non aliam. Quis enim dubitauerit, quin illi, qui electi ſunt principes mundi, in maximo ſint pretio, atque ſummo honore proſequendi à Chriſti cultoribus? Veruntamen quòd ipſorum imperium non ſit futurum expers ærumnarum; ſed quòd multis innumerabilibúſque malis ſint tentandi, neque inuenturi ſint apoſtolatus curſum immunem ac liberum à periculis, veluti in typo demonſtrauit, dicens: *Fiat Dan*, hoc eſt, futurus eſt Dan populus perſequens, [tanquam ſerpens in via commorans, in ſemita mordens calcaneum equi,]

A ἰδοὺ δὲ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι. πάλαι μὲν γὰρ ἐβασίλευον τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς· τετάχατο δὲ πρὸς τὸ κρίνειν οἱ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ προσεδρεύοντες, καὶ τὸν τῆς ἱερωσύνης λαχόντες κλῆρον· χείλη γὰρ ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. ἐπειδὴ δὲ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς οἱονεὶ συνεσταλμένης, καὶ τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ λατρείας εἰσκεκομισμένης διὰ Χριστοῦ, λαμπροτέρων ἔδει τῷ κόσμῳ κριτῶν, εἰσκέκληνται πρὸς B τοῦτο λοιπὸν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ εἰς τὸν τῶν κατὰ νόμον ἐξηγητῶν εἰσέφρησαν κλῆρον. τοιγάρτοι πρὸς μὲν τὴν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὲ τὴν Ἱερουσαλήμ, ἐλέγετο παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς· ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν υἱοί σου, τουτέστιν, οἱ σοὶ χρηματίζοντες υἱοί, τὴν τῶν πατέρων τάξιν διέλαχον. πρὸς δέ γε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. ὃ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐξηνεγμένον ἴδοι τις C ἄν. ἄρχοντας γὰρ πεποιήμεθα, καὶ κριτὰς ἐσχήκαμεν οἰκουμενικούς, τοὺς ἁγίους μαθητάς, ὧν ταῖς ὑποθήκαις καὶ αὐτὸ τὸ Χριστοῦ λαλεῖται μυστήριον· ἐπείπερ εἰσὶν αὐτοὶ καὶ ταμίαι τοῦ σώζοντος λόγου, καὶ τῶν πρακτέων εἰσηγηταί. τὸ μὲν ὅσον ἐστὶ τοῖς παιδευομένοις ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν ὡς κίβδηλον ἀποκρίνοντες· εἰσποιεῖσθαί γε μὴν ὅτι πρέποι τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν συμβουλεύοντες. Δὰν τοίνυν φησί, τουτέστιν, οἵπερ ἂν ὅλως προχειρισθεῖεν κατὰ D καιροὺς ἐπὶ τὸ κρίνειν ἔθνη καὶ λαούς, οὕτω κατάρξουσι δυνατῶς καὶ σὺν εὐκλείᾳ πολλῇ, καθάπερ ἀμέλει καὶ μία φυλὴ τῶν ἐξ Ἰσραήλ. φησὶ δὲ οἶμαι τὴν βασιλεύουσαν τὴν Ἰούδα πάντως, καὶ οὐχ ἑτέραν. ὅτι γὰρ ἐκτετίμηνται, καὶ εἰς ἄκρον ἥκουσι δόξης, παρά γε τοῖς τοῦ σωτῆρος προσκυνηταῖς, οἱ παρ' αὐτοῦ προκεχειρισμένοι τῆς ὑφ' ἡλίῳ καθηγηταί, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν; πλὴν ὅτι τὸ ἄρχειν αὐτοῖς οὐκ E ἀταλαιπώρητον ἔσται παντελῶς, ἔμελλον δὲ πολλῶν καὶ ἀναριθμήτων πειρᾶσθαι κακῶν· παραποδισθήσονται δὲ ὅτι καὶ οὐκ εἰς ἅπαν εὑρήσουσι τῆς ἀποστολῆς τὸν δρόμον κινδύνων ἀπηλλαγμένον, ὡς ἐν τύπῳ παραδείγματος ὑπεμφαίνει, εἰπών, ὅτι γενηθήτω Δάν. ἀντὶ τοῦ ἔσται ὁ Δὰν ὁ τῶν διωκόντων δῆμος. ὡς ὄφις ἐν ὁδῷ καθήμενος ἐπὶ τρίβου δάκνων πτέρναν ἵππου,

τουτέστι, δεινὰ καὶ ἄφυκτα δόγματα διδούς. τοιγάρτοι τῶν ἐχιδνῶν δήγματα δυσδιάφυκτά πως ἐστὶν, εἰ καὶ εἰς αὐτὴν γένοιτο τὴν πτέρναν. αὐτός γάρ σου, φησὶ, τηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν. ἐπεβούλευσαν δὲ οὕτω τινὲς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ὡς καὶ αὐτὸν ἐπαγαγεῖν τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον. καὶ δή τι τοιοῦτον ὑποστῆναί φαμεν αὐτοὺς, ὁποῖον ἂν πάθῃ τυχὸν ἱππεὺς, ὀκλάσαντος ἵππου, καὶ αὐτόπου ὥσπερ ὑφιζηκότος. ὑπτιασθήσεται γὰρ ὁ ἐπιβάτης, καὶ εἰς γῆν οἶμαι πεσὼν, περιμενεῖ τὸν σώζοντα. περιμένουσι δὲ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τὸν τῆς ἑαυτῶν δόξης τε καὶ σωτηρίας καιρὸν, καθ' ὃν εἰσκεκλήσονται εἰς βασιλείαν ἀκλόνητον καὶ αἰώνιον, ἐπιφωνοῦντος αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου. τετελέκασι γὰρ τὸν δρόμον, τετηρήκασι δὲ καὶ τὴν πίστιν. οὐκοῦν τὸν ἀμάραντον τῆς δόξης ἀποκομιοῦνται στέφανον. εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις οὐχὶ παρὰ Δὰν ἔσεσθαί τινας ὡς ὄφεις ἐγκαθημένους ὁδῷ, ἀλλ' αὐτὸν ἑτέροις ἐπιβουλεύσειν τὸν Δάν· ἐκεῖνο ἐροῦμεν ὅτι τὸ κρίνειν τε καὶ καθηγεῖσθαι λαῶν, ἔχοντες οἱ γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, πικροτάτων ἐχιδνῶν ἐπεφοίτων δίκην τῷ Χριστῷ, καὶ οἱονεί πως ἱππέα διὰ ψιλῆς τε καὶ λείας ἄττοντα τρίβου, δήγμασι περικόπτοντες, ἀνοσίως ἡλίσκοντο. ἀλλ' εἰ καὶ πέπτωκεν ὁ ἱππεὺς, ἐθελοντὴς ἀνατλὰς τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον· ἀλλ' οὖν καὶ ἀναβιώσεται, συλλήπτορα καὶ ἐπίκουρον ποιούμενος τὸν πατέρα. δύναμις γὰρ ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ υἱὸς, τὸν ἴδιον αὐτὸς ἐζωοποίησε ναόν. ταύτῃ τοι σεσῶσθαι λέγεται παρὰ τοῦ πατρὸς κεκινδυνευκὼς ὡς ἄνθρωπος, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, καὶ ὅλην αὐτὸς εἰς τὸ εὖ εἶναι συνέχων ὁρατήν τε καὶ ἀόρατον κτίσιν. οὕτω που συνιεὶς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ αὐτοῦ φησί· καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ.

A hoc eſt, ardua & inexplicabilia dogmata proponens. Morſus enim viperarum ineuitabiles quodammodo ſunt, etiamſi in ipſum fiant calcaneum. [Ipſe enim, ait, obſeruabit caput tuum, & tu obſeruabis calcaneum illius.] Ita enim ſanctis Apoſtolis ſunt inſidiati, vt etiam mortem corporalem ipſis intulerint. Vnde tale quid eos perpeſſos eſſe dicimus, cuiuſmodi pateretur eques, ſi labente equo ſolutis poſterioribus pedibus, inſeſſor ſupinus in terram procidat, expectans qui opem ferat ac ſaluet. Expectant autem etiam diuini diſcipuli opportunum ſuæ gloriæ & ſalutis tempus, quo vocabuntur in regnum inconcuſſum atque ſempiternum, acclamante eis Chriſto: [Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum vobis à mundi conſtitutione paratum.] Conſummarunt enim curſum, & fidem ſeruarunt, ideóque coronam gloriæ reportabunt immarceſcibilem. Porro ſi quis ſtatuere velit non futuros eſſe Dan vllos tanquam ſerpentes inſidentes viæ, ſed ipſum Dan aliis inſidiaturum; tum illud dicimus, quòd Scribæ & Phariſæi iudicium pariter & principatum obtinentes, inſtar teterrimarum viperarum irruerint in Chriſtum, ac quaſi equitem per anguſtam glabrámque viam feſtinantem morſibus inflictis, impiè ceperint. Cæterùm etiamſi eques ceciderit, volens mortem carnis perpeſſus, tamen iterum reuiuiſcet, conſtituturus Patrem adiutorem atque opitulatorem. Nam cùm ipſe ſit Dei ac Patris potentia, ſuum ipſius templum viuificauit. Ideóque & ſaluatus dicitur à Patre, periculis vt homo ſubiectus, quanquam ſuapte natura ſit Deus, totámque viſibilem atque inuiſibilem creaturam in ſuo ſtatu continens. Hoc modo intellexeris quod diuus Paulus alibi de eo ſcribit: [Etſi enim crucifixus eſt ex infirmitate, viuit tamen ex potentia Dei.]

Margin notes: Gen. 3. [?]; Matt. 25. 34.; 2 Corin. 13. 4.

Περὶ τοῦ Γάδ.

De Gad.

ΓΑΔ πειρατήριον πειρατεύσει αὐτόν. αὐτὸς δὲ πειρατεύσει αὐτοῦ κατὰ πόδας. ἡρμήνευσε πάλιν τί ποτ' ἂν βούλοιτο

GAD tentatio tentabit eum. Ipſe autem tentabit eum iuxta pedes.] Iterum interpretatus eſt, quid ſibi velit

Margin note: Genes. 49. 19.

Nunquid occidere me tu vis, quemadmodum occidiſti heri Ægyptium? Timuit autem Moſes, & ait: Si ſic manifeſtum factum eſt verbum hoc. Audiuit autem Pharao verbum hoc, & quærebat occidere Moſen. Receſſit autem Moſes à conſpectu Pharaonis, & habitauit in terra Madian. Cùm veniſſet autem in terra Madian, ſedit iuxta puteum. At ſacerdoti Madian erant ſeptem filiæ paſcentes oues patris ſui Iethro. Cùm veniſſent autem, hauriebant quoad impleuerunt canales, vt adaquarent oues patris ſui Iethro. Superuenientes autem paſtores eiecerunt eas. Surgens autem Moſes liberauit eas, & hauſit aquam illis, & adaquauit oues illarum. Reuerſæ autem ſunt ad Raguel patrem ſuum. Ille autem dixit eis: Quare feſtinauiſtis adueniendo hodie? Illæ autem dixerunt, Homo Ægyptius liberauit nos à paſtoribus, & hauſit aquam nobis, & adaquauit oues noſtras. Ille autem dixit filiabus ſuis, Et vbi eſt? cur ſic dimiſiſtis hominem? vocate igitur eum vt comedat panem. Habitauit autem Moſes apud hominem, & dedit Sephoram filiam ſuam Moſi vxorem. In ventre autem habens mulier, peperit filium, & vocauit nomen eius Gerſam, dicens: Quia aduena ſum in terra aliena.] Atque hæc quidem de Moſe. Nunc autem oratio noſtra ad ſenſum intimæ conſiderationis ſe conuertet, tribuens nimirum hiſtoriæ quod maximè ei conuenit; & item quod videtur poſſe ſpirituali inſeruire expoſitioni, id ſcilicet ad Chriſti inſtitutum referens. Audiſti itaque quòd Moſes iam adultus exiuerit ad fratres ſuos. Verus ſiquidem eſt diuinus Paulus ita ſcribens: [Quando autem venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, natum ex muliere, factum ſub lege.] Quis igitur commodè intelligi debeat modus huius ad nos miſſionis hîc patefactæ, aut quid ſit quòd eum egreſſum eſſe dicamus, neceſſarium erit diſpicere. An non Verbum Dei Patris in eo quod ſicut nos, hoc eſt homo, factus eſt, quomodo de ſe egreſſum eſſe concedemus & à diuina gloria quaſi receſſiſſe? Siquidem illud verum eſt, quòd cùm diues fuerit, pauper factus ſit, & ſeipſum demiſerit in exinanitionem. Ex quo & conſummata ſua adminiſtratione, iam reuerſurus ad Patrem,

Gal. 4. 4.

Tomus primus.

A ἐφ' ἡμᾶς; ἢ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; ἐφοβήθη δὲ Μωσῆς, καὶ εἶπεν, εἰ οὕτως ἐμφανὲς γέγονε τὸ ῥῆμα τοῦτο. ἤκουσε δὲ Φαραὼ τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἐζήτει ἀνελεῖν τὸν Μωσῆν. ἀνεχώρησε δὲ Μωσῆς ἀπὸ προσώπου Φαραὼ, καὶ κατῴκησεν ἐν γῇ Μαδιάμ. ἐλθὼν δὲ ἐν τῇ γῇ Μαδιὰμ, ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ φρέατος. τῷ δὲ ἱερεῖ Μαδιὰμ ἦσαν ἑπτὰ θυγατέρες ποιμαίνουσαι τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῶν Ἰοθόρ. παραγενόμεναι δὲ ἤντλουν, ἕως ἔπλησαν τὰς δεξαμενὰς, ποτίσαι τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῶν Ἰοθόρ. B παραγενόμενοι δὲ οἱ ποιμένες ἐξέβαλον αὐτάς· ἀναστὰς δὲ Μωσῆς ἐρρύσατο αὐτὰς, καὶ ἤντλησεν αὐταῖς, καὶ ἐπότισε τὰ πρόβατα αὐτῶν. παρεγένοντο δὲ πρὸς Ραγουὴλ τὸν πατέρα αὐτῶν· ὁ δὲ εἶπεν αὐταῖς, τί ὅτι ἐταχύνατε τοῦ παραγενέσθαι σήμερον; αἱ δὲ εἶπον· ἄνθρωπος Αἰγύπτιος ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ποιμένων, καὶ ἤντλησεν ἡμῖν, καὶ ἐπότισε τὰ πρόβατα ἡμῶν. ὁ δὲ εἶπε ταῖς C θυγατράσιν αὐτοῦ, καὶ ποῦ ἐστι; καὶ ἵνα τί οὕτως καταλελοίπατε τὸν ἄνθρωπον; καλέσατε οὖν αὐτὸν ὅπως φάγῃ ἄρτον. κατῳκίσθη δὲ Μωσῆς παρὰ τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἐξέδοτο Σεπφώραν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Μωσῇ γυναῖκα. ἐν γαστρὶ δὲ συλλαβοῦσα ἡ γυνὴ ἔτεκεν υἱὸν, καὶ ἐπωνόμασε Μωσῆς τὸ ὄνομα αὐτοῦ Γηρσὰμ, λέγων ὅτι πάροικός εἰμι ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. ὧδε μὲν οὖν τὰ Μωσέως. θεωρίας δὲ τῆς ἐσωτάτω μεταθήσεται πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος, ἀπονέμοντες τῇ ἱστορίᾳ ὅ, τι μάλιστα τὸ πρέπον D αὐτῇ· τὸ δὲ ὅσον ἂν φαίνοιτο ταῖς πνευματικαῖς ἀφηγήσεσιν ὑπηρετεῖν εὖ μάλα δυνάμενον, τοῦτο προστρέπων εἰς οἰκονομίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ. διεπύθου δὲ ὅτι μέγας γενόμενος Μωσῆς, ἐξῆλθε πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὴς ὁ θεσπέσιος γράφων Παῦλος, ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον. τίς δὴ οὖν ἄρα νοοῖτ' ἂν εἰκότως τῆς E ἐνθάδε δηλουμένης ἀποστολῆς ὁ τρόπος, ἢ τί τὸ ἐκβεβηκέναι φήσομεν, κατιδεῖν ἀναγκαῖον. ἢ γὰρ οὐχὶ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς γεγονότα, τουτέστιν ἄνθρωπον, μονονουχὶ καὶ ἐκβεβηκέναι δώσομεν, ἔξω τε γενέσθαι τῆς θεοπρεποῦς ἐρεμένων εὐκλείας; εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν. καὶ γοῦν ἐκπεπερασμένης ἤδη τῆς οἰκονομίας, ὅτε καὶ ἀναφοιτᾶν ἔμελλε πρὸς τὸν πατέρα, συνεδρεύσων αὐτῷ,

ἐκ τῶν ὑπερτάτων ἐπιβησόμενος θώκων, πάτερ, φησὶ, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. ὁ δὲ οὐρανοῦ καὶ γῆς κύριος ὡς Θεὸς ἀνημμένος φυσιωδῶς τῶν ὅλων τὸ κράτος, οὐκ ἂν ἐξοίχοιτό πως τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐν τῇ δούλου μορφῇ γεγονώς· ὁ δὲ ἐν ᾧ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, εἰ μεθ' ἡμῶν ὁρῷτο γυμνὸς ἐκ ἐν μνήμασιν, εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν ὡς ζωὴ, οὐκ αὐτῷ δόξειεν ἔξω γενέσθαι βραχὺ τῶν ὅτι μάλιστα πρεπόντων αὐτῷ. εἶτα πῶς ἐνδοιάσειέ τις; ἐκβέβηκε τοίνυν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τουτέστι, τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. αὐτῶν γὰρ αἱ ἐπαγγελίαι, αὐτῶν οἱ πατέρες, πρὸς οὓς τὰ ἐπηγγελμένα. τοιγάρτοι ἔφασκεν, οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. ἀλλὰ δεινὴν καὶ δύσοιστον ἀληθῶς ὑπομένοντας τὴν πλεονεξίαν· ἐπεπήδα γὰρ ὥσπερ συντρίβων ὁ σατανᾶς· ἐλευθεροῦν ἐσκέπτετο, καὶ πόνου παντὸς ἀποφαίνειν ἀπηλλαγμένους. ἀποκτονώς δὲ τρόπον τινὰ τὸν ἀδικοῦν ἡρημένον, κατέκρυψεν εἰς γῆν, τουτέστιν, ἐν τοῖς ὑποχθονίοις ἐτίθει μέρεσι, κατακλείων εἰς ᾅδην. τοῦτό τοι φημὶ τὸ ἐν ψάμμῳ κρύπτειν τεθνεῶτα τὸν Αἰγύπτιον. ὅτι δὲ τὰ τῶν δαιμονίων θεομισῆ καὶ ἀκάθαρτα σμήνη τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρρήτῳ δυνάμει συνηλαύνετο εἰς τὸν ᾅδην, κατοικίζειν δὲ τὴν ἄβυσσον οἰκεῖν, ἀναμάθοι τις ἂν καὶ μάλα ῥᾳδίως ἐκ τῶν Εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων. παρεκάλουν γὰρ αὐτὸν, φησὶν, οἱ δαίμονες, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. ὡς γὰρ πλῆθος ἤδη πολλῆς παραπεσαλμένης, οἱ καταλειφθέντες ἔτι προσιόντες παρεκάλουν δύνασθαι τέως αὐτοῖς τὸ τοῖς ἑτέροις συγκατακρίνεσθαι. ὅτι δὲ κατῃκίζοντο τῆς εἰς ἡμᾶς ὠμότητος εἰσπραττόμενοι δίκας, καταθεῷτό τις ἂν εἰ βούλοιτο καὶ ἀμογητὶ, ἀνακεκραγότων ἀκούων, ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ, ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐτεθέατο Χριστὸς ἀφορήτως ἐγκείμενον τοῖς ἐπὶ γῆς τὸν Αἰγύπτιον, κατέκρυψεν αὐτὸν εἰς τὸν ᾅδην. τοῦτό τοι πάλιν ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις ἀποτετέλεκεν Ἰησοῦς, ὁ διαβιβάσας τὸν Ἰορδάνην τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ στρατηγήσας μετὰ Μωσέα. κατέδησε γὰρ ἐν σπηλαίῳ τοὺς πέντε τῶν Ἀμορραίων βασιλεῖς, πλαγίως ἡμῖν τοῦ τύπου προσαναφαίνοντος, ὅτι μετὰ τὴν ἐν νόμῳ πολιτείαν ἀναδειχθεὶς ἐφ' ἡμᾶς ὁ Ἐμμανουὴλ βασιλεὺς,

A atque aſſeſſurus ei, atque adeò ſuper omnes thronos aſcenſurus: [Pater, ait, glorifica me gloria quam habui, priuſquam hic mundus eſſet, apud te.] Quòd autem Dominus cæli ac terræ, vtpote qui Deus ſit, & ſpiritualiter habeat potentiam totius vniuerſi, non poſſit à ſeipſo diſcedere, eò quòd formam ſerui acceperit: ille verò in quo viuimus, mouemur & ſumus, etſi nobiſcum videatur mortuus, & in monumentis fuiſſe, itémque reuixiſſe, vt qui ſit per ſe vita, tamen ne tantillum quidem ab iis quæ ipſi conuenientiſſima ſunt, ſeiunctus fuit. Quis enim dubitauerit? Egreſſus eſt igitur ad fratres ſuos, hoc eſt, ad filios Iſrael. Ipſorum enim ſunt promiſſiones, ipſorum item patres quibus promiſſiones factæ ſunt. Vnde & ipſe dixit: [Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſrael.] Verumenimuerò cùm reperiſſet nonnullos graui atque intoleranda tyrannide oppreſſos, (inſultabat enim eis prædabundus ſatanas) liberare contendit, atque ab omni afflictione vindicare. Cúmque interfeciſſet quodammodo eum qui nos iniuria afficiebat, occuluit in terra, hoc eſt, in ſubterraneis partibus conſtituit, concludens in infernum. Hoc enim eſſe cenſeo mortuum Ægyptium in ſabulo abſcōdere. Cæterùm quòd turba dæmoniorum inuiſa Deo atque immunda, ineffabili Saluatoris noſtri potentia detruſa ſit in infernum, adeóque ad habitandum in abyſſo condemnata, facilè quis ex Euāgelica lectione didicerit. [Rogabant enim eū, inquit, dæmones, ne præciperet ſibi, vt in abyſſum deſcenderent.] Nam cùm magna multitudo iam ingreſſa eſſet, iſti qui reliqui erant, accedentes rogabant eum, remitti ipſis, ne cum aliis condemnarentur. Quòd autem puniti ſint crudelitatis ſuæ, qua aduerſus nos vſi ſunt, pœnas luentes, citra negotium qui volet deprehenderit, audiens clamantes: [Sine, quid nobis & tibi, Ieſu Nazarene? veniſti huc vt ante tempus nos torqueas?] Cùm igitur Chriſtus vidiſſet iſtum Ægyptium eſſe moleſtum hominibus, abſcondit ipſum in infernum. Hoc ipſum etiam tanquam in vmbris ac typis repræſentat Ioſue, qui filios Iſrael per Iordanem traduxit, & dux belli fuit poſt Moſen. Nam hic in ſpelunca quinque Amorrhæorum reges ligauit, præſignificante nimirum obliquè hoc typo, quòd poſt vitam in lege Emmanuel rex noſter ſit declaratus,

Ioan. 17.

Matth. 15. 24.

Luc. 8, 31.

Ibid. 28.

dæmoniorum principes tanquam in profunda & abdita obſignaturus ſpelunca in penetralibus ſubterraneis. Sublato igitur eo qui nos affligebat, Poſtero die, inquit, mota rixa inter Hebræos, ſequeſter in medium proceſſit Moſes & conciliator: vt ſcilicet ad pacem eos qui hoſtiliter inter ſe contendebant reduceret, dicens ei, qui

Exo 2.13. » fratri vim inferre volebat, [Quare tu » percutis proximum tuum? At ille: Quis » te, inquit, conſtituit noſtrum princi» pem & iudicem? An interficere me » cupis eo modo quo interfeciſti pridie » Ægyptium?] Nam cùm Emmanuel ſatanã priùs quaſi concluſiſſet in inferno, prodibat iuſtitiæ mediator Iſraelitis, vt mutuæ dilectionis magiſter, iubebat quidẽ, vt fraternæ charitati ſtuderent, & vt pace atque concordia nihil haberent antiquius. Vnde & ipſe

Ioan.14. 17. » dixit: [Pacem meam do vobis.] Cùm autem deberent hanc inſtitutionem laudare; atque admirari pacis auctorem ac ducem charitatis, optimæque diſciplinæ magiſtrum, ſummam in ipſum impietatem exercuerunt. Neque enim eum ducem ſibi propoſuerunt. At verò dicente ipſo per vocem Pſal-

Psal.2.6. » miſtæ: [Ego conſtitutus ſum rex ab » ipſo ſuper Sion montem ſanctum eius.] tamen iſti maiore quàm dici poſſit impudentia moti, ſæuè impiéque in ipſum ruebant, dicentes: nunc quidem » ſic: [Quis dedit tibi poteſtatem hanc?]

Ioan.9. 29. » nunc verò ſic: [Scimus quòd Deus » Moſi locutus ſit: iſtum autem non no» uimus vnde ſit.] Atque ſic illa per quæ ſalui fiebant, adſcribebant damnationi, & modum auxilii ſui turpiſſimè deformabant. Nam diuinus Moſes accuſabatur quòd occidiſſet Ægyptium, qui tamen afflixerat atque vexarat, & intolerabili vi Hebræorum greges oppreſſerat. Chriſtus autem cùm malos dæmones in abyſſum conijceret, atque à tyrannide, quam in nos exercebant, etiam inuitos prohiberet, nimirum expellendo ab iis quos vexabant; cùm alioqui ideo maiori admirationi eſſe deberet, tamen cauillatorum criminationem non ſubterfugit. Auſi enim fuerunt dicere, prodigiorum editionem vertentes in

Mat.12. 24. » accuſationem: [Iſte non eiicit dæ» monia niſi in Belzebub principe dæ» moniorum.] Obſerua autem quòd Moſes cùm vndique circumſpexiſſet, nec quemquam animaduertiſſet,

A τοὺς τῶν δαιμονίων ἐξάρχοντας, καθάπερ ἐν
βαθεῖ κατασφραγίσας σπηλαίῳ τοῖς ὑποχθονίοις
μυχοῖς. ἀνῃρημένου δὴ οὖν τοῦ ἐγκειμένου καὶ θλίβοντος, τῇ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ, φησί, δύο διαπληκτιζομένων Ἑβραίων, βραβευτὴς εἰς μέσον εἴη Μωσῆς, καὶ διαλλακτὴς εἰς εἰρήνην τοῖς ἀμφιλαλλήλως διεστηκόσιν εἰς ἔχθρας ἀνεφαίνετο, λέγων τῷ καταβιάζεσθαι τὸν ἀδελφὸν ἐθέλοντι, ἵνα τί σὺ τύπτεις τὸν πλησίον; ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς, ἢ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις ὃν τρόπον

B ἀνεῖλες τὸν Αἰγύπτιον χθές; περικατακλείσας γὰρ ὥσπερ εἰς ᾅδην τὸν σατανᾶν ὁ Ἐμμανουήλ, δικαιοσύνης ἐφαίνετο βραβευτὴς τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, καὶ φιλαλληλίας διδάσκαλος, ἀγάπης μὲν τῆς εἰς ἀδελφοὺς μεταποιεῖσθαι κελεύων, εἰρήνης δὲ καὶ ὁμοψυχίας οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ ἄμεινον. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. οἱ δὲ τὴν εἰσήγησιν ἐπαινέσαι δέον, καὶ θαυμάσαι τὸν διαλλακτὴν, τῆς εἰρήνης τὸν χορηγὸν, καὶ τῆς ἀγάπης τὸν πρύτανιν, τῶν

C ἀρίστων αὐτοῖς μαθημάτων τὸν ἡγούμενον, δεδυσσεβήκασιν οὐ μετρίως. οὐ γὰρ ἐποιοῦντο καθηγητήν. ἀλλὰ καίτοι διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς λέγοντι σαφῶς, ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. ἁπάσης ἀναισχυντίας ἰόντες ἐπέκεινα, σκληρῶς τε καὶ ἀφιλοθέως ἀντεφέροντο λέγοντες· ποτὲ μὲν, ὅτι τίς ἔδωκέ σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην; ποτὲ δὲ πάλιν, οἴδαμεν ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεός, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστί.

D καὶ τὰ δι' ὧν ἐσώζοντο καταγράφοντες εἰς κατάῤῥησιν, καὶ τὸν τῆς ἐπικουρίας τρόπον ἀσυνετώτατα διασύροντες. ἐνεκαλεῖτο μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς ὡς ἀνελὼν τὸν Αἰγύπτιον, καίτοι θλίβοντα καὶ ἐγκείμενον, καὶ ἀφορήτοις πλεονεξίαις τὰς τῶν Ἑβραίων ἀγέλας καταφορτίζοντα. καταχωννύων δὲ ὥσπερ εἰς ἄβυσσον ὁ Χριστὸς τὰ πονηρὰ δαιμόνια, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος, καὶ οὐχ ἑκόντα μεθιστὰς διὰ τὸ τῶν ἐχόντων

E ἐκπέμπειν αὐτά. καίτοι δέον ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι, τοὺς τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν οὐ διέδρα λόγους. τετολμήκασι γὰρ εἰπεῖν ἔγκλημα ποιούμενοι τὴν τερατουργίαν, οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. ἐπιτήρει δὲ ὅτι περιβλεψάμενος ὁ Μωσῆς ὧδε καὶ ὧδε, καὶ τεθεαμένος οὐδένα, τε-

ἀποκτείνας τὸν Αἰγύπτιον κατέκρυψεν ἐν ψάμμῳ. εἶτα προελθὼν, συμβουλεύει τὰ εἰς εἰρήνην τοῖς ἐξ αἵματος ἀδελφοῖς. πολεμεῖ γὰρ κύριος ἐπὶ Ἀμαλὴκ, πλὴν ἐν χειρὶ κρυφαίᾳ, καθὰ γέγραπται, καὶ οὐδενὸς ὁρῶντος τῶν ἐπὶ γῆς ἀρχομένων διὰ Χριστοῦ τὰ τῶν πραγμάτων ἀπορρητότερα. πῶς γὰρ ἢ πότε κατεδικάζοντο τῶν δαιμονίων τὰ στίφη, καὶ τὴν ἄβυσσον οἰκεῖν προσετάττοντο, τίς ἂν εἰδείη τῶν ἐπὶ γῆς; συνελάσας δὲ οὕτω εἰς ᾅδου τὸν Σατανᾶν, καὶ παραπαλλάξας τοὺς ἐπὶ γῆς τῆς ἐκείνου πλεονεξίας, ἐκάλει λοιπὸν εἰς εἴδησιν ἀρετῆς. τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς οὐκ ἀσυμφανῶς που φησὶν, ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσῃ; προκαταδήσας γὰρ ὥσπερ τὸν ἰσχυρὸν, τουτέστι τὸν Σατανᾶν, μεθίστησι διὰ πίστεως εἰς ἑαυτὸν τὰ σκεύη αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς ὑπ' αὐτῷ πράττοντας ποτὲ καὶ ἐν ἀχρείοις σκεύεσι λελογισμένους. ἀλλ' ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς καταθαυμάζεσθαι πρέπειν, ἐπὶ τούτοις αὖθις κατεσκωμμένος ἀνοσίως μεταπεφοίτηκεν ἀναγκαίως τὴν Ἰουδαίαν ἀφεὶς, ἐν ᾗ καὶ γεγέννηται κατά γε τὴν σάρκα· καίτοι κατ' ἀλήθειαν Ἰουδαῖος οὐκ ὢν ὡς ὁ λόγος, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ παρὰ πατρὸς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, ἐτίκτετο μὲν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἦν Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, ῥίζαν ἔχων εὐγενῆ καὶ ἁγίαν τοῦ πατρός. ἀλλὰ τῶν ἐξ αἵματος ὀνειδιζόντων αὐτῷ, καὶ ἐν ἐσχάταις ἐχόντων διαβολαῖς τὰ ὑπέρ γε σφῶν αὐτῶν πεπραγμένα, μετετέθη λοιπὸν εἰς τὴν Μαδιὰμ, καὶ εἰς τὴν τῶν ἑτερογλώσσων μεθωρμίζετο χώραν. εἶτα προσιζήσας τῷ φρέατι, ταῖς Ἰοθὸρ ἐπήμυνε θυγατράσιν. αἱ μὲν γὰρ οὖσαι τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ, καὶ τὰς τοῦ ἰδίου πατρὸς ἀγέλας διαποιμαίνουσαι, προσεκόμιζον ταῖς ληνοῖς δεδιψηκότα τὰ θρέμματα. ἀρυσαμένας δὲ ἤδη καὶ σὺν ἱδρῶτι πολλῷ, πεπλεονεκτήκασι τῶν αἰπόλων τινές. ὑπερήθλησε δὲ Μωσῆς, καὶ χερσὶν ἰδίαις ἀνιμώμενος, ἐπότισε τὰ πρόβατα αὐτῶν, καθὰ γέγραπται. ἐν τάξει δὲ οὕτω τοῦ κόσμου τὸν Ἰοθὸρ παραδεξόμεθα, ὃς ἦν ἱερεὺς τῶν Μαδιηναίων, οὐ Θεῷ τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς ποιούμενος τὴν λατρείαν, ἀλλὰ τοῖς κτίσμασι παρὰ τὸν κτίσαντα καὶ ποιητὴν, ἢ τοῖς ἐκ λίθων πεποιημένοις,

A tandem mortuum Ægyptium abſcondit in arena. Deinde veniens conſuluit quæ ſuis fratribus conferebant ad pacem. Pugnat enim Dominus contra Amalec; cæterùm in manu ſublimi, vt ſcriptum eſt, & nemine eorum qui in terris degunt vidente, res ineffabiles per Chriſtum adminiſtrabat. Quomodo enim aut quando dæmoniorum cohortes ſint damnatæ, & vt in abyſſo habitarent ipſis præceptum ſit, quiſnam mortalium nouerit? B Depulſo igitur in infernum ſatana, hominibúſque ab ipſius tyrannide liberatis, vocauit deinceps ad notitiam virtutis: quod & ipſe Chriſtus alibi non obſcurè teſtatur, inquiens: [Aut quomodo poteſt quis introire domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs conſtringat fortem, & tunc domum iſtius diripiat?] Matth. 12. Chriſtus enim cùm priùs conſtrinxiſſet ſatanam, tanquam fortem, transfert per fidem in ſeipſum vaſa iſtius, C hoc eſt, eos qui olim ſub ipſo faciebant opus, & inter inutilia vaſa propter peccatum reputatos. Verùm propter quæ admiratione dignus videbatur, ob hæc ipſa impiè deriſus, neceſſariò emigrauit relicta Iudæa, in qua tamen ſecundùm carnem natus erat, etſi ſecundùm veritatem Iudæus non eſſet, vtpote Verbum; ſed è ſupernis & è cælo & ex Patre, vt ferè etiam diuinus Moſes natus quidem fuit in Ægypto, ſed D erat Hebræus ex Hebræis, paternam radicem nobilem ac ſanctam habens. Ideóque cùm iſti, qui cognati ipſi erant, vexarent eum probris, & quæ pro ipſis ſuſcepta erant, ſummopere calumniarentur, conceſſit demum in Madian, regionémque alienigenarum frequentauit. Deinde cùm ad puteum conſediſſet, filiabus Iethro opitulabatur. Hæ enim erant ſeptem numero, patris ſui gregem paſcentes, cogebántque oues ſiti laborantes ad E canales. Cæterùm magno labore hauriebant aquam ob quorumdam paſtorum iniquitatem: Moſes autem propugnauit eas, & ſuis ipſius manibus hauriens adaquauit ipſarum oues, ſicut ſcriptum eſt. Quocirca mundum præ ſe ferre cenſebimus Iethro qui erat ſacerdos Madianitarum, neque verum ac ſuapte natura Deum colebat; ſed aut creaturas Creatori præferebat, aut ea quæ ex lapide,

aut ligno erant fabrefacta. Errauit autem & hic mundus, dæmonia non Deum adorando. Porro Iethro exponitur ſuperfluitas, aut ſuperfluum. Eiuſmodi ſanè mundus eſt, cùm totus ſit ſuperfluitas; eò quòd qui mundana curant, nihil eorum quæ neceſſaria ſunt faciant, ſed vanis cogitationibus ebrii, inutilibus voluptatibus toti ſunt addicti. Eſt igitur abſque dubio verum, quòd iis qui piè viuere volunt, ſuperuacanea carnalium ac mundanarum rerum cogitatio ab eius quod vtile ac neceſſarium eſt conſecutione abducat.
Rom. 8. 7 " Siquidem verùm eſt illud: [Prudentia
" carnis inimica eſt Deo.] Et qui ſapit ea quæ mundi ſunt, inimicus Dei conſtituitur. Nimis itaque verè ſapit qui mundi res eligit: atque ipſe adeo mundus.
Matt. 16. 26. " Ait enim alibi Chriſtus: [Quid profue-
" rit homini ſi totum mundum lucretur,
" animæ autem ſuæ detrimentũ patiatur?
" aut quid dabit homo in redemptionem
" animæ ſuæ?] Diſceſſit igitur Moſes ex Ægypto in Madian. Eodem modo & Chriſtus ex Iudæa in Galilæam. Vide autem quo pacto vna ex filiabus Leui pepererit ſanctũ Moſen. Atqui plures, nimirum ſeptem, fuerunt filiæ Iethro Madianitæ. Nam vna eſt multitudo Iudæorum, ex qua & Chriſtus ſecundùm carnem natus eſt, quod ſanè veluti in typo geſta Moſis adumbrant. Multæ autẽ ſunt mundi quaſi filiæ, hoc eſt, greges quaſi nationum in eo habitantiũ. Chriſtus itaque relicta ea ex qua natus ſecundùm carnem Synagoga, ad multos Gentium greges deflexit, quos mali paſtores iniuria afficiebant, hoc eſt, principes huius mundi. Verùm ipſe ſeruabat ac defendebat eos. Sed age dicamus de iniuria illa, vt ſimul modum auxilii aperiamus. Mos eſt ſacræ Scripturæ, vt inſitam nobis Dei cognitionem, qua ad res agendas duce vtimur, puteo ſeu foſſæ comparet. Nam ſcientia totius boni tanquam ex fonte mentis in nobis ſcaturit, & gloriæ Dei cognitio veluti in ſpeculo & in ænigmate. Vnde & iſtos qui contemnunt Dei dilectionem, impiéque declinauerunt, vt ſcilicet dæmonibus honorem qui Deo debetur tribuant, grauiter accuſat per vocem Hieremiæ, dicens:
Hier. 2. 12 " [Obſtupuit ob hoc cælum, & contre-
" muit terra vehemẽter, dicit Dominus,
" quia duo mala fecit populus meus: me
" dereliquerunt fontem aquæ viuentis,
" & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas,

Tomus primus.

A καὶ τοῖς τεκτόνων φιλοτεχνήμασι. πεπλάνηται δὲ καὶ ὁ κόσμος, δαιμονίοις καὶ οὐ Θεῷ προσκυνῶν. ἑρμηνεύεται δὲ καὶ Ἰοθὸρ περισσότης, ἢ περισσός. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ κόσμος, περισσότης ὢν ὅλος· διά τοι τὸ δρᾶν τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ἑλομένους τῶν ἀναγκαίων οὐδὲν, εἰκαίοις δὲ ὥσπερ καταμεθύειν περισπασμοῖς, καὶ διαρρίπτεσθαι τρόπον τινὰ πρὸς ἀχρείους ἡδονάς. εἴη ἂν οὐκ ἀμφίλογον, ὅτι τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ὀρθῶς περιττὰ τὰ σαρκὸς, καὶ τὸ φρονεῖν τὰ ἐν κόσμῳ, τῆς τοῦ χρη-
B σίμου καὶ ἀναγκαίου διήμαρτηκε θήρας, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν· καὶ ὁ φρονῶν τὰ τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. περιττότης οὖν ἀληθῶς τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ ἐν κόσμῳ, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κόσμος. ἔφη γάρ που ὁ Χριστὸς, τί ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; μεταχεχώρηκε τοίνυν ἐκ τῆς Αἰγυπτίων εἰς Μαδιὰμ ὁ Μωσῆς, ἐν ἴσῳ
C δὲ τρόπῳ καὶ ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν. ἄθρει δὲ ὅτι μία μὲν ἡ Λευὶ θυγάτηρ ἡ τὸν ἱερὸν τεκοῦσα Μωσέα. πλείους δὲ μὲν καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν αἱ Ἰοθὸρ τοῦ Μαδιναίου. μία μὲν γὰρ καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς, ἐξ ἧς καὶ γεγέννηται κατὰ σάρκα Χριστὸς, ὡς ἐν τύπῳ τὰ κατὰ Μωσέα. πολλαὶ δὲ λίαν αἱ οἱονεὶ τοῦ κόσμου θυγατέρες, εἴτουν ἀγέλαι τυχὸν ἐν αὐτῷ κατοικούντων ἐθνῶν. ἀφεὶς οὖν ἄρα Χριστὸς τὴν ὅθεν ἐξέφυ κατὰ τὴν σάρκα συναγωγὴν, ἐπὶ τὰς πολλὰς τῶν ἐθνῶν
D ἀπονένευκεν ἀγέλας· ἃς πονηροὶ ποιμένες κατεβιάζοντο, τουτέστιν, οἱ κοσμοκράτορες τοῦ κόσμου τούτου. διέσωσε δὲ αὐτάς. ἀλλὰ φέρε λέγωμεν τὸ πλεονεξίας τὸν τρόπον τὸν τῆς ἀρωγῆς προσεπάγοντες. ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ λάκκῳ παρεικάζειν τὴν ἔμφυτον ἐν ἡμῖν περὶ Θεοῦ γνῶσιν, καὶ καθ᾽ ἣν ἕκαστα τῶν πρακτέων ποδηγούμεθα. ἀναβρύει γὰρ ὥσπερ ἐν ἡμῖν καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ νοῦ καὶ ἡ παντὸς εἴδησις ἀγαθοῦ, καὶ τῆς περὶ
E Θεοῦ δόξης ἡ ὡς ἐν ἐσόπτρῳ τε καὶ αἰνίγματι γνῶσις. καὶ γοῦν τοὺς τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ὀλιγωρήσαντας, μεταχεκλιμένους δὲ ἀνοσίως ἐπὶ τὸ χαρίσασθαι τοῖς δαίμοσιν ἀνάπλεων τὸ σέβας, κατηγορεῖτο λέγων διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρανὸς, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον ἡ γῆ σφόδρα, λέγει κύριος, ὅτι δύο πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου, ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους,

αἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. λακκεία γὰρ ἡ ψευδώνυμος, λάκκος οἷά τίς ἐστι συντετριμμένος, οὐ γὰρ ἂν ἀρύσαιτό τις ἐκεῖθεν τὸν ζωοποιεῖν ἰσχύοντα λόγον. πηγὴ δὲ ζωῆς ἀληθῶς ἡ ἀμώμητος περὶ Θεοῦ γνῶσις. οὐκοῦν τῆς ἐμφύτου γνώσεως εἰκὼν ἂν εἴη λοιπὸν ὁ λάκκος ἡμῖν. ἀλλ' ἕως μὲν πρὸς εἴδησιν τὴν ἐπὶ Θεῷ ὀρθῷ καὶ ἀκαταβιάστῳ κεχρήμεθα νῷ, κατ' ἰθὺ τῆς ἀληθείας ἴξομεν. εἰ δὲ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις πλεονεκτούμενος παρατρέποιτό τις ἐπὶ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, τὰς ἰδίας ἐκείνοις δαπανήσει σπουδάς. τοῦτο οἶμαι ἐστὶν αἰνιγματωδῶς τὸ ἀρύσασθαι μὲν τὸ ὕδωρ τὰς Ιοθὸρ θυγατέρας, σὺν βίᾳ δὲ τοῦτο τοὺς πλεονεκτοῦντας ἑλεῖν. ἐν τοιαύταις εἶναί φαμεν ἀρρωστίαις τοὺς πεπλανημένους, παρατετραμμένης αὐτοῖς τῆς ἐμφύτου γνώσεως ἐπὶ τὸ ἀκαλλές, τουτέστιν, εἰς πλάνησιν, καὶ εἰς τὸ τοῖς δαιμονίοις χρήσιμον. ἀλλ' ἐπαμύνει ὁ Χριστός. ἀπεσόβησε μὲν γὰρ τοὺς ἀλιτηρίους ψευδοποιμένας. πεπότικε δὲ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, τουτέστι, τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ οὐράνιον κήρυγμα. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν, εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. οὐκοῦν παραληψόμεθα μὲν τὸν Ιοθὸρ εἰς τὸ τοῦ κόσμου πρόσωπον τοῦ περιττότητος καὶ ἐξιτηλίας μεμεστωμένου. θυγατέρας δὲ εἶναί φαμεν τὰς ἑπτὰ τὰς ἀπανταχοῦ τῶν ἐθνῶν ἀγέλας, ὡς ἐφ' ἑκάστῃ τῶν θυγατέρων Ιοθὸρ πληθύος σημαινομένης. οἱ δέ γε ποιμένες οἱ πονηροί τε καὶ βιαιότατοι νοοῖντ' ἂν εἰκότως τὰ τῶν δαιμονίων στίφη. ὁ δὲ ἐπαμύνων Χριστός, ὁ καὶ θείοις ἡμᾶς ἐκμεθύσκων νάμασιν. ἐπεὶ δὲ τὰς τῶν ἀνοσίων ποιμένων πλεονεξίας διέδρων αἱ νεάνιδες, ὑπονοστοῦσι πρὸς Ραγουὴλ τὸν ἑαυτῶν πατέρα, φημὶ δὴ τὸν Ιοθόρ. ἐρομένου δὲ αὐταῖς τῆς ἀσυνήθους ταχύτητος τὴν αἰτίαν, τὴν Μωσέως ἐπικουρίαν εὐθὺς ἀπαγγέλλουσιν. ὁ δὲ εἰσοικίζεται παραχρῆμα τὸν ἄνθρωπον, καὶ Σεπφώραν αὐτῷ δίδωσι γαμεῖν τῶν ἑαυτοῦ θυγατέρων τὴν προὔχουσαν καὶ εὐπρεπεστάτην. ἡ δὲ τέτοκε Γηρσάμ. ἐπειδὴ γὰρ ὠφέλησε Χριστὸς τὰ ἐν κόσμῳ τῶν ἐθνῶν συστήματα, ἐγνωρίζετο μὲν αὐτοῖς, μυσταγωγούντων αὐτοῦ τῶν δι' αὐτοῦ σωζομένων, ὅτι καὶ ἐπαμύνειν οἷός τε καὶ μὴν καὶ χειρὸς ἐξελέσθαι ῥᾳδίως τῶν ἀδικεῖν ἠρημένων. οὕτω τε λοιπὸν προσίεται μὲν ἀσμένως, καθὰ καὶ Ραγουὴλ Μωσέα τὸν ἱερώτατον, συμβαίνει δὲ ὥσπερ εἰς οἰκειότητα τὴν ὡς πρὸς αὐτὸν νύμφην οἷά τινα περικαλλεστάτην

quæ aquam continere nequeunt.] Nam cultus iſte falſus eſt quaſi ciſterna rupta, vtpote ex qua nemo poteſt haurire illud verbum viuificum: ſed ſincera Dei cognitio reuera eſt fons vitæ. Puteus itaque eſt typus inſitæ nobis notitiæ. Cæterùm quamdiu ad notitiam de Deo recta neque coacta mente vſi fuerimus, recta veritatis via graſſabimur. Si verò quis dæmoniorum fallaciis victus deflexerit ad id quod ipſi placet, tum ſuam operam illis locabit. Id enim, vt arbitror, figuratè ſignificat, quòd filiæ Iethro hauriant quidem aquam, alios autem potentiores eam vi eripere. in iſtiuſmodi infirmitatibus dicimus verſari eos, qui ſunt decepti. vtpote quibus inſita cognitio in abſurditatem ſit conuerſa, hoc eſt, in errorem, atque in id quod dæmoniis expedit. Verùm hoc vindicauit Chriſtus. Nam ipſe profligatis ſceleratis paſtoribus potauit aqua viuente, hoc eſt, ſuo diuino & cæleſti verbo. Idcirco ait: [Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.] (Ioan. 7. 37.) Iethro itaque geret nobis perſonam mundi, qui ſuperfluitate & vanitate redundat. Septem autem filias dicemus eſſe gentium cuiuſuis loci nationes, ita vt per vnamquamque filiarum Iethro multitudo ſignificetur. Paſtores verò mali atque infeſti meritò intelligi poſſint cœtus dæmoniorum. Sed qui vindicat eſt Chriſtus, qui & diuinis nos inebriat fluentis. Puellæ autem euaſis impiorum paſtorum iniuriis reuertuntur ad Raguelem patrem ipſorum, Iethro inquam. Cui interroganti cauſam tam inſuetæ feſtinationis, illico proferunt auxilium Moſis. Vnde & hominem confeſtim domum ſuam recipit, & Sephoram ei vxorem dat, primariam ex filiabus ſuis & formoſiſſimam. hæc autem peperit ei Gerſam. Nam poſteaquam in mundo adiuuit Chriſtus congregationes Gentium, cognoſcebatur quidem ab illis quos erudiebat, & ſaluabat quod poſſet vindicare, atque è manu eorum qui iniurias inferunt, facillimè liberare. Atque deinceps perlibenter recipit quemadmodùm & Raguel, Moſen ſanctiſſimùm. Adducit autem veluti in familiaritatem ſecum tanquam pulcherrimam

quandam ſponſam Eccleſiam ex Gentibus, quæ per Sephoram intelligitur. Nam Sephora exponitur *viſitatio*, vel *pulchra*, nec non *gratia ſpiritus*. Viſitauit enim oriens ex alto illam verè decoram ac formoſam, Eccleſiam inquam, donauitque eam xenio cæleſti, ſpiritus ſui acceſſione, nimirum Spiritus ſancti participatione. Porrò hæc peperit ei Gerſam, hoc eſt, populum reuera peregrinum. Qui enim diuino ſpiritu inſigniti ſunt, & ſuperna viſitatione dignati, & ad pulchritudinem veluti ad filium transformati, hi ſunt reuera aduenæ & peregrini in mundo. Ideóque optimè illis conueniet, vt exclament ac dicant:

Heb. 13. 14. „ [Non habemus hîc

„ manentem ciuitatem, ſed futuram

„ inquirimus,] cuius opifex & conditor eſt Deus. Nam ambulant quidem in terra, ſed ciues ſunt in cælo, nec quidquam eorum quæ ſunt in mundo concupiſcunt, aut appetunt, ſed ex toto ſuo corde aſpirant & contendunt ad ſæculum futurum. Nouerunt enim Chriſtum qui propter nos vt nos factus eſt, per eiuſmodi puram ac ſinceram vitam ſubſequi. Is enim non curauit mundana: abſit: at potiùs nobis eſt typus vitæ ſupermundanæ ac ſpiritualis propoſitus. Obſerua autem quòd ſacra Scriptura haud ſine magno conſilio patrem harum ſeptem puellarum, antequam Moſes ipſis opem tuliſſet, nominauit Iethro; deinde verò Raguel: & Iethro quidem ſignificat, vt iam dixi, ſuperfluitas; Raguel autem, *paſcua Dei*. Vtar autem vtilitatis gratia verbo. Dicimus igitur, quòd ille quidem gerit perſonam mundi, cuius ſanè occupatio reuera eſt ſuperflua atque inanis. Verùm hoc intelligendum eſt antequam chorus puellarum ſit adiutus à Chriſto. Nam poſtquam à tyrannide liberatæ, & ex impiorum paſtorum manu ſunt ereptæ, tunc inquam, nomen Iethro mutatum eſt in Raguel, qui eſt *grex Dei* aut *paſcua*, iuxta vim ipſius verbi: ſubiit enim manum ſummi illius omnium paſtorum principis, hoc eſt, Chriſti Ieſu, per quem & cum quo ſit Deo & Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

A παρειςὰς αὐτῷ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, ἣ διὰ τῆς Σεπφώρας νοεῖται. διερμηνεύεται γὰρ ἐπίσκεψις, ἢ ὡραία, καὶ μήν τοι καὶ χάρις πνοῆς. ἐπεσκέψατο γὰρ ἀνατολὴ ἐξ ὕψους τὴν ὡς ἀληθῶς ἐκπρεπῆ καὶ ὡραίαν, φημὶ δὴ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ δῶρον αὐτῇ καὶ ξένιον οὐρανοῦ κεχάρισται τὴν ἑαυτοῦ πνοῆς τὴν ἐπίδοσιν, φημὶ δὴ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος μέθεξιν. ἡ δὲ τέτοκεν αὐτῷ τὸν Γηρσάμ, φημὶ δὴ λαὸν τὸν πάροικον ἀληθῶς. οἱ γάρ τοι τῷ θείῳ κατεσφραγισμένοι πνεύματι, καὶ τῆς B ἄνωθεν ἐπισκοπῆς ἀξιούμενοι, καὶ εἰς ὡραιότητα διαπεπλασμένοι τὴν ὡς πρὸς υἱόν, πάροικοι κατὰ τὸ ἀληθὲς εἰσὶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ. ἁρμόσει δή που αὖθις ὅτι μάλιστα διακεκραγέναι τε καὶ λέγειν, Οὐκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. περιπατοῦντες γὰρ ἐπὶ γῆς, ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται, καὶ γλίχονται μὲν οὐδαμῶς τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πραγμάτων· μεταC ποιοῦνται δὲ σφόδρα τοῦ εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα. ἀκολουθεῖν γὰρ ἐγνώκασι διὰ τῆς οὕτως ἀστείας καὶ τετιμημένης ζωῆς τῷ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γε ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ παρῳκηκότι Χριστῷ. περιπεφρόνηκε γὰρ οὐ τὰ τοῦδε τοῦ κόσμου, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. τύπος δὲ μᾶλλον ἡμῖν τῆς ὑπερκοσμίου καὶ ἐννομωτάτης πέφηνε ζωῆς. ἐπιτήρει δὲ ὅπως οἰκονομικῶς δὴ λίαν τὸ γράμμα τὸ ἱερόν, τὸν τῶν ἑπτὰ νεανίδων πατέρα, πρὶν μὲν εἰς αὐτὰς γενέσθαι τὴν διὰ Μωσέως ἐπικουρίαν, ὀνόμασιν D Ἰοθόρ, εἶτα μετὰ τοῦτο Ραγουήλ. καὶ Ἰοθὸρ μὲν περιττότης, ἤτοι περιττὸς ἑρμηνεύεται, καθάπερ ἤδη προεῖπον. Ραγουὴλ δὲ ποιμασία Θεοῦ. κεχρήσομαι γὰρ τῇ λέξει διὰ τὸ χρήσιμον. ἐλέγομεν δὲ τὸ τοῦ κόσμου πρόσωπον περιθέντες αὐτῷ, ὅτι περιττὸς καὶ εἰκαῖος ἀληθῶς ὁ ἐν κόσμῳ περισπασμός. ἀλλ' ἦν μὲν ἐν τούτοις πρὶν ὠφεληθῆναι παρὰ Χριστοῦ τὸν τῶν νεανίδων χορόν. ἐπειδὴ δὲ πλεονεξίας ἐξήρηνται, καὶ τῆς τῶν E ἀνοσίων ποιμένων ἔξω τεθεῖνται χειρός, τότε δὴ τότε μετωνόμασται Ραγουήλ, ὅ ἐστι Θεοῦ ποίμνιον, ἤτοι ποιμασία κατά γε τὴν τῆς ἑρμηνείας δύναμιν. ὑποδεδράμηκε γὰρ τὴν χεῖρα τοῦ πάντων ἀρχιποίμενος, φημὶ δὴ Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A

Περὶ τῆς Μωσέως ὀπτασίας τῆς ἐν τῇ βάτῳ.

Οἱ μακάριοι προφῆται περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς οὐ μετρίως πεφροντικότες, ἅτε δὴ πνευματοφόροι καὶ ἀκριβῆ τὴν περὶ αὐτῶν ποιούμενοι τὴν κατάσκεψιν, συλλήπτορα καὶ ἐπίκουρον ἀναδείκνυσθαι παρεκάλουν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, αὐτῷ δὲ καὶ μόνῳ τὸ ἀνασώσειν δύνασθαι τοὺς εἰς λῆξιν ἥκοντας κακῶν ἀναθέντες ὡς Θεῷ. B γεγόνασι μὲν γὰρ τῶν ἀρίστων εἰσηγηταὶ, καὶ τὴν τῆς σωτηρίας παραδεδειχότες ὁδὸν σοφοί τε καὶ ἀγχίνοοι. καὶ τί γὰρ οὐχὶ λαχόντες τῶν ἐπαινουμένων, εἰκότως κατεθαυμάζοντο; ἀλλ' ἦσαν οὐχ οἷοί τε καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀποσοβῆσαι τὸν σατανᾶν, οὔτε μὴν τὰ βέβηλα τῶν δαιμονίων ἐλάσαι στίφη, οἳ τοὺς ἀθλίους ἡμᾶς πολυτρόπως κατελῄζοντο, μονονουχὶ καὶ ἐν τάξει τῶν δορυκτήτων ποιούμενοι, καὶ ζυγῷ δουλείας καταφορτίζοντες τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα C φρονεῖν τε καὶ δρᾶν ἀνοσίως ἠνάγκαζον· δασμολόγοι δὲ ὥσπερ δεινοί τε καὶ ἀπεικτοι προσάγειν ἐκέλευον, τὰς τῆς λατρείας αὐτοῖς, καὶ ὡς ἐπ' ὀφλήματος τάξει, τὸ καταμιαίνεσθαι δεῖν τοῖς περὶ γῆν σπουδάσμασι, καὶ διὰ τοῦτο μόνα φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ σαρκικά. ἦν οὖν ἄρα τῆς ἀρρήτου φύσεως ἀποτέλεσμα λαμπρὸν, τὴν ἀλαζόνα καὶ βέβηλον τοῦ διαβόλου καταπαῦσαι πλεονεξίαν, καὶ δουλείας μὲν ἀπαλλάξαι τῆς οὕτω βαρβαρωτάτης καὶ μυσαρωτάτης τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, D ἀποφῆναι δὲ λοιπὸν τῆς ἀρετῆς ἐργάτας. ὅτι δὲ τοῦτο οὕτω μέγα καὶ πολύευκτον ἀγαθὸν ὑπάρξειν ἔμελλε κατὰ καιροὺς τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καθέντος ἑαυτὸν εἰς κένωσίν τε καὶ ἀνθρωπότητα τοῦ μονογενοῦς, διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων οὐδὲν ἧττον εἰσόμεθα. ἔχει δὲ οὕτως· μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας τὰς πολλὰς ἐκείνας ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ ἐβόησαν, καὶ ἀνέβη ἡ φωνὴ αὐτῶν πρὸς E τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς τὸν στεναγμὸν αὐτῶν, καὶ ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ. καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ ἐγνώσθη αὐτοῖς. κατεβιάζοντο μὲν γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ τὸν τῆς ἀναγκαίου θητείας ἐπιρριπτοῦντες ζυγὸν, καὶ πικροὺς αὐτοῖς καὶ ἀφιλοικτίρμονας ἐργοδιώκτας ἐπιστήσαντες. οἳ κατώδυνον αὐτῶν τὴν ζωὴν, καθὰ γέγραπται.

De viſione Moſis in rubo.

BEATI Prophetæ cùm haud mediocri cura de iis quæ nos ſpectant afficerentur, vtpote ſpiritu afflati, accuratéque res conſiderantes, obſecrarunt vt Dei Verbum hominibus adiutor ac redemptor adueniret, ipſi nimirum ac quidem ſoli tribuentes vt Deo, eos qui ad extremam calamitatem peruenerint, ſaluare. Fuerunt enim optimarum rerum magiſtri, ſalutiſque viam præmonſtrantes, ſapientes atque induſtrii. quo enim non laudis genere floruerunt? Non potuerunt tamen ſatanæ tyrannidem à nobis arcere, aut impurorum dæmoniorum cœtus profligare, qui nos miſerè afflictos multifariam deprædabantur, atque inſtar mancipiorum ſeruitutis iugo onuſtos, quæ ipſis placebant & ſapere & facere nefariè cogebant, ac veluti graues rigidique exactores nobis imperitabant, vt ipſis cultum præſtaremus, quaſique ex debito nos terrenis operibus pollueremus, nihil niſi quæ carnis ſunt volendo curare ac ſapere. Erat igitur præclarum illius ineffabilis naturæ opus, ſuperbam atque pronam diaboli tyrannidem profligare, & ab adeò ſordido ſeruitutis iugo vindicare homines, virtutiſque operatores efficere. Quòd autem adeo ingens atque expetendum bonum ſuo tempore ſit euenturum mortalibus, cùm Vnigenitus ſeſe dimiſerit in exinanitionem, naturámque humanam aſſumpſerit, ex ſacris Literis itidem cognoſcemus. Ita autem habent: [Poſt dies autem multos mortuus eſt rex Ægypti, & ingemuerunt filii Iſrael propter opera, & exclamauerunt, & aſcendit clamor eorum ad Deum ab operibus, & audiuit Deus gemitum eorum, & recordatus eſt teſtamenti ſui, quod fecit cum Abraham, Iſaac & Iacob. Et reſpexit Deus filios Iſrael, & cognitus eſt eis.] Ægyptii enim grauiter opprimebant Iſraelitas, neceſſarium ſeruitutis iugum imponentes, acerbóſque ipſis atque immites operum dominos præficientes, qui vitam ipſorum excruciarent, ſicut ſcriptum eſt.

Exod. 2.

A Sed tanta tyrannide oppreſſi gementes & lachrymantes tandem miſeri rogarunt, vt cæleſti miſericordia digni haberentur. Exod.2.c. [Sed reſpexit Deus, & viſitauit, inquit, filios Iſrael, & cognitus eſt ab ipſis.] Cùm igitur verſaremur in ignorantia Dei, tunc iniuriam inferentibus eramus ſubiecti, atque in cœno peccati volutabamur, habentes crudeles & acerbos præfectos, nempe immundos dæmonas. Nam gratia libertatis omnino ſequitur Dei cognitionem. Verùm hæc facta ſunt typicè & B per figuram, propoſitáque ſunt nobis in admonitionem noſtri, ſicut ſcriptum eſt. Atque vnius quidem gentis, Iſraeliticæ nimirum typus eſt: apertè verò admodum docet, quòd immundis ſpiritibus & diabolo nihil aliud propoſitum ſit, quàm compellere mortales, vt in vanis laboribus deſudent, & opera carnis perficiant: ne fortè mentem ab his vacuam habentes & ad ſuperna aſpirantem, huius vniuerſi Deum cognoſcant, atque ita deinceps ſe ad ipſius C voluntatem componant, & diabolicæ ſeruitutis iugum excutiant. Cùm verò humanæ naturæ inſitum ſit ſtudium libertatis, non approbamus interdum iſtiuſmodi calamitatem, ſed auerſamur, & ſæpenumero nonnihil ad nos redeuntes, & carnalium voluptatum deformitatem deteſtantes, ſupernum à Deo ſitimus auxilium, & de violenta ſeruitute non parum querimur. Hoc, vt arbitror, eſt, quòd filii Iſrael ad Deum ingemiſcant. D Verùm vt eſt bonus, miſit nobis Saluatorem ac Redemptorem è cælo Filium, qui factus eſt vt nos, homo. idque iterum ſacra Scriptura figuratè præſignificauit. Ita enim ait: Exod.3.a. [Et Moſes paſcens oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian, duxit oues in deſertum, venitque ad montem Dei Horeb. Apparuit autem ei angelus E Domini in flamma ignis ex rubo. Et videt rubum ardere igne, nec tamen abſumi. Dixit autem Moſes: Accedens videbo viſionem magnam hanc, quare non comburitur rubus. Poſtquam autem vidit Dominus, quòd pergit ad videndum, vocauit eum Dominus ex rubo, dicens: Moſes, Moſes. Ille autem dixit: Quid eſt, Domine? Et dixit, Ne appropinqua huc. Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Et dixit ei: Ego ſum Deus patris tui Abrahã,

A οἱ δὲ ταῖς ἄγαν πλεονεξίαις πεπιεσμένοι κλαίοντες καὶ κατοιμώζοντες τῆς ἄνωθεν ἡμερότητος ἀξιοῦσθαι, λοιπὸν ἐλιπάρουν οἱ τάλανες. ἀλλ' ἐπεσκέψατο Θεὸς, καὶ εἰσεῖδε, φησὶ, τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ ἐγνώσθη αὐτοῖς. ὅτε τοίνυν ἐσμὲν ἐν ἀγνοίᾳ Θεοῦ, τότε καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν ὑποκεισόμεθα, καὶ τοῖς τῆς ἁμαρτίας βορβόροις ἐγκυλινδούμεθα, πικροὺς καὶ ὠμοὺς τῶν τοιούτων ἔχοντες ἐπιστάτας, τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας. ἕπεται δὲ καὶ πάντως τῷ γνῶναι Θεὸν τῆς ἐλευθερίας ἡ χάρις. B ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἐπεράττετο τυπικῶς· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, καθὼς γέγραπται. καὶ ἐφ' ἑνὸς μὲν ἔθνους τοῦ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ὁ τύπος. διδάξει δὲ οὖν μάλα καὶ σαφῶς ὅτι τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι καὶ τῷ διαβόλῳ σκοπὸς, σύνηθες ἐπείγεσθαι τοὺς ἐπὶ γῆς εἰκαίοις ἐνιδροῦν σπουδάσμασι, καὶ τὰ σαρκὸς ἔργα πληροῦν· ἵνα μὴ σχολαῖον ἔχοντες νοῦν καὶ ἀναμένοντα πρὸς τὰ ἄνω, τὸν τῶν ὅλων εἰδεῖεν Θεόν· οὕ- C τω τε λοιπὸν καὶ εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἀπευθύνοιντο, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ δουλείας ἀποσείοιεν ζυγόν. ἐπεὶ δὲ ἔνεστι τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει τὸ φιλελεύθερον, οὐκ ἐπαινοῦμεν ἐσθ' ὅτε τὰ πάθη· καταμυσαττόμεθα δὲ πολλάκις ἀνανήφοντες βραχὺ, καὶ τὴν τῆς σαρκὸς ἡδονὴν τὸ ἀγρεῖ· τὴν ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ διψῶμεν ἐπικουρίαν, καὶ τῆς ἀβουλήτου δουλείας οὐ μετρίαν ποιούμεθα τὴν καταβοήν. τοῦτο εἶναί φημι τὸ καταστενάξαι πρὸς Θεὸν τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. ἐπεὶ δὲ ἐστὶν ἀγαθὸς, D ἀπέστειλεν ἡμῖν σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ἐξ οὐρανοῦ τὸν υἱὸν, ὃς γέγονε καθ' ἡμᾶς, τουτέστιν ἄνθρωπος. καὶ τὸ χρῆμα ἡμῖν αἰνιγματωδῶς προανεφώνει πάλιν τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. ἔφη γὰρ οὕτως· καὶ Μωσῆς ἦν ποιμαίνων τὰ πρόβατα Ἰοθὸρ τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ τοῦ ἱερέως Μαδιάμ. καὶ ἤγαγε τὰ πρόβατα εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἦλθεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Θεοῦ Χορέβ. καὶ ὤφθη αὐτῷ ἄγγε- E λος κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τοῦ βάτου. καὶ ὁρᾷ ὅτι ὁ βάτος καταικαίεται πυρὶ, ὁ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο. εἶπε δὲ Μωσῆς· παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα τοῦτο, ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος. ὡς δὲ εἶδε κύριος ὅτι προσάγει ἰδεῖν, ἐκάλεσεν αὐτὸν ὁ κύριος ἐκ τοῦ βάτου λέγων, Μωσῆ, Μωσῆ· ὁ δὲ εἶπε, τί ἐστι; καὶ εἶπε, μὴ ἐγγίσῃς ὧδε. λῦσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου. ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τοῦ πατρός σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ

ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. ἀπέστρεψε δὲ Μωσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· εὐλαβεῖτο γὰρ κατεμβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. νόμον μὲν γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. προαπέφηνε γὰρ οἰκονομικῶς Μωσέα παιδαγωγὸν, μονονουχὶ δὲ πρὸς ἀνάδειξιν τῶν τελειοτέρων ἐποιεῖτο τὴν σκιάν· πλὴν ὅτι κατὰ καιροὺς ἀναβλέψειν ἔμελλεν ἡ ἀλήθεια. καὶ τέλος ἦν τῆς παιδαγωγίας, τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὅπερ διὰ τῆς ὀπτασίας εὖ μάλα κατεπαιδεύετο. φυτὸν μὲν γὰρ ὁ βάτος ἐστὶ θαμνοειδές τε καὶ ἄκαρπον, καὶ ἀκάνθαις ὀλίγα παραχωρῶν. πολλὴ δὲ αὐτὸν περιεχεῖτο φλόξ. ἐν εἴδει γὰρ πυρὸς ἅγιος ἄγγελος ἐπλήρου τὸ χρῆμα. καὶ ἧπτο μὲν, ὑψοῦ δὲ λίαν ἡ φλὸξ, ἠδίκει δὲ ὅλως τὸν ἐν ᾧ πέφηνε βάτον, οὐδέν. ἀπόσιον ἀληθῶς καὶ πέρα λόγου παντὸς τὸ δρώμενον ἦν. πῦρ ἀκάνθαις συμβαῖνον καὶ ἡμερωτάταις αὐτὴν περιθάλπον προσβολαῖς, μονονουχὶ τῆς ἐμφύτου δυνάμεως καταμεμνηκὸς, καὶ ῥᾴθυμον κομιδῇ τοῖς φθείρεσθαι δυναμένοις ἐνιζηκός. τοιγαροῦν Μωσῆς ὁ θεσπέσιος καταπέπληκται τὴν ὄψιν. τίς οὖν ὁ λόγος; πυρὶ τὴν θείαν παρεικάζει φύσιν τὸ ἱερὸν γράμμα, διά τοι τὸ παναλκὲς, καὶ τὸ πάντα δύνασθαι καταθλίψειν εὐκόλως· ξύλοις καὶ πόαις ταῖς ἐν ἀγρῷ τὸν ἀπὸ γῆς ἄνθρωπον. τοιγάρτοι φησὶ, ποτὲ μὲν, ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστίν. ποτὲ δὲ αὖ, ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει. ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν οὐ φορητὸν ἀκάνθαις τὸ πῦρ, οὕτω καὶ θεότης ἀνθρωπότητι. πλὴν ἐν Χριστῷ συνέβη καὶ γέγονεν οἰστή. κατῴκηκε γὰρ ἐν αὐτῷ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, καθὰ καὶ ὁ σοφὸς μεμαρτύρηκε Παῦλος. καὶ ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, τουτέστι Θεὸς, τῷ ἐκ παρθένου ναῷ κατηυλίζετο, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ἀξιάγαστον ἡμερότητα, καὶ οἱονεὶ περιστέλλων τὸ ἄχεκτον τῆς ἰδίας φύσεως προσβολὴν, ἵνα γένηται χωρητὸς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἀκάνθης τὸ πῦρ. ὅτι δὲ τὸ φθείρεσθαι πεφυκὸς, τουτέστι, τὴν σάρκα φθορᾶς ἀπετέλει κρείττονα, διαδείξειεν ἂν αἰνιγματωδῶς τὸ ἐπὶ τῷ βάτῳ πῦρ ἀπαλλώβητον παντελῶς τηρῆσαν τὸ ξύλον. ὅτι δὲ τὸν ἴδιον ἐζωποίει ναὸν, καὶ ἄφθαρτον ἀπετέλει, καὶ θανάτου κρείττονα ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; ἐφείδετο τοίνυν τῆς ἀκάνθης τὸ πῦρ, καὶ οἰστὴ γέγονεν ἡ φλὸξ σμικρῷ καὶ ἀσθενεστάτῳ ξύλῳ. κα-

A & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Auertit autem Moſes faciem ſuam. Timuit enim aſpicere contra Deum.] Nam legem quidem dedit in auxilium, iuxta verbum Prophetæ, (præmonſtrauit enim diuino conſilio Moſen pædagogum:) tantum non autem conſtituit vmbram in ſignum perfectiorum, donec tandem veritas ſuo tempore eſſet oritura. Ideóque finis diſciplinæ Moſaicæ fuit, myſterium Chriſti, quod per hanc viſionem eleganter admodum ſignificatum eſt. Nam rubus eſt B planta fruticoſa & infrugifera parum differens à ſpinis. ingens autem flamma ei circumfuſa erat. Sanctus enim angelus in ſpecie ignis id præſtabat, neque læſit rubum in quo apparuit. Stupenda certè res, & rationem omnem excedens. Ignis ſpinæ admotus placidiſſima acceſſione ipſam fouebat, & propemodum inſitæ ſuæ potentiæ oblitus, otioſè iis, quæ poterat corrumpere, inſedit. Quocirca Moſes obſtu- C puit hac viſione. Quænam igitur ratio eſt? Sacræ Scripturæ conſuetudo eſt diuinam naturam igni comparare ob immenſum ſuum robur & magnam abſumendi vim. Lignis autem & herbis quæ ſunt in agris, terrenum æquiparat hominem. Vnde quidem interdum ita ait: [Deus noſter ignis conſumens eſt.] Interdum verò ſic: [Homo tanquam fœnum, & dies eius tanquam flos campi, ita areſcet.] Porrò ſicut ſpinæ ignem ferre nequeunt, ita D neque diuinitatem humanitas. Cæterùm in Chriſto facta eſt tolerabilis. [Nam in ipſo habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter,] ſicut ſapiens teſtatus eſt Paulus. [Et lucem inhabitans inacceſſibilem;] hoc eſt, Deus in templo Virginis moratus eſt, demittens ſeipſum in admirandam humilitatem, ac quaſi contrahens inuictam ſuæ naturæ potentiam, vt capi & aptari nobis poſſet, ſicut reuera ignis ſe aptauit ſpinis. Quòd autem id quod ſuapte E natura aptũ eſt ad corrumpendum, hoc eſt carnem, ipſe effecerit corruptionis expertem, mortéque ſuperiorem reddiderit, demonſtrat figura ignis in rubo illæſum omnino ſeruans lignum. Quòd autem ſuum viuificauerit templum, & incorruptibile effecerit vita naturaliter exiſtens, illud ex Deo Verbum, quomodo quiſpiam dubitauerit? Ignis ergo pepercit ſpinæ, & flamma facta eſt paruo infirmóque ligno tolerabilis.

Deut. 4. 24. Heb. 12. 29.
Pſal. 102. 15.
Coloſſ. 2. 9.
1 Tim. 6. 16.

Capax enim deitatis, vt iam dixi, facta eſt humanitas. Et hoc factum eſt in Chriſto myſterium. Habitauit enim in nobis Dei Verbum, non pœnas expetens, nec litem nobis intendens, ſed commodis ac placidis affulgens acceſſionibus. Ita enim ipſe alibi ait: [Non miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicaret mundum, ſed vt ſaluus fieret mundus per ipſum.] Non igitur cõburebatur rubus ab incumbẽte ipſi flamma. Neque enim experuntur, vt modò dixi, pœnæ peccatorum, ſed potiùs Chriſtus per Spiritum ſanctum nos illuminat, atque adeò eſt in nobis per ipſum, in quo etiam clamabimus; *Abba pater*. Beatus autem Moſes obſtupefactus de viſione, addebat illud, dicendo: [Accedens videbo viſionem hanc magnam. Quodnam? quia non comburitur rubus.] At continuò vetat ſanctus angelus loquẽs veluti ex Dei perſona: [Ne appropinqua huc: ſolue calceamentum ex pedibus tuis. Locus enim in quo tu ſtas, terra ſancta eſt.] Deſertum aridum & ſpinoſum, in quo erat rubus, vocat terrã ſanctam. Omnis enim locus ſanctus eſt, in quo Chriſtus fuerit. Bene autem admodum hîc apparet in deſerto & terra ſterili: quippe quæ typum gerat Eccleſiæ Gentium, ad quã & ſacer Sermo inquit: [Lætare deſerta, ſitiens, & exulta ſterilis, effloreſcat vt lilium.] Promittit etiã alibi Deus ſe facturum deſertum in paludes, & terram ſiccam in humidam. Redundauit enim in nos qui ſumus ex Gentibus vocati, gratia Saluatoris, & tanquam fluuius ſupernis nos irrigans fluentis vbertim inebriauit. Idem ait & diuinus Dauid: [Poſuit flumina in deſertum, & terrã fructiferam in ſalſuginem à malitia habitantiũ in ea.] Rubus ergo in deſerto, & terra quæ ipſum continet, eſt ſancta, Deóque conſecrata. Porro Moſes acceſſurus impeditur, & vt calceamentum exuat, ei præcipitur. Hæc res eſt mortis & corruptionis ſignum. Calceamentum enim fit ab exuuiis ſiue reliquiis animalis mortui. Igitur inacceſſibilis Chriſtus eſt iis, qui ſub lege ſunt, & ſub pædagogico cultu. Oportet enim priùs abluere omnem inquinationem, peccatíque maculam abſtergere. Quia verò impoſſibile eſt ſanguinem taurorum & hircorum auferre peccata, (nullus enim iuſtificatur in lege) ideo cùm peccatũ nondum ſit abolitum, neceſſe eſt corruptionem adhuc vigere, & per conſequens,

Ioan. 3. 17.

Exod. 3. 3

Eſai. 35. 1. Gal. 4. 27

Pſal. 106. 34.

A χώρηκε γὰρ, ὡς ἔφην, θειότητι ἡ ἀνθρωπότης. καὶ τοῦτο γέγονεν ἐν Χριστῷ τὸ μυστήριον. κατῴκηκε δὲ καὶ ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, οὐ ποινὰς αἰτῶν, οὐ δίκας εἰσπραττόμενος, ἀλλὰ χρησταῖς καὶ ἡμερωτάταις περιαστράπτων προσβολαῖς. ὡς γὰρ αὐτός που φησίν· οὐκ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ᾽ ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι᾽ αὐτοῦ. οὐ κατεκαίετο τοίνυν ὁ βάτος περιεχομένης αὐτῷ τῆς φλογός. οὐ γὰρ ἐξητήμεθα δίκας τῶν ἡμαρτημένων, καθάπερ ἔφην B ἀρτίως· περιλάμπει δὲ μᾶλλον ἡμᾶς ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἔστιν ἐν ἡμῖν δι᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ κράζομεν, ἀββᾶ ὁ πατήρ. καταπεπληγὼς δὲ τὴν ὄψιν ὁ μακάριος Μωσῆς, προσετίθει λοιπὸν ἐκεῖνο, λέγων· παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο τὸ μέγα. τί; ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος. ἀλλ᾽ εἴργει λέγων εὐθὺς ὁ μακάριος ἄγγελος ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. μὴ ἐγγίσῃς ὧδε. λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν C ποδῶν σου. ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. τὴν ἔρημον καὶ ἄνυδρον, τὴν ἀκανθοτόκον, ἐν ᾗ ἦν ὁ βάτος, γῆν ἁγίαν ἀποκαλεῖ. χῶρος δὲ ἅπας ἅγιος ἐν ᾧπερ ἂν εἴη Χριστός. εὖ δὲ δὴ λίαν καὶ ἐν ἐρήμῳ φαίνεται, τύπον ἐπεχούσης τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας. πρὸς ἣν καὶ ὁ λόγος φησὶν ἱερός, εὐφράνθητι ἔρημος, διψῶσα· ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον. ὑπισχνεῖτο δέ που καὶ ὁ Θεός, ποιήσειν τὴν ἔρημον εἰς D ἕλη, καὶ τὴν διψῶσαν γῆν ἐν ὑδραγωγοῖς. πεπλεόνακε γὰρ ἐφ᾽ ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένους τοῦ σωτῆρος ἡ χάρις, καὶ ποταμὸς οἷά τις τοῖς ἄνωθεν ἐπικλύζων νάμασι καταμεθύσκει πλουσίως. τοῦτό τοι καὶ ὁ θεσπέσιος ἡμῖν Δαβίδ, ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημον, καὶ γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην, ἀπὸ κακίας τῶν ἐνοικούντων ἐν αὐτῇ. ἐν ἐρήμῳ τοίνυν ὁ βάτος, καὶ ἁγία λοιπὸν ἡ τοῦτον ἔχουσα γῆ, καὶ ἱερὰ τῷ Θεῷ. καὶ προσιὼν E ὁ Μωσῆς ἀνακόπτεται, καὶ τοῦ ποδὸς ἀναλύειν προστάττεται τὸ ὑπόδημα. νεκρότητος δὲ καὶ φθορᾶς τὸ χρῆμα σημεῖον, εἴπερ ἐστὶ τὸ ὑπόδημα ζώου λείψανον τεθνεῶτος ἤδη καὶ κατεφθαρμένου. ἀπρόσιτος ἄρα ὁ Χριστὸς τοῖς ἐν νόμῳ, καὶ τῇ παιδαγωγικῇ λατρείᾳ. προσαποτινάξασθαι γὰρ ἀνάγκη τὸν μολυσμόν, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας προσαποσκευάσασθαι ῥύπον. ἐπεὶ ἔστιν ἀμήχανον αἷμα ταύρων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. δικαιοῦται γὰρ οὐδεὶς ἐν νόμῳ. κατηργημένης δὲ οὔπω τῆς ἁμαρτίας, ἰσχύειν ἀνάγκη τὴν φθοράν, καὶ κατα-

κρατεῖν τῶν μεμολυσμένων ἔτι τὸν θάνατον. δεῖ δὲ οὖν ἄρα τοὺς ἰδεῖν ἐθέλοντας τὸ Χριστοῦ μυστήριον, τὴν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς παραιτήσασθαι λατρείαν, τὴν μήτε φθορᾶς, μήτε ἁμαρτίας κρείττονα. συνήσουσι γὰρ τότε, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν εἰσβήσονται γῆν, τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν. ὅτι γὰρ οἱ τῆς κατὰ νόμον λατρείας οὐκ ἐξιστάμενοι κρατοῦνται τῇ φθορᾷ, σαφηνιεῖ λέγων αὐτὸς ὁ Χριστός· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. τοῦτο δὲ ἦν τὸ μυστήριον, οὐ παρὰ τοῖς ἐν νόμῳ ποτὲ, ἀλλὰ τοῖς παρὰ τὴν πίστιν ἐνδεδειγμένοις, καὶ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοις, καὶ τὴν ἀμείνω τῆς νομικῆς καταπλουτοῦσι παίδευσιν, φημὶ δὲ τὴν εὐαγγελικήν. ὑπὸ φθορὰν οὖν ἄρα καὶ οἱ ἐν νόμῳ, τὴν τοῦ θανάτου μητέρα, φημὶ δὲ τὴν ἁμαρτίαν, οὔπω διὰ πίστεως ἀποφορτισάμενοι, καὶ μακρὰν οἱ τοιοίδε Χριστοῦ. εἰ δὲ βουληθεῖεν ἀπολύσασθαι τὸ ὑπόδημα, τουτέστι, τὴν φθορὰν, τὴν δικαιοῦν οὐκ ἰσχύουσαν, καὶ τὴν ζωοποιὸν ἀληθῶς προσιέμενοι χάριν, ἐγγύσουσι τότε τῷ δικαιοῦντι τὸν ἀσεβῆ, τουτέστι Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A mortem etiamnum dominari in pollutis. Oportet igitur eos, qui volunt Christi mysterium cognoſcere, priùs cultum illum vmbratilem & typicum, qui neque corruptionem neque peccatum ſuperare poteſt, deponere. Tunc enim intelligent, atque adeò in terram ſanctam ingredientur, hoc eſt, in Eccleſiam. Nam quòd iſti, qui nondum cultui legis renunciarunt, detineantur adhuc in corruptione, palàm fecit ipſe Chriſtus: [Amen, amen dico vobis: Ioan. 6
Si non manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habetis vitam in vobis ipſis.] Hoc B erat myſterium non apud iſtos qui olim fuerunt in lege, ſed apud illos qui fidem receperunt, & in Chriſto ſunt iuſtificati, & præſtantiori quàm legali doctrina inſtituti, Euangelica nimirum. Sub corruptione igitur ſunt & quaſi in lege, qui matrem mortis, peccatum inquam, nondum per fidem exonerauerunt, longéque adhuc abſunt à Chriſto. Si autem vellent ſoluere calceamentum, hoc eſt, corruptionem, quæ iuſtificare non valet, & ad viuificam verè gratiam aſpirare, tunc appro- C pinquarent ei qui iuſtificat impium, hoc eſt, Chriſto, per quem & cum quo ſit Deo ac Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

ΓΛΑΦΥΡΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΞΟΔΟΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ β΄.

Περὶ τῆς θυσίας τοῦ ἀμνοῦ.

ΟΤΙ οὖν Χριστῷ δὲ καὶ μόνῳ τὸ τοῦ θανάτου διαδεδράκαμεν κράτος, καὶ ὡς ὁ σοφὸς ἡμῖν διαγέγραφε μαθητὴς, οὐκ ἔστιν ὄνομα ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς; καταμάθοι τις ἂν καὶ καθ' ἑτέρους πολλοὺς εἰσαθρήσας τρόποις. μυρίαι γὰρ ὅσαι παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ λαμπραὶ καὶ διαφανεῖς εἰκόνες, τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν ἀπαστράπτουσαι. φέρε δὴ οὖν τὰ εἰς τοῦτο χρήσιμα συναγεί-

GLAPHYRORVM IN EXODVM

D LIBER SECVNDVS.

De hoſtia agni.

QVòd igitur in Chriſto & quidem ſolo mortis imperiũ effugerimus, atque vt ſapiens nobis E diſcipulus ſcripſit, [nõ Act. 4
ſit aliud nomẽ ſub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluari,] facilè quis, ſi velit, didicerit etiã aliis multis modis. Infinitæ enim ferè ſunt in ſacris Literis illuſtres ac perſpicuæ imagines, in quibus huius myſterii vis elucet atq; coruſcat. Age igitur quæ ad hoc conferunt colligentes,

τὸν κόλπον σου· καὶ εἰσήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ, καὶ ἐγενήθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ λεπρῶσα ὡς χιών. καὶ εἶπε πάλιν· εἰσένεγκον τὴν χεῖρα εἰς τὸν κόλπον σου. καὶ εἰσήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκ τοῦ κόλπου αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἀπεκατεστάθη εἰς τὴν χρόαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. θεοπρεπὲς γοῦν ὅτι μάλιστά γε τὸ ἀπαλλάξαι δύνασθαι λέπρας· τὰ δὲ εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀγριότητος ἀφιγμένα τῶν παθῶν, ὡς μηδὲ αὐταῖς εἴκειν ἀνέχεσθαι ταῖς τῶν ἰατρῶν ἐμπειρίαις, δέοιτ' ἂν ἤδη πως ἐν τοῖς καθ' αὐτὰ μόνης τάχα που τῆς ἄνωθεν ἐξουσίας, ᾗ τὸ ἀντιστατοῦν οὐδὲν, πάντα βάσιμα καὶ εὐλυόντα. ἀνίατον δὲ νοσημάτων ἡ λέπρα· ὅτι τοίνυν τὰ ἐν ἀνθρώποις ἀπεγνωσμένα, καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ἀδύνατα, παρ' αὐτῷ δυνατὰ, καὶ οὐδὲν ὅλως τὸ ἀνίατον ἐφῆκε νοεῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, διὰ τοῦ τὴν Μωσέως χεῖρα θεραπεῦσαι λελεπρωμένην. ὡς ἂν εἰδεῖεν ἐντεῦθεν οἱ κεκλημένοι, τουτέστιν, οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὅτι κἂν δυσδιάφυκτον ἔχοιεν τὴν συμφορὰν, ταῖς Αἰγυπτίων μοχθηρίαις ὑπεζευγμένοι, καὶ νόσον ὥσπερ τινὰ παθόντες ἐσχάτην, τὴν ὑπ' ἐκείνοις δουλείαν· ἀλλ' εὐμήχανος ὁ ἰατρὸς, καὶ τὰ πολὺ διεξίτητα τῶν παθῶν περενεγκεῖν εὐκόλως εἰδὼς καὶ δυνάμενος, καὶ τοῦτο ἀμογητὶ καὶ οὐκ ἐν χρόνῳ μακρῷ. ἅμα γὰρ εἰσήνεγκε ὁ Μωσῆς τὴν χεῖρα ἐν τῷ κόλπῳ, καὶ ἀπήλλακται τῆς νόσου. ὑπηνίττετο δέ τι ἕτερον ἡμῖν, καθάπερ ἐγῷμαι, τὸ χρῆμα. μακροῖς γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ τρίβοντες χρόνοις οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐξέθορον μὲν τῆς ἄνωθεν καὶ ἐκ πατέρων αὐτοῖς ἐντελοῦς ἐπιεικείας, ἔθεσί τε μᾶλλον τοῖς ἐπιχωρίοις ἐνιζηκότες, καὶ βαθύνοντες λίαν εἰς κάθεσιν, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν· λελατρεύκασι μὲν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα. κατωλισθήκασι δὲ καὶ εἰς πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας, μονονουχὶ δὲ τεθνεῶτα λοιπὸν καὶ ἀπεψυγμένον ἐσχήκασι νοῦν. ἀκαθαρσίας γὰρ καὶ νεκρότητος σημεῖον ἡ λέπρα. μεμυσταγώγηκε δὲ διὰ τοῦ θαύματος, ὡς εἰ προσδέξοιτο Θεὸς αὐτοὺς· μονονουχὶ δὲ καὶ ἐγκολπώσοιτο πάλιν, οὐ δυσαπότρεπτον ἕξουσι τὴν ἀκαθαρσίαν. διακρούσονται δὲ καὶ μάλα ῥᾳδίως τὸν ἐκ τῆς νεκρότητος μολυσμόν. καὶ οὑτωσὶ μὲν ἡμῖν ὁ εἴς γε τοῦτο λόγος. ὅτι δὲ τὸ Χριστοῦ μυστήριον ἐσκιαγραφεῖτο πάλιν ὡς ἐν τῇ Μωσέως χειρὶ λελεπρωμένῃ τε καὶ κεκαθαρμένῃ, διειπεῖν πειρασόμεθα. οὐκοῦν ὅτι πάντα γέγονε

A ſinum. Miſitque manum ſuam in ſinum, & facta eſt manus eius leproſa vt nix. Et dixit ruſum: Mitte manum in ſinum tuum. Et miſit manum ſuam in ſinum ſuum, & eduxit manum de ſinu ſuo, iterúmque reſtituta eſt in carnis ſuæ colorem.] Igitur maieſtatis eſt ſummæ ac poteſtatis, lepram poſſe curare. Affectiones verò quæ eò prauitatis ſunt deductæ, vt nullis medicorum experimentis cedere videantur, indigent aliqua, cá-
B que diuina ſola poteſtate, cui nihil reſiſtit, ſed peruia omnia ſunt & obſequentia. Immedicabilis ergo morbus lepra eſt. quæ verò hominibus deſperata, nobiſque apparent impoſſibilia, ipſi Deo factu facilia ſunt. adeò ipſemet Deus, eo ipſo dum leproſam Moſi manum ſanitati reſtituit, nihil planè reliquit, quid immedicabile eſſe æſtimari queat. vt vel hinc perſpiciant vocati, id eſt, Iſraelitæ, quod et-
C ſi ineuitabile malum habeant, dum improbitati Ægyptiorum ſunt ſubiecti, & peſſimum quaſi quendam morbum ſint nacti, ſeruitutem dico ſub Ægyptiis; gnauus tamen atque induſtrius medicus in parato ſit, qui optimè norit ac potenter valeat depellere etiam deſperatiſſima malorum genera, idque ſine labore, ac breui tempore. Nam ſimul atque intulit Moſes manum ſuam in ſinum, lepra confeſtim ſanata eſt. Tacitè quoque
D aliud quidpiam nobis, vt ego arbitror, innuitur. Multo enim tempore in Ægypto agentes Iſraelitæ, cæleſti patrúmque ſuorum vtentes modeſtia enituere, moribus verò gentis in qua degebant valdè in deiectionem inciderunt, iuxta Prophetæ vocem, [ſeruierunt creaturæ potiùs quàm Creatori.] Prolapſi verò ſunt in omne turpitudinis genus, mortuámque quaſi & exanimem nacti ſunt mentem. Lepra enim immunditiei ac mor-
E tis index eſt. Hoc verò miraculo eos erudiebat, ne, poſteaquam Deus illos ad ſe reuocauerit, ac quaſi in ſinum ſuum denuò condiderit, difficulter ſe à ſordibus & impuritatibus ſuis auerterent, ſed facilè & quaſi nullo negotio impedirēt mortis fœditatem. Ac de his quidem hactenus ſint dicta. Quomodo verò adumbretur adhuc Chriſti myſterium in Moſis manu lepra infecta, ac mox ſana & pura reddita, dicere aggrediar. Quia ergo [per Filium facta ſunt omnia,

Rom. 1.
Ioan. 1.

" omnia, & ſine ipſo factum eſt nihil,]
" optimè ſacer Euangeliſta Ioannes
teſtatum reliquit. Quia verò Pater
omnia in Filio operatur, propterea
ſacra Scriptura quoque nobis Filium
Patris nominat manum, brachium
& dexteram. Sic enim diuinus E-
Eſai.53.1. " ſaias: [Domine, quis credidit au-
" ditui noſtro? & brachium Domini
" cui reuelatum eſt?] duri enim &
effrænes perdurarunt miſeri Iudæi,
incredulitate nimium laborantes. Et
Verbo Domini cælos eſſe firmatos
Dauid teſtatur, idque Propheta-
rum oraculis Deus Pater ita con-
Eſai.48.13. " firmat: [Manus mea fundauit cæ-
" lum.] Compellans verò alios idem,
Eſai.41.10. " ait: [Ego Deus tuus qui conforta-
" ui te, & auxiliatus ſum tibi, &
" protexi te dextera iuſta mea.] Con-
ſueuit verò diuina Scriptura Filium
appellare *manum*. Attende itaque
manum Moſis mox in ſinu abſcon-
ditam, iterúmque productam, le-
pra infectam; mox rurſum in ſinum
relatam, ac confeſtim redditam ſa-
nam. Conſiderare verò myſterium
atque modum Incarnationis, qua-
liſque ſit & qualiter ſe habeat, pe-
nitiùs introſpicere ſi voluerimus, ta-
le quid eueniſſe planè comperie-
mus. Erat ſiquidem Filius in ſinu Dei
Patris, pérque illum omnia facta
ſunt à Patre. Ipſe etenim brachium
excelſum eſt, & omnia firmans ac
roborans manus, & dextera admi-
rabilis. Poſtquam verò modo quo-
dam in ſuum profectus eſt locum,
homo factus, imbecillitates etiam
noſtras aſſumpſit, iuxta Prophetæ
vocem, obnoxius iudicio & immun-
ditiei. Humana enim omnis conditio
ad Deum comparata impura eſt, ſi ve-
Eſai.64.6. " rè Eſaias dixit: [Quaſi pannus men-
" ſtruatæ omnes noſtræ iuſtitiæ.] Quia
igitur humanam aſſumpſit naturam,
in fœditatis ſuſpicionem deuenit ca-
ſtiſſimus ipſe, & lucem habitans inac-
ceſſam. Adeò ſiquidem infelix Iudæo-
rum aberrauit natio; quin & vini po-
torem, & Samaritanum, & ex adulte-
rio natum, tum etiam peccatorem
nominauit. Cæco enim à natiuitate
Ioan.9.24. ſua, à Chriſto ſanato, dixerunt: [Da
" gloriam Deo: nos ſcimus quia hic ho-
" mo peccator eſt.] Sed eò dementiæ
nunquam, vt arbitror, veniſſent, vt talia
dicerent, & effrene in eum os aperirent,
ſi Dei naturam in eo cognouiſſent.

A δι᾽ υἱοῦ, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὁ θεσπέσιος ἡμῖν Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης εὖ μάλα διαμεμαρτύρηται. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὴν ὁτιοῦν ἐνεργὸς ὁ πατὴρ δι᾽ αὐτοῦ, ταύτῃ τοι καὶ ἡ θεόπνευστος γραφὴ χεῖρά τε ἡμῖν, βραχίονά τε καὶ δεξιὰν ὀνομάζει τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας· κύριε, φησί, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; μεμενήκασι γὰρ σκληροὶ καὶ ἀφήνιοι, καὶ πολὺ νοσοῦντες τὸ ἀπειθὲς οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, καὶ τῷ B μὲν λόγῳ κυρίου καὶ αὐτοὺς ἔφη τοὺς οὐρανοὺς ἐστερεῶσθαι Δαβίδ, διά γε φωνῆς προφητῶν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ διϊσχυρίσατο λέγων· ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν. προσπεφώνηκε δὲ καὶ ἑτέροις· ἐγὼ γὰρ ὁ Θεός σου ὁ ἐνισχύσας σε, καὶ ἐβοήθησά σοι, καὶ ἠσφαλισάμην σε τῇ δεξιᾷ τῇ δικαίᾳ μου. χεῖρα δὴ οὖν ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ τὸν υἱὸν ἀποκαλεῖν. ὅρα τοίνυν τὴν Μωσέως χεῖρα κρυπτομένην ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, εἶτα πρὸς τὸ ἔξω φερομένην, καὶ ὁρωμένην ἐν λέ- C πρᾳ· καὶ πάλιν εἰσφερομένην ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, καὶ παραχρῆμα τοῦ πάθους ἀπηλλαγμένην. ἐννοοῦντες δὲ τὸ μυστήριον καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον, ὅπῃ τε καὶ ὅπως ἂν ἔχῃ καταθρεῖν σπουδάζοντες, τοιοῦτό τι γεγονὸς εὑρήσομεν. ἦν μὲν γάρ πως ὁ υἱὸς ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατήρ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ βραχίων ὁ ὑψηλός, ἡ πάντα ἰσχύουσα χείρ, ἡ ἀξιοθαύμαστος D δεξιά. ἐπειδὴ δὲ τρόπον τινὰ εἰς τὸν ἴδιον ἐκβέβηκεν τόπον, γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν, ἐν ὑπολήψει γέγονε καὶ ἀκαθαρσίας. ἀκάθαρτος γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις πρὸς Θεόν, εἴ γε ἀληθὲς ὅ φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὅτι πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν, ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης. οὐκοῦν τό γε ἧκον εἰς ἀνθρώπου φύσιν, ἐν δοκήσει γέ- E γονεν ἀκαθαρσίας, ὁ πάναγνός τε καὶ φῶς ἀπρόσιτον οἰκῶν. πεπλάνηνται γὰρ οὕτω καὶ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι. τοιγάρτοι καὶ μέθυσον καὶ Σαμαρείτην ὠνόμαζον, καὶ ἐκ πορνείας γεγεννημένον, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ ἁμαρτωλόν. ἔφασκον γάρ που τῷ ἐκ γενετῆς τυφλῷ τεθεραπευμένῳ· δὸς δόξαν τῷ Θεῷ. ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἁμαρτωλός ἐστιν. ἀλλ᾽ οὐκ ἂν οἶμαι μανίας εἰς τοῦτο κατῴχοντο ποτέ, ὡς εἴπερ ὄντα Θεὸν κατὰ φύσιν ᾔδεσαν, φάναι τὸ τοιοῦτον, καὶ ἀπύλωτον ἐπ᾽ αὐτῷ διανοῖξαι στόμα.

ἀλλ' ὁ ἐν δοκήσει γεγονὼς ἀκαθαρσίας ὡς ἄνθρωπος, ὅτε τὴν καθ' ἡμᾶς εὐτεχνεστάτην οἰκονομίαν διήγαγεν, εἰς πέρας ἀνέβη πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐν κόλποις γέγονεν αὐτοῦ· τότε δὴ τότε καὶ αὐτὴν ἀπεκρούσατο τὴν δόκησιν τοῦ γεγενῆσθαι μεθ' ἡμῶν ἐν νεκρότητι καὶ ἀκαθαρσίᾳ. δοξολογεῖται δὲ ὡς Θεός, δοξολογεῖται παρὰ πάντων ὡς κύριος, ὡς ἁγίων ἅγιος, ὡς καταλαμπρύνων τὴν κτίσιν, καὶ τοῖς τῶν ἀνθρώπων πνεύμασι, καὶ μήν τοι τοῖς ἐπὶ γῆς χορηγῶν αὐτὸς τὸ πάντως δύνασθαι καταθλᾷν τοῦ καταμολυσμοῦ ἡγούντος. ὅτι δὲ κατεδέξατο μὲν οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς ὁ υἱὸς τὰ ἀνθρώπινα, καὶ γέγονε μὲν ὑπὸ νόμον, κατελογίσθη δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις, ἀναπεφοίτηκε δὲ πάλιν εἰς τὴν ἔμφυτόν τε καὶ ἐν ἀρχαῖς ἄνοδον αὐτοῦ τιμήν τε καὶ δόξαν, πληροφορήσει λέγων αὐτὸς πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα. πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. ὁρᾷς ὅτι τῶν μεταξὺ προσβεβηκότων ἀπαλλακτιᾷ, καὶ οὐκ ἀβούλητον μὲν ἐποιήσατο τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν; ἠπείγετο δὲ πρὸς τὸ τῆς θεότητος εὐκλεὲς καὶ τὸ πάντα ὑπεραναβεβηκὸς ἀξίωμα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· εἰ γὰρ καὶ ἐγνώκαμεν, φησίν, τὸν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. ἀνεβίω γὰρ ἐκ νεκρῶν, ἀνέδραμέ τε πρὸς τὸν πατέρα μετὰ σαρκός. ἀλλ' οὐκέτι, φησίν, κατὰ σάρκα αὐτὸν γινώσκομεν, τουτέστιν, οὐκ ἔτι ἐν τοῖς πάθεσιν ὄντα τῆς σαρκός, πάθεσί τε τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀνεγκλήτοις φημί. πρὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ πεινῆσαι λέγεται, καὶ καμεῖν ἐκ τῆς ὁδοιπορείας, καὶ περίλυπον γενέσθαι· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν ἐπὶ ξύλου δι' ἡμᾶς ἀνατλῆναι θάνατον. ἀλλὰ νῦν, οὐκ ἐν τούτοις ὄντα γινώσκομεν. ἅπαξ γὰρ ἀποθανών, οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει. ἄφθαρτος γὰρ ὁ Χριστός, ζωὴ κατὰ φύσιν καὶ ζωῆς χορηγός, ὅτι καὶ ἐκ ζωῆς πέφηνε τοῦ πατρός. μετὰ δέ γε τὸ ἐπὶ τῇ λεπρώσῃ χειρὶ παραδόξως τετελεσμένον, καὶ τρίτῳ σημείῳ καθίστησι βεβαιοτέρους· ἔφη γὰρ πάλιν· ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσωσί σοι τοῖς δυσὶ σημείοις τούτοις, μηδὲ εἰσακούσωσι τῆς φωνῆς σου, λήψῃ ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκχεεῖς ἐπὶ τὸ ξηρόν· καὶ ἔσται τὸ ὕδωρ ὃ ἐὰν λάβῃς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, αἷμα ἐπὶ τοῦ ξηροῦ. ἄθρει δὴ οὖν πάλιν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπείθειαν προαναγνωσμένην. μελλητοὶ γὰρ ἀεί εἰσι καὶ βραδεῖς εἰς σύνεσιν, καὶ δυσμεταπόμπιστοι πρὸς ἀλήθειαν.

A Sed cùm ille, qui tanquam impurus homo in hunc mundum natus erat, imò ipſemet impurus & ſceleratus exiſtimabatur, vitæ ſuæ diſpenſationem perfectiſſimè abſoluiſſet, tandémque ad Patrem perueniſſet, inque ſinum eius rediiſſet, tunc inquam expulit eam opinionem, qua velut homo iniquus & impurus natus eſſe videbatur. Honoratur verò vt Deus, laudatur à cunctis vt Dominus, vt Sanctus ſanctorum, vt qui condita illuſtrans, hominum B ſpiritibus, atque iis qui in terra ſunt facultatem præbet ſuperandi & peſſundandi eum qui omnis eſt auctor inquinamenti. Quòd verò per diſpenſationem ſuſceperit quæ ad hominem pertinent, factúſque ſub lege inter impios ſit reputatus, reuocatúſque denuò & inſertus priſtinæ dignitati ac gloriæ, plenam facit ipſe fidem, quando ſic ad Patrem cæleſtem verba facit: [Pater, clarifica me apud temetipſum claritate quam habui, priuſquam mundus eſſet, C apud te.] Vidéſne eum iis quæ aſſumpſiſſet demigrare, nec ſine conſilio Incarnationem ſuſcepiſſe? Properabat autem ad diuinitatis inſigne, & ad omnia ſuperantem gloriam dignationémque. Hinc etiam B. Paulus, [Etſi, inquit, cognouimus ſecundùm carnem Chriſtum, ſed iam nouimus.] A mortuis enim reuixit, rediitque ad Patrem carne indutus. Sed non ampliùs ſecundùm carnem cognoſcimus, hoc eſt, carnis ſubiectum affectionibus, paſſionibus in-D quam, niſi naturalibus & inculpatis. Antequam enim pretioſam ſubiret crucem, eſuriiſſe fertur, ac de via feſſum ſediſſe, & triſtatum admodum, quin & in ligno mortem pro nobis perpeſſum: at modò non ampliùs his obnoxium nouimus. [Semel enim mortuus, non ampliùs moritur.] incorruptus enim eſt Chriſtus, cùm vita exiſtat ſuâ naturâ, vitæque auctor: quia ex ipſa Patris vita prodiit. Poſtquam verò inauditū illud circa manum leproſam ſignum iam E tranſiiſſet, tertio quoque ſigno Deus eos magis confirmat. ait enim rurſus Scriptura: [Quòd ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint, neque audierint vocem tuam, ſume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam: & quidquid hauſeris de fluuio, vertetur in ſanguinem.] Agnoſce denuò priùs commemoratam Iudæorum incredulitatē. Differunt enim aſſiduè ac tardant cognoſcere, ægrè ſuſcipientes veritatem.

Ioan. 17. 5.

2. Cor. 5. 16.

Rom. 6.

Exod. 4.

Negant enim fidem Incarnationis A modo adhibere, & miraculis præter naturam patratis. Serò vltimo vix ſigno crediderunt, etſi non om-
Rom.11.5 „ nes fortaſſe, [ſed reliquiæ ſecun-
„ dum electionem gratiæ, vt beatus
„ Paulus loquitur. Sed quod, amabo,
„ extremum hoc ſignum? Mors in cru-
„ ce, mortique adiuncta ac propinqua
„ Chriſti ſtatim reſurrectio. Quòd verò in ſignum atque adeò magnum & admirandum futuræ reſurrectionis carnis, data ſit Iſraelitis Saluatoris mors, manifeſtum fieri poteſt ex ipſis Sal- B uatoris verbis. Acceſſerunt ſiquidem Phariſæi poſt plurima exhibita mira-
Matt. 10. 12.38. & 16. 4. „ cula irridentes ac dicentes: [Magi-
„ ſter, volumus à te ſignum videre.] Ille
„ ad hæc: [Generatio praua & adultera
„ ſignum quærit, & ſignum non dabitur
„ ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut
Ionæ 2.1. 1.Cor.2. „ enim fuit Ionas in ventre ceti tribus
„ diebus & tribus noctibus, ſic erit filius
„ hominis in corde terræ tribus diebus
„ & tribus noctibus.] Quòd autem lucrifecerit non Iudæorum modò multos, ſed & è Gentibus plurimos mors C Emmanuelis, facilè perſpici poteſt.
Ioan.12. 32. „ Sic enim iterùm ait, [Cùm exaltatus
„ fuero à terra, omnia traham ad me
„ ipſum.] Ibidémque: [Amen, amen di-
Ibid.12. 24. „ co vobis, niſi granum frumenti cadens
„ in terram mortuum fuerit, ipſum ſo-
„ lum manet; ſi autem mortuum fue-
„ rit, multum fructum afferet.] Vides quàm euidenti exemplo mortis exhibuit fructum? erant enim hi Saluatoris ſermones, vltimum ſignum, cui credidere non ſolùm qui ex Iſrael, ſed & ipſi, vt dicebam, qui ex D altera multitudine, ii inquam qui ex Gentibus. Quibus autem modis id
Exod.4.9 „ ſignificauit? [Sume, ait, aquam flumi-
„ nis, & effunde ſuper aridam, eritque
„ aqua fluminis, quam ſumpſeris, ſan-
„ guis ſuper terram.] Aqua ſiquidem typus hîc eſt vitæ ac ſignum. reuerâ enim neceſſaria vitæ eſt, & mortalibus maximè vſui. Quamobrem, non ſecùs atque ex flumine quodam, reuerà vita ipſemet natus eſt Filius ex Patre, E qui omnia viuificat. Vt enim lumen de lumine, ſic & vita eſt de vita. Quòd verò non extrinſecus ſubſiſtens, ſed ex ipſa natura ſit Dei Patris, vt &
„ nos, Moſes edocet. [Sume, inquit, aquã
„ fluminis.] Dehinc eam terræ infundi præcepit. Hoc nimirum ænigmatica obſcuritate Incarnationis eſt myſterium.

ἠπειθήκασι γὰρ τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπῳ, καὶ τοῖς διὰ μέσου παραδόξως τετελεσμένοις. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις τῷ τελευταίῳ σημείῳ πεπιστεύκασιν, εἰ καὶ μὴ πάντες τυχὸν, ἀλλ' οὖν τὸ κατάλειμμα τὸ κατ' ἐκλογὴν χάριτος, ὡς μακάριος γράφει Παῦλος. καὶ τί τὸ τελευταῖον σημεῖον; ὁ ἐπὶ ξύλου θάνατος, καὶ ἡ τῷ θανάτῳ παρεζευγμένη καὶ γείτων εὐθὺς ἀναβίωσις τοῦ Χριστοῦ. ὅτι δὲ σημεῖον δέδοται τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τοῦ σωτῆρος ὁ θάνατος, καὶ αὐτὸ τὸ μέγα καὶ ἀξιάγαστον τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, σαφὲς ἂν γένοιτο δι' αὐτῶν τῶν τοῦ σωτῆρος ῥημάτων. προσιέσαν μὲν γὰρ οἱ Φαρισαῖοι ποτὲ, μετὰ μυρίων ὅσων σημείων ἐπίδειξιν εἰρωνευόμενοί τε καὶ λέγοντες· διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. ὁ δὲ πρὸς αὐτούς· γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. κεκέρδακε δὲ ὅτι πολλοὺς ἐξ Ἰουδαίων οὐχὶ δὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν ὁ τοῦ Ἐμμανουὴλ θάνατος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. ἔφη γὰρ πάλιν, ποτὲ μὲν, ὅτι ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. ὅτε δὲ αὖ· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. ὁρᾷς ὅπως δι' ἐναργοῦς παραδείγματος ὑπέδειξεν ἡμῖν τὸν ἐκ τοῦ θανάτου καρπόν; ἦν οὖν ἄρα τὸ λοίσθιον ἡμῖν σημεῖον, τοῦ σωτῆρος οἱ λόγοι. ἐφ' ᾧ καὶ ἡ πίστις οὐχὶ μόνων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν, ὡς ἔφην, τῶν ἐκ τῆς ἑτέρας πληθύος, φημὶ δὲ τῶν ἐξ ἐθνῶν. τίνα οὖν δὴ τρόπον, αὐτὸ δὴ τοῦτο κατεσημαίνετο; λάβε, φησὶν, ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκχεεῖς ἐπὶ τὸ ξηρόν· καὶ ἔσται τὸ ὕδωρ ὃ ἐὰν λάβῃς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, αἷμα ἐπὶ τοῦ ξηροῦ. ζωῆς μὲν γὰρ τύπος ἤτοι σημεῖον τὸ ὕδωρ. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς ἀναγκαιότατον εἰς τοῦτο, καὶ χρειωδέστερον τοῖς ἐπὶ γῆς. ἐν κοινῷ, οἱάπερ ἐκ ποταμοῦ, τοῦ ζωογονοῦντος τὰ πάντα πατρὸς, ζωὴ αὐτὸς ἐξέφυ, κατ' ἀλήθειαν ὁ υἱός. ὥσπερ γάρ ἐστι φῶς ἐκ φωτὸς, οὕτω καὶ ζωὴ ἐκ ζωῆς. ὅτι δὲ οὐκ ἔξω ὑποστὰς, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς κατὰ φύσιν ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐκδιδάσκει Μωσῆς. οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἡμεῖς αὐτοί. λήψῃ γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ. εἶτα τοῦτο ἐκχεῖν εἰς γῆν ἐπετάττετο. τοῦτο δέ ἐστιν, αἰνιγματωδῶς, τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον.

ζωὴ γὰρ ὑπάρχων ὁ μονογενής, καὶ ὡς ἐκ ζωῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀπορρήτως γεγεννημένος, ἀνεμίχθη τρόπον τινὰ τῇ ἐκ γῆς ἀνθρωπότητι, καθάπερ ἀμιγὲς τὸ ὕδωρ τῇ γῇ. κατῴκηκε γὰρ ἐν Χριστῷ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, μονονουχὶ δὲ τῇ ἀνθρωπείᾳ συνενήνεκται φύσει. καὶ ὡς οὐκ ἂν δύναιτό τις νοεῖν ἢ φράσαι; πλὴν εἰς αἷμα μετεποιήθη τὸ ὕδωρ. ἡ γὰρ κατὰ φύσιν ζωή, τουτέστιν, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν, τὴν ὡς πρὸς σάρκα φημί, ἤτοι πρὸς ὁλόκληρον ἀνθρωπότητα καὶ φύσιν τὴν καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐν δοκήσει γέγονε τοῦ καὶ αὐτὸν ἀνατλῆναι τὸν θάνατον. φαμὲν γὰρ ὅτι καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ εἰς ἰδίαν φύσιν τοῦτο αὐτὸς παθών. τέθνηκε γὰρ αὐτὸς οὐδαμῶς, ζωὴ ὑπάρχων, ἀλλὰ τὸν τῆς ἰδίας σαρκὸς οἰκειούμενος θάνατον. ἄθρει γὰρ ὅπως εἰ μὴ ἐξέχεεν ὁ Μωσῆς τὸ ὕδωρ εἰς τὴν γῆν, οὐ μετεποιήθη εἰς αἷμα. ὅπερ ἐστὶν ἐναργὲς θανάτου σημεῖον. ἔξω μὲν γὰρ τῆς σαρκὸς νοούμενος ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, ζωὴ καὶ ζωοποιός ἐστιν. ἐπειδὴ δὲ κατῴκηκεν ἐν σαρκί, τότε δὴ τότε καὶ τεθνάναι λέγεται κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. τοῦτο δὴ λοιπὸν τὸ ἐξαίσιόν ἐστι καὶ διαφανὲς σημεῖον, δι' οὗ καὶ σεσαγήνευται μὲν εἰς πίστιν τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραήλ, συγκέκληται δὲ καὶ αὐτὴ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς. τίς γὰρ οὐκ ἂν μεταθεῖτο πρὸς εὐπείθειαν ἀτονήσαντα βλέπων τὸν πάλαι δεινὸν καὶ δυσάλωτον τοῖς ἐπὶ γῆς θάνατον, καὶ κατηργημένην τὴν φθοράν, καὶ εἰς ἐλπίδα ζωῆς τῆς ἀτελευτήτου τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀνενηνεγμένην; ὥσπερ γὰρ συναπεθάνομεν τῷ Ἀδάμ, οὕτω συνεγηγέρμεθα τῷ Χριστῷ, καὶ μαρτυρήσει γράφων ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθησόμεθα. ἐξεπρίατο γὰρ ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ αἵματι, καὶ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἐποιήσατο. ἀλλὰ καίτοι τῶν τοσούτων σημείων τερατουργημάτων ἐκπεπερασμένων, ἀλύει Μωσῆς, ἡττᾶται δειλίας, οὔπω τεθάρρηκε τὴν ἀποστολήν. ἰέναι δὴ ὅτι προσῆκει πρὸς Φαραὼ Θεοῦ προστάττοντος, διαγγέλλουσα σαφῶς ἀνεῖναι τὸν Ἰσραήλ, θύσοντά μοι κατὰ τὴν ἔρημον, καταπέφευγε μὲν τὸ χρῆμα οὐ μετρίως, προσφέρει τε λέγων ἀναφανδόν, ὡς εἴη μὲν ὁμολογουμένως ὀλίγος εἰς λόγους, καὶ παράσημον ἔχει τὴν γλῶτταν. οὐ γὰρ εὔλαλός εἰμι πρὸ τῆς χθὲς οὐδὲ πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας, οὐδ' ἀφ' οὗ ἤρξω λαλεῖν τῷ θεράποντί σου,

A Cum enim vita ſit Vnigenitus; & ex vita Dei Patris quaſi profluendo ſit genitus, modo quodam permixtus eſt terrenæ humanitati, vt terræ aqua. [In ipſo enim inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,] eámque propemodum humanæ naturæ contulit. Id verò quis mente conſequi aut ſermone queat? Vertitur autem in ſanguinem aqua. Vita enim ex ſe ſuáque natura, hoc eſt, Dei Patris Verbum, propter vnionis diſpenſationem, in carnem putà, atque in vniuerſam humanitatem B naturámque noſtram, etiam mortem ipſam ſubiiſſe viſa eſt. Dicimus enim mortuum pro nobis, non tamen in propria id perpeſſum natura. Mortuus enim non eſſet cùm ſit vita, ſed carni ſuæ mortem quaſi appropriauit. Vide itaque, quòd ſi Moſes aquam in terram effudiſſet, in ſanguinem verſa non eſſet; quod manifeſtum eſt mortis indicium. Verbum enim Dei quaſi extra carnem conſtitntum, vita eſt & viuificans. Quia C verò in carne habitauit, propterea hominum more mortuus dicitur. Cæterùm hoc permagnum atque eximium ſignum eſt, quo quaſi reti aliquo ad fidem pertrahebantur reliquiæ Iſrael, & conuocata eſt Gentium multitudo. Quis enim credere detrectet, mortem quæ mortalibus pridem moleſta erat atque infauſta, cernens debilitatam, corruptionem ablatam, atque in ſpem vitæ ſempiternæ genus humanum erectum? Vt enim commortui ſumus Adamo, ſic & D cum Chriſto excitati ſumus, vt teſtatur ſanctus Paulus ſcribens: [Sicut in Adam omnes morimur, ita & in Chriſto omnes viuificabimur.] Redemit enim nos ſanguine ſuo, & pro omnium vita ſuam ipſe vitam oppignerauit. Sed quanquam tam eximia & veneranda oſtenta fierent, tamen adhuc dubitat Moſes, metúque corripitur, legationémque detrectat. E Cùm enim Deus præciperet, vt Pharaonem accederet, eique annuntiaret, vt populum Iſrael dimitteret, qui ſibi in eremo eſſet ſacrificaturus; abhorruit à negotio non mediocriter, manifeſtè quòd eſſet ſermone modicus, & obſcuram haberet loquelam, ſic confeſſus, [Non ſum, ait, eloquens ab heri & nudius tertius, & ex quo loquutus es ad ſeruum tuum,

Coloſſ. 2.

1 Corin. 15.

Exo. 4.

impeditioris & tardioris linguæ ſum.] Quin & ſe minùs eſſe parem quàm vt populum à ſeruitutis iugo liberare queat, non obſcurè profitetur, dicens: [Obſecro Domine, mitte alium potentem, quem miſſurus es.] Deo autem pollicente linguam illi ſe daturum, & os dilatatutum, & quòd ipſe eſſet ſolus qui ſapientiam & eloquentiam donaret, aſſerente; magis ſe excuſabat, aliúmque qui magis iſtis polleret, ſubſtitui debere dicebat; adeóque Deum non leuiter offendebat. [Incenſus, inquit Scriptura, ira Dominus ad Moſen ait: Nónne vides Aaronem fratrem tuum, Leuitam? Scio quòd loquens loquetur pro te.] Inſuper ait: [Hic os tibi ſit; tu verò ipſi in his quæ ad Deum pertinent.] Vides tardiloquum lingua,& veluti adumbratum in D. Moſe? nec enim lex ſufficiens erat ad oracula enuntianda, nec ſatis diſerta aut eloquens, ad exactam eorum quæ ſalutaria ſunt commendandam intelligentiam, ſicut Chriſtus verus ille Leuita, cuius typum geſſit Aaron. Lex etenim Moſaica vix ad diuinorum ſermonum perducit primordia: quin potiùs imbecillibus atque infantibus quaſi rudimentum, ſtolidorúmque magiſtra eſt in figura, atque per vmbrã obſcuriſſimam ægrè adferens eorum quæ agenda, notitiam. At maximè idoneus magnúſque ſacerdos noſter,& qui legatione quàm optimè fungi poteſt, Chriſtus videlicet, veritatem vmbris anteà deſignatã, manifeſtam exhibuit. Non enim eſt tardus lingua,aut impeditus, aut ſermone breuis, vt Moſes erat; quin potiùs ſermone maximè facundus, vt Verbum ſapientię Dei ac Patris. Sed attende, quæſo, quàm lex minimè ſufficiat ad eximendum à ſeruitute eos qui ſub ſpirituali Pharaone, hoc eſt Satana, verſantur: neque proſit quidquam in terra diuinus Moſes, neq. maxima in virtutibus gloria, niſi adſit & auxilietur Chriſtus. Id verò verum eſſe veréque à nobis dictum, vel ex eo ipſo coniicere potes, quòd Aaron coniungantur. Et Moſes quidem res ingenio ſuo diuino commentatur, Aaron verò eaſdem ipſas profert, & ſermone explanat. niſi enim ſpiritaliter lex intelligatur reuelante nobis Chriſto, quæ in ea latent, obſcurum quid atque intricatum erit audientibus id quod ſignificatur. Et quandoquidem Iudæi, qui Moſen explanaret, pu-

Exod. 4.

A ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος ἐγώ εἰμι. ὅτι δὲ καὶ ἀμηχάνως ἔχει πρὸς λύτρωσιν τῶν ὑποδουλείων ζυγῶν, διεβεβαιοῦτο σαφῶς, ἔφασκέ τε, δέομαι κύριε, προχείρησαι ἄλλον δυνάμενον, ὃν ἀποστελεῖς. χαριεῖσθαι δὲ καὶ γλῶτταν αὐτῷ καὶ στόμα κατευρυνεῖν ὑπισχνουμένου Θεοῦ, καὶ ὡς αὐτὸς εἴη λέγοντος ὁ σοφίας καὶ λόγου δοτήρ, μακροτέραν ἐποιεῖτο τὴν παραίτησιν, ἕτερον χρῆναι λέγων ἀναδείκνυσθαι τὸν δυνάμενον. προσκρούει δὴ οὕτω ταύτῃ θεῷ. καὶ θυμωθεὶς γάρ, φησίν, ὀργῇ κύριος

B ἐπὶ Μωσῆν εἶπεν· οὐκ ἰδοὺ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ὁ Λευΐτης; ἐπίσταμαι ὅτι λαλῶν λαλήσει αὐτός σοι. καὶ πρός γε τούτῳ φησίν, ὅτι αὐτὸς ἔσται σου στόμα· σὺ δὲ αὐτῷ ἔσῃ τὰ πρὸς τὸν Θεόν. ὁρᾷς τὸ βραδύγλωσσον τοῦ λόγου καὶ πάλαι σκιαγραφούμενον, ὡς ἔν γε τῷ θεσπεσίῳ Μωσῇ; οὐ γὰρ ἱκανὸς ὁ νόμος εἰς ἀπαγγελίαν τῶν χρησμῳδημάτων, οὔτε μὴν ἀριστοεπὴς ἢ εὔγλωττος, εἰς ἀκριβῆ τοῦ συμφέροντος παραθεῖναι τὴν γνῶσιν,

C καθάπερ ἀμέλει ὁ Χριστὸς, ὁ ἀληθῶς Λευΐτης, οὗ καὶ εἰς τύπον Ἀαρών. ὁ μὲν γὰρ νόμος ὁ διὰ Μωσέως εἰς ἀρχὰς ἀποφέρει μόλις τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, καὶ στοιχεῖόν ἐστι τοῖς νηπίοις εἰσηγητὴς, παιδευτὴς ἀφρόνων, διὰ τύπου καὶ σκιᾶς ἀμυδροτάτην ἡμῖν εἰσκομίζων μόλις τῶν πρακτέων τὴν εἴδησιν. ὁ δὲ ἀληθῶς ἱκανώτατος καὶ μέγας ἡμῶν ἱερεὺς καὶ δυνατὸς εἰς ἀποστολὴν, τουτέστι Χριστὸς, κατασκιασμάτων ἀπηλλαγμένην ἀπέδειξε τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ

D ἐστι βραδὺς ἢ ὀκνηρὸς τὴν γλῶτταν, ἢ βραχὺς τοὺς λόγους κατὰ Μωσέα, πολὺ δὲ λίαν εὐεπὴς, καὶ μάλιστα ὡς σοφίας λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ἴδε δὲ, πῶς οὐχ ἱκανὸς μὲν ὁ νόμος εἰς τὸ ἐξελέσθαι δουλείας τοὺς ὑπὸ τῷ νοητῷ πράττοντας Φαραώ, τουτέστι τῷ σατανᾷ, οὐδ᾽ ἂν ὠφελῆσαί τι τὴν γῆν ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, καίτοι διαφανεστάτην ἐπ᾽ ἀρεταῖς

E τὴν δόξαν ἑλὼν, μὴ οὐχὶ συνιέντος τι αὐτῷ καὶ ἐπαμύνοντος τοῦ Χριστοῦ. τοῦτο δ᾽ ἂν μάθοις ὧδέ τε ἔχειν καὶ ἀψευδῶς εἰρῆσθαι ἀφ᾽ ἡμῶν διὰ τὸ συνεζεῦχθαι τὸν Ἀαρών. καὶ διαλέγεται μὲν ὁ Μωσῆς, διατρανοῖ δὲ τὸν λόγον Ἀαρών. εἰ μὴ γὰρ νοηθείη πνευματικῶς ὁ νόμος, ἀποκαλύπτοντος ἡμῖν τὰ ἐν αὐτῷ τοῦ Χριστοῦ, σκοτεινὸν καὶ ἀσυμφανὲς ἔσται τοῖς ἀκροωμένοις τὸ δηλούμενον. καὶ γοῦν Ἰουδαῖοι τὸν διερμηνεύοντα τὰ Μωσέως οὐκ ἔχοντες,

τουτέστι τὸν Χριστὸν, ἀπομεμενήκασιν ἀμαθεῖς. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας, τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. ἀλλ' ἕως σήμερον ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ἡνίκα δὲ ἐὰν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. ὀρθῶς οὖν ἔφασκεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα περὶ τοῦ Ἀαρών· ὅτι λαλῶν λαλήσει αὐτὸς σοι, καὶ αὐτὸς ἔσται σου στόμα· σὺ δὲ αὐτῷ τὰ πρὸς τὸν Θεόν. καὶ οὐ δή που φαμὲν ὅτι Θεῷ προσεχέστερον καὶ μᾶλλον ἐγγὺς παρὰ τὸν Ἐμμανουὴλ ὁ Μωσῆς. ὁ μὲν γάρ ἐστιν υἱὸς καὶ ἐκ Θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν, ὁ δὲ μεθ' ἡμῶν ἐν οἰκέταις, κἂν εἰ καλοῖτο γνήσιος. δοκεῖ δέ πως γεγενῆσθαι τὰ πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῷ. κεχρημάτικε γὰρ ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, καὶ τετήρηκε τὰ Μωσέως. περιτέτμηται γὰρ ὀκταήμερος, καὶ τὴν τοῦ διδράχμου συνεισφορὰν ἐποιήσατο, καίτοι κατὰ φύσιν ἐλεύθερος ὢν υἱός. ἔφαγε δὲ καὶ τὸ πάσχα, καίτοι πάλιν ὁ αὐτὸς ὢν ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. ταύτῃ τοι Μωσῆς μὲν γεγενῆσθαι λέγεται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῷ. ὅτι δὲ ἔμελλε καὶ αὐταῖς ἀπειθεῖν ὁ Ἰσραὴλ ταῖς διὰ Χριστοῦ θεοσημείαις, παραδείξειεν ἂν ὁ Μωσῆς, οὐδὲ αὐτὸς τοῖς θαύμασιν ἀπονέμων τὴν πίστιν. τοιγάρτοι Μωσέως πρόσωπον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ περιθήσομεν, ὅτε κέκληνται δι' αὐτοῦ, καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ πεπαιδαγώγηνται νόμοις. ἐκεῖνο ὅτι μὴ ἱκανὸς ὁ νόμος τοῖς εἰς λύτρωσιν, ἀπόχρη δὲ ἡμῖν εἰς τοῦτο τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ. δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ μόνου νενίκηται ὁ θάνατος. σαφὲς ἂν γένοιτο καὶ μάλα ῥᾳδίως κἀκ τῶνδε δὲ πάλιν. ἀπαίρει γὰρ τῆς Μαδιηναίων ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, ἀναλαβὼν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰ παιδία, καὶ καθίκετο λοιπὸν εἰς Αἴγυπτον, ἀποπεραίνων εὖ μάλα τὰ προστεταγμένα παρὰ Θεοῦ. ἐπεὶ δὲ ἀφεστήκει λοιπὸν τῆς Αἰγυπτίων οὐ μακράν, ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός· πορευομένου σου καὶ ἀποστρέφοντος εἰς Αἴγυπτον, ὅρα πάντα τὰ τέρατα ἃ δέδωκα ἐν ταῖς χερσί σου, ποιήσεις αὐτὰ ἐναντίον Φαραώ. καὶ μεθ' ἕτερα· σὺ δὲ ἐρεῖς Φαραώ· τάδε λέγει κύριος·

A tâ Chriſtum, non haberent, rudes atque ignari perdurarunt: quod & Paulus ille ſacer protulit: [Vſque in hodiernum diem id ipſum velamen, in lectione veteris Teſtamenti, manet non reuelatum, quoniam in Chriſto euacuatur; ſed vſque in hodiernum diem cùm legitur Moſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cùm autem conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem ſpiritus eſt: vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.] Rectè (Exod. 4)
B itaque Deus dixit de Aarone ad Moſen ſacerdotem: [Loquens loquetur ipſe tibi, eritque os tuum: tu verò ipſi in iis quæ ad Deum pertinent.] Neque tamen dicimus, Deo affiniorem, magiſque propinquum Emmanuele eſſe Moſen. Hic enim Dei Filius eſt, & ex Deo Patre quoad naturam ſuam datus; ille verò quaſi nobiſcum inter ſeruos, etſi genuinus vocetur. Factus autem videtur (2. Cor. 14)
C ipſi in his quæ ad Deum pertinent: vixit enim Chriſtus, ſub lege vt homo, & Moſaica obſeruauit præcepta. Octauo enim die circunciſus eſt, & tributi nomine pro capite didrachma contulit, etſi naturâ liber eſſet Filius. Quin & paſcha comedit, tametſi ipſemet agnus ille qui peccata mundi tollit, exiſteret. Hac ratione Chriſto dicitur Moſes fuiſſe in iis quæ ad Deum ſpectant. Quòd verò Iſraelitæ fidem Chriſti miracu-
D lis habituri non eſſent, ſed potiùs omnia iſta admiranda deſpecturi, vel ipſe oſtendat Moſes. Quocircà Moſis perſonam Iſraelitis aptabimus, quandoquidem ab illo vocati ſunt, eiúſque legibus inſtituti. Quòd igitur minimè ſufficiens ſit Moſaica lex ad redemptionem, ſed potiùs nobis huic rei pretioſus Chriſti ſanguis, quo ſolo mors deuicta eſt, neceſſarius ſit, facilè rurſum è ſequentibus apparebit. Diſceſſit ſiquidem ex Madian
E diuinus ille Moſes aſſumens ſecum vxorem & filios, peruenitque tandem in Ægyptum, obſeruans accuratè & perficiens quæ mandarat Deus. Cùm verò non procul Ægypto abeſſet, ait illi architectus vniuerſi Deus: [Eunte te & reuertente in Ægyptum, vide omnia portenta, quæ dedi in manibus tuis, facies ea coram Pharaone.] Et poſt alia: [Dices Pharaoni, Hæc dicit Dominus: (Exod. 4)

„ Filius meus primogenitus Iſrael. Dixit, A „ autem tibi, Dimitte populum meum vt „ mihi ſeruiat: & noluiſti dimittere eos: „ vide igitur, ego interficiam filium tuum „ primogenitum. Factum eſt autẽ in via, „ in diuerſorio obuiauit ei angelus Do- „ mini, & quærebat eum occidere. & ac- „ cipiẽs Sephora petram circuncidit præ- „ putiũ filii ſui, & procidit ad pedes eius, „ & dixit: Stetit ſanguis circuncisionis filii „ mei, & abiit ab eo angelus, quia dixit: „ Stetit ſanguis circuncisionis filii mei.] Angelus enim in figura humana inſul- B tabat & occidere aggrediebatur; vix ægrè tandem placatus, poſtquam Sephora filium ſuum teſtâ circuncidiſſet. Gerſam, inquam, qui primogenitus erat & ipſe, quod nomen latinè ſonat Peregrinum ſeu Accolam. Quem verò exterminator tollere è medio voluerit, ſacer contextus clarè non indicat: ſed vel Moſen fortè ob dilatam filii circuncisionem; & inuitus abactus ſeu pulſus eſt. Deſignat iterùm hic typus, in Chriſti ſanguine mortem eſſe deui- C ctam. Per ipſum namque ſaluata eſt ſancta patrum multitudo, imò omne omnino mortalium genus, quod tempore anteceſſit. Pro omnibus enim mortem obiit, & omnium in illo mors eſt diſſoluta. Non enim in ſanguine Prophetarum, ſed in ſanguine Chriſti recèns nati, & cum ipſo, peremptorem euitamus. Hinc ait Paulus:

Rom.14. 9. „ [In hoc Chriſtus mortuus eſt, & re- „ uixit, vt & mortuorum & viuorum „ dominetur.] Quòd ſi ipſum Gerſam D dixeris ab exterminatore inſultari, & non potiùs, beatum Moſen, idem tamen intelliges. Non enim per circuncisionem legalem, hoc eſt, carnalem, & ſenſibus obuiam, pulſa mors eſt; ſed per eam, quæ in Chriſto per ſpiritum eſt, quam exercuit in primogenito ac nouo populo, terræ quidem incola, conſcripto tamen iterum ad ſupernam & quæ in cælis degitur vitam: quem ſpiritalis Sephora, id eſt Ec- E cleſia, quæ ex Madianitis Gentibúſque conſtat, ſuo circuncidit ſuffragio. Typus hæc etiam ſpiritus fuerit, vtpote fortis & infracta, & quia ex petra.

1.Cor.10. 4. Chriſti enim eſt ſpiritus: *Petra autem Chriſtus*, vt ſapiens Paulus ait. Sciendum autem, quòd qui poſt Moſen fuit

Ioſue 4. Ioſue, cultris lapideis Iſraelitarum filios circuncidit, non manufactam in Chriſto circuncisionem obſcurè nobis adumbrans, quâ & mors ſuperatur:

A υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. εἶπα δέ σοι, ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου ἵνα μοι λατρεύσῃ. σὺ δὲ οὐκ ἐβούλου ἐξαποστεῖλαι αὐτούς· ὅρα οὖν, ἐγὼ ἀποκτενῶ τὸν υἱόν σου τὸν πρωτότοκον. καὶ ἐγένετο, φησὶν, ἐν τῇ ὁδῷ ἐν τῷ καταλύματι συνήντησεν αὐτῷ ἄγγελος κυρίου, καὶ ἐζήτει ἀποκτεῖναι αὐτόν. καὶ λαβοῦσα Σεπφώρα ψῆφον περιέτεμε τὴν ἀκροβυστίαν τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, καὶ προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου. καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐ- B τῆς, διότι εἶπεν· ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου. ἄγγελος γὰρ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς ἐπιθρωσκέ τε καὶ ἀνελεῖν ἐπεχείρει. δυσωπεῖται δὲ μόλις, περιτεμούσης Σεπφώρας τὸν υἱὸν αὐτῆς, φημὶ δὲ Γηρσάμ, ὃς ἦν καὶ πρωτότοκος, διερμηνεύεται δὲ καὶ πάροικος. τίνα οὖν ὁ ὀλοθρευτὴς ἐπεχείρει ἀνελεῖν, σαφῶς οὐ μεμήνυκε γράμμα τὸ ἱερόν· ἀλλ' ἢ Μωσέα τυχὸν τῇδε τῆς παιδίου περιτομῆ, καὶ οὐχ ἑκὼν ἀπελήλαται.

C διαγράφει δὲ πάλιν ὁ τύπος, ὡς καὶ ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ νενίκηται θάνατος. σέσωσται δὲ τῶν πατέρων ἡ ἁγία πληθὺς, μᾶλλον δὲ σύμπαν τὸ ἄνωθέν τε καὶ περὶ αὐτὸν γένος. ἀπέθανε γὰρ ὑπὲρ πάντων, καὶ ὁ πάντων ἐν αὐτῷ λέλυται θάνατος. οὐ γὰρ ἐν αἵματι προφητῶν, ἀλλ' ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ τοῦ νεωτάτου, καὶ μετ' αὐτοῦ διαδιδράσκομεν τὸν ὀλοθρευτήν. εἰς τοῦτο γὰρ, φησὶν, ὁ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. εἰ δὲ μὴ D λέγοιτο τῷ Γηρσὰμ ἐπιθρώσκειν ὁ ὀλοθρευτὴς, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τῷ μακαρίῳ Μωσῇ, πάλιν ἐκεῖνο συνήσεις. οὐ γὰρ διὰ τῆς κατὰ νόμον περιτομῆς, τουτέστι, τῆς κατὰ σάρκα καὶ αἰσθητῆς ἀπελήλαται θάνατος, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐν Χριστῷ, διὰ πνεύματος, ἣν ἐνήργηκεν ἐν τῷ πρωτοτόκῳ καὶ νέῳ λαῷ, καὶ τῷ παροίκῳ μὲν ἐπὶ γῆς, ἐπιγραφομένῳ δὲ πάλιν τῆς ἄνω καὶ οὐρανικῆς· ἣν ἡ νοητὴ Σεπφώρα, τουτέστιν ἡ ἐκ- E κλησία, ἡ ἐκ Μαδιάμ τε καὶ ἐξ ἐθνῶν, περιτέτμηκε ψήφῳ. τύπος δ' ἂν εἴη καὶ αὕτη τοῦ πνεύματος, διά τοι τὸ πολυαλκές τε καὶ ἄθραυστον· καὶ μὴν ὅτι καὶ ἐκ πέτρας. Χριστοῦ γὰρ τὸ πνεῦμα· πέτρα δὲ, ὁ Χριστὸς, καθὰ καὶ ὁ σοφὸς γράφει Παῦλος. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ὁ μετὰ Μωσέα πάλαι γενόμενος Ἰησοῦς, μαχαίραις πετρίναις περιέτεμε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, τὴν ἀχειροποίητον ἐν Χριστῷ διὰ περιτομὴν αἰνιγματωδῶς ἡμῖν σημαίνων, ὑφ' ἣν καὶ ἡττᾶται θάνατος. ἤτοι

ἐστὶν ἡ νοητὴ τῆς κακίας περιτομή, φαυλότητός τε καὶ ἡδονῶν ἀπόθεσις. περὶ γὰρ τῆς κατὰ σάρκα περιτομῆς, ὁ θεῖος ἡμῖν γράφει Παῦλος· ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι. σοφὸς δὲ ἡμῖν καὶ ἱερὸς ἀνακέκραγε λόγος. περιτμήθητε τῷ Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

quæ ſpiritalis eſt improbitatis circunciſio, malitiæ ac voluptatum abdicatio. De illa enim carnali circunciſione diuinus nobis Paulus ſcribit: *Circunciſio nihil eſt.* Sapiens verò ac ſacer nobis ſermo inclamat: *Circuncisi eſtis in Christo*, per quem, & cum quo, Deo & Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen. 1.Cor. 7. 19. Coloſſ. 2. 11.

ΓΛΑΦΥΡΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΞΟΔΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ γʹ.

Περὶ τῆς παταχθείσης πέτρας.

ΕΙΣΕΛΘΕΤΕ διὰ τῆς στενῆς πύλης, τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις ἐπεφώνει Χριστός· στενὴν μὲν οἶμαι πύλην καὶ τεθλιμμένην εἰσβολὴν τὸ τλησιπαθὲς ὀνομάζων, καὶ τὴν τοῦ λόγου παντὸς ἀξίαν ὑπομονήν. καθ' ἣν ἂν γένοιτο καὶ μάλα πλουσίως τὸ εὐδοκιμεῖν δύνασθαι τοῖς τὰ ἄνω φρονεῖν ᾑρημένοις, καταφαιδρύνεσθαί τε γυμνάσμασι τοῖς εἰς εὐψυχίαν καὶ ἀρετήν. ὥσπερ γὰρ τὸ ἀριστεύειν ἐν μάχαις, τῇ τοῦ ὁπλιτεύοντος εὐανδρίᾳ μαρτυρεῖ· οὕτω τὸν εὐσθενῆ καὶ γενναῖον, εἴς γε τὸ δύνασθαι φημὶ τὴν ἀρέσκουσαν τῷ Θεῷ ἀρετὴν κατορθοῦν, λαμπρὸν, καὶ περιφανῆ καὶ παντὸς ἐπαίνου μεμεστωμένον ἀποφήνειεν ἄν, τὸ εὖ μάλα δύνασθαι διενεγκεῖν τοὺς ἐκ τοῦ πειράζεσθαι πόνους. καὶ γοῦν τοῦ σωτῆρος ὁ μαθητὴς, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ὁ τοιοῦτος ἀπόβλεπτος ἔσται, πεπληροφόρηκε λέγων· μακάριος ἄνθρωπος ὃς ὑπομείνῃ πειρασμὸν, ὅτι δόκιμος γενόμενος, λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς. οἱ δὲ δὴ πρὸς τοῦτο λοιπὸν εὐσθενείας ἐληλακότες, καὶ τὴν οὕτω περιφανῆ δόξαν ἀράμενοι λέγουσιν· ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν. ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν. διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, ἐδοκίμασας ἡμᾶς εἰς ἀνάψυξιν. ἐκτελευτᾷ γὰρ ὁ πόνος εἰς τρυφὴν, καὶ ἀνευρύνουσιν αἱ θλίψεις τοῖς ἀθλοῦσι γενναίως τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. οἶδε μὲν

GLAPHYRORVM IN EXODVM LIBER TERTIVS.

De petra percuſſa.

INTROITE per anguſtam portam,] Chriſtus diſcipulis ſuis dixit: anguſtam, vt arbitror, portam & arctam viam nominans tolerantiam, omníque laude digniſſimam patientiam, per quam quidem, qui ſuperna ſapere volunt laudem conſequantur, ſplendeántque exercitiis quæ ad bonam animi conſtitutionem & ad virtutem ſpectent. Quemadmodum enim fortitudo teſtatur primas in bello obtineri; ita etiam robuſtum ac generoſum ad omnem Deo acceptam virtutem præſtandam, ſplendidum atque illuſtrem, & omni laude cumulatum declarat, labores ſibi ex tentatione oblatos infracto animo tolerare. Vnde & Saluatoris diſcipulus quòd talis conſpicuus omnino atque illuſtris ſit, teſtatum nobis reliquit, dicens: [Beatus homo qui ſuffert tentationem, quia cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.] Qui verò eò fortitudinis euaſerunt, vt amplam illam atque eximiam gloriam ſint conſecuti, hi dicunt: [Deus tu probaſti nos, igne examinaſti nos, ſicut examinatur argẽtum. Poſuiſti afflictiones in dorſo noſtro. Aſcendere feciſti homines in capita noſtra. Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.] Laboris enim finis eſt gaudium, afflictiones autem aperiunt iis qui fortiter certant, viam ad lætitiã.

Matt. 7. 13. Iacob. 1. Pſal. 65. 10.

Cognitor enim occultorum, hoc eſt Deus, nouit cuncta, antequam eueniant ac fiant. *Heb. 4. 15.* [Nuda enim atque aperta ei ſunt omnia.] Differtur autem rerum exitus, & eorum qui tentantur fortitudo, vt non ſolùm Deo iuxta prænotionem digni præmiis appareant, verùm etiam vt ipſorum præſtantia rebus ipſis per virtutem geſtis teſtificata ab hominibus pariter atque angelis celebretur. Idcirco & B. Paulus de ſeipſo & aliis Sanctis ait: quòd cùm admodùm feliciter decertarint ac vicerint, *1. Cor. 4. 9.* [ſpectaculum facti ſint mundo & angelis & hominibus.] Multifariam igitur probatur Iſrael, vt tametſi infirmitate laborare videatur, ingentem Dei benignitatem admiretur, qui peccantem toleret. Adumbratur autem in ſingulis quæ acciderunt Chriſti myſterium. Modò enim ſermonem de coturnice & manna exponentes, non parum infirmum, ac voluptati deditum Iſraelem oſtendimus. Sed ecce iam rurſus breuiter inculcatum videtur. Ita enim rurſum habetur: *Exod. 17.* [Et profecta eſt omnis congregatio filiorum Iſrael ex deſerto Sina cum ſuis tabernaculis iuxta verbum Domini: & caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua populo ad bibendum. Et conuiciabatur populus ad Moſen, dicens: Da nobis aquam vt bibamus. Et dixit eis Moſes, Quid conuiciamini me? & quid tentatis Dominum? Sitiuit autem populus illic aquam, & murmurauit contra Moſen, dicens: Quid hoc, quòd eduxiſti nos ex Ægypto, vt occideres nos & filios noſtros & iumenta ſiti? Clamauit autem Moſes ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. Et dixit Dominus ad Moſen, Antecede populum iſtum. Accipe autem tecum de ſenioribus populi, & virgam qua percuſſiſti flumen, accipe in manu tua, & vade. Ecce ego ſtabo illic, antequam tu accedas ſuper petram in Oreb. Et percuties petram, & exibit ex ea aqua, & bibet populus meus. Fecit autem Moſes ſic coram filiis Iſrael: & vocauit nomen loci illius Tentatio ſiue iurgium, propter obiurgationem filiorum Iſrael, & quia tentauerunt Dominum dicentes: Si eſt Dominus in nobis an non?] Hæc

A τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, τουτέστι Θεός. γυμνὰ γὰρ αὐτῷ τὰ πάντα καὶ τετραχηλισμένα. παρείμενοι δὲ τῶν πραγμάτων τὸ πέρας, καὶ τὸ τῶν πειραζομένων κατὰ καιροὺς εὐσθενές· ἵνα μὲν φαίνοιντο μὴ μόνον αὐτῷ κατὰ πρόγνωσιν ἄξιοι γερῶν, καταχεραποιεῖ δὲ μᾶλλον ὡς ἠριστευκότας, καὶ διὰ πραγμάτων αὐτῶν ἐπ' ἀρετῇ μεμαρτυρημένους ἄγγελοί τε καὶ ἄνθρωποι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος B περὶ αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων φησὶν, ὡς ἠθληκότων εὖ μάλα καὶ νενικηκότων, ὅτι θέατρον ἐγενήθησαν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. δοκιμάζεται τοίνυν πολυτρόπως ὁ Ἰσραὴλ, ἵνα κἂν εἰ φαίνοιτο νοσῶν ἔτι τὸ ἄναλκι, θαυμάζοιτο μὲν ἐπὶ πολλῇ λίαν ἡμερότητι Θεὸς, πλημμελοῦντας ἀνεχόμενος· σκιαγραφοῖτο δὲ μᾶλλον ἡμῖν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν συμβεβηκότων τὸ μυστήριον. ἄρτι μὲν οὖν τὸν ἐπί τε τῇ ὀρτυγομήτρᾳ, καὶ μέν τοι καὶ τῷ μάννα C διαπεράσαντες λόγον, οὐ μετρίως κατερρωστηκότα τὸ ἀδρανὲς καὶ φιλήδονον διεδείκνυμεν τὸν Ἰσραήλ. ἀλλ' ἰδοὺ πάλιν καὶ οὐκ εἰς μακρὰν [illegible] ὁρᾶται. γέγραπται γὰρ οὕτω πάλιν· καὶ ἀπῆρε πᾶσα ἡ συναγωγὴ υἱῶν Ἰσραὴλ ἐκ τῆς ἐρήμου Σὶν, κατὰ παρεμβολὰς αὐτῶν διὰ ῥήματος κυρίου, καὶ παρενέβαλον ἐν Ῥαφιδεῖν. οὐκ ἦν δὲ ὕδωρ τῷ λαῷ πιεῖν. καὶ ἐλοιδορεῖτο ὁ λαὸς πρὸς Μωσῆν λέγοντες, δὸς ἡμῖν ὕδωρ, ἵνα D πίωμεν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς Μωσῆς· τί λοιδορεῖσθέ μοι; καὶ τί πειράζετε κύριον; ἐδίψησε δὲ λαὸς ὕδατι ἐκεῖ, καὶ ἐγόγγυζεν ὁ λαὸς ἐπὶ Μωσῆν λέγοντες· ἵνα τί τοῦτο ἀνεβίβασας ἡμᾶς ἐξ Αἰγύπτου, ἀποκτεῖναι ἡμᾶς καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, καὶ τὰ κτήνη ἡμῶν τῷ δίψει; ἐβόησε δὲ Μωσῆς πρὸς κύριον, λέγων· τί ποιήσω τῷ λαῷ τούτῳ; ἔτι μικρὸν καὶ καταλιθοβολήσουσί με. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν· προπορεύου τοῦ E λαοῦ τούτου· λάβε δὲ μετὰ σεαυτοῦ ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ τὴν ῥάβδον ἐν ᾗ ἐπάταξας τὸν ποταμὸν, λάβε ἐν τῇ χειρί σου, καὶ πορεύου. ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα ἐκεῖ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τῆς πέτρας ἐν Χωρήβ. καὶ πατάξεις τὴν πέτραν, καὶ ἐξελεύσεται ὕδωρ ἐξ αὐτῆς, καὶ πίεται ὁ λαός μου. ἐποίησε δὲ Μωσῆς οὕτως ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, Πειρασμὸν καὶ λοιδόρησιν, διὰ τὴν λοιδόρησιν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ διὰ τὸ πειράζειν κύριον λέγοντες· εἰ ἔστι κύριος ἐν ἡμῖν, ἢ οὔ; καὶ ταυτὶ

μὲν ἡμῖν ἐν τῇ Ἐξόδῳ τὸ θεῖον ἔφη χρησμῴδημα. κατακερματίζει δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς εὐρυτέραν ἀφήγησιν, ἣν καὶ ἀναγκαῖον οἶμαι παρενεγκεῖν. ὡς ἂν ἕκαστα βασανίζοντες ὀρθῶς καὶ ἀπηκριβωμένως, ἀποχρῶσαν ἔχωμεν τὴν πάλαι γεγονότων τυπικῶς τὴν εἴδησιν, καὶ πρός γε δὴ τούτοις, τὸ τῆς πνευματικῆς θεωρίας τὸ κάλλος. γέγραπται δὲ οὕτω· καὶ ἦλθον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ πᾶσα ἡ συναγωγὴ εἰς τὴν ἔρημον Σὶν, ἐν τῷ μηνὶ τῷ πρώτῳ, καὶ κατέμεινεν ὁ λαὸς ἐν Καδὴς, καὶ ἐτελεύτησεν ἐκεῖ Μαριὰμ, καὶ ἐτάφη ἐκεῖ. καὶ οὐκ ἦν ὕδωρ τῇ συναγωγῇ, καὶ συνηθροίσθησαν ἐπὶ Μωσῆ καὶ Ἀαρών. καὶ ἐλοιδορεῖτο ὁ λαὸς πρὸς Μωσῆν, λέγοντες· ὄφελον ἀπωλώμεθα ἐν τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἔναντι κυρίου; καὶ ἵνα τί ἤγαγες τὴν συναγωγὴν κυρίου εἰς τὴν ἔρημον ταύτην ἀποκτεῖναι ἡμᾶς καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν; καὶ ἵνα τί τοῦτο ἀνηγάγετε ἡμᾶς ἐξ Αἰγύπτου παραγενέσθαι εἰς τὸν τόπον τὸν πονηρὸν τοῦτον; τόπος οὗ οὐ σπείρεται, οὐδὲ συκαῖ, οὐδὲ ἄμπελοι, οὐδὲ ῥοαὶ, οὐδὲ ὕδωρ πιεῖν. καὶ ἦλθε Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν ἀπὸ προσώπου τῆς συναγωγῆς ἐπὶ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ὤφθη ἡ δόξα κυρίου πρὸς αὐτούς. καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· λάβε τὴν ῥάβδον, καὶ ἐκκλησίασον τὴν συναγωγὴν σὺ καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου, καὶ λαλήσατε πρὸς τὴν πέτραν ἐναντίον αὐτῶν, καὶ δώσει τὰ ὕδατα αὐτῆς· καὶ ἐξοίσετε αὐτοῖς ὕδωρ ἐκ τῆς πέτρας, καὶ ποτιεῖτε τὴν συναγωγὴν καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν. καὶ ἔλαβε Μωσῆς τὴν ῥάβδον τὴν ἀπέναντι κυρίου, καθὰ συνέταξε Κύριος, καὶ ἐξεκκλησίασε Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν τὴν συναγωγὴν ἀπέναντι τῆς πέτρας. καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· ἀκούσατέ μου οἱ ἀπειθεῖς· μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομεν ὑμῖν ὕδωρ; καὶ ἐπάρας Μωσῆς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ἐπάταξε τὴν πέτραν τῇ ῥάβδῳ δίς. καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ πολὺ, καὶ ἔπιεν ἡ συναγωγὴ, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν, ὅτι οὐκ ἐπιστεύσατε ἁγιάσαι με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο οὐκ εἰσάξετε ὑμεῖς τὴν συναγωγὴν ταύτην εἰς τὴν γῆν ἣν ἔδωκα αὐτοῖς. τοῦτο τὸ ὕδωρ ἀντιλογίας, ὅτι ἐλοιδορήθησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἔναντι κυρίου, καὶ ἡγιάσθη ἐν αὐτοῖς. ᾔεσαν μὲν γὰρ διʼ ἠπείρου ξηρᾶς, καὶ πολλὴν διψάδα παραθέοντες γῆν. εἶτα τοῖς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐναλόντες πόνοις,

A quidem nobis in libro Exodi diuinus ſermo commemorat: ſed in Numeris amplior de his narratio inſtituitur, quam neceſſarium eſſe arbitror vt in medium proferamus; vt ſingula rectè exactéque perpendentes ad plenam eorum quæ olim figuratè geſta ſunt cognitionem perueniamus, & ſpiritualis ſenſus pulchritudinem conſequamur. Ita igitur ſcriptum habetur: [Et venerunt filii Iſrael & omnis congre- B gatio in deſertum Sin, in menſe primo, & manſit populus in Cades, & mortua eſt ibi Maria & ſepulta. Nulla autem aqua erat congregationi. Et congregati ſunt contra Moſi & Aaron, & murmurauit populus contra Moſen, dicentes: Vtinam mortui eſſemus in interitu fratrum noſtrorum coram Domino! Quare adduxiſti congregationem Domini in deſertum hoc, vt occideretis nos & iumenta noſtra: Quare eduxiſti nos ex C Ægypto, vt veniremus in locum prauum hunc? locus vbi non ſeminatur, neque ficus, neque vineæ, neque mala granata, neque aqua eſt ad bibendum. Et venit Moſes ad Aaron à facie congregationis ad oſtium tabernaculi teſtimonii, & ceciderunt in faciem ſuam, & apparuit gloria Domini ad illos. Et locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens: Accipe virgam, & congrega congregationem, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, D & dabit aquas ſuas, & educetis eis aquam ex petra, & potabitis congregationem & iumenta eorum. Et accepit Moſes virgam coram Domino, ſicut conſtituit ei Dominus. Et congregauit Moſes & Aaron congregationem coram petra, & dixit ad eos: Audite me, increduli. Nunquid ex petra hac educemus vobis aquam? Et tollens Moſes manum ſuam percuſſit petram virga bis: & exiit aqua multa. & bibit congregatio, & iumenta ſua. Et dixit Dominus ad Moſen & Aa- E ron, Quoniam non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, propter hoc non introducetis vos congregationem hanc, in terram quam dedi eis. Hæc aqua contradictionis, quoniam conuitiati ſunt filii Iſrael coram Domino, & ſanctificatus eſt in eis.] Tranſierant enim per continentem ſiccam, cumque multum aridæ terræ peragraſſent, atque ob perfectionis labores languerent,

Num. 20.

ſi paululum quid moleſtum accideret, grauiſſimè aduerſus Moſen & Aaron murmurabant. Etſi enim iam multorum admirabiliúmque ſignorum ſpectatores fuiſſent, diuinæque virtutis excellentiam ipſa experientia didiciſſent; tamen adhuc metuunt, ne neceſſaria ad victum ſuppeditare deſinat, cibúmque ac potum omni loco præbere: ſed puſillanimitate vincuntur puerili, atque effeminata mente præditi, & ſi quid moleſtum ſeſe offerat, confeſtim inſultant pædagogo, impiéque occlamant; quòd mediator ipſis ſit factus, quódque per ipſum ad libertatem ſint vocati: è diuerſo autem beatos prædicant illos, qui in puſillanimitate quæ præceſſerat interierunt, quia in Ægypto carnium deſiderio capti, exitiali ipſis coturnice comeſta, morte mulctati ſunt. Idcóque dicunt: [Vtinam mortui eſſemus in perditione fratrum noſtrorum coram Domino! Quare introduxiſtis congregationem in deſertum hoc, vt occideretis nos & iumenta noſtra?] O imbecillitatem, quàm impatiens cogitatio, & quàm procliuis ad ignauiam mens! Tantilla enim ſiti preſſi ſtatim Ægyptiacam ſeruitutem diuinis donis præferunt, & acerbiſſimum olim ſeruitutis iugum dulceſcit: neque ampliùs toleratu difficile videtur, quantumuis rigidus Pharao, neque iam odioſum eſt lutum, neque grauis exactorum crudelitas, ſed cuncta iam ſunt grata ac ſuauia. Eò ſtultitiæ detruſit eos mentis infirmitas. Audi verò, obſecro, quæ crimina intenduntur Moſi propter criminationis officium, cùm aiunt: [An eduxiſti nos ex Ægypto, vt veniremus in hunc malignum locum? Locus eſt vbi non ſeritur, neque ficus, neque vites ſunt, nec mala punica, imò nec aqua vt bibamus.] Vide quo pacto mens ruat in timiditatem, & perperam ſe deflectat ad voluptates temporales, ſtudeátque vehementer deliciis mundanis, & ventris ingluuiem curet. E contrario autem quo pacto ſpem abiiciat, terræque patribus promiſſæ reclamet & obluctetur, non intelligens, quòd ſemper & vbique labores eximia dona concilient. Neque enim quis abſque ſudore ampliſſima munera conſequitur. Neſcit itaque Iſrael præclarè rem gerere, neque affectuum incurſionibus fortiter exiſtere.

Nu.20.

A καὶ εἰ βραχύ τι γένοιτο τῶν εἰωθότων λυπεῖν, δυσφόρητον ἐποιοῦντο κατά τε Μωσέως καὶ Ἀαρὼν τὴν καταβοήν. πλείστης δὲ ὅσης καὶ ἀξιαγάστου θεοσημείας θεωροὶ γεγονότες, καὶ τῆς θείας δυνάμεως τὴν ὑπεροχὴν διὰ πείρας αὐτῆς ἐκμεμαθηκότες, ἐδεδίεσαν ἔτι μὴ ἄρα πως ἀτονήσῃ πρὸς τὸ χρῆναί φημι διανέμειν τὰ ζωαρκῆ, καὶ πανταχόθεν αὐτοῖς ἐκπορίζειν τὰ ἐδώδιμα, καὶ τὰς τῶν ὑδάτων ποιεῖσθαι χορηγίας· B ἀλλ' ἡττῶνται τῆς ὀλιγοψυχίας, μειρακιώδη τε καὶ ἄνανδρον ἔχοντες νοῦν· καὶ εἰ μικρὸν λάβοιτό τινος τῶν πεφυκότων ἀνιᾶν, ἐπιπηδῶσιν εὐθὺς τῷ παιδαγωγῷ, καὶ καταποκεκράγασιν ἀνοσίως, ὅτι καὶ γέγονεν ὅλως μεσίτης αὐτοῖς, καὶ κέκληνται δι' αὐτοῦ πρὸς ἐλευθερίαν. μακαρίζουσι δὲ τοὺς τῆς προλαβούσης ὀλιγοψυχίας ὀλωλότας, ὅτι τῶν ἐν Αἰγύπτῳ κρεῶν ἐπιθυμίᾳ ἤδη ἐνειλημμένοι· εἶτα τὴν ὀλέθριον κατεδηδοκότες ὀρτυγομήτραν, θανάτῳ κατεδικάζοντο. διά τοι τοῦτό C φασιν· ὄφελον ἀπεθάνομεν ἐν τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ἔναντι κυρίου, καὶ ἵνα τί ἀνηγάγετε εἰς τὴν ἔρημον ταύτην, ἀποκτεῖναι ἡμᾶς καὶ τὰ κτήνη ἡμῶν. ὢ τῆς κακανδρίας, ὡς ἀτληπαθὲς τὸ φρόνημα, καὶ πολὺ πρόχειρος εἰς ἀκηδίαν ὁ νοῦς. διψήσασι βραχὺ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ δεινὰ τῶν παρὰ Θεοῦ λοιπὸν ἐν ἀμείνοσιν ἦν· καὶ γλυκὺς μὲν ἤδη πως ὁ πάλαι πικρὸς τῆς δουλείας ζυγός· δύσοιστος δὲ οὐκέτι, καίτοι σκληρὸς ὑπάρχων ὁ Φαραώ. οὐκ ἀπηχθη-D μένος ὁ πηλὸς, οὐδὲ ἡ τῶν ἐργοδιωκτῶν ἀγριότης, ἀλλ' ἡδέα πάντα λοιπόν. καθικέσθαι γὰρ εἰς τοῦτο μωρίας αὐτοὺς τὸ τῆς διανοίας ἀδρανὲς ἀναπείθει. ἄκουε δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ τὰ τῆς Μωσέως μεσιτείας ἐγκλήματα. ἵνα τί γὰρ, τοῦτό φασιν, ἐξηγάγετε ἡμᾶς ἐξ Αἰγύπτου παραγενέσθαι εἰς τὸν τόπον τὸν πονηρὸν τοῦτον; τόπος, οὗ οὐ σπείρεται, οὐδὲ συκαῖ, οὐδὲ ἄμπελοι, οὐδὲ ῥοαί, οὐδὲ ὕδωρ ἐστὶ πιεῖν. ἄθρει ὥσπερ ὑποφέρεται E πρὸς ἀνανδρίαν, καὶ διανένευκε μὲν ἀσχέτως εἰς προσκαίρους ἡδονὰς, μεταποιεῖται δὲ λίαν τέρψεων κοσμικῶν· καὶ γαστρὸς μὲν ἀποδέχεται χάριν. διαπτύει δὲ τὴν ἐλπίδα, καὶ τῆς τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένης οὐ κατέχεται γῆς· οὐκ ἐννοῶν ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως τὰ τῶν χαρισμάτων ἐξαίρετα μεσολαβοῦσι πόνοι. οὐδὲ γὰρ ἀνιδρωτὶ κατακτήσαιτό τις τὰ κάλλιστα τῶν δώρων. οὐκ οἶδεν οὖν ὁ Ἰσραὴλ ἀριστεύειν, οὐδὲ ταῖς τῶν παθῶν προσβολαῖς ἀντεξάγειν νεανικῶς.

ἐπεὶ μηδὲ τοῖς ἐν νόμῳ τὸ χρῆμα τετήρητο· προτετίμαστο δὲ μᾶλλον τοῖς ἐν Χριστῷ. ἀλλ' ἦν μὲν εἰκὸς ἀγανακτοῦντα Θεὸν, μηδὲ τῆς ὑδάτων αὐτοὺς ἀξιῶσαι χορηγίας· ἵνα δὲ καὶ οἱ εἰς τοῦτο κατηγμένοι σκαιότητος, καὶ δι' ἑτέρων εἰς πίστιν ὠφελοῖντο θαυμάτων, προστάττεται Μωσῆς κατακροῦσαι τῇ ῥάβδῳ τὴν πέτραν. ἀλλ' οὐκ ἠγνόει Θεὸς ὅτι ταῖς τῶν δήμων ἐπιθωμαστάσεσιν ὀλιγοψυχήσας βραχὺ, καὶ αὐτὸς ὀκλάσει περὶ τὴν πίστιν. διά τοῦτό φησιν ἐν μὲν τῇ Ἐξόδῳ, λάβε μετὰ σεαυτοῦ ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ τὴν ῥάβδον ἐν ᾗ ἐπάταξας τὸν ποταμὸν, λάβε ἐν τῇ χειρί σου, καὶ πορεύσῃ. ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα ἐκεῖ, πρὸ τοῦ σε ἐλθεῖν ἐπὶ τῆς πέτρας ἐν Χωρὴβ, καὶ πατάξεις τὴν πέτραν, καὶ ἐξελεύσεται ἐξ αὐτῆς ὕδωρ. καὶ πινέτω ὁ λαός μου. ἐν δὲ τοῖς Ἀριθμοῖς· λάβε τὴν ῥάβδον, καὶ ἐκκλησίασον τὴν συναγωγὴν σὺ καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου. καὶ λαλήσατε πρὸς τὴν πέτραν ἐναντίον αὐτῶν, καὶ δώσει τὰ ὕδατα αὐτῆς. καὶ ἐξοίσετε αὐτοῖς ὕδωρ ἐκ τῆς πέτρας, καὶ ποτιεῖτε τὴν συναγωγήν. ἐπιτήρησον ὅτι βεβαιῶν εἰς πίστιν πρὸς ἀνάμνησιν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τερατουργίας ἀποφέρει λέγων, λάβε τὴν ῥάβδον ἐν τῇ χειρί σου, ἐν ᾗ ἐπάταξας τὸν ποταμόν. ὡς λέγων, ἡ ῥάβδος μέγαν μεταβάλλουσα ποταμὸν εἰς αἷμα ἀρρήτῳ δυνάμει τοῦ τὰ τοιάδε κατορθοῦντος Θεοῦ ἐξοίσει λίαν εὐκόλως καὶ ἐκ τῆς πέτρας τὸ ὕδωρ. εἶτα καθ' ἕτερον ἐμπεδοῖ τρόπον ὑπενεγκὼν, ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα ἐκεῖ. οὐ γὰρ μόνος ἔσῃ, φησὶν, οὐδὲ σὺ τοῦ θαύματος ἀποτελεστὴς εἴης πάλιν· ἀλλ' ἐγὼ τὴν πέτραν μητέρα πολλῶν ἀποδείξω ναμάτων, προευτρεπιῶ τὸ θαῦμα, καὶ περιμενῶ τὴν σὴν ὑπουργίαν. λάλησον τῇ πέτρᾳ, καὶ τῶν σῶν ῥημάτων ἰσχὺς ἔσομαι ἐγώ. ἀλλὰ καί τοι ταῖς τοιαύταις φωναῖς ἐπιθαρσῆσαι δέον, ἠτόνησεν ὁ Μωσῆς. ἔφη γὰρ, ἀκούσατέ μου οἱ ἀπειθεῖς· μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομεν ὑμῖν ὕδωρ; εἶτα τύπτει τῇ ῥάβδῳ τὴν ἀκρότομον δίς· ὡς γὰρ ἐσομένου μηδενὸς τῶν προσδοκωμένων, κἂν εἰ καταπαίοιτο τυχὸν ἡ πέτρα. πέπληχε δίς· καίτοι τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μεταστοιχειώσας εἰς αἷμα, διὰ τοῦ τὴν ῥάβδον ἀποκτεῖναι προσάπαξ. πλὴν ἐδίδου τὸ νᾶμα Θεὸς, καίτοι διὰ τούτων οὐ μετρίως παρωργισμένος· ἵνα μὴ δόκησις ἀσθενείας αὐτοῦ καταγράφοιτο παρά γε ταῖς τῶν ἀσυνέτων ὑποψίαις. ἐπιτιμᾶται δὲ, φησὶν, ὁ Μωσῆς. οὐκ εἰσάξετε γὰρ αὐτοὶ, φησὶν, τὴν συναγωγὴν ταύτην, εἰς τὴν

A Hæc enim res non iis qui ſunt ſub lege eſt reſeruata, ſed potiùs iis præparata, qui Chriſto Ieſu ſunt inſiti. Vnde tametſi merebantur vt Deus iratus ipſis aquam non ſuppeditaret, tamen vt qui ad tantam ſtupiditatem deuenerant, per alia miracula ad fidem promouerentur, præcepit Moſi, vt virga percuteret petram. Deus autē minimè ignorabat etiam ipſum Moſen nonnihil fore puſillanimem ob populi inſultus, adeóque circa fidem claudicaturum eſſe. B Idcirco ait in Exodo quidem: [Sume tecum ex ſenioribus populi, & virgam qua percuſſiſti fluuium, accipe in manum tuam, & vade. Ecce ego ſteti ibi, antequam tu veneris in petram Oreb, percuties petram, & exibit ex ipſa aqua, bibétque populus meus.] In Numeris autem ita legitur: [Accipe virgam, & conuoca congregationem tu & Aaron frater tuus, & loquere ad petram coram ipſis, & dabit aquam ſuam. Et auferetis C vobis aquam ex ipſa petra, & potabitis congregationem.] Obſerua autē quòd ei reuocet in memoriam miracula in Ægypto edita, idque ideo vt ipſius fidem confirmet; [Sume, inquiens, virgam in manum tuam, qua percuſſiſti fluuium.] Quaſi diceret: Illa virga, quæ tam ingentem fluuium tranſmutauit in ſanguinem, ſua ineffabili potentia Deo talia præſtante, facillimè etiam è petra elicuerit aquā. Deinde etiam alia ratione eum confirmat dum ita dicit, *Ecce ego* D *ſteti illic*. Neque enim ſolus eris, ait: neque tu admirandorum patrator iterum fueris, ſed ego petram multorum fluuiorum matrem oſtendam, priùs præparabo miraculum, & opperiar tuum miniſterium. Loquere petræ, & ego rurſum ero tuorum verborum robur atque efficacia. Porro etſi his verbis debuiſſet confidere Moſes, defecit tamen. Ait enim: [Audite me, increduli, num ex petra hac producemus vobis aquam?] Deinde virga petram bis percutit: haud E ſecùs ac ſi nihil corū quæ expectabant, euenturū eſſet, etiamſi petra percuteretur virga, bis percuſſit, quamquā priùs fluuium in ſanguinem tranſmutauerit in Ægypto per eandem virgam, quam tum ſemel duntaxat extēderat. Attamē Deus tribuit ipſis flumen aquæ, tametſi ob ipſorum incredulitatem non parum fuerit iratus, ne fortè impotētiæ opinionē de eo conciperent quidā ſtultè ſuſpicaces. Vnde Moſes increpatur: [Vos, ait, nō introducetis congregationē hanc in terram,

Exo.17.1

Nu 20.8

Exod.17.

Exo 17.6

Num.20.

„ terram, quam ego dedi vobis, quia non credidiſtis, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael.] Age igitur rurſum hiſtoriam ad Chriſti myſterium transferentes, quæ veritati conſentanea ſunt, dicamus, diuinæ Scripturæ veſtigiis inſiſtentes, & in hoc incumbentes, vt ſenſuum vim ad ſacrarum Literarum ſententiam accuratè dirigamus. Menſe igitur primo mortua Maria, ſiti laborauit populus. Deinde ex præcepto Dei, Moſes virga percutit petram aſtantibus ipſi ſenioribus populi, & item Aaron: loquuntúrque ipſi ad petram, & hæc fluuio exundat, potúmque præbuit congregationi & iumentis ipſorum, ſicut ſcriptum eſt. Quid igitur dicimus adumbratum per mortem Mariæ, aut quænam omnino ea intelligatur, & quid ad neceſſariam declarationem faciat, quòd primo menſe dicat ipſam mortuam? ſtatuemus itaque Moſen in typum legis: Aaron autem, ſacerdotii: Mariæ autem perſonam, cultui legali tribuemus. Vnde Deus ad effrenem Hieroſolymam per vocem ſancti ait: (Mich. 6. 4) „ [Et miſi ante faciem tuam Moſen & Aaron & Mariam.] Viden' quomodo ea ſit coniuncta cum Moſe & Aaron, vt ſimul antecedat Iſraelitas? Nam cum ſapiens Moſes ageret mediatorem, & præeſſet Aaron, hoc eſt, ſacerdotalis dignitas per cultum typicum, tum carnalis Iſrael lucrifecit ſibi Dei cultum. Quòd autem neceſſariò cum Moſe & Aaron perſona Mariæ introducatur, vel hinc abſque negotio facilè intelligitur, quia in mari rubro cùm Pharao vnà cum ſuis ſatellitibus periiſſet, adeóque totus exercitus eſſet ſubmerſus, tum Moſes quidem gratias Deo cecinit. Cùm autem exiiſſent & ſaltatrices, accepit Maria tympanum ſuum, ſicut ſcriptum eſt, ingentem ilico ſonum immiſcens cantibus. Sed hîc in typis erat ſubtilis veræ contemplationis figura. Nam quòd & ipſa lex, hoc eſt, Moſes, & cum illo Maria, hoc eſt, cultus vmbratilis & typicus, immenſam atque admirabilem omnipotentis Dei potentiam prædicent, ſubindicauerit modus cantilenæ, & tympanorum ſonus. Perſona igitur cultus legalis rectè imponitur Mariæ,

γῆν ταύτην, ἣν ἔδωκα αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἐπιστεύσατε ἁγιάσαι με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ἄγε δὴ οὖν πάλιν εἰς τὸ Χριστοῦ μυστήριον τὸ τῆς ἱστορίας μεταπλάττοντες σχῆμα, τὰ εἰκότα λέγωμεν, τὰς θείας ἰχνηλατοῦντες γραφὰς, καὶ τὴν ἐννοιῶν τὴν δύναμιν πρὸς τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν εὖ μάλα δοκιμῶς ἀπευθύνειν σπουδάζοντες. ἐν τοίνυν ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ τεθνεώσης τῆς Μαριάμ, δεδίψηκεν ὁ λαός. εἶτα Θεοῦ προστάττοντος, καταπαίει τῇ ῥάβδῳ τὴν πέτραν ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, παρεστηκότων αὐτῷ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μήν τι καὶ Ἀαρών. καὶ λαλοῦσι μὲν αὐτοὶ πρὸς τὴν πέτραν· ἡ δὲ τὸ νᾶμα πλουσίως ἐκχεῖ, καὶ πεπότικε τὴν συναγωγὴν, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, καθὰ γέγραπται. τί οὖν ἄρα φαμὲν ἐμφανίζεσθαι πάλιν διὰ τοῦ τεθνάναι τὴν Μαριάμ, ἢ τίς ἂν ὅλως νοοῖτο, καὶ τί τὸ τέλος ἐπ' ἀναγκαίαν δήλωσιν, τοῦ ὡς ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ τεθνάναι λέγειν αὐτήν; παραδεξόμεθα δὴ οὖν, Μωσέα μὲν εἰς τὸν νόμον. εἰς ἱερωσύνην δὲ, τὸν Ἀαρών· τὸ δὲ τῆς Μαριὰμ, πρόσωπον, τῇ ἐν νόμῳ λατρείᾳ περιθήσομεν. καὶ γοῦν ἔφη Θεὸς διὰ φωνῆς ἁγίου πρὸς τὴν ἐξώλιον Ἱερουσαλήμ· καὶ ἀπέστειλα πρὸ προσώπου σου Μωσῆν, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Μαριάμ. ὁρᾷς ὅπως τέθειται μετὰ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν εἰς τὸ καθηγεῖσθαι τοῦ Ἰσραήλ; μεσιτεύοντος γὰρ τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ προεστηκότος Ἀαρὼν, τουτέστι, τοῦ τῆς ἱερωσύνης ἀξιώματος διὰ τῆς ἐν τύποις λατρείας, ἀποκεκέρδακε τότε τὴν πρὸς Θεὸν λατρείαν ὁ κατὰ σάρκα Ἰσραήλ. ὅτι δὲ ἀναγκαίως Μωσῇ καὶ Ἀαρὼν, καὶ τὸ τῆς Μαριὰμ συνεισφέρεται πρόσωπον, κἀντεῦθεν ἀπονητὶ συνιέναι ῥᾷον. οὐ γάρ τοι τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις συναπολωλότος τοῦ Φαραὼ καὶ πεπνιγμένης πανστρατιᾶ, ἦδεν ὁ Μωσῆς τὰ χαριστήρια, καὶ συνετίθει τὸν ὕμνον. ἐξῄεσαν δὲ αἱ χορεύουσαι, καὶ ἔλαβε Μαριὰμ τὸ τύμπανον αὐτῆς, καθὰ γέγραπται, βαρείαν που τάχα καὶ διατορύσιον ἠχὼ συνυφαίνουσα τοῖς μέλεσιν. ἀλλ' ἦν τὸ ἐν τύποις τῆς ἀληθοῦς θεωρίας αἴνιγμα λεπτόν. ὅτι γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ νόμος, τουτέστι Μωσῆς, καὶ μὴν καὶ σὺν ἐκείνῳ καὶ Μαριὰμ, τουτέστιν, ἡ ἐν σκιαῖς καὶ τύποις λατρεία τὴν ὑπερφυᾶ τε καὶ ἀξιάγαστον τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ διακηρύξοιεν δύναμιν, ὑπεμφήνειεν ἂν ὁ τῆς ᾠδῆς τρόπος, καὶ ἡ τῶν τυμπάνων ἠχή. ἐν τοίνυν περιθεῖν τις ἂν τὸ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας πρόσωπον τῇ Μαριάμ,

καθάπερ ἀμέλει τὸ μὲν τοῦ νόμου, Μωσῆ, τὸ δὲ τῆς ἱερωσύνης Ἀαρών. τεθνεώσης τοίνυν τῆς Μαριὰμ μηνὶ τῷ πρώτῳ, τουτέστιν, ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔτους, κατὰ τοὺς Ἑβραίων νόμους, ὅτε καὶ αὐτὸ τοῦ ἁγίου πάσχα τελεῖται μυστήριον, δεδίψηκεν ὁ λαός. ἐν γάρ τοι τῷ πρώτῳ μηνὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὃς καὶ τῶν νέων ὠνόμασται, μονονουχὶ καὶ τετελεύτηκεν ἡ ἐν σκιαῖς καὶ τύποις λατρεία, συνεστάλη τε τρόπον τινὰ, καὶ ἐκ μέσου γέγονεν. πῶς ἢ τίνα τρόπον; ἐπέλαμψε γὰρ ἡμῖν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ὡς ἐν μηνὶ τῶν νέων. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν αὐτὸς ὁ λαλῶν, πάρειμι, ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, καὶ ὡς ἐν μηνὶ τῶν νέων. οὕτω τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν ἐκάλει λέγων· ἀνάστα, ἐλθὲ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ. τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. καιρὸς γὰρ τῆς τομῆς ἔφθασεν. ἀνεθάλομεν γὰρ ἐν Χριστῷ πρὸς καινότητα ζωῆς, καὶ ὁ τῆς ἐπιδημίας καιρὸς, ἔαρ ὥσπερ ἡμῖν ἀνέδειξεν τὸ νοητὸν, εὐανθῆ τε καὶ ἔγκαρπον τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀποτελοῦν. τότε γὰρ τότε τῆς ἐν σκιαῖς συνεσταλμένης, καὶ οἱονεὶ τεθνεώσης τῆς Μαριὰμ, δεδίψηκεν ὁ λαὸς, καὶ ἐν ἐνδείᾳ γέγονεν ὑδάτων νοητῶν· ἀλλ' ἐκπέπωκε πλουσίως τὸ νάμα Χριστοῦ, φημὶ δὲ δὴ πάλιν, τὰ δι' αὐτοῦ θεσπίσματα, καὶ τὴν ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ μυστικὴν παιδαγωγίαν. καὶ τοῦτο συνεὶς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πάντες οἱ πατέρες ἡμῶν ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες εἰς Μωσῆν ἐβαπτίσθησαν, ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν βρῶμα ἔφαγον, καὶ τὸ αὐτὸ πνευματικὸν πόμα ἔπιον. ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. πέτρα δὲ παρεικάζεται, διὰ τὸ ἄθραυστον καὶ ἀκλόνητον. ἐρήρεισται γὰρ ἐν ἰδίοις ἀγαθοῖς ἡ θεία τε καὶ ὑπερτάτη φύσις. τίνα δὲ δὴ τρόπον τὸ ὕδωρ ἐκδέδοται, καταθρεῖν ἀναγκαῖον. συνεγηγερμένων γὰρ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ νόμου, καὶ παρεστηκότος Ἀαρὼν, λόγοι μὲν ἐγένοντο πρὸς τὴν πέτραν. κατεπαίει δὲ αὐτὴν καὶ δὶς ὁ Μωσῆς. συνδεδραμηκότων γὰρ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἱερέων, οἱ κατὰ νόμον παιδαγωγούμενοι, τουτέστιν, ὁ Ἰσραὴλ ἐν προσώπῳ Μωσέως, κατελάλησαν τοῦ Χριστοῦ. κατηγοροῦντες δὲ ἐπὶ Πιλάτου, καὶ τὸ, ἆρε, ἆρε, σταύρωσον αὐτὸν, ἀνοσίως ἀνακεκράγασιν. εἶτα καὶ δυσὶ λελυπήκασι πληγαῖς.

A ſicut reuera perſona legis Moſi, & ſacerdotii Aaroni. Cùm itaque mortua fuerit Maria primo menſe, hoc eſt, in principio anni, ſecundùm leges Hebræorum) quando & ipſum in ſancto paſchate celebratur myſterium) ſitiuit populus. In primo enim menſe, qui & nouorum appellatus eſt, cultus vmbratilis & typicus fermè ceſſauit, contractúſque eſt & è medio ſublatus. Quomodo hoc? Illuxit enim nobis vnigenitus Dei filius humana ſpecie, velut in menſe nouorum. B Vnde & ipſe dixit loquens: [Adſum, tanquam horæ in montibus: & tanquam in menſe nouarum frugum.] Sic & Eccleſiam ex Gentibus compellauit, dicens: [Surge, veni proxima mea, pulchra mea, columba mea, quia ecce hyems præteriit, & pluuia abiit, receſſit ſibi ipſi, flores apparuerunt in terra noſtra: tempus putationis aduenit.] Refloruimus enim in Chriſto ad vitæ nouitatem, & tempus aduentus, C eſt quaſi ver ſpirituale nobis oſtenſum, cùm floridam & fructuoſam efficit hominis naturam. Tunc, inquam, tunc coarctato cultu vmbratili, & quaſi ipſa Maria mortua, ſitiuit populus, & ſpiritalium penuria aquarum laborauit. Cæterũ produxit affatim flumen Chriſti, oracula inquam ipſius, & myſticam in ſpiritu & veritate diſciplinam. Quod intelligens B. Paulus ita ſcribit: [Nolo vos ignorare, fratres, quòd patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſgreſſi ſunt, omnéſque per Mo- D ſen baptizati in nube, & in mari; & omnes item eundem cibum ſpiritualem comederunt, omnéſque idem poculum ſpirituale biberunt. Biberunt enim ex ſpirituali petra, quæ eos ſequebatur. Petra autem erat Chriſtus.] Comparatur autem petræ propter infractam & immobilem ſuam naturam. Firmata enim eſt in propriis bonis diuina illa & ſuprema natura. Quo igitur modo etiam hæc aquam effuderit, ne- E ceſſe fuerit conſiderare. Nam cùm ſeniores populi eſſent congregati, & aſtaret Aaron, ſermo habitus eſt ad petram. Percuſſit autem ipſam Moſes bis. Quia cùm ſeniores populi concurriſſent, & ſacerdotes, ſecundùm legem inſtituti, hoc eſt, Iſraelitæ quaſi in perſona Moſis, oblocuti ſunt Chriſto, accuſantes coram Pilato, impiéque vociferati, [Tolle, tolle, crucifige eum.] Deinde etiam duabus affecerũt plagis.

Exo. 12. 4. & 14. 18. Deut. 16.

Cant. 2. 10.

1. Cor. 10. 1.

Luc. 23. 18.

Primò enim authorem vitæ interficiunt. Alteram verò plagam veluti priori adiiciunt, dum nituntur perſuadere hominibus quòd in mortuis permanſerit. At Christus reſurrexit à mortuis, proculcata & contrita ipſa morte. Poſtquam autem venerunt milites id referentes, qui ordinati erant ab ipſis ſepulchri custodes, præceperunt dicere quòd ipſius diſcipuli clam eum eſſent ſuffurati: atque ita venerandum iſtud reſurrectionis myſterium calumniabantur. Plaga igitur duplex ei inflicta eſt. Cæterùm petra largè effudit flumen, etiamſi Iſrael in ipſum debacchatus ſit, adeò vt toti congregationi potum dederit. Irrigauit enim orbem ſanctis & diuinis fluminibus. Ita enim promiſit ſe nobis ſeipſum donaturum per vocem Prophetæ, dicens: [Ecce ego declinabo ſuper ipſos, quaſi fluuius pacis, & quaſi torrens inundans gloriam Gentium.] Et Dauid quoque alicubi pſallit: [Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.] Item ad ipſum in cælis Patrem ac Deum: [Quia multiplicaſti, ait, miſericordiam tuam Deus. Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & de torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ.] Vide autem quo pacto, interueniente priùs iſtorum diffidentia, Moſes virga percutiat petram. Iſrael enim incredulus debacchatus eſt in Chriſtum: obiurgatus autem eſt Moſes & cum ipſo Aaron. [Neque enim introducetis vos, ait, filios Iſrael in terram quam dedi ipſis.] Perducet autem nos in ſanctorum hereditatem, & veriorem promiſſionis terram non quidem lex quæ verſatur in typis, neque ſacerdotii legalis, veluti in vmbris imbecillitas; neque enim per ſanguines grati erimus, neque item terrena gloria erimus coram Deo illuſtres; ſed potiùs procedemus in ciuitatem ſupernam, atque in patrum hereditatem intrabimus ducem habentes Chriſtum, per quem & cum quo gloria Deo ac Patri cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

Esai.6.12. Psal.45.5. Psal.35.8.

A ἀπεκτείνασι γὰρ τὸν τῆς ζωῆς ἀρχηγόν. δευτέραν δὲ ὥσπερ τῇ προτέρῃ πληγῇ προσεπάγοντες, ὅτι καὶ μεμενήκεν ἐν νεκροῖς ἀναπείθειν ἤθελον. ἀνεβίω μὲν γὰρ ὁ Χριστός, πατήσας τὸν θάνατον. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἧκον οἱ στρατιῶται λέγοντες, οἱ καὶ τετάχατο παρ' αὐτῶν τοῦ τάφου φρουροί, παρήγγελλον λέγειν καὶ τοῦτο ῥιψοκινδύνως, ὅτι κεκλόφασιν αὐτὸν λαθόντες οἱ μαθηταί, καὶ αὐτὸ τὸ σεπτὸν τῆς ἀναστάσεως συκοφαντοῦντες μυστήριον. οὐκοῦν, ἐν διπλῷ γέγονεν ἡ πληγή. ἀλλ' ἐκδέδωκεν ἡ πέτρα πλουσίως τὸ νᾶμα, καίτοι πεπαρῳνηκότος εἰς B αὐτὸν τοῦ Ἰσραήλ, καὶ πεπότικε πᾶσαν τὴν συναγωγήν, καὶ ἐπέκλυσε τὴν οἰκουμένην τοῖς ἱεροῖς τε καὶ θείοις νάμασιν. οὕτω γὰρ ἡμῖν ἑαυτὸν χαρίσασθαι κατεπηγγέλλετο, διὰ τοῦ προφήτου λέγων, ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης, καὶ ὡς χειμάρρους ἐπικλύζων δόξαν ἐθνῶν. ψάλλει δέ που καὶ Δαβίδ· τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. καὶ μέν τοι καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν. ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, ὁ Θεός· οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώ-C πων, ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσι. μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάρρουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. ἄθρει δὲ ὅπως προεισδραμούσης αὐτῶν ἀπιστίας, καταπαίει τὴν πέτραν τῇ ῥάβδῳ Μωσῆς. πεπαρῴνηκε γὰρ εἰς Χριστὸν ἀπειθήσας ὁ Ἰσραήλ· ἐπετιμᾶτο Μωσῆς, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Ἀαρών. οὐ γὰρ εἰσάξετε, φησίν, ὑμεῖς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὴν γῆν ἣν ἔδωκα αὐτοῖς. εἰσκομιεῖ δὲ ἡμᾶς εἰς τὴν τῶν ἁγίων κλῆρον, καὶ εἰς τὴν ἀλη-D θεστέραν τῆς ἐπαγγελίας γῆν, οὐχὶ νόμος ὁ ἐν τύποις, οὐδὲ τῆς κατ' αὐτὸν ἱερωσύνης, τὸ ἐν σκιαῖς ἀδρανές. οὐ γὰρ δι' αἱμάτων εὐαρεστήσομεν. οὔτε μὴν ἐν αὐχήμασι τοῖς γεωδεστέροις ἐκπρεπεῖς ἐσόμεθα παρὰ τῷ Θεῷ· βαδιούμεθα δὲ μᾶλλον εἰς τὴν ἄνω πόλιν, καὶ εἰς τὸν τῶν πατέρων ἥξομεν κλῆρον, καθηγητὴν ἔχοντες τὸν Χριστόν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ E δόξα, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

De Dei in montem Sina deſcenſu, & aſſiſtentia Iſraelis.

Περὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ καθόδου, καὶ τῆς παραστάσεως τοῦ Ἰσραήλ.

DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus turbas Iudæorũ, qui redemptionẽ per fidem non recipiebant, at potiùs

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὰς Ἰουδαίων ἀγέλας τὴν διὰ πίστεως λύτρωσιν οὐ προσιεμένους, περιφερομένους δὲ λίαν τῶν

δι' αὐτοῦ θεσπισμάτων τὴν ὄνησιν, οἰομένοις τε A αὐτοῖς, ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἀρκέσει, καὶ μόνος εἰς οἰκείωσιν τὴν ὡς πρὸς Θεόν, προσεπεφώνει λέγων· οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. καὶ πάλιν· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. ψευδεπήσει δὲ ταῦτα λέγων οὐδαμῶς, ἐπείπερ ἐστὶν ἀλήθεια. καὶ προσιτὸς οὐχ ἑτέρως ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, πλὴν εἰ μὴ διὰ μόνου τοῦ κατὰ φύσιν υἱοῦ. ὁ γὰρ ἐγνωκὼς αὐτὸν εἴσεταί που πάντως καὶ τὸν ἐξ οὗ πέφηνεν πατέρα. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν τοῖς ἀπειθεῖν ἑλομένοις αὐτῷ, καὶ εἰδέναι λέγουσι τὸν τῶν ὅλων Θεόν· εἰ ἐμὲ B ᾔδετε, καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδητε ἄν. γέγονε μὲν γὰρ τοῖς ἀρχαιοτέροις παιδαγωγὸς ὁ Μωσῆς, μεσίτης καὶ ἡγούμενος, καὶ τῶν παρὰ Θεοῦ νόμων διακομιστὴς, καὶ ἄριστος μὲν ἐν ἁγίοις. ἀκήκοε γὰρ Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὗρες παρ' ἐμέ. πλὴν ὁ νόμος οὐκ εὐδραπὴς, οὔτε μὴν οἷός τε τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν προξενῆσαι τελείως· ἀλλὰ διὰ τῆς Χριστοῦ μεσιτείας καὶ τοῦτο κερδαίνομεν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ἐν αὐτῷ δὴ καὶ C μόνῳ τὸ ἐν γνώσει τέλειον, καὶ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ μονονουχὶ προσκεκόμικε τῷ πατρί. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε· θέλω ἵνα ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν. οὐκοῦν μεσίτης μὲν ὁ Μωσῆς, πλὴν ὡς ἐν τύπῳ καὶ σκιαῖς. ὁ δὲ ἀληθὴς μεσίτης Χριστὸς, ᾧ κεκολλήμεθα σχετικῶς. εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι καταβέβηκεν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· D ἵνα καὶ ἡμεῖς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως γενώμεθα κοινωνοὶ, τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος μετοχῇ τε καὶ χάριτι Θεῷ συνδούμενοι. καὶ ταυτὶ δὴ πάλιν εἰσόμεθα, τοῖς ἱεροῖς γράμμασι τὸν τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἐνερείδοντες ὀφθαλμόν. εἶπε γὰρ, φησὶ, Κύριος πρὸς Μωσῆν· καταβὰς διαμάρτυραι τῷ λαῷ, καὶ ἁγίασον αὐτοὺς σήμερον καὶ αὔριον. καὶ πλυνάτωσαν τὰ ἱμάτια, καὶ ἔστωσαν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἡμέραν τὴν τρίτην. τῇ γὰρ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ E καταβήσεται κύριος ἐπὶ τὸ ὄρος Σινᾶ, ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ἀφοριεῖς τὸν λαὸν κύκλῳ, λέγων· προσέχετε ἑαυτοῖς τοῦ μὴ ἀναβῆναι τινα εἰς τὸ ὄρος, καὶ θιγεῖν τι αὐτοῦ. πᾶς ὁ ἁψάμενος τοῦ ὄρους, θανάτῳ τελευτήσει. οὐχ ἅψεται αὐτοῦ χείρ· ἐν γὰρ λίθοις λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται. ἐάν τε κτῆνος, ἐάν τε ἄνθρωπος, οὐ ζήσεται. ὅταν δὲ αἱ φωναὶ καὶ σάλπιγγες καὶ ἡ νεφέλη ἀπέλθῃ ἐκ τοῦ ὄρους, ἐκεῖνοι ἀναβήσονται ἐπὶ τὸ ὄρος.

A ipſius oraculorum vtilitatem contemnebant, exiſtimantes quòd lex Moſis ſufficiat ipſis, & quidem ſola ad amicitiam cum Deo conſequendam, alloquebatur hiſce verbis: [Nullus venit ad Patrem niſi per me.] Et rurſus: [Ego ſum via, & ego ſum oſtium.] Neque verò hæc dicens à vero aberrabit; eſt namque veritas. neque Pater alia ratione aditi poteſt, niſi per ſuum verum & naturalem Filium. Qui enim cognouit ipſum, hic omnino videbit eum, ex quo natus eſt, Patrem. Vnde & dicebat illis qui in fide nutabant, dicebántque ſe cognoſcere totius vniuerſi Deum: [Si me cognouiſſetis, & Patrem meum vtique cognouiſſetis.] Nam Moſes quidem pædagogus fuit antiquis & mediator, atque item dux, & diuinarum legum promulgator, intérque ſanctos ſanctiſſimus (manifeſtè enim audiuit Deum dicentem: [Noui te, & gratiam inueniſti apud me præ omnibus.}] Lex autem eſt infirma, neque amicitiam Dei perfectè conciliare poteſt, ſed per Chriſtum mediatorem hoc conſequimur. Siquidem [ipſe eſt pax noſtra,] ſecundùm Scripturas, & in ipſo quidem ſolo eſt perfecta cognitio, omniſque datio bona, atque ipſe nos per ſe tantumnon Patri attulit. Idcirco dicebat: [Pater, volo, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ita & ipſi in nobis vnum ſint.] Mediator itaque Moſes, ſed tanquam in vmbra & typo: at Chriſtus eſt verus mediator, cui ſpecialiter conglutinati ſumus. ſiquidem verum eſt quòd deſcendit ad nos, & homo factus eſt, vt nos etiam ſiamus diuinæ ipſius virtutis participes, & Spiritus ſancti participatione ac gratia Deo colligati. Quæ quidem ipſa rurſus videre eſt, ſi mentis noſtræ oculum ſacris Literis intendamus. Ait enim Dominus ad Moſen: [Deſcendens teſtificare populo, & ſanctifica eos hodie & cras, & lauent veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium. Nam die tertio deſcendet Dominus in montem Sina, coram omni populo, & ſegregabis populum in circuitu, dicens: Cauete vobis, ne aſcendatis in montem, & tangatis quid illius. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Non tãget illum manus, lapidibus enim lapidabitur, vel iaculo confodietur; ſiue homo, ſiue iumentum fuerit, non viuet. Quando autẽ voces & tubæ receſſerint de monte, aſcendent illi in montem.]

Ioan. 14. 6.

Ibid. 7.

Act. 11 46

Ephеſ. 2. 14.

Ioan. 17. 11.

Exod. 19. 10.

Cùm enim Iſraelitæ Ægyptiaca ſer-
uitute oppreſſi, falſiſque ipſorum cul-
tibus irretiti, humana inuenta & ex
lapide aut alia quauis materia facta
adorarent, miſerando errore inuoluti,
Hier. 2. 27 » adeò, vt ſicut ait Propheta, [dicerent
» ligno, Deus meus es tu, & lapidi, Tu
» me genuiſti;] idcirco neceſſariò, cùm
Deus creator vellet eos ex priore
iſto & polluto cultu ad veritatis co-
gnitionem adducere, ne viderentur
Deum qui verè Deus non eſſet co-
lere Moſis verbis decepti, idcirco
eos vtiliter diuino aſpectu in typis
dignatur. Quæ enim videntur, ea
firmiori fide apprehendi ſolent. Pa-
làm igitur promittit ſe deſcenſurum,
& quidem cito. At verò vt comper-
tum haberent eos, qui ad tantum
honorem vocati eſſent, vt auditores
ſimul ac ſpectatores Dei, ſiue diui-
næ ipſius atque ineffabilis gloriæ effi-
cerentur, gratiſſima puritate prædi-
tos eſſe debere, & à carnali immun-
ditia liberos; præterea mundis veſti-
bus indutos, vt rectè ac decenter
figuram feſti exprimant. Reuera enim
feſtum & quidem ſumma admira-
tione dignum eſt, quòd iſtos tam
ſplendida dignatus ſit viſione. Iubet
autem ipſos priùs mundari, & à mu-
lierum congreſſu abſtinere, adeo-
que ad tertium vſque diem conti-
nentiam tueri. Ablui enim etiam ve-
ſtes ipſas præcepit. Quo quidem præ-
Exod. 19. 16. » cepto ad finem perducto, ait: [Fa-
» ctum eſt autem die tertio manè, fa-
» ctæ ſunt voces, & fulgura, & nubes
» caliginoſæ in monte Sinai. Vox tubæ
» ſonabat valdè. Et timuit omnis po-
» pulus, qui erat in caſtris. Et eduxit
» Moſes populum in occurſum Dei ex
» caſtris, & aſtiterunt ſub monte Sinai.
» At mons Sinai fumabat totus, quia
» deſcenderat Dominus ad illum in ig-
» ne. Aſcendebat autem fumus, tan-
» quam fumus fornacis. Et obſtupuit
» omnis populus valdè. Factæ ſunt au-
» tem voces tubæ procedentes fortiores
» valdè. Moſes loquebatur: at Deus re-
» ſpondebat ei voce.] Nam mente vix-
dum cernitur ſuprema illa, & in altiſ-
ſimis habitans natura, quæ omnem
creaturam excedit. Poſtquã autem per
res manifeſtiores commodè ea quę per-
tinent ad Dei viſionem peracta ſunt, id-
circo deinceps diuini conſilii ratio per
multa quę terrorẽ incuterent, proceſſit.
Voces enim & fulgura concurrebant,

Tomus primus.

A Ἐπειδὴ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ θητεύοντες καὶ ταῖς ἐκείνων
ψευδολατρείαις ἐνωλισθηκότες οἱ ἐξ Ἰσραήλ,
ἀνθρωπίνοις μὲν προσκυνοῦσιν εὑρήμασι, καὶ τοῖς
ἐκ λίθου πεποιημένοις, ἤγουν ἐξ ἑτέρας ὕλης
προσεκόμιζον τὰς λατρείας, ἐλεεινὴν νοσοῦντες
τὴν πλάνησιν, καὶ ἥ φησιν ὁ προφήτης, τῷ ξύλῳ
λέγοντες, Θεός μου εἶ σύ, καὶ τῷ λίθῳ, σὺ ἐ-
γέννησάς με. ταύτῃ λοιπὸν ἀναγκαίως, ἐπειδήπερ
αὐτοὺς ἐκ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης καὶ βεβήλου ψευ-
B δολατρείας εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἀνακομίζειν ἤ-
θελεν ὁ δημιουργός, ἵνα μὴ δοκῇ ἐν τῷ μὴ ὄντι
λατρεύειν θεῷ ταῖς τοῦ Μωσέως φωναῖς πεφενακισ-
μένοι. ταύτῃ τοι χρησίμως καὶ τῆς ἐν τύποις αὐτοὺς
θεοπτίας ἀξιοῖ. βεβαιοτέρᾳ γὰρ πίστει λαμβάνεσθαι φι-
λεῖ τὰ ὁρώμενα. καθικνεῖσθαι δὴ οὖν ἀναφανδὸν
ἐπαγγέλλεται, καὶ οὐκ εἰς μακράν. ἵνα δὲ εἰδεῖεν ὅτι
τοῖς εἰς τοσαύτην τιμὴν κεκλημένοις, ὡς κατηκόοις τε
ἅμα καὶ θεωροῖς γενέσθαι τοῦ Θεοῦ, ἤγουν τῆς θείας
αὐτοῦ καὶ ἀπορρήτου δόξης· ἔδει πάντως καὶ τῆς αὐ-
C τῷ φιλαιτάτης ἁγνείας, καὶ σαρκικῆς μὲν ἀκα-
θαρσίας ἀπαλλάττεσθαι πρέπειν, καὶ πρός γε δὴ
τούτῳ διειματεῖν, ἵνα ὀρθῶς τε καὶ καθηκόντως
τὸ τῆς ἑορτῆς ὑποπλάττοιτο σχῆμα. ἑορτὴ γὰρ ὄν-
τως καὶ ἀξιάγαστος τὸ τοὺς οὕτω περιφανοῦς ἀξιοῦ-
σθαι θεωρίας. ἔτι μὲν καὶ ἀποκαθαίρεσθαι κελεύει,
καὶ γυναίων μὲν ὁμιλίας ἀποφοιτᾶν, καὶ εἰς τρί-
την αὐτοὺς τὴν ἐγκράτειαν τείνειν ἡμέραν. ἀπο-
πλύνεσθαι δὲ καὶ αὐτὰ προστέταχε τὰ ἄμφια.
D οὗ καὶ εἰς πέρας ἐνηνεγμένου· ἐγένετο, φησί, τῇ
ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γενηθέντος πρὸς ὄρθρον, ἐγέ-
νοντο φωναὶ καὶ ἀστραπαί, καὶ νεφέλαι γνοφώδεις
ἐπ' ὄρους Σινᾶ, φωνὴ τῆς σάλπιγγος ἤχει μέγα.
καὶ ἐπτοήθη πᾶς ὁ λαὸς ὁ ἐν τῇ παρεμβολῇ. καὶ
ἐξήγαγε Μωσῆς τὸν λαὸν εἰς τὴν συνάντησιν τοῦ
Θεοῦ ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ παρέστησαν ὑπὸ
τὸ ὄρος. τὸ δὲ ὄρος τὸ Σινᾶ ἐκαπνίζετο ὅλον διὰ
τὸ καταβεβηκέναι τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτὸ ἐν πυρί· καὶ
E ἀνέβαινεν ὁ καπνός, ὡς καπνὸς καμίνου· καὶ ἐξέ-
στη πᾶς ὁ λαὸς σφόδρα. ἐγίνοντο δὲ αἱ φωναὶ
τῆς σάλπιγγος προβαίνουσαι ἰσχυρότεραι σφό-
δρα. Μωσῆς ἐλάλει, ὁ δὲ Θεὸς ἀπεκρίνατο
αὐτῷ φωνῇ. νῷ μὲν γὰρ ὁρᾶται μόλις ἡ ὑπερτά-
τη καὶ ἀνῳκισμένη φύσις, καὶ ἡ παντὸς ἐπέκει-
να γενητοῦ. ἐπειδὴ δὲ ἐμφανεστέρων αὐτοῖς πρα-
γμάτων, τὰ τῆς θεοπτίας χρειωδῶς ἐξεπεράτ-
τετο, ταύτῃ τοι λοιπὸν ἀναγκαῖος τῆς οἰκονο-
μίας ὁ τρόπος διὰ πολλῶν ἐχώρει δειμάτων.
φωναὶ γὰρ ἦσαν καὶ ἀστραπαὶ συνεκπίπτουσαι.

A συνηγείρετο δὲ καὶ νεφέλη γνοφώδης· ἵνα καὶ ἡ κτίσις ὑπηρετοῦσα φαίνηται, καὶ τῷ τῶν ὅλων Θεῷ δοῦλον ὑποβάλλουσα τὸν αὐχένα. καταπεφρικότα τοίνυν τὸν Ισραὴλ ἐξεκόμισεν ὁ Μωσῆς, καὶ παρίστησιν ἐπὶ τὸ ὄρος· ὅτι δὴ πείσονται τῶν ἀδικούντων οὐδέν, ἀλλ' ἡμέρῳ καὶ ἀγαθῷ περιτεύξονται τῷ δεσπότῃ, προμυσταγωγήσας τάχα που φησίν. ἀνακαιομένου δὲ τοῦ ὄρους, καπνοὶ μὲν ἦσαν εὐθὺς εἰς τὸ ἄνω διάττοντες, ὀρθία τε σάλπιγγος ἠχή· λεπτὴ μὲν ἐν προοιμίοις, δευτέρα δὲ μετὰ τοῦτο καὶ προϊοῦσα B μετὰ βραχύ, πρὸς ἐμβριθῆ τε καὶ ἁδροτέραν ἐκφώνησιν. εἶτα κάτεισιν ἐν εἴδει πυρὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, καὶ ἐκάλεσε κύριος Μωσῆν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους. καὶ ἀνέβη Μωσῆς, καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· καταβὰς διαμαρτύραι τῷ λαῷ, μή ποτε ἐγγίσωσι πρὸς τὸν Θεὸν κατανοῆσαι, καὶ πέσωσιν ἐξ αὐτῶν πλῆθος. καὶ οἱ ἱερεῖς οἱ ἐγγίζοντες κυρίῳ τῷ Θεῷ C ἁγιασθήτωσαν, μή ποτε ἀπαλλάξῃ ἀπ' αὐτῶν αὐτῶν κύριος. καὶ εἶπε Μωσῆς πρὸς τὸν Θεόν· οὐ δυνήσεται ὁ λαὸς προσαναβῆναι πρὸς τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ· σὺ γὰρ διαμεμαρτύρησαι ἡμῖν, λέγων, ἀφόρισαι τὸ ὄρος καὶ ἁγίασαι. εἶπε δὲ αὐτῷ κύριος, βάδιζε, κατάβηθι, ἀνάβηθι σύ, καὶ Ἀαρὼν μετὰ σοῦ. οἱ δὲ ἱερεῖς καὶ ὁ λαὸς μὴ βιαζέσθωσαν ἀναβῆναι πρὸς τὸν Θεόν, μήποτε ἀπολέσῃ ἀπ' αὐτῶν κύριος. μόνον μὲν γὰρ εἰς τὸ ὄρος ἀναφοιτᾶν κελεύει τὸν μεσιτεύοντα, φημὶ D δὲ Μωσέα· προσίεται δὲ τῶν ἄλλων οὐδένα· καὶ ἄστιβες αὐτοῖς ἀποφαίνει τὸ ὄρος. προσηπείλει δὲ θάνατον, εἰ καταφρονοῖτο ἔλοιτό τις. οὐκ ὠμός, οὐδὲ ἀπηνής, ἢ δυσπρόσιτος εἶναι ζητῶν ὑπονοεῖσθαι. κομιδῇ γὰρ εὔηθες τὸ ὧδε φρονεῖν. ἀλλ' ἵν' ἔχοιεν εἰδέναι καὶ νοεῖν ὅτι τῶν ἀγαν ἐξῃρημένων ἐστὶ καὶ ἐν ὑπερτάταις ὄντος ὑπεροχαῖς, τιμῆς τε καὶ δόξης τὸ ἐγγὺς εἶναι δύνασθαι Θεοῦ. ἦν δὲ καὶ ἑτέρως τῶν ἀτοπωτάτων, τοῖς E μὲν Αἰγυπτίων ἔθεσιν ἐντεθραμμένοις αὐτοῖς, καὶ εἰδόσιν ὅτι τῶν ἀκαθάρτων δαιμονίων τεμένη βάσιμα μὲν οὐχὶ τοῖς ἐθέλουσιν, ἐφεῖτο μόλις τοῖς ἐξειλεγμένοις, περιηγνισμένοις τάχα που, κατά γε τοὺς παρ' αὐτοῖς ὄντας νόμους, ἐν τοῖς ἐσωτάτοις γενέσθαι νόμοις, εἶτα οἴεσθαι τὸ μηδὲν τῷ τῶν ὅλων ἐγγίσαι Θεῷ, καὶ τῶν οὕτω σεπτῶν τε καὶ ἱερῶν καταθρῆσαι χώρων, ἐν οἷς ἡ θεία καὶ ἀπόρρητος αὐτοῦ πέφηνε δόξα. ἄλλως δέ. δεῖν

A coactáque eſt nubes caliginoſa, vt & creatura ſubminiſtrare cerneretur, atque huius vniuerſi Deo ceruicem ad ſeruiendum ſubmittere. Moſes itaque Iſraelem perterritum educebat, & conſtituit ſub montem. Quod autem nihil mali paſſuri eſſent, ſed Dominum benignum ac propitium habituri, prædocuit. Accenſo autem monte fumus ſurſum ferebatur, altúſque tubæ ſonitus edebatur: qui quidem initio remiſſior, poſtea verò intenſior, ac paulatim in acutiſſimum clangorem B procedens. Deinde deſcendit in montem vniuerſorum Deus in ſpecie ignis. [Deſcendit enim, ait, Dominus ſuper montem Sinai, ſuper cacumen montis, & vocauit Dominus Moſen in verticem montis. & aſcendit Moſes, & ait Dominus ad Moſen, dicens: Deſcendens conteſtare populum, ne fortè appropinquent ad Deum ad videndum, & cadant ab eis multitudo. Et ſacerdotes appropinquantes C Domino ſanctificentur, ne fortè recedat ab eis Dominus. Et dixit Moſes ad Deum: Non poterit populus aſcendere in montem Sinai. Tu enim teſtificatus es nobis, dicens: Diſtermina montem, & ſanctifica eum. Dixit autem ipſi Dominus, Vade, deſcende, & aſcende tu & Aaron tecum. at ſacerdotes & populus non vadant ad aſcendendum ad Deum, ne fortè perdat ex eis Dominus.] Solum enim in montem aſcendere iubet mediatorem, D Moſen inquam, nec quemquam ex aliis admittit, ſed montem eis inacceſſibilem declarat. Minabatur enim mortem ei qui præceptum violaret. Neque tamen ex hoc vult crudelis videri, aut immanis, vel inacceſſibilis (abſurda enim imprimis fuerit ea cogitatio) ſed vt ſciant atque intelligant, quòd electorum præcipui, & eorum qui in ſumma excellentia ſunt conſtituti, Dei gloriæ & honori poſſint appropinquare. Porro erat etiam E alia ratione in primis abſurdum iſtos Ægyptiorum moribus imbutos, cùm ſcirent immundorum dæmoniorum delubra non à quibuſuis adiri poſſe, ſed ſolis ſelectis ac purificatis licere iuxta ipſorum leges adyta & magis intima loca ingredi; nihili verò facere, Deo totius vniuerſi appropinquare, adeóque veneranda ac ſacra loca temerare, in quibus diuina atque ineffabilis ipſius gloria apparuit. Aliter verò

Exo. 19. 20.

etiam (multis enim modis cenſeo nos A id quod vtile eſt venari debere) non decebat parem honorem tribui populo, & duci; pædagogo futuro, & ſubditis; miniſtro, & eis quorum cauſa lex adminiſtrabatur: at potiùs ampliore honore affici præfectos æquius erat, & ſubiectis conducibilius. Quod autem veritati conſentaneum ſit quod dico, alio etiam pacto intelliges. Ait enim rurſus ad ſacrorum miniſtrum Moſen
Exo.19.9 „ Dominus: [Ecce ego aduenio ad te in „ columna nubis, vt audiat populus lo- B „ quentem me ad te, & credant tibi in „ ſæculum.] Omnia igitur miro ordine, & ſingulari Dei conſilio geſta ſunt. Cæterùm erat initio, vt dixi, veluti adumbratio quædam aduentus Saluatoris noſtri, qui appariturus erat degentibus in terra, in nouiſſimis temporibus, tanquam in tertio die, in
Ioan.1.14 Bar.3.38. „ quo [Verbum caro factum eſt,] & apparuit nobis ſecundùm Scripturas prædicans per legem purgationem quæ eſt ab ipſo, & per ipſum ſtatuis temporibus proponenda credentibus.
Exo.19.10. „ [Conteſtare enim, ait, populum, & ſint pa- C „ rati in diem tertium. Quia tertio die „ deſcendet Dominus in montem Sinai.] Quis autem ſit ille præparationis modus, patefacit Moſes his verbis:
Ibid. 15. „ [Tribus diebus, ait, non cognoſcatis vxo- „ res.] imò & veſtimenta ipſa abluenda eſſe manifeſtè confirmat. Cæterùm per hoc quod ait, non debere eos cum vxoribus commiſceri, quin potiùs ab earum conſuetudine eſſe abſtinendum, elegantiſſimè nobis ſignificat D carnis ipſius mortificatio. Sicut in lotione veſtimentorum deſcribitur nobis quodammodo purificatio per aquam; manifeſtum autem quòd & per ſpiritum emundantem in nobis ſordes, animæque labes eluentem. Ita enim B. Paulus ſcribit: Qui volunt quæ Chriſti Ieſu ſunt, ſapere, & ambulant ſecundùm Spiritum, hi cruci affixerunt vnà cum affectibus etiam concupiſcentiam: & mortificant quidem E
Coloſ.3.5. „ [membra ſuper terram, ſcortationem, „ immunditiam, affectum, concupiſcen- „ tiam malam.] Veſtimentum autem faciunt ſplendidum eam, quæ de ſupernis eſt, gratiam, adeóque ipſum Emma-
Rom.13.14. „ nuelem. [Induite enim, ait, Dominum „ noſtrum Ieſum Chriſtum, & carnis cu- „ ram ne habeatis ad concupiſcentiam.] Cæterùm illa quidem facere iubebat Moſes, illius temporis homines.

A γάρ ἔγωγέ φημι, διὰ πολλῶν ἡμᾶς τρόπων θηρᾶσθαι φιλεῖν τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν. οὐκ ἔδει τοῖς ἴσοις τιμᾶσθαι παρὰ Θεοῦ λαοὺς καὶ ἡγούμενον· τὸν παιδαγωγήσειν μέλλοντα, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ· τὸν τοῦ νόμου διάκονον, καὶ ἐφ' ὃν οἱ νόμοι. ἐξῃρημένην δὲ μᾶλλον διαλαχεῖν τὴν δόξαν ἄμεινον ἦν δή που καὶ σοφὸν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν κειμένοις χρησιμώτατον. ὅτι δὲ ἀληθὲς ὃ φημι, καὶ δι' ἑτέρου συνήσεις. ἔφη γὰρ ὁ τῶν ὅλων δεσπό- B της πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα· ἰδοὺ ἐγὼ παραγίνομαι πρὸς σὲ ἐν στύλῳ νεφέλης, ἵνα ἀκούσῃ ὁ λαὸς λαλοῦντός μου πρὸς σὲ, καὶ σοὶ πιστεύσωσιν εἰς τὸν αἰῶνα. πάντα δὴ οὖν ἐν κόσμῳ καὶ οἰκονομικῶς ἐξεπράττετο. ἀλλ' ἦν, ὡς ἔφην, ἐν ἀρχαῖς σκιαγραφία τις ὥσπερ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας, μέλλοντος ἐπιλάμψειν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἐν ἡμέρᾳ τρίτῃ, τῷ λοισθίῳ καιρῷ, καθ' ὃν καὶ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν, κατὰ τὰς γρα- C φάς. προκηρύττοντος δὲ τὴν ὑπ' αὐτοῦ τε καὶ δι' αὐτοῦ προκεισομένην κατὰ καιροὺς τοῖς πιστεύσασι κάθαρσιν. διαμάρτυραι γὰρ, φησὶ, τῷ λαῷ, καὶ ἔστωσαν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἡμέραν τὴν τρίτην. τῇ γὰρ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ καταβήσεται ὁ κύριος ἐπὶ τὸ ὄρος Σινᾶ. καὶ τίς ἄρα τις τῆς ἑτοιμασίας ὁ τρόπος, διασαφεῖ ὁ Μωσῆς οὕτω λέγων· πρὸς ἡμέρας, φησὶ, μὴ προσέλθητε γυναικί. ἀποπλύνεσθαι δὲ δεῖν διεβεβαιοῦτο σαφῶς καὶ αὐτὰ τὰ D ἱμάτια. ἀλλ' ἐν μὲν τῷ χρῆναι λέγειν μὴ συγκατευνάζεσθαι γυναιξὶν, ὁμιλίας δὲ τῆς πρὸς ἐκείνας ἀποφοιτᾶν, τῶν τῆς σαρκὸς ἡδονῶν ἡ νέκρωσις εὖ μάλα κατασημαίνεται. ἐν δέ γε τῷ δεῖν καὶ αὐτὰ καθαίρεσθαι τὰ ἄμφια, καταγράφεταί πως ἡμῖν ἡ δι' ὕδατος κάθαρσις, δῆλον δὲ ὅτι καὶ διὰ πνεύματος ἀπαλλάττοντος μολυσμῶν. ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· οἱ τὰ Χριστοῦ φρονεῖν ᾑρημένοι, καὶ περιπατοῦντες ἐν E πνεύματι τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις· καὶ νεκροῦσι μὲν τὰ μέλη ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείας, ἀκαθαρσίας, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν. ἔσθημα δὲ ποιοῦνται λαμπρὸν, τὴν ἄνωθεν χάριν, ἢ καὶ αὐτὸν τὸν Ἐμμανουήλ· ἐνδύσασθε γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκέλευσε δρᾶν τοῖς τὸ τηνικάδε Μωσῆς.

ἀκηκόαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς καὶ αὐτοῦ τοῦ νόμου κηρύττοντος αἰνιγματωδῶς τὸ δοκοῦν, καὶ δι' ὕδατος κάθαρσιν, καὶ τὴν σαρκικὴν ἐπιθυμιῶν τὴν νέκρωσιν. προστέταχε γὰρ ὁ νόμος, ὕδατι μὲν καθαρίνεσθαι τοὺς μεμολυσμένους, πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα. ἐκπέμπεσθαι δὲ τῆς παρεμβολῆς ὡς ἀκάθαρτον τὸν γονορρυῆ· διασύρων οἶμαί που τῆς ἀκρασίας τὸ χρῆμα, καὶ βέβηλον ἀποφαίνων τὴν τῆς σαρκὸς ἡδονήν. τοιγάρτοι καὶ ἡμεῖς οἱ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοι καὶ ἡγιασμένοι διὰ τοῦ πνεύματος, μισεῖν κεκελεύμεθα καὶ τὸν τῆς σαρκὸς μεμολυσμένον χιτῶνα. οὐκοῦν προευτρεπιστὴς ὁ νόμος, καὶ τὴν διὰ Χριστοῦ χαρισμάτων προαναφαίνει τὸ κάλλος, ὡς ἐν παχέσιν ἔτι τοῖς τύποις. περιαθρήσωμεν δὲ εἰ δοκεῖ, καὶ αὐτὸν τῆς ἐπιφανείας τὸν τρόπον. ἐγένετο γάρ, φησί, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γενηθέντος πρὸς ὄρθρον, ἐγένοντο φωναὶ καὶ ἀστραπαί, καὶ νεφέλη γνοφώδης ἐπ' ὄρους Σινᾶ. φωνὴ τῆς σάλπιγγος ἤχει μέγα. ἐπιδεδήμηκε γάρ, ὡς ἔφην, καὶ καταβέβηκεν ἐξ οὐρανῶν ὁ μονογενής, οὐκ ἐν προτέρῳ καιρῷ, οὐδ' ἐν ἀρχαῖς αἰῶνος τούτου· οὔτε μὴν ἐν δευτέρῳ καὶ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ· ἀλλ' ὡς τρίτῳ καὶ τελευταίῳ, καὶ ὡς ἐν ὄρθρῳ τε καὶ ἐν ἡμέρας ἀρχῇ, τουτέστιν, ἀπεληλαμένης ἤδη τῆς νοητῆς ἀχλύος, τῆς ἐνούσης ἐν ἡμῖν. καὶ οἱονεὶ παρελαυνούσης νυκτός, καὶ ἠφανισμένου τοῦ σκότους. ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἀπάτης καὶ πλεονεξίας ὑπονοηθεὶς εἶναι Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, κατεσκότισεν νοητῶς τὴν σύμπασαν γῆν ἀποφέρων εἰς πολύθεον πλάνησιν, καὶ εἰς πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας. ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ κύριος, τουτέστι Χριστός, ἐπέφανεν ἡμῖν, καὶ τριπόθητον ἀληθῶς ἀνέδειξεν ἡμέραν· ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐμέμνητο λέγων· αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. γέγραφε δέ που καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος, ὅτι μὲν ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ὅτι δὲ αὖ· οὐκ ἐσμὲν νυκτός, οὐδὲ σκότους· ἀλλ' υἱοὶ φωτός, καὶ υἱοὶ ἡμέρας. ὄρθρου δὲ οὖν καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ τρίτῃ καταβέβηκεν ὁ μονογενής. ἀστραπαὶ δὲ ἦσαν ἐπ' ὄρους Σινᾶ, καὶ νεφέλη γνοφώδης. καὶ ἀστραπὴ μέν, εἰς τύπον τοῦ θείου φωτός, καὶ τῆς νοητῆς αὐγῆς, δηλονότι τῆς ἐν πνεύματι, διὰ Χριστοῦ καταλαμπούσης τὰ σύμπαντα, καὶ διαθεούσης τὴν ὑπ' οὐρανόν. οὕτω

Audiuimus autem etiam nos legem figuratè prædicantem quæ placent Chriſto, & purificationem per aquam, & carnalium deſideriorum mortificationem. Nam lex quidem præſcripſit, vt polluti aqua abluantur ad carnis purificationem, vtque relegentur è caſtris ſeminiflui tanquam immundi, taxans, vt arbitror, incontinentiæ vitium, & voluptatem carnis impuram eſſe declarans. Hinc & nos qui per Chriſtum iuſtificati ſumus, & ſanctificati per Spiritum, odiſſe iubemur tunicam carneam contaminatam. Lex igitur eſt præparatrix, & beneficiorum Chriſti pulchritudinem nobis præmonſtrat, tanquam in rudibus adhuc typis. Conſideremus itaque, ſi videtur, etiam ipſum aduentus ipſius modum. [Factum enim eſt, inquit, die tertio, cùm eſſet factum manè, factæ ſunt voces & fulgura, & nubes caliginoſa erat ſuper montem Sinai. Vox tubæ ſonabat vehementer.] Aduenit enim, vt dixi, & deſcendit ad nos è cælis Vnigenitus, non in tempore primo, aut in principio huius ſæculi, nec etiam in ſecundo, aut medio; ſed in tertio & vltimo, adeóque diluculo diei, hoc eſt, quando iam caligo intelligibilis, quæ nobis inerat, expulſa fuit, nóxque præteriit, & tenebræ abolitæ ſunt. Qui enim hactenus putatus eſt huius ſæculi eſſe Deus præ ſua impoſtura ac tyrannide, is vniuerſum terrarum orbem excæcauit, abducens in errorem de pluralitate deorum, atque in omne genus immunditiæ. Deus autem huius vniuerſi & Dominus, hoc eſt Chriſtus, apparuit nobis, & deſiderabilem reuera diem produxit, cuius & beatus Dauid meminit, dicens: [Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.] Scripſit autem etiam ſapientiſſimus Paulus, alibi quidem ſic: [Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.] Nunc verò ita: [Non ſumus noctis, neque tenebrarum, ſed filii lucis atque diei.] Ideóque prima luce, & quaſi tertio die deſcendit Vnigenitus. Porro fulgura erant in monte Sinai, & nubes caliginoſa. Fulgura ſunt typus diuinæ lucis & intelligibilis ſplendoris: nempe eius quæ in ſpiritu per Chriſtum illuſtrat vniuerſa, totúmque orbem peruadit. Ita enim

Exo.19.16. Pſal.117.24. Rom.13.12. 1.Theſſ.5.

alicubi Propheta Dauid clamat ad Sal-
uatorem omnium Ieſum Chriſtum,
Pſal.96.4 " [Illuxerunt fulgura eius orbi terræ.]
Neque verò dicimus, quòd hîc fa-
ciat mentionem fulgetræ, quæ ex
pluuia facta fuit, ſed, vt modò di-
xi, per nomen fulgetræ voluit ſignifi-
care effulgentiam & coruſcationem
lucis intelligibilis atque diuinæ. Cæ-
terùm quòd reuera difficulter con-
ſpici queat Chriſti myſterium, ſubin-
dicauerit tibi hæc caligo. Certè &
beatus Dauid ita intelligit, ſicuti e-
quidem arbitror, dum ita alibi ex-
Pſal.17.12 " clamat: [Et poſuit tenebras latibu-
" lum ſuum, in circuitu eius taberna-
" culum eius: tenebroſa aqua in nubi-
" bus aëris. A fulgore coram eo nubes
" tranſierunt.] Nam Chriſti myſte-
rium adeò tectum & inuolutum eſt,
vt opus ſit ſuperna inſtitutione ac re-
uelatione diuina. Hinc Petrus audi-
uit, cùm probè cognoſceret carnem
factum Deum Verbum ac reuera Fi-
Matt.16.17. " lium, [Beatus es Simon Bariona, quia
" caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed
" Pater meus qui eſt in cælis.] Et Pau-
lus quidem aſſeuerat ſibi hoc myſte-
rium innotuiſſe per reuelationem Dei.
Caligo itaque ſignificat obſcuritatem.
Sonabat autem & *buccina*, quæ pandit
nobis ſonorum Euangelicorum ora-
culorum ſonum. Hinc Deus per vo-
cem Prophetarum ad populos Iudæo-
Ier.6.7 " rum ita ait: [Conſtitui ſuper vos ſpe-
" culatores. Audite vocem tubæ. Et
" dixerunt: Non audiemus. Idcirco au-
" diuerunt Gentes, & qui paſcunt greges
" inter ipſos. Audi terra; Ecce induco
" ſuper populum iſtum mala, fructum
" auerſionis ſuæ, quia verbo meo non
" attenderunt, & legem meam repudia-
" runt.] Inſonuit enim eis buccina
per Dei ſpeculatores, hoc eſt, per ſan-
ctos Apoſtolos. Hi enim ſunt ſpecu-
latores ſuper nos electi & conſtituti.
" [At dixerunt: Non audiemus. Idcirco
" audiuerunt Gentes.] Atqui ipſos quo-
que ſanctos Apoſtolos inuenimus a-
Act.13.46. " pertè dixiſſe Iudæorum populis: [Vo-
" bis oportebat primùm loqui verbum
" Dei: ſed quoniam repellitis illud, at-
" que vos indignos iudicatis vitæ æter-
" næ, ecce conuertimur ad Gentes. Ita
" enim mandatum nobis eſt à Domino.]
Beatus autem Eſaias confert præconio-
rum Chriſti conſonantiam *tubæ*, vbi
Eſai.27.13. " de tempore aduentus dicit: [Et erit:
" In die illo clangetur in tuba magna.]

A γάρ που καὶ ὁ προφήτης ἀνεφώνει λέγων πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Σωτῆρα Χριστόν· ἔφανεν ἡ ἀστραπή σου τῇ οἰκουμένῃ. καὶ οὐ δή που φαμὲν, ὅτι τῆς ἐξ ὑετοῦ γεγεννημένης ἀστραπῆς ἐποιεῖτο μνήμην· ἀλλ' ὡς ἔφην ἀρτίως, τὴν τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἀνάλαμψιν διὰ τοῦ τῆς ἀστραπῆς ὀνόματι κατασημαίνειν ἤθελεν. ὅτι δὲ δυσκάτοπτον ἀληθῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὑπεμφήνειεν ἂν ὁ γνόφος. καὶ γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Δα-
B βὶδ, ὧδέ πη συνιεὶς, καθάπερ ἐγῷμαι, παρανακέκραγε λέγων· καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ· σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον. κεκρυμμένον γὰρ οὕτως ἐστὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὡς δεῖσθαι μυσταγωγίας τῆς ἄνωθεν, καὶ ἀποκαλύψεως τῆς παρὰ Θεοῦ. ἤκουε γοῦν ὁ Πέτρος εὖ μάλα, συνιεὶς τὸν ἐν σαρκὶ πεφηνότα Θεὸν λόγον, καὶ ἀληθῶς υἱόν· μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ,
C ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐγνωρίζεσθαι δὲ καὶ ὁ Παῦλος διεβεβαιοῦτο ἑαυτῷ τὸ μυστήριον κατὰ ἀποκάλυψιν Θεοῦ. οὐκοῦν, τὸ ἀσυμφανὲς τῆς γνώσεως ὁ γνόφος δηλοῖ. ἀνακέκραγε δὲ καὶ ἡ σάλπιγξ, τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων τὸ εὔηχες ἀποφαίνουσα. καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς διὰ φωνῆς τῶν προφητῶν τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· καθέστηκα ἐφ' ὑμᾶς σκοπούς. ἀκούσατε τῆς φωνῆς σάλπιγγος. καὶ εἶπον, οὐκ ἀκουσόμεθα.
D διὰ τοῦτο ἤκουσαν τὰ ἔθνη, καὶ οἱ ποιμαίνοντες τὰ ποίμνια ἐν αὐτοῖς. ἄκουε γῆ. ἰδοὺ ἐπάγω ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον κακὰ, τὸν καρπὸν ἀποστροφῆς αὐτῶν, ὅτι τῷ λόγῳ μου οὐ προσέσχον, καὶ τὸν νόμον μου ἀπώσαντο. πεφώνηκε μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ σάλπιγξ διὰ τῶν παρὰ Θεοῦ σκοπῶν, τουτέστι, τῶν ἁγίων ἀποστόλων. κεχειροτόνηνται γὰρ ἐφ' ἡμᾶς σκοποί. ἀλλ' εἶπον, οὐκ ἀκουσόμεθα. διὰ τοῦτο ἤκουσαν τὰ ἔθνη. καὶ αὐτοὺς
E δὲ τοὺς ἁγίους εὑρήσομεν μαθητὰς, τοὺς ἀναφανδὸν εἰρηκότας τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς· ὑμῖν ἀναγκαῖον πρῶτον λαλῆσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους ἑαυτοὺς κρίνετε τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. οὕτω γὰρ ἐντέταλκεν ἡμῖν ὁ κύριος. σάλπιγγι δὲ παρεικάζει διὰ τῶν Χριστοῦ κηρυγμάτων τὴν εὐφωνίαν, καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας λέγων περὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἐπιδημίας· καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ.

σάλπιγξ μὲν γὰρ καὶ ὁ νόμος, ἀλλ' ἦν ἰσχνόφωνος, καὶ βραδύγλωσσος. διὰ τοῦτο καὶ Μωσῆς, ὅτι καὶ μόλις εἰς μόνην ἐφώνει τὴν Ἰουδαίαν, ἐν ᾗ καὶ γέγονε γνωστὸς ὁ Θεός. σάλπιγξ δὲ ἡ μεγάλη, Χριστὸς, ἤτοι τὰ δι' αὐτοῦ κηρύγματα, περιηχοῦντα τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἔφη γὰρ, ὅτι κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς μαρτυρίαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. ὅτι δὲ ἀτρεκὴς ὁ λόγος, μεμαρτύρηκεν αὐτῷ τῶν πραγμάτων τὸ πέρας. ἀνήκοος γὰρ οὐδεὶς τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀπομεμένηκε δόξης. καὶ ἐξήγαγε, φησὶν, ὁ Μωσῆς εἰς συνάντησιν τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ παρέστηκεν ἐπὶ τὸ ὄρος Σινᾶ. ὅρα τὴν Μωσέως παιδαγωγίαν· ἀποφέρει πρὸς Θεόν. παιδαγωγεῖ γὰρ ἐπὶ Χριστὸν, καὶ παρίστησι μὲν τοὺς ὑπ' αὐτῷ τέως παιδαγωγουμένους ἐπὶ τὸ ὄρος· οὐκ ἀναβιβάζει γε μὴν ἐν αὐτῷ. ὄρος δὲ νοήσεις ἐν τούτοις, τὴν ὑπερφυᾶ τε καὶ ὑπεραίρουσαν γνῶσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν. ὑψηλὴ γὰρ λίαν, καὶ ἥκιστα μὲν τοῖς ἐν νόμῳ βατή· πρέπουσα δὲ μᾶλλον ἡμῖν τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πνεύματι. ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ σωτήρ· ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· τούτοις δὲ οὐ δέδοται, φημὶ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις. ποιούμενος δὲ καὶ ὡς ἐν εἴδει προσευχῆς τοὺς πρὸς πατέρα καὶ Θεὸν ὑπὲρ ἡμῶν λόγους· ἐξομολογοῦμαί σοι, φησὶ, πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα πάντα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. οὐκοῦν παρίστησι μὲν ἐπὶ τὸ ὄρος ὁ Μωσῆς, οὐκ ἀναβιβάζει δὲ ἐν αὐτῷ. ὡς γὰρ ἔφην ἀρτίως, τὸ τέλειόν τε καὶ ὑψηλὸν ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει κερδαίνομεν διὰ Χριστοῦ μᾶλλον, οὐ διὰ Μωσέως. ὁ μὲν γὰρ ἦν οἰκέτης, καὶ παιδαγωγός· ὁ δὲ, ὡς τῶν ὅλων κύριος, γνώσεως ἡμῖν τελείας πέφηνε δοτήρ. ἐν αὐτῷ γάρ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. καθικομένου δὴ οὕτω ἐν εἴδει πυρὸς τοῦ Θεοῦ, καπνοὶ μὲν ἦσαν, ὡς ἐκ καμίνου διάττοντες, καὶ ὕψους δὲ λίαν ἐξελιττόμενοι, καὶ παντὸς οἶμαί που κατασκιδνάμενοι τοῦ λαοῦ. καταπεφοίτηκε γὰρ ἐξ οὐρανοῦ δι' ἡμᾶς πρὸς ἡμᾶς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ὡς πῦρ χωνευτηρίου, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἐβάπτιζεν ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· πυρὶ δὲ τῷ νοητῷ τῷ ἐν ἡμῖν δαπανῶντι συρφετὸν, καὶ τὴν ἐξ ἁμαρτίας

A Siquidem etiam lex tuba eſt, ſed rauca & exili voce. Ob hoc enim & Moſes eſt tenuis & tardæ linguæ, quia vix in tota Iudæa clamabat, in qua & Deus cognitus fuit. Chriſtus autem eſt illa grandis ac magna tuba, aut certè eius præconia, quæ totum orbem terrarum perſonant. Ait enim: [quòd Euangelium regni prædicabitur in toto orbe, in teſtimonium omnibus Gentibus.] (Mat. 24. 14) Quòd autem hic ſermo verus ſit, ipſe rerum exitus comprobauit.

B Nullus enim noſtrûm eſt, qui non Saluatoris noſtri gloriam conſpexerit. [Et eduxit, ait, Moſes populum Deo obuiam ex caſtris, & conſtituit eum ſub monte Sinai.] Vide Moſis pædagogiam: adducit ad Deum. nam pædagogus ad Chriſtum eſt: & conſtituit quidem eos qui ſub ipſo eruditi ſunt ſub monte, non autem in montem ipſum offert. Porro *montem* hunc intelliges eximiam il-

C lam ac ſublimem myſterii Chriſti cognitionem. Excelſa enim admodum eſt, neque ab iis, qui ſub lege ſunt, adiri poteſt, ſed conueniens eſt nobis qui ſanctificati ſumus in ſpiritu. Ita enim Saluator ipſe dixit: [Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum: iſtis autem non eſt datum;] (Mat. 13. 11; Luc. 8. 10) Iudæis inquam. Item vbi inſtar precationis verba facit ad Deum ac Patrem pro nobis: [Confiteor tibi, ait, Pater, Domine cæli ac terræ, quia abſcon- (Luc. 10. 21; Mat. 11. 25)

D diſti hæc à ſapientibus & intelligentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita Pater, quoniam ſi placuit ante te.] Idcirco Moſes conſtituit ſub monte, neque tamen ducit in ipſum: quia, vt antè docui, perfectionem ſublimitatémque ſapientiæ ſimul & ſcientiæ comparamus potiùs per Chriſtum, non per Moſen. Siquidem hic ſeruus eſt & pædagogus; ille autem tanquam Dominus vniuerſorum apparuit nobis, perfectæ cognitionis donator: quippe [in quo ſint omnes theſauri ſapientiæ (Coloſſ. 3. & 16.)

E & cognitionis abſconditi,] ſicut ſcriptum eſt. Cùm autem Deus deſcenderet in ſpecie ignis, fumi veluti ex fornace emicantes valdè in ſublime ferebantur, per vniuerſum opinor populum diffuſi. Nam Dei Verbum deſcendit ad nos è cælo, tanquam ignis fornacis, iuxta vocem Prophetæ. Atque ipſe etiam nos baptizauit in Spiritu ſancto & igne; igne autem intelligibili, qui in nobis abſumit fæces, ac peccati

θυιῶντι κύματι, ὅποι περ ἂν δύναιντο περιελαύνειν αὐτάς· οὕτω καὶ ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ νόμον οὐκ ἔχουσα τὸν ἐφεστηκότα, πρὸς πᾶν αὐτῇ δοκοῦν ἀπονεύει ῥᾳδίως, καὶ τοῖς τῶν ἰδίων ἡδονῶν καταμεθύει κύμασι. τοῦτο πεπονθότα τὸν Ἰσραὴλ εὑρήσομεν. βεβηκότα γὰρ οὔπω τὸν νοῦν εἰς εὐσέβειαν ἔχων, οὔτε μὴν ἐρηρεισμένην μετὰ Θεοῦ τὴν καρδίαν, αὐτόπιν ὥσπερ ἰὼν κατεφωρᾶτο πάλιν, καὶ τῆς ἐκθέτου καὶ βδελυρᾶς εἰδωλολατρείας ἠγαπηκὼς τὰ ἐγκλήματα. τοιγάρτοι περὶ αὐτῶν καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει, καὶ ὑποστρέψω, φησὶν, εἰς τὸν ἴδιον τόπον. καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον· τότε πορεύεται, καὶ λαμβάνει ἕτερα ἑπτὰ πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ. καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. Εἶτα τούτοις προστιθείς· ἀμὴν, φησὶ, λέγω ὑμῖν, οὕτως ἔσται τῇ πονηρᾷ ταύτῃ γενεᾷ. ἀπελήλατο μὲν γὰρ ἐν ἀρχαῖς τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, ὅτε τεθύκασι τὸν ἀμνὸν εἰς τύπον τοῦ Χριστοῦ· κατεχρίσθησάν τε τῷ αἵματι, καὶ διέδρασαν τὸν ὀλοθρευτήν. ἀλλ' ἰδοὺ πάλιν εἰσπέπηκε, καὶ πολὺ χειρόνως ἢ πάλαι, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὴς ὁ λέγων περὶ τῶν τὰ τοιάδε νοσεῖν ᾑρημένων. κρεῖσσον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. συμβέβηκεν αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν τετολμημένων καταθρήσαιτό τις ἂν, ὅτι τῶν ἰδίων ἐμέτων ἥπτοντο πάλιν, καὶ τοῖς αὖθις ἐγκυλινδεῖσθαι βορβόροις ἐξ ὑποστροφῆς ἐμελέτων. γέγραπται γὰρ, ὅτι καὶ ἰδὼν ὁ λαὸς ὅτι κεχρόνικε Μωσῆς καταβῆναι ἐκ τοῦ ὄρους, συνέστη ὁ λαὸς ἐπ' Ἀαρὼν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, ἀνάστηθι, καὶ ποίησον ἡμῖν Θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. ὁ Μωσῆς οὗτος ὁ ἄνθρωπος ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἀαρών· περιέλεσθε τὰ ἐνώτια τὰ χρυσᾶ τὰ ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν γυναικῶν ὑμῶν καὶ τῶν θυγατέρων, καὶ ἐνέγκατέ μοι. καὶ περιείλοντο πᾶς ὁ λαὸς τὰ ἐνώτια τὰ χρυσᾶ τὰ ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν γυναικῶν αὐτῶν, καὶ ἤνεγκαν πρὸς Ἀαρών. καὶ ἐδέξατο ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν,

A quæ eas quò velint impellunt: ita etiam hominis anima; cùm legem non habet perfectam, facilè ad quiduis quod ei libuerit rapitur, & carnalium voluptatum vndis quodammodo inebriatur. Quod quidem reperiemus accidiſſe Iſraeli. Cùm enim non haberet mentem ad pietatem propenſam, neque cor in Deum defixum, quaſi retrogradus eſt deprehenſus, execrandam idololatriam amplexatus. Idcirco de iſtis Saluator ipſe ait: [Cùm immundus B ſpiritus exierit ab homine, peragrat arentia loca quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.] Subdit autem paulò pòſt: [Amen dico vobis, ſic C fiet generationi huic prauæ.] Expulerunt enim initio ſpiritum malignum mactato agno in typum Chriſti, vnctique ſunt ſanguine, & effugerunt exterminatorem. At vide, prolabuntur rurſum, ac quidem in longè deteriora prioribus; ſiquidem verax eſt ille qui de tali morbo affectis dicit: [Melius eſſet ipſis nunquam cognouiſſe viam iuſtitiæ, quàm cùm cognouerint retro deflectere à ſancto mandato, quod ſibi eſt traditum. Accidit enim eis, quod D eſt in prouerbio, Canis reuerſus ad proprium vomitum: &, Sus lota ad volutabrum cœni.] Nam ex iis ipſis quæ attentarunt, facilè quis viderit, quòd ad ſuum ipſorum vomitum redierint, & in priori cœno ſeſe volutauerint. Scriptum eſt enim: [Vidit autem populus quòd tardauit Moſes deſcendere de monte: congregatúſque eſt populus ad Aaron, & dicunt ei: Surge, & E fac nobis deos, qui præcedant nos. Nam Moſes hic homo eſt, qui eduxit nos de terra Ægypti, non ſcimus quid factum eſt illi. Et dicit illis Aaron, Tollite inaures aureas quæ in auribus mulierum veſtrarum, & filiarum, & afferte ad me. Et abſtulerunt omnis populus inaures aureas quæ in auribus vxorum eorum, & attulerunt ad Aaron. Et accepit de manibus illorum

Matth. 12. 43. Luc. 11. 24.
Matth. 12.
2. Petr. 2. 21.
Exod. 32.
Act. 7.

& formauit illud in ſtylo, & fecit illud vitulum conflatilem; & dixerunt, Iſti dii tui, Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti. Et videns Aaron ædificauit altare coram eo, & prædicauit Aaron, dicens: Feſtum Domini cras. Et manè ſurgens in craſtinum deduci fecit holocauſta, & obtulit ſacrificium ſalutare, & ſedit populus ad comedendum & bibendum, & ſurrexerunt ludere.] Nam beatus Moſes cùm eos optimè diuinas leges docuiſſet, moram faciebat in monte Sinai. At iſti cùm eſſent cunctationis ſtultè impatientes eò dementiæ venerunt, vt ſe à Deo omnipotente factos deinceps omnino ignorarent; cùm alioqui ipſum in ſpecie ignis in monte Sinai eſſent conſpicati, ac viuæ vocis auditores extitiſſent, ac Moſen mediatorem eſſent deprecati. Atqui dixerit quiſpiam his, O ſumma ſtupiditate pleni: eſto, tardarit Moſes, quid hoc ad Deum, qui ſemper mortalibus adeſt, etiamſi fortaſſe non videatur? Exclamet igitur nunc diuinus Dauid: [Generatio praua & exaſperans.] Ad hæc & Moſes: [Oblitus es Dei qui te enutrit.] Quibus verò diis egebat ille qui adeò admirabiliter redemptus eſt, propter quem grando & trium dierum tenebræ vniuerſam Ægyptum obſederunt? ob quem item vna nocte perierunt omnia primogenita, & cui ſæuum atque intractabile mare diuiſum eſt, vt crudelis perſecutoris manus effugeret? At ſi quis ſingula perſequi vellet, longam de omnibus orationem inſtituat. Cùm itaque ſapiens Moſes cunctaretur in monte, aggreſſi ſunt Aaronem. Qui cùm ſe imparem eorum inſultui ferendo videret, vociferabantur enim: [Fac nobis deos, qui præcedant nos.] iubebat afferre vxorum ac filiarum inaures. Hi autem continuò attulerunt; & quòd in Ægyptiacum errorem relapſi eſſent, priſtiniſque temeritatibus ſeſe contaminaſſent, re ipſa nobis oſtendit Aaron, dum ipſe ſimulachrum in ſpecie vituli adorandum formauit. Vitulus enim in Ægypto colebatur, non ab Ægyptiis ſolùm, verùm etiam ab aliis eodem errore laborantibus. Vidéſne quo pacto voluantur ad iſtud in quo antea extiterant. quia immundus ſpiritus reuerſus eſt: & accidit, ſicut dixit Saluator, vt *poſtrema eſſent deteriora*

Pſal. 77. 8. Deu. 32. 18. Matt. 12. 45.

A καὶ ἔπλασεν αὐτὰ ἐν τῇ γραφίδι, καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς μόσχον χωνευτόν. καὶ εἶπαν, οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἵτινες ἀνεβίβασάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. καὶ ἰδὼν Ἀαρὼν, ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἀπέναντι αὐτοῦ. καὶ ἐκήρυξεν Ἀαρὼν, λέγων· ἑορτὴ τοῦ κυρίου αὔριον. καὶ ὀρθρίσας τῇ ἐπαύριον ἀνεβίβασεν ὁλοκαυτώματα, καὶ προσήνεγκε θυσίαν σωτηρίου, καὶ ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. ὁ μὲν θεσπέσιος Μωσῆς, B τοὺς εὖ μάλα μυσταγωγηθέντας νόμους, ἐποιεῖτο τὰς διατριβὰς ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. οἱ δὲ πρὸς τὴν μέλλησιν αὐτοῦ ἀσυνέτως ὀλιγωρήσαντες, φρενοβλαβείας εἰς τοῦτο κατωλίσθησαν, ὥστε καὶ ὅτι γεγόνασιν ὑπὸ Θεοῦ τοῦ πάντα ἰσχύοντι τάχα που λοιπὸν μηδὲ εἰδέναι παντελῶς· καίτοι καὶ ἐν εἴδει πυρὸς ἐπ' ὄρους Σινᾶ τεθεαμένοι, καὶ φωνῆς αὐτήκοοι γεγονότες, καὶ μεσιτεύειν αὐτοῖς λελιπαρηκότες Μωσέα. ἀλλ' ὦ τῆς εἰς λῆξιν ἀσυνεσίας ἔμπλεοι, C φαίη τις ἂν αὐτοῖς· καὶ κεχρόνικεν ὁ Μωσῆς. εἶτα τί τοῦτο πρὸς τὸν Θεὸν ἀεὶ συνόντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, κἂν εἰ μὴ ὁρῷτο τυχόν; ἀνακεκραγέτω τοίνυν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· γενεὰ σκολιὰ καὶ παραπικραίνουσα. καὶ πρός γε τοῦτο Μωσῆς. ἐπελάθου Θεοῦ τρέφοντός σε. ποίων ἂν ἐδεῖτο θεῶν, ὁ παραδόξως οὕτω λελυτρωμένος; δι' ὃν ἡ χάλαζα καὶ ὁ τριήμερος σκότος τῆς τῶν Αἰγυπτίων κατεῖχε γῆς; δι' ὃν ἀπολώλασι ἐν νυκτὶ μιᾷ D τὰ πάντων πρωτότοκα; ᾧ ἡ ἀγρία καὶ δυσουθέτητος θάλασσα τὴν τῶν διωκόντων ὠμότητα διαδιδράσκειν ἐδίδου; ἀλλ' εἴ τις ἕλοιτο τὰ καθ' ἕκαστα λέγειν, μακρὸν ἐφ' ἅπασι δαπανήσει λόγον. μελλήσαντος δὲ οὕτω τοῦ πανσόφου Μωσέως, ἀπεφύοντο τῷ Ἀαρών. ὁ δὲ ἀφόρητον ἤδη πως τεθεαμένος τὴν ἔφοδον. ἀνακεκράγεσαν γάρ· ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. προσκομίζειν ἐκέλευσε τά τε τῶν γυναικῶν καὶ E τῶν θυγατέρων ἐνώτια. οἱ δὲ προσῆγον εὐθύς· ὅτι πεπλώκασιν εἰς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ πλάνην, καὶ ταῖς ἀρχαίαις ὠλίσθησαν ἀβουλίαις, δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος κατέδειξεν Ἀαρὼν, ἐν εἴδει τοῦ μόσχου διαπλάσας αὐτοῖς τὸ προσκυνούμενον ἄγαλμα. μόσχος γὰρ ἦν ἐν Αἰγύπτῳ τὸ σέβας αὐτοῖς τε τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ τοῖς τὴν ἐκείνων ἀπάτην ἐρρωστηκόσιν. ὁρᾷς οὖν ὅπως ἀποφέρονται εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς. εἰσέφρησε πάλιν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα· καὶ γέγονεν αὐτοῖς κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, χείρονα τῶν πρώτων τὰ λοί-

ϑια. οἶμαι δὲ ὅτι λίαν οἰκονομικῶς ὁ θεσπέσιος Ἀαρὼν ἐζήτησε τὰ ἐνώτια, μονονουχὶ διὰ τούτου σημαίνων, ὅτι τοῦ καθήκοντος κόσμου τὴν ἑαυτῶν σεσυλήκασιν ἀκοήν· ἔχοντες μὲν οὐκέτι τὸ εὐπειθὲς, περιενηνεγμένοι δὲ μᾶλλον εἰς θεομισῆ καὶ βέβηλον ἀπείθειαν. Θεοῦ γὰρ λέγοντος· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ· εἶτα τοὺς λόγους κατακρατήσαντες, καὶ τῇ πανδήμῳ ψήφῳ τιμήσαντες, εἰρηκότες τό· πάντα ὅσα εἶπεν ὁ Θεὸς, ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα· Θεοὺς ἐζήτουν γλυπτούς. ὁρᾷς ὅπως ἀποβεβλήκασι τὸ εὐήκοον; καὶ τοῦτο οἶμαι, τῶν ὤτων ὁ κόσμος. θέα δὲ, ὅπως καταμειδιᾷ τῶν ἐγχειρημάτων ὁ Ἀαρών. ἐπιδείξας γὰρ αὐτοῖς τὸ ἐν εἴδει μόσχου πεποιημένον ἄγαλμα, προσεφώνει λοιπόν· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀνεβίβασάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἀλλ' οὐκ ἐν μόσχῳ λελύτρωνται. πῶς γὰρ ἢ πόθεν; ἀλλ' ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ· καὶ ἐν σημείοις καὶ τέρασιν. οὐκοῦν ὡς εἰς ἀνάμνησιν τῶν παρὰ Θεοῦ γεγονότων, κατειρωνεύεται λέγων· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραήλ. προσῆγον δὲ καὶ θυσίας· ἔφαγον δὲ καὶ πεπώκασιν ὡς ἐν ἑορτῇ, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. ἕψεται γὰρ ἀποστάσει τῇ παρὰ Θεοῦ τὸ ἐνδεσμεῖσθαι τοῖς σαρκικοῖς, καὶ τρυφὴν ἡγεῖσθαι τὴν ἀκαθαρσίαν, καὶ τέρψιν οἴεσθαι καλὴν καὶ ἡδεῖαν, τὰ ἐφ' οἷς ἦν αὐτοὺς κατοιμώζειν ἄξιον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, τοῖς σαρκικοῖς ἐγκλήμασιν ἐναρίθμιον ἐτίθει τὴν ἀκάθαρτον εἰδωλολατρείαν. Φανερὰ γάρ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἅτινά ἐστι, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία. προξενήτρια γὰρ καὶ τῶν ἐπὶ χειρόνων ἡ πλάνησις, καὶ τὸ ἔξω φέρεσθαι Θεοῦ, νοσεῖν ἀναγκάζει τὰ πάντων αἴσχιστα τῶν κακῶν. οἱ μὲν γὰρ ἐχόρευον ἀνιέντες οἶμαί που τὰς ἐπιδειπνίους ᾠδὰς, δρῶντές τε καὶ λέγοντες ἃ τῶν μεθυόντων ἐστὶν ἐγκλήματα. ἀγνοοῦντι δὲ τὰ τετολμημένα τῷ θεσπεσίῳ Μωσῇ, φανερὰ καθίστησι Θεὸς, οὕτω λέγων· βάδιζε, τὸ τάχος ἐντεῦθεν κατάβηθι· ἠνόμησε γὰρ ὁ λαὸς, ὃν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου· παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς. ἐποίησαν ἑαυτοῖς μόσχον, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ τεθύκασιν αὐτῷ, καὶ εἶπον· οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ· οἵτινες ἀνεβίβασάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. καὶ νῦν ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ὀργῇ εἰς αὐτοὺς, ἐκτρίψω αὐτοὺς, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα. καὶ ἐδεήθη Μωσῆς ἐναντίον κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ. ἀκούεις ὅπως

A *primû*. Cæterùm ita exiſtimo Aaronem ſingulari conſilio petiiſſe inaures, ac quodammodo per hoc ſignificaſſe, quòd ſuum ipſorum auditum conuenienti ornatu ſpoliarint, non habentes ampliùs animum obediendi, ſed potiùs auocati in ſceleratam Deóque inuiſam contumaciam. Nam etſi Deus mandauerit; [Non erunt tibi dii alieni præter me,] fidémque hiſce verbis tribuerint, ac communi conſenſu approbarint, dixerintque quòd omnia quæ locutus eſt B Dominus Deus ſint facturi & audituri, tamen deos quærebant ſculptiles. Vides iam quo pacto abiecerint obedientiam? Atque hic eſt, vt arbitror, aurium ornatus. Atqui animaduerte, obſecro, quàm ſuauiter iſtorum conatum rideat Aaron. Cùm oſtendiſſet ipſis ſimulachrum in ſpecie vituli factum, acclamabat iſtis; [Hi ſunt dii tui, Iſrael: qui eduxerunt te ex Ægypto.] Atqui non per vitulum liberati ſunt (quomodo enim hoc fieri poſſit) [Sed in manu (Pſal. 135. 12.) C potenti & brachio excelſo,] atque adeò per multa ſigna & prodigia. Vt igitur ea quæ à Deo geſta ſunt ipſis in memoriam reuocaret, conridet dicens: [Hi ſunt dii tui, Iſrael.] Adduxerunt (1. Corin. 10.) autem & victimam, ederúntque & biberunt, tanquam in die feſto, [& ſurrexerunt ad ludendum.] Qui enim à Deo deficiunt, fit continuò vt rebus carnalibus irretiantur, & immunditiem pro deliciis habeant, honeſtáque & ſuauia eſſe ducant ea, ob quæ meritò lugere D debebant. Ideóque etiam D. Paulus turpem idololatriam inter vitia carnalia collocat. [Manifeſta enim ſunt, ait, (Gal. 5. 19.) opera carnis, quæ ſunt ſcortatio, immunditia, laſciuia, idololatria.] Error enim hic conciliat alia his deteriora, auerſióque à Deo ad extrema mala propellit. Ducebant igitur iſti choreas, canentes odas conuiuales, eáque & faciẽtes & dicẽtes, quę ſolent homines ebrii. Diuino autem Moſi horum facinorum inſcio Deus patefecit, ita dicens: [Vade (Exod. 32. 7.) E ilico hinc, & deſcende: Populus enim tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti, eſt præuaricatus. Citò declinauerunt à via quam eis mandauiſti. Fecerunt ſibi ipſi vitulum, & adorauerunt eum, & ſacrificauerunt ipſi, dixerúntque: Iſti ſunt dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Et nunc dimitte me, & iratus furore in eos delebo ipſos, faciámque te in gentem magnam. Et orauit Moſes coram Domino Deo.] Audiſtie quàm

leuis & temerarius ſit Iſrael, & valdè ad defectionem procliuis? Ideóque dignatur populum *ſuum* eos vocare Deus: & licet ipſe legem tulerit, ac præſcripſerit, tamen id Moſi aſſignat
„ & tribuit. Ait enim, [Declinauerunt
„ confeſtim de via, quam tu mandaſti
„ eis.] Hinc & Chriſtus ait, Iudicem iis, qui æquitatem aſpernantur, ac fictitiam veritatem præ ſe ferunt, & de bonis operibus præſtandis parum ſunt ſolliciti, ad tribunal Dei dicturum
Mal. 6. 9. Mat. 7. 23 „ eſſe: [Diſcedite à me qui operamini
„ iniquitatem: non noui vos.] Deo igitur noti ſunt, verúſque ipſius ac peculiaris populus, qui indiuulſa in ipſum dilectione flagrant, & ſincerum fidei candorem tuentur, atque ad omne opus bonum confirmati ſunt, leuitatiſque & inconſtantiæ crimen promiſcuè à ſe repellunt. Cæterùm Moſes orabat, & iram quæ in omnes exarſerat, amouere ſtudebat. Oportebat enim, oportebat inquam, etiam hunc mediatorem imitari Chriſtum verum mediatorem, qui iram cælitus nobis impendentem propter multiplex peccatum, arcet atque propulſat, tanquam Filius, cùm iis qui peccauerant gratificetur iuſtificationem in fide. Ergo etiam in hoc rurſus D. Moſes, quia ſuis precibus iræ ſeueritatem mitigauit, typus eſt reconciliationis, quæ per Chriſtum contingit. Deinde verò deſcendit de monte. Vbi autem audiuit ſaltantes, & ebriorum voces auribus accepit, confregit tabulas, in quibus leges erãt ſculptæ, neque ampliùs eos inſtitutione dignabatur tanquam inobedientes, deſides, ſtupidóque ingenio præditos, & vix aptã ad quę oporteret, mentẽ habentes, vt qui adeò præcipites ruerent ad defectionem. Poſteaquam autem venit ad congregationem, conterit vitulum, quo miſſo in aquam potauit ex ea filios Iſrael; per hæc ipſa ſignificans quòd in ipſorum præcordiis & viſceribus inhæreat impietas. Prætereà etiam hoc ſignificaſſe arbitror, quòd cor ſceleratã atque execrabili idololatria habeant refertum. Conuocatis autem electis præcepit vt præcipua capita occidant, quæ aliis cauſa fuerunt & authores huius ſceleris, neque parcant vel fratri, vel vicino, vel familiari. Atque ita ceciderunt viginti tria millia. Poſtquam verò moderatas ab iis qui adeò ſceleratè egerant, pœnas ſumpſit, reuertitur ad Deum,

A ἐλαφρὸν καὶ εὐπαράφορον ὄντα τὸν Ἰσραὴλ, καὶ πολὺ λίαν εὐπετῆ εἰς ἀπόστασιν, οὐδὲ λαὸν ἴδιον ὀνομάζειν ἀξιοῖ· ἀλλὰ καίτοι διατεταγμένος τὸν νόμον αὐτὸς, Μωσῇ τὸ χρῆμα περιτίθησι· παρέβησαν γὰρ, φησὶ, ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς. Ταύτῃ τοι καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς τὰ ἴσα πεφρονηκόσι, καὶ τῆς εὐσεβείας τὴν δόκησιν ὑποπλαττομένοις· ἀγαθουργίαν δὲ κατ᾽ ἀλήθειαν οὐ μεμελετηκόσιν, ἐπὶ τοῦ θείου βήματος ἐρεῖν ἔφη τὸν κριτήν· ἀπόστητε ἀπ᾽ ἐμοῦ ἐργάται ἀνομίας. οὐκ οἶδα ὑμᾶς.
B οὐκοῦν Θεῷ γνώριμοι, καὶ λαὸς αὐτοῦ κατ᾽ ἀλήθειαν εἶεν ἂν, οἱ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἀδιασπάστως ἐχόμενοι, καὶ τὸ ἐν πίστει γνήσιον ἀποσώζοντες, καὶ ἐρηρεισμένοι πρὸς ἀγαθουργίαν, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἐλαφρείας ἐγκλήματα παρωθούμενοι. πλὴν ἐλιτάνευε Μωσῆς, καὶ ἀνακόπτεσθαι τὴν ὀργὴν τὴν κατὰ πάντων ἠξίου. ἔδει γὰρ, ἔδει τὸν μεσιτεύοντα μιμεῖσθαι Χριστὸν, ὃς τὴν ἄνωθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς οὖσαν ὀργὴν διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν ἀποσοβήσειν, ὡς υἱὸς τὴν ἐν πίστει δικαίω-
C σιν τοῖς ἡμαρτηκόσι δωρούμενος. τύπος οὖν ἄρα τῆς διὰ Χριστοῦ μεσιτείας, καὶ τοῦτο δὴ πάλιν. καὶ ὁ μὲν θεσπέσιος Μωσῆς ταῖς ἱκεσίαις ἀποσπᾷ τὸ ἀπότομον τῆς ὀργῆς. εἶτα κάτεισιν ἐκ τοῦ ὄρους. ἐπεὶ δὲ χορευόντων ἐπείθετο, καὶ τὰς τῶν μεθυόντων εἰς οὖς ἐδέχετο φωνὰς, καταῤῥήγνυσι τὰς πλάκας ἐγκεκολαμμένων αὐταῖς τῶν νόμων, οὐκέτι παιδαγωγίας ἀξιῶν ὡς ἀπειθεῖς καὶ ἀγνώμονας, ἢ ὀλιγογνώμονας, καὶ κομιδῇ μὲν εὐπαροίστους ἐφ᾽ ἃ μὴ
D προσῆκεν ἔχοντας νοῦν, ταχεῖαν δὲ οὕτω τὴν ἀπόστασιν πεποιημένους. ἐπεὶ δὲ ἧκεν εἰς τὴν συναγωγὴν, συντρίβει τὸν μόσχον. εἶτα καθεὶς εἰς ὕδωρ, πεπότικεν αὐτὸ, φησὶ, τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· μονονουχὶ διὰ τούτου σημαίνων, ὅτι καὶ αὐτῶν ἡπάτων καὶ σπλάγχνων τῶν ἐν αὐτοῖς, ἅπτεται τὸ δυσσέβημα. οἶμαι δὲ ὅτι κἀκεῖνο τάχα που καταμηνύων αὐτοῖς, ὅτι τῆς
E βεβήλου καὶ βδελυρᾶς εἰδωλολατρείας ἐκμεμεστωμένην ἔχουσι τὴν καρδίαν. προσκαλεσάμενος δὲ τοὺς ἐξειλεγμένους, ἀναιρεῖν ἐκέλευε τοὺς ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων αἰτιωτάτους, καὶ ἀδελφοῦ, καὶ γείτονος, καὶ γνωρίμου ἠφειδηκότας. καὶ δὴ καὶ πεπτώκασι χιλιάδες τρεῖς καὶ εἴκοσιν. ἐπειδὴ δὲ συμμέτρους εἰσέπραξε δίκας τοὺς ἀνάρσια οὕτω δεδυσσεβηκότας, ὑπονοστεῖ πρὸς Θεὸν,

καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν ἑτέρων ποιεῖται λιτάς. τότε δὴ
μόλις αὐτοῖς κατανεύει Θεός, συνέσεσθαι λέγων
ἥκιστα μὲν αὐτός, συναποστελεῖν δὲ μᾶλλον αὐ-
τοῖς ἄγγελον ἐπιστάτην καὶ καθηγησόμενον τῆς
ὁδοῦ. καὶ πρός γε δὴ τούτῳ κατῳμύζει μὲν ὁ
λαός· προσέταττε δὲ Θεός, ἀφελέσθαι τὰς
στολὰς καὶ πάντα τὸν κόσμον, ἰέναι τε οὕτως ἐν
κατηφείᾳ. οὗ καὶ εἰς πέρας αἰωρουμένου, λα-
βών, φησί, Μωσῆς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἔπηξεν
ἔξω τῆς παρεμβολῆς. καὶ οὕτω μὲν τῆς ἱστορίας
ὡς ἐν βραχέσιν ὁ λόγος. εὑρήσομεν δὲ τοὺς ἐξ
Ἰσραὴλ τὰ ἴσα τετολμηκότας, ὅτε καθ᾽ ἡμᾶς
γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενής. ἐκάλει μὲν γὰρ
εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καθὰ πάλαι διὰ
Μωσέως εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλευ-
θερώσειν ἐπηγγέλλετο τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύον-
τας. ἠλευθέρου γὰρ καὶ τοὺς ἐξ αἵματος
Ἰσραὴλ τῆς Αἰγυπτίου πλεονεξίας καταδεξα-
μένους ἐν πίστει τὴν δι᾽ αἵματος σωτηρίαν. τεθύ-
κασι γὰρ τὸν ἀμνόν, ὡς ἐν τύποις, ἔτι τοῦ Χρι-
στοῦ πληρουμένου τὸ μυστήριον. ἀλλ᾽ οἱ νόμον ἔχον-
τες τὸν παιδαγωγοῦντα καλῶς διὰ σκιᾶς καὶ
τύπων ἐπὶ Χριστόν, ἢ τοὺς τοῦ Μωσέως ἄνω τε
καὶ κάτω περιφερόμενοι λόγους, καὶ αὐτοῦ Μω-
σέως ἠφειδηκότες. ἐτράποντο γὰρ εἰς διδασκα-
λίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων, τῆς ὑπὸ Θεῷ
λατρείας ἀποσείοντο τὸν ζυγόν. προσήκαντο
γὰρ οὐδαμῶς τὸν δι᾽ οὗ τῶν ὅλων κρατεῖ, τοὐ-
τέστι Χριστόν. καὶ τίς ἡ πρόφασις; ἀπονενεύ-
κασι γὰρ εἰς ἀπάτην κοσμικήν, καὶ τὰς ἐν
τῷδε τῷ βίῳ τέρψεις τῆς προὐργιαιτέρας
ποιοῦνται σπουδῆς, προσκεκρούκασιν εἰκότως.
κεκλημένοι γὰρ εἰς τοὺς γάμους οὐκ ἤθελον ἐλ-
θεῖν, γυναίων τε καὶ ἀγρῶν προϊσχόμενοι κτή-
σεις. καὶ ἦν μὲν ἤδη καιρὸς δυσσεβείας εἰς τόδε
κατολισθήσαντες, τὴν εἰς ἄπαν ὀργὴν ὑπο-
μεῖναι τὴν Ἰσραήλ. ἀλλὰ τῶν ἁγίων λιταὶ σεσώ-
κασι τὸ κατάλειμμα. πλὴν εἰς πολλοὺς ἡ δίκη.
πεπτώκασι γὰρ μαχαίραις καὶ πολέμῳ πικρῷ δα-
πανώμενοι, ἐγνώκασι μόλις ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐκ-
βέβηκε κακοῦ τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας τὰ ἐγκλή-
ματα. ἀποβεβληκότες δὲ ὥσπερ τῆς ἀρχαίας
ἐκείνης εὐκλείας τὴν περιστολήν, καὶ πάντα κό-
σμον πνευματικόν, πολὺ νοσοῦσι τὸ ἄχθει, καὶ
γυμνοὶ μὲν ἁπάσης διατελοῦσι δόξης. ὅτι δὲ
καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἀποπεφοίτηκεν ὁ Χριστός, ὑπο-
φαίνει ὁ Μωσῆς μακρὰν τῆς παρεμβολῆς με-
θιστὰς τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν καταλελειμμένην.

A & pro aliis intercedit. Tunc ſanè ei
Deus vix annuit, affuturum eis dicens,
non quidem ſeipſum, ſed potiùs ange-
lum quempiam præſidem & ducem iti-
neris ſe miſſurum. Adhæc igitur popu-
lus quidem lugebat. At Deus præce-
pit auferri ab eis veſtimenta, omném-
que ornatum, atque ita demiſſo vultu
triſtes incedere. Quo quidem ad finem
perducto, ſcribitur deinceps Moſen ac-
ceptum tentorium ſuum fixiſſe extra
caſtra eorum. Hæc breuiter de hiſtoriæ
ipſius ſerie dicta ſint. Reperiemus au-
B tem eos qui ex Iſrael ſunt perſimile fa-
cinus auſos eſſe, & paria flagitia commi-
ſiſſe, quando diuino conſilio vnigenitus
Dei Filius iuxta nos homo eſt factus.
Nam vocabat eos in regnum cælorum,
quemadmodum olim Deus per Moſen
vocauit in terram promiſſionis, promit-
tebátque ſe liberaturũ eos qui in ipſum
crederẽt. Et Deus liberauit illos, qui ex
genere Iſrael receperũt per fidem ſalu-
tarem illum ſanguinem ex oppreſſione
C & tyrannide Ægyptiorum. Mactarunt
enim agnũ veluti in typis adhuc Chri-
ſti myſterium complentis. Porro iſti le-
gem habentes, quæ ſanè fideliter intro-
ducebat per figuras & typos ad Chriſti
myſterium, de verbis ſapientiſſimi Mo-
ſis vbique magnificè gloriati ſunt, cùm
tamen ne ipſum quidem Moſen vn-
quam ſint reueriti. Declinabãt enim ad
doctrinas, & mandata hominum, cultúſ-
que diuini iugum excutiebant. Siqui-
dem non acceſſerunt ad eum per quem
D Deus hoc vniuerſum gubernat, hoc eſt
Chriſtum. Atqui quænam fuit occaſio
& cauſſa? Deflexerũt enim ad impoſtu-
ram mundanam; & voluptates huius vi-
tæ vtiliori ſtudio præferentes, haud im-
meritò gratia exciderunt. Vocati enim
ad nuptias, noluerunt venire, vxorũ nu-
ptiis & agrorũ emptionibus ſeſe excu-
ſantes. Et certè tẽpus iam erat, vt Iſrael,
qui eò impietatis prolapſus fuerat, iram
omnino ſuſtineret. Cæterùm precibus
Sanctorum ſeruatæ ſunt reliquiæ; multi
E tamẽ luerunt pœnas. Ceciderunt enim
in gladiis. cúmque ſæuo bello abſume-
rentur, vix cognouerunt quò mali de-
uenerint ob crimina à ſe aduerſus Chri-
ſtum commiſſa. Cúmque quaſi veſtimẽ-
tum priſtinæ illius gloriæ abiecerint, &
omnem ornatum ſpiritalem, ingenti la-
borant odio, ſpoliati omni gloria ac di-
gnitate. Quòd autem Chriſtus etiam ab
eis diſceſſerit, oſtẽdit Moſes, qui taber-
naculum ſuum extra caſtra transfert.

Chriſtus enim relictis Iudæorum tur-
bis, atque illorum multitudine quo-
dammodò deſerta, longiſſimè ab eis
demigrans, inconcuſſum tabernacu-
lum Eccleſiam Gentium deſignauit:
quam etiam ſuam affirmans per vo-
Psal.131.14. „ cem Pſalmiſtæ iſta ait: [Hîc habita-
„ bo, quoniam elegi eam.] Oportebat
igitur eos, qui non habent Emma-
nuelem illum gloriæ Dominum, poſt-
hac conſpici gloria & decore ſpolia-
tos. Eos autem qui diligunt ipſum,
ornamentis fidei & virtutis indutos
tanquam de eo vehementer grauiſos
Esai.61.10. „ oportet dicere: [Exulta anima mea
„ in Domino. Induit enim me veſti-
„ mento ſalutis, & indumentis lætitiæ.
„ Tanquam ſponſo impoſuit mihi coro-
„ nam, & tanquam ſponſam exornauit
„ me.] Pulchritudo enim hæc eximia
atque inſignis eſt, intelligibilis nimi-
rum illa, quæ eſt in Chriſto, per quem
& cum quo eſt gloria Deo & Patri
cum Spiritu ſancto in ſæcula ſæculo-
rum, Amen.

A πῶς γὰρ ὁ Χριστὸς τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀγέλας, ἤτοι τὰς παρεμβολάς, καὶ τῆς ἐκείνων πληθύος ἀποδεδραμηκὼς τρόπον τινὰ καὶ ἀποτάτω χωρῶν, σκηνὴν ἀκαταπάστευτον τὴν ἐξ ἐθνῶν ἀνέδειξεν ἐκκλησίαν· ἣν καὶ ἰδίαν αὐτὸς ἀποφαίνων, διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς ὧδέ που, φησί, ὧδε κατοικήσω, ὅτι ἡρετισάμην αὐτήν. ἔδει τοίνυν καὶ κόσμου καὶ δόξης ὁρᾶσθαι λοιπὸν ἀπημφιεσμένους, τοὺς οὐκ ἔχοντας τὸν Ἐμμανουὴλ τὸν τῆς δό-
B ξης κύριον. τοὺς δὲ ἀγαπῶσιν αὐτόν, τὸν ἐκ πίστεως καὶ ἀρετῆς περιτιθέντα κόσμον, ὡς ἐπὶ τούτῳ δὴ λίαν ἡσθέντας εἰπεῖν· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ. ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ. ἐκπρεπὲς γὰρ δὴ λίαν τὸ κάλλος, δῆλον δὲ ὅτι τὸ ἐν Χριστῷ τὸ νοητόν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας
C τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

De velamine in facie Moſis.

Περὶ τοῦ καλύμματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ Μωσέως.

Act.8.30. PVTASNE quæ legis, intelligis?]
Iudæorum populis conuenienter
dici poteſt, qui eò ſtuporis veniſ-
ſe cernuntur, vt excordes in ſacris
Hier.5.21. „ Literis nominentur. [Ecce enim,
„ inquit, populùs ſtultus & excors,
„ oculi ipſis, & non vident; aures ip-
„ ſis, & non audiunt.] Quòd autem
lex Moſis prorſus ipſis fuerit inuti-
lis propter eam quæ eis ineſt inſi-
pientiæ magnitudinem, ipſe nobis
Ioan.5.39. „ Chriſtus oſtendit, dicens: [Scru-
Esai.6.10. „ tamini Scripturas, quia vos putatis
Mat.13.14. „ in ipſis vitam æternam habere. Et
Marc.4.12. „ illæ ſunt quæ teſtimonium perhi-
Ioan.12.40. „ bent de me, neque vultis venire ad
Rom.11.7. 2.Cor.4.4. „ me, vt habeatis vitam.] Excæcatus
enim eſt ex parte Iſraël, & illumina-
tionem ſpiritus non habentes tardio-
res ſunt ad credendum, difficillimé-
que flectuntur, vt eligant & ſa-
piant, quæ conducunt ad ſalutem.
Cæterùm haud impunè, cùm aliqui
id quod vtile eſt amplecti debuiſ-
ſent, ad incorrigibilem increduli-
tatem declinauerunt; & habentes
lumen cæleſte, magis amauerunt
ambulare in nocte & in tenebris:
quod & Propheta ſubindicauit, dicens:

ΑΡΑ΄ γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; πρέποι ἂν εἰκότως τοῖς Ἰουδαίων ἐπιφθέγγεσθαι δήμοις οἳ πρὸς τοῦτο ἥκειν ἀποπληξίας νοηθεῖεν ἄν, ὡς ἀκαρδίους λοιπὸν παρά γε ταῖς
D ἱεραῖς ὀνομάζεσθαι λόγοις. ἰδοὺ γάρ, φησί, λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος. ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούονται. ὅτι δὲ ἀνόνητος παντελῶς καὶ ὁ νόμος αὐτοῖς γέγονεν ὁ διὰ Μωσέως, διὰ τὸ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀσυνεσίας μέγεθος, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ Χριστὸς παρέδειξε λέγων· ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, καὶ ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν. καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν
E πρός με, ἵνα ζωὴν ἔχητε. πώρωσις μὲν γὰρ ἀπὸ μέρους ἐγένετο τῷ Ἰσραήλ, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος φωτισμὸν οὐκ ἔχοντες, ὀκνηροὶ μὲν ἦσαν περὶ τὴν πίστιν· δυσμεταχόμιστοι δὲ κομιδῇ, πρὸς τὸ δεῖν ἑλέσθαι καὶ φρονεῖν τὰ εἰς σωτηρίαν χρήσιμα, ἀλλ' οὐκ ἔξω δίκης εἶεν ἄν, ὅτι μετὰ τὸ ἑλέσθαι τὸ ὠφελοῦν ἐτράποντο μᾶλλον εἰς ἀνουθέτητον ἀπείθειαν· καὶ τὸ φῶς ἔχοντες τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄνωθεν, ἠγάπησαν μᾶλλον τὸ ὡς ἐν νυκτὶ βαδίζειν καὶ σκότῳ. τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ὑποσημαίνει λέγων περὶ αὐτῶν·

ὑπομεινάντων αὐτῶν φῶς ἐγένετο αὐτοῖς σκότος· μείναντες αὐγὴν, ἐν ἀωρίᾳ περιεπάτησαν. μεμενήκασι γὰρ τραχεῖς καὶ ἐξήνιοι, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου τὰ λυσιτελῆ, καὶ δι' ὧν εἰκὸς καὶ λίαν ἀμογητὶ διαδρᾶναι τὸ ἀδικοῦν. ἐπεφώνει μὲν γὰρ ὁ Χριστός· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. καὶ ἕως οὗ τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. οἱ δὲ, ἦσαν ἐν ἴσῳ τοῖς οὐκ ἔχουσι νοῦν, ἢ φρένας. τοιγάρτοι καὶ κατελήφθησαν ὑπὸ τῆς σκοτίας, καὶ διατετελέκασιν ὡς ἐν νυκτὶ, ἀμέτοχοι παντελῶς τῆς θείας αὐγῆς, καὶ τὸ φῶς τὸ θεῖον οὐκ ἔχοντες· οὐ συνίασι γὰρ παντελῶς τὴν θεόπνευστον γραφήν. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν, σαφηνιεῖ λέγων ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον· ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. ἀλλ' ἕως σήμερον ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. ἄθρει δὴ οὖν τὸ μυστήριον ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἀρχαιοτέροις προσαναλάμπον γράμμασιν. ἔχει δὲ οὕτως· καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν. γράψον σεαυτῷ τὰ ῥήματα ταῦτα· ἐπὶ γὰρ τῶν λόγων τούτων τέθειμαί σοι διαθήκην καὶ τῷ Ἰσραήλ. καὶ ἦν ἐκεῖ Μωσῆς ἔναντι κυρίου τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ τεσσαράκοντα νύκτας. ἄρτον οὐκ ἔφαγε, καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιε. καὶ ἔγραψε τὰ ῥήματα ταῦτα ἐπὶ τῶν πλακῶν τῆς διαθήκης, τοὺς δέκα λόγους. ὡς δὲ κατέβη Μωσῆς ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ αἱ δύο πλάκες ἐπὶ τῶν χειρῶν Μωσῆ. καταβαίνοντος δὲ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὄρους, Μωσῆς οὐκ ᾔδει ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐν τῷ λαλεῖν αὐτὸν αὐτῷ. καὶ εἶδεν Ἀαρὼν καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι Ἰσραὴλ τὸν Μωσῆν. καὶ ἦν δεδοξασμένη ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐφοβήθησαν ἐγγίσαι αὐτῷ. καὶ ἐκάλεσεν αὐτοὺς Μωσῆς, καὶ ἐπεστράφησαν πρὸς αὐτὸν Ἀαρὼν καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς καὶ ἐλάλησε πρὸς αὐτοὺς Μωσῆς, καὶ μετὰ ταῦτα προσῆλθον πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς λέγων πάντα ὅσα ἐλάλησε πρὸς αὐτὸν κύριος ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. καὶ ἐπειδὴ κατέπαυσε λαλεῖν πρὸς αὐτοὺς, ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κάλυμμα.

A [Cùm expectaſſent lucem, tenebræ eis factæ ſunt; expectantes ſplendorem in nocte ambulauerunt.] (Eſai.59.) Permanſerunt enim duri atque effrenes, neque vllam omnino vtilitatis rationem habuerunt, aut eorum per quæ licuiſſet ipſis noxia effugere. Inclamabat enim Chriſtus: [Ego ſum lux mundi.] (Ioan.8. & 12.35.) Et: [Dum lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ comprehendant.] At verò iſti cùm ſimiles eſſent amentibus ac ſtupidis, ab B ipſis tenebris apprehenſi ſunt, & tanquam in nocte verſantes, nulla ex parte participes ſunt ſplendoris diuini, nec in ſe diuinam lucem habent. Nullo enim modo Scripturam diuinitus inſpiratam intelligunt. Cauſam verò beatus nobis Paulus declarabit: [Vſque ad hodiernum, inquiens, diem, velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum: (2 Cor.3.14.) quia Chriſto aboletur: ſed vſ- C que in hodiernum diem quando legitur Moſes, velamen in cordibus ipſorum poſitum eſt. Cùm autem ſe conuerterint ad Chriſtum, tolletur velamen. Dominus autem ſpiritus eſt. Vbi autem ſpiritus Domini, ibi & libertas.] Vide igitur nunc myſterium hoc etiam in ſacris & veteribus ſcriptis prælucens. Sic autem habet: [Et dixit Dominus ad Moſen: (Exod.34.27.) Scribe tibi verba hæc. His enim verbis faciam tecum & cum Iſraele D teſtamentum. Et erat ibi Moſes coram Domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus; panem non comedit, neque aquam bibit. Et ſcripſit verba hæc in tabulis teſtamenti, decem ſcilicet. Cum autem deſcenderet Moſes de monte, duæ tabulæ erant in manibus ipſius. Sed deſcendens de monte ignorabat quòd glorificatus fuerat aſpectus cutis faciei ſuæ, interim dum loquebatur ipſi Deus. Viditque Aaron & omnes ſeniores Iſraelis Moſen. Et erat E glorificatus aſpectus cutis faciei eius: & timuerunt appropinquare ei. Et vocauit eos Moſes, conuerſique ſunt ad eum Aaron & omnes principes Synagogæ; & locutus eſt illis Moſes. Et poſtea acceſſerunt ad eum omnes filii Iſraelis. Et mandauit eis dicens omnia quæ locutus erat Dominus ad ipſum in monte Sinai. Et poſtquam eis loqui ceſſauit, impoſuit velamen in faciem ſuam.

Cùm autem ingrederetur ad Dominum, vt loqueretur ad eum, amouebat velamen donec exiret. Et egreſſus loquebatur cunctis filiis Iſrael, ea quæ præceperat Dominus, viderúntque filii Iſrael quod facies Moſis glorificata eſſet. Et impoſuit Moſes velamen ſuper faciem ſuam, donec ingrederetur ad loquendum cum eo.] Scribit quidem huius vniuerſi Deus legem in tabulis lapideis. Sed poſtquam facies Moſis, qui per quadraginta dies ibi remanſit, & ab omnibus humanis abſtinuit, diuinæ lucis appulſu reſplenduiſſet, obſtupeſcunt hoc ſpectaculo electi Iſraelitæ, ac præ aliis Aaron. Recedentes autem iam, & ſeſe in fugam vertentes reuocabat Moſes, loquebatúrque ſic filiis Iſraelis velamen faciei opponens, effuſúmque diuinæ lucis radium ſuis adumbrationibus efficiens turbis tolerandum. [Sed quando, ait, ibat ad Deum, amouebatur velamen.] Intelligiſne, quo pacto Iudæorum ingeniis lux etiam ipſius legis ſit quodammodo incomprehenſibilis? Si autem ea quæ ſcripta ſunt, ſpiritualiter intelligantur, nihil aliud refulgebit quàm Chriſti myſterium diuinum illud & clariſſimum lumen auditorum cordibus immittens. Cæterùm Iſraelitæ non poterant tantæ maieſtatis verba audire, neque citra ſummum laborem myſterii altitudinem intellectu comprehendere. Idcirco Nicodemus cùm audiſſet Chriſtum de ſpirituali regeneratione concionantem, frigidè admodum & pueriliter erupit in
Ioan. 3. 4. hæc verba: [Quomodo poteſt homo naſci cùm iam conſenuerit? Num poteſt in vterum matris redire & denuo naſci?] Quin & poſthæc, cum Chriſtus ſuaderet, id quod mentem rationémque noſtram excedit, fide apprehendi debere, addebat: [Quomodo poteſt hoc fieri?] quamquam lex infinitis ferè figuris adumbrarit Chriſti myſterium. Quocirca etiam legis ipſius lumen Iudæis incomprehenſibile eſt, idque non modò infirmis, atque promiſcuæ multitudini, ſed etiam electis & ſacerdotibus. Audiſti enim quòd Aaron vnà cum ſenioribus exterriti ſint Moſis gloria. Non abs re igitur Moſes velamen faciei prætendebat. Nam lex denſam habet in litera adumbrationem, narrationémque non admodum perſpicuam. At verò Moſes ad aſpectum Dei procedens, tollebat velamen.

A Ἡνίκα δ' ἂν εἰσεπορεύετο Μωσῆς ἐναντίον κυρίου, λαλεῖν αὐτῷ, περιῄρει τὸ κάλυμμα, ἕως τοῦ ἐκπορεύεσθαι. καὶ ἐξελθὼν, ἐλάλει πᾶσι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὅσα ἐνετείλατο αὐτῷ ὁ κύριος. καὶ εἶδον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ πρόσωπον Μωσέως ὅτι δεδόξασται. καὶ περιέθηκεν Μωσῆς κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἕως ἂν εἰσέλθῃ συλλαλεῖν αὐτῷ. καταγράφει μὲν γὰρ τοῖς ἐκ λίθων πυξίοις τὸν νόμον ὁ τῶν ὅλων Θεός. ἐπειδὴ δὲ τῇ τοῦ θείου φωτὸς προσβολῇ κατηγλάϊστο λοιπὸν τὸ Μωσέως πρόσωπον ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα προσεδρεύοντος, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠφεικότος αὐτοῦ, ἀγνοοῦσι πρὸς τὴν θέαν οἱ ἀπόλεκτοι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων Ἀαρών. ἀποφοιτῶντας δὲ ἤδη καὶ εἰς φυγὴν τραπομένους, ἐπιστρέφει Μωσῆς, προσλαλεῖ τε οὕτω τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, προσκαθίσας τοῦ προσώπου τὸ κάλυμμα, καὶ τοῦ θείου φωτὸς τὴν προσπεσουμένην ἀκτῖνα τοῖς κατασκιάσμασι μόλις φορητὴν τοῖς ὄχλοις ἀποτελῶν. ἀλλ' ἡνίκα, φησὶν, εἰσῄει πρὸς τὸν Θεὸν, περιῄρετο τὸ κάλυμμα. συνιεῖς δὴ οὖν ὅπως ταῖς Ἰουδαίων διανοίαις ἀχώρητόν πως ἐστὶ καὶ αὐτὸ τοῦ νόμου τὸ φῶς; εἰ δὲ νοοῖτο πνευματικῶς τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα· ἀποστρέψει γὰρ ἕτερον οὐδὲν, ἢ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ ταῖς τῶν ἀκροωμένων καρδίαις τὸ θεῖόν τε καὶ διαυγέστατον ἐνήσει φῶς. ἀλλ' οὐκ ἂν τῶν οὕτω σεπτῶν ἀκροᾶσθαι λόγων οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὐδ' ἂν συνεῖεν ἀμογητὶ τοῦ μυστηρίου τὸ βάθος. καὶ μὲν ὁ Νικόδημος ὅτε τὴν διὰ πνεύματος ἀναγέννησιν ἠκροᾶτο λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, ψυχρῶς τε καὶ ἀδρανῶς ἀναπεφώνηκε, λέγων· πῶς δύναται ἄνθρωπος ἀναγεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι. προσεπιτίθει δὲ τούτοις ἀναπείθοντος αὐτὸν τοῦ Χριστοῦ τὸ χρῆναι πίστει λαμβάνειν τὰ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι; καίτοι τοῦ νόμου διὰ μυρίων ὅσων σχημάτων προαναγράφοντος τὸ μυστήριον. οὐκοῦν ἀπαράδεκτον Ἰουδαίοις καὶ αὐτὸ τοῦ νόμου φῶς, καὶ οὐχὶ δὴ μόνοις τοῖς ἀδρανέσι καὶ ἀγελαίοις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀπολέκτοις καὶ ἱερεῦσι. ἀκήκοας γὰρ ὅτι τὴν Μωσέως πεφόβηνται δόξαν σὺν τοῖς πρεσβυτέροις Ἀαρών. ἐπίθει δὴ οὖν ὁ Μωσῆς χρησίμως σφόδρα τὸ κάλυμμα. κατασκίασμα γὰρ ὁ νόμος ἔχει, τὸ παχὺ τοῦ γράμματος, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ οὐ σφόδρα λαμπρόν. ἀλλ' εἰς ὄψιν, φησὶ, Θεοῦ εἰσερχόμενος ὁ Μωσῆς, περιῄρει τὸ κάλυμμα.

τοῦτό τοι καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἀληθὲς εὑρήσομεν. ἐνωπισμένοι γὰρ ὥσπερ ἐν προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς προσκομίζοντος ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ, κατασκιασμάτων δίχα τὴν Μωσέως ὀψόμεθα δόξαν· πνευματικῶς νοοῦντες τὸν νόμον. μεταμορφούμεθα γὰρ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅτι γὰρ ἐν δόξῃ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, πῶς ἐστιν ἀμφιβαλεῖν, διακεκραγότος ὧδε τοῦ μακαρίου Παύλου σαφῶς περί τε τῆς προτέρας καὶ δευτέρας διαθήκης· εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ. κατήργηται μὲν γὰρ ἡ τοῦ νόμου σκιὰ, καίτοι τῇ δόξῃ τετιμημένη τῇ διὰ Μωσέως, ἤγουν τῇ ἐν προσώπῳ Μωσέως. μένει δὲ ἀσάλευτα τὰ διὰ Χριστοῦ, καὶ πλουτεῖ πάντως τὴν ἀμείνω τῆς ἀρχαιοτέρας δόξαν τε καὶ χάριν. περιῃρημένων τοιγαροῦν τῶν ἐν νόμῳ κατασκιασμάτων, τὴν δόξαν Θεοῦ κατοπτριζόμεθα, κατὰ τὸ γεγραμμένον. εἰ ἀκούσωμεν ἐν τύπῳ σφαζόμενον τὸν ἀμνὸν, εὐθέως γινώσκωμεν τὸ μυστήριον, γνωρίζοντες ἀμνὸν, ὃς δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέθηκεν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί· κἂν σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζῃ πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα· πάλιν οὐδὲν ἧττον νοήσωμεν τὴν διὰ Χριστοῦ κάθαρσιν, ἡ δι' ὕδατός τε καὶ πνεύματος, οὐ σαρκικὸν ἡμᾶς ἀπαλλάττουσα ῥύπον, ἀλλὰ τὸν ἐν πνεύματι καὶ ψυχῇ μολυσμὸν τὸν μῶμον ἐκπλυνοῦσα. ἡγιάσμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ. προσεπιοίσομεν δὲ καὶ τοῦτο χρησίμως. μέχρι γὰρ τούτου τὴν ἐν τῇ Ἐξόδῳ κεφαλαίων τὴν ἀφήγησιν συμμετρεῖν ἐγνώκαμεν, οὐ πρὸς τὴν τῶν ἐφεξῆς κατολιγωρήσαντες ἑρμηνείαν, ἀλλ' ὅτι τοὺς περὶ τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως συντεθέντας λόγους, ταῖς καθηκούσαις ἐρεύναις ὑποβεβλήκαμεν αὐτήν τε τῆς ἁγίας σκηνῆς τὴν κατασκευὴν, καὶ ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων, ἱλαστηρίου τε φημὶ καὶ τῆς κιβωτοῦ, τραπέζης, καὶ λυχνίας, ὡς ἐλλελοιπέναι δοκεῖν τῇ τῶν ἀναγκαίων ἀφηγήσει μηδέν. δεδαπανήκαμεν γὰρ εἰς τοῦτό γε ἔνατον καὶ δέκατον λόγον. Θεῷ δὲ ἡμῶν δόξα εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Hoc autem inueniemus in nobiſmetipſis verum eſſe: quia cùm Chriſtus nos ducit quodammodo in Dei ac Patris aſpectum, tum ſine adumbrationibus Moſis gloriam videbimus, legem nimirum ſpiritualiter intelligentes. [Tranſmutamur enim de gloria in gloriam,] vt ſcriptum eſt. (2.Cor.3. 18.) Nemo verò dubitauerit, quin Chriſti myſterium ſit in gloria, cùm B. Paulus apertè de veteri & nouo teſtamento ita exclamet: [Si miniſtratio damnationis eſt in gloria, (Ibid.9.) B multò magis exuberans miniſterium iuſtitiæ in gloria.] Euacuata enim eſt legis vmbra, etiamſi gloria inſignita per Moſen, ſiue ea quæ in facie Moſis eluxit. At Chriſti gloria manet inconcuſſa, & ditat nos longè meliore & gloria & gratia, quàm eſt prior & antiqua gloria. Sublatis igitur legis adumbrationibus [gloriam Domini ſpeculamur,] ſicut ſcriptum eſt. (Ibid.18.) Quocirca ſi audiamus in typo mactatum agnum, continuò intelligamus myſterium, cognoſcentes C agnum, qui propter nos & pro nobis obtulit ſeipſum in odorem fragrantiæ Deo ac Patri. Et cùm [cinis vitulæ aſperſus contaminatos ſanctificet ad emundationem carnis:] (Heb.9.13) haud ſecùs iterum Chriſti purificationem intelligemus quæ fit per aquam & ſpiritum, neque carnales noſtras ſordes abſtergit, ſed ſpirituales & animæ maculas abluit. Sancti enim ſumus in Chriſto. Adiiciemus autem etiam hoc non abs re. Hactenus enim capitum Exodi enarrationem digeſſimus, D non quòd ad eorum quæ deinceps ſequuntur explicationem ſegniores ſimus; ſed quòd iis libris, quos *De adoratione in Spiritu & veritate* conſcripſimus, accuratè ſancti Tabernaculi conſtitutionem inueſtigauerimus, & ſingula proſecuti ſimus quæ in eo ſunt, propitiatorium inquam, & arcam, menſam, ac candelabrum, ita vt nihil quod declaratione egere videretur, omiſerimus. Nam hac de E re nonus & decimus liber nobis eſt conſumptus. Deo autem noſtro ſit gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

GLAPHYRORVM IN EXODVM FINIS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΓΛΑΦΥΡΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΛΕΥΙΤΙΚΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

GLAPHYRORVM IN LEVITICVM LIBER.

Quòd Chriſti paſſio ſit ſalutaris.

Ezech.18. 23. DEVS huius vniuerſi non fecit mortem, neque delectatur interitu viuentium, ſed cuncta creauit vt eſſent, & ſalutares ſunt generationes mundi. Neque eſt inferorum regnum in terra, ſicut ſcriptum eſt:
Sap.1.14. Ibid.2.24 [inuidia autem diaboli mors intrauit in mundum.] In hac autem oratione per ſe eluceat veritas. Neque enim Creator tam glorioſam atque admirabilem creaturam ſubiecit iis, quæ facilè corrumpi ſolent; ſed mors ex ira prouenit, cùm primus parens Adam neglecto diuino præcepto ad incredulitatem inobedientiámque declinauit. Sublata verò rurſus ſunt per Chriſti obedientiam vnius hominis delicta. Iuſtificati enim ſumus in Chriſto. Cuius rei teſtis erit D. Paulus, qui ita ſcribit:

A

Ὅτι Χριστοῦ τὸ πάθος σωτήριον.

Ὁ μὲν τῶν ὅλων Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· ἀλλ' ἔκτισε μὲν εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου. καὶ οὐκ ἔστιν ᾅδου βασίλειον ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ γέγραπται· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. ἔχει δὴ οὖν ἐφ' ἑαυτῷ καὶ μάλα
B εἰκότως τὸ ἀληθὲς ὁ λόγος. οὐ γὰρ δὴ οὕτως εὐκλεᾶ καὶ ἀξιοθαύμαστον τοῖς εὐκόλως φθείρεσθαι πεφυκόσιν ἐνεπέθηκεν ὁ δημιουργὸς, ἀλλὰ παρεισβέβληκε μὲν ἐξ ὀργῆς ὁ θάνατος, ὅτι τῆς θείας ἀλογήσας ἐντολῆς ἀπονένευκεν εἰς τὸ ἀπειθὲς, καὶ δυσήνιον ὁ προπάτωρ Ἀδάμ. ἀνήρηται δὲ λοιπὸν, καὶ ἐκ μέσου γέγονεν ἐν Χριστῷ δι' ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου τὰ ἐγκλήματα. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ θεσπέσιος Παῦλος ὡσεί·

γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. καταδεδικάσμεθα γὰρ ἐν ἐκείνῳ πρὸς θάνατον· ἠλεήμεθα δὲ διὰ Χριστοῦ, καὶ ἀνεκαινίσθημεν εἰς ζωήν. γέγονε γὰρ ὑπήκοος τῷ πατρὶ μέχρι θανάτου, καὶ τέθεικε τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν, κατὰ τὰς γραφάς. ἔδει δὴ οὖν ὅτι καὶ τὴν κατὰ κόσμον ἁμαρτίαν ἀρρωστήσαντες ἐν Ἀδὰμ, γεγόναμεν ἐν Χριστῷ θυσία πνευματικὴ καὶ εὐώδης τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καλή τε καὶ εὐπρόσδεκτος, καὶ τῆς κατὰ νόμον σκιᾶς πολὺ λίαν ἐν ἀμείνοσιν. ἀπαρχὴ δὲ ἡμῶν, ὁ Χριστὸς, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἀνεκαίνισεν τὴν ὁδόν. οὕτω γάρ που φησὶν ὁ Δαβὶδ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν· θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας· σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ηὐδόκησας. τότε εἶπον· ἰδοὺ ἥκω, τοῦ ποιῆσαι ὁ Θεὸς τὸ θέλημά σου, ἠβουλήθην. καὶ ταυτὶ δὲ πάλιν ἔξεστι καταθρεῖν καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ Λευιτικῷ. ἔχει δὲ οὕτως· ἐὰν δὲ προσφέρῃς θυσίαν πρωτογεννημάτων τῷ κυρίῳ νέα πεφρυγμένα χίδρα ἐρικτὰ τῷ κυρίῳ· καὶ προσοίσεις τὴν θυσίαν τῶν πρωτογεννημάτων, καὶ ἐπιχεεῖς ἐπ' αὐτὴν ἔλαιον, καὶ ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτὴν λίβανον. θυσία ἐστί. καὶ ἀνοίσει ὁ ἱερεὺς τὸ μνημόσυνον αὐτῆς ἀπὸ τῶν χίδρων σὺν τῷ ἐλαίῳ, καὶ πάντα τὸν λίβανον αὐτῆς, κάρπωμά ἐστι τῷ κυρίῳ. ἐναργὴς οὖν λίαν ὁ τοῦ γράμματος νοῦς, καὶ οὐκ ἂν δέοιτό τινος, καθάπερ ἐγῷμαι, πόνου πρός γε τὸ δύνασθαί φημι συνιέναι λεπτῶς. πλὴν ἐκεῖνο ἐρῶ. χίδρα λέγεται τὰ ἐξ ὀσπρίων ἄλευρα. ἐν δέ γε τοῖς τύποις τὸ Χριστοῦ λαμβάνει μυστήριον. καί ἐστιν αὐτὸς ἡ ὑπὲρ ἡμῶν θυσία, τὸ πρωτογέννημα τὸ πνευματικὸν, τουτέστιν, ἡ τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχή. ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ὁ πρῶτος εἰς ἀφθαρσίαν, ὁ οἱονεὶ πρωτόλειον τῶν κεκοιμημένων. ὡς κόκκος μὲν τοῦ σίτου πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ἀποθανὼν, ἀστάχυος δὲ δίκην πολλοστὸς ἀναφυείς. τοῦτο γάρ ἡμῖν αὐτὸς ἐφηγεῖτο λέγων· ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. πλὴν ἀπέθανεν, οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλ' ἡμῖν. ἀλλ' ἡμῖν ὑπεμφαίνει ἀστείως τὸ γράμμα τὸ νομικόν.

A [Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi ; ita & per obedientiam vnius hominis iuſti conſtituentur multi.] Damnati enim in illo eramus ad mortem, miſericordiam autem conſecuti ſumus per Chriſtum, & ad vitam renouati ; quippe qui Patri obediens ſit factus vſque ad mortem, poſueritque animam ſuam pro nobis. [Et liuore eius ſanati ſumus,] ſecundùm Scripturas. B Conueniebat autem vt nos in Adamo fœdo laborantes peccato efficeremur in Chriſto ſpiritualis, & ſuaueolens Deo ac Patri, bonáque & accepta hoſtia, longéque melior quàm ſunt vmbratiles legis hoſtiæ. Chriſtus igitur eſt primitiæ noſtræ, nobis fecit & inſtaurauit viam, ſicut ait in libro Pſalmorum ad Patrem cæleſtem: [Sacrificium & oblationem noluiſti: corpus autem adaptaſti mihi, holocauſta & pro peccatis non quæſiuiſti. Tunc C dixi, Ecce venio: vt faciam, Deus, voluntatem tuam, volui.] Eadem igitur etiam in iis quæ in *Leuitico* ſcripta ſunt, licet nobis cernere. Habent autem ita: [Si autem obtuleris ſacrificium primitiarum tuarum Domino noua torrefacta farra comminuta Domino, & offeres ſacrificium primitiarum tuarum, & effundes ſuper ipſum oleum, & impones ſuper illud thus. Sacrificium eſt, & offeret ſacerdos memoriale eius de farribus cum oleo, & om- D ne thus eius. hoſtia eſt Domino.] Porro perſpicuus admodum eſt literæ ſenſus, nec, ſicut ego arbitror, multum in illius declaratione laborandum fuerit. Hoc tantùm dicam, quòd χίδρα dicantur farinæ ex leguminibus. Atqui in his typis capit Chriſti myſterium. Ipſe enim eſt pro nobis oblatio primarum frugum ſpiritualis, hoc eſt, primitiæ humanæ naturæ, primogenitus è mortuis, primus ad incorruptionem, ac veluti primitiæ eorum qui obdormierunt. Haud ſecùs quàm E *granum tritici* cùm ceciderit in terram, & mortuum fuerit, atque inſtar ſpicæ multiplex exoritur. Hoc eſt, quod ipſemet nobis enarrat, dicens: [Niſi granum tritici proiectum in terram moriatur, ipſum ſolum manet. Si autem fuerit mortuum, multum fert fructum.] Cæterùm non propter ſe mortuus eſt, ſed nobis hoc præſtitit. Hoc autem valdè eleganter nobis indicauerit litera legis.

Rom. 5. 19.
Philip. 2.
Eſai. 53.
Pſal. 39.
Leuit. 2.
Ioan. 12.

„ Ait enim : [Si quis voluerit donum „ offerre, hoſtiam primarum frugum „ Domino, nuper torrefacta farra con- „ fracta Domino.] Vides quomodo Moſes, ſiue litera legis ex nouis frugibus nos offerre iubeat? Nam Chriſtus, vt dixi, eſt primitiæ naturæ quæ in nouitatem vitæ renouatur: adeóque in ipſo noua facta ſunt omnia. Non autem ex ſolo tritico offeruntur dona ad ſacrificium, ſed ex leguminibus mola confractis. Quemadmodum enim ſimilaginem ex tritico, non autem integrum granum in holocauſtum offerre lex iubebat: ita & hîc præcipit eſſe faciendum, vt ſcilicet legumina priùs mola contundantur, idque ideo vt ſacrificium oblatum videatur quodammodo eſui aptum. Neque enim conſueuimus integrum granum, ſed contuſum in alimentum conuertere. Chriſtus igitur
Phil. 4. 18 eſt *primitiæ frugum, hoſtiáque Deo grata* & fragrantiſſima; imò verò & nobis ipſis maximè conuenit in alimentum.
Ioan. 6. 50. „ [Quia ipſe eſt panis, qui „ de cælo deſcendit, & dat vitam „ mundo,] & quodammodo ſeipſum nobis apponit edendum, veluti ſimilaginem aut farinam quandam ex leguminibus. Porro in ſacrificium ait eſſe fundendum oleum, atque id thure aſpergendum præcepit. *Oleum* figuratè ſignificat id quod pingue eſt: *thus* autem ſcitè ſignificat bonam fragrantiam. Chriſtus enim pro nobis, vt dixi, factus eſt hoſtia, & veluti agrorum primitiæ, nimirum primæ fruges ſpiritales. Quòd autem ipſius mors non fuerit deflenda aut luctuoſa, ſed potiùs fletum ac luctum è medio ſuſtulerit, atque in ſpem gratiſſimam adduxerit, nemini non compertum eſt. Non enim à portis inferi detineri potuit; neque inter mortuos permanſit, etiamſi abſorpſit mors potens iuxta vocem prophetæ: tamen rurſum abſtulit Deus omnem lachrymam ab omni facie: opprobrium populi abſtulit ab vniuerſa terra. Quomodo? Reuixit Chriſtus morte conculcata, vt & nos liberaret à corruptione, & compreſſis, quas ob hoc effundebamus, lachrymis, quodammodo nunc perſuadet vt lætabundi
Pſal. 29. 12. „ clamemus: [Conuertiſti planctum „ meum in gaudium mihi: conſcidiſti „ ſaccum meum, & cinxiſti me lætitia.]

diximus. Neque enim abhorrent ab illorum conſideratione, ſed propinquam ac vicinam eis habent ſententiam. Siquidem & hæc pandunt myſterium Chriſti, & ignominiam eorum, quibus Synagoga Iudæorum in ipſum debacchata eſt, ob oculos ponunt. Modus autem peccatorum parum admodum diſcrepat. Nam in illis quidem Synagoga laborabat lepra, & immunda erat, multis ac variis erroribus ſeipſam corrumpens. In his verò ſermo noſter ſolius in Chriſtum debacchationis crimina deſcribit, itémque tumorem ſuperbiæ Iudæorum depingit, & è contrario manſuetudinem oſtendit eius, qui dicit: [Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.] Adhæc eius etiam qui iuſtè iudicat benignitatem commemorat, quique non in perpetuum neque infinita ira in peccatores ſæuiat, ſed qui ita vulnerat vt poſt plagam rurſum ſanet ſaluúmque faciat. Totus igitur eorum quæ hîc propoſita ſunt ſcopus in hiſce quæ ſummatim & paucis dixi, verſatur. Nunc autem particulatim ſingula eorum quæ dicta ſunt proſequentes, ſenſum qui in eis latet, eruemus, Deo oſtium ſermoni noſtro aperiente, qui & dicit ſperantibus in ſe: [Et dabo tibi theſauros abſconditos, & tenebris obrutos atque inuiſibiles aperiam tibi.] Contradixerunt itaque Aaron & Maria ſapienti Moſi propter Æthiopiſſam quam duxerat, & dixerunt; [Num Moſi ſoli locutus eſt Deus: An non & nobis locutus eſt?] Duobus hiſce nominibus Moſen incuſant: Primum, quòd Æthiopiſſam duxerat: deinde quòd ei Dominus ſoli locutus fuerat. In primo accuſant eum præuaricationis legis; in ſecundo, quòd non admodum magnificatus ſit, neque præter ceteros ſingularem acceperit gratiam: ſiquidem Deus viſus eſt & aliis loqui. Dicemus autem de his ordine, & primum locum tribuemus primæ accuſationi; ſicque iterum ea quæ in typis ſunt in ipſum transferemus Chriſtum. Duxit itaque Moſes primò vxorem, & coniugem ſibi ſociauit Madianitidem, filiam inquam Iethro; poſtea verò non paruo tempore interiecto, duxit Æthiopiſſam & alienigenam ac nigram. Atqui legiſlator apertè vetuerat, ne

Matt.11
Eſai.45
Nu.12

A προειρημένοις. τῆς γὰρ ἐν ἐκείνοις θεωρίας οὐ δίχα ἀπῴκισται, ἀδελφὴν δὲ ὥσπερ καὶ συμφυᾶ τὴν διάνοιαν ἔχει. κατάδηλον γὰρ καὶ αὐτὰ τὸ μυστήριον, καὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τὴν ἐφ' οἷς εἰς αὐτὸν πεπαρῴνηκεν ἀτιμίας εἰσφέρει. διαλλάττει δέ πως κατὰ μέρος βραχὺ τῶν πλημμελημάτων ὁ τρόπος. ἐλεπρᾶτο μὲν γὰρ ἐν ἐκείνοις ἡ συναγωγὴ, καὶ ἀκάθαρτος ἦν, πολλοῖς καὶ διαφόροις πλανήμασιν ἑαυτὴν καταφθείρουσα. ἐν B δὲ τούτοις, μόνης ἡμῖν τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας ὁ λόγος ἀναπλάττει τὰ ἐγκλήματα, καὶ τῆς μὲν Ἰουδαίων ἀλαζονείας διαγράφει τὸ φύσημα. κατασημαίνει δὲ τὴν πρᾳότητα τοῦ λέγοντος· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. πρὸς δὲ τούτοις ἔτι καὶ τὴν τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος εἰσκομίζει φιλανθρωπίαν μὴ μέχρι παντὸς, μηδὲ ἀπέραντόν τινα τὴν ὀργὴν τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπάγοντος· ἀλλὰ μετιόντος μετὰ τὸ πλῆξαι, σώζοντός τε καὶ ὑγιάζοντος. ὡς μὲν C οὖν ἐν κεφαλαίῳ ἐν ὀλίγοις εἰπεῖν ὅλως ἐν τούτοις ὁ τῶν προκειμένων διανένευκε σκοπός. διαλαβόντες δὲ ἀνὰ μέρος τῶν εἰρημένων ἕκαστον, τὸν ἐν αὐτοῖς λανθάνοντα διαπτύξωμεν νοῦν, θύραν τῷ λόγῳ διανοιγνύντος Θεοῦ τοῦ λέγοντος τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτόν· καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι. κατειρήκασι τοίνυν τοῦ πανσόφου Μωσέως Ἀαρών τε καὶ Μαριὰμ ἕνεκεν τῆς γυναικὸς τῆς Αἰθιο- D πίσσης, ἣν ἔλαβε, καὶ εἶπον, μὴ Μωσῇ μόνῳ ἐλάλησε κύριος; οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἐλάλησε; δύο ταῦτα τῆς κατὰ Μωσέως φλυαρίας τὰ ἐγκλήματα. πρῶτον μὲν, ὅτι γυναῖκά φημι τὴν Αἰθιόπισσαν ἔλαβε. πρὸς δὲ τούτῳ δεύτερον, τὸ εἰπεῖν μὴ Μωσῇ μόνῳ ἐλάλησε κύριος, οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἐλάλησεν. ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ παρανομίας ὑπομένει γραφήν· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, τὸ μὴ ἐν μεγάλοις σφόδρα τετάχθαι λέγεται, μή- E τε μὴν ἐξαίρετόν τινα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐσχηκέναι τὴν χάριν, εἴγε καὶ ἑτέροις ὁρᾶται λαλήσας Θεός. ἐροῦμεν δὲ κατὰ τάξιν, τῷ πρώτῳ κατηγορήματι τὸν πρῶτον ἀπονέμοντες λόγον. οὕτω τε πάλιν ἐντεῦθεν τὰ ἐκ τῶν τύπων εἰς αὐτὸν ἤδη μεταληψόμεθα τὸν Χριστόν. γυναῖκα μὲν τοίνυν ἠγάγετο καὶ πάλαι Μωσῆς, καὶ συνοικοῦσαν τὴν Μαδιανῖτιν ἐποιήσατο, τὴν Ἰοθὸρ θυγατέρα φημί. χρόνου δὲ περιπεσόντος οὐ μικροῦ τὴν Αἰθιόπισσαν ἐπεγάμει, καὶ ἀλλογενῆ καὶ μέλαιναν. καίτοι τοῦ νομοθέτου σαφῶς διαγορεύοντος, μὴ

ad oues perditas domus Iſrael.] Viden' quomodo illas poſuerit extra oues domus Iſraeliticæ? Ergo antequam repudiauit Iſraelitidem, hoc eſt, Synagogam, aliquo modo vxorem ſibi adiunxit nigram alienigenam, hoc eſt, Eccleſiam Gentium: idcirco cum Iudæis diſceptans aiebat: [Et alias oues habeo quæ non ſunt de hoc ouili: & has oportet me adducere, vocémque meam audient, & fiet vnum ouile & vnus paſtor.] Imò verò ibidem paulo pòſt vehementiùs arguens eos tanquam incredulos, quando ipſum apertè interrogabant, dicentes: [Si tu es Chriſtus, dic nobis liberè,] reſpondebat eis Ieſus: [Ego dixi vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtantur de me. Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.] Suas nunc oues appellat Gentes. Quod etiam Phariſæi indigniſſimè ferebant, atque aduerſus eum fremebant, tanquam amantem alienigenas, legémque diuinam nihili facientem. Atque ita cauillantes, dicebant: [Nónne rectè dicimus quòd Samaritanus ſis, & dæmonium habeas?] Niſi enim, inquiebant, ſaperes ea quæ ſunt Samaritanorum, atque eſſes Græcorum amans & alienigenarum, nunquam certè te in vniuerſum miſcuiſſes cum Gentibus. Et niſi quoque in te idem eſſet dæmonium quod eſt in Græcis. (Idololatras enim δαιμονῶντας propter diabolum, qui ipſos exagitabat, vocabant) non quidem certè ita vilipenderes legalium præceptorum tranſgreſſionem. Quamquam ea quæ per ipſum geſta ſunt, veriùs impletio legis ſint, quàm tranſgreſſio, iuxta illud quod ab eo dictum eſt: [Non veni ſoluere legem, ſed vt implerem.] Erat enim ipſius actio, literam ſolam ad veritatem traducere. In his quidem accuſationis nigræ verſutia, & hoc in Chriſtum malignitatis ſpecimen, vt Moſen deriuatur. Sed iam cognatum huic atque affine conuicium adducemus, eorum quæ dicuntur, ſententiam veluti ex typo rurſum ad veritatem transferentes [Non enim, inquit, ſoli Moſi locutus eſt Deus, ſed etiam nobis locutus eſt.] Sermo ex ſuperbia & vano tumore profectus. Oportebat enim omnino rectè ſentientes, non contendere vt ſe æquiparent illi qui meritò audiebat: [Noui te præ omnibus & gratiam inueniſti apud me;] ſed potiùs gratias

Ioan. 10. 16.

Ioan. 8. 48.

Matt. 5. 17.

Num. 12. 2.

Exo. 33. 12.

A πρὸς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα τοῦ οἴκου Ισραήλ. ὁρᾷς ὅπως ἔξωθεν τέθεικεν ἐκείνους τῶν προβάτων τοῦ οἴκου Ισραήλ; ἐκκοινοῦ οὔπω μὲν τὴν τῆς Ισραηλίτιδος ἀποφοιτήσας γάμων, τουτέστι, τῆς συναγωγῆς· ἔτι δέ πως αὐτῇ δοκῶν συνοικεῖν, ἐπεμνηστεύετο τρόπον τινὰ, καὶ ἐπεγάμει τὴν μέλαιναν τὴν ἀλλογενῆ, τουτέστι, τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν. διὰ τοῦτο καὶ πρὸς Ιουδαίους διαλεγόμενος ἔφασκε, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. δριμύτερον δέ πως καὶ ἐξελέγχων ὡς ἀπειθεῖς ὅτε διαῤῥήδην ἀπεπυνθάνοντο λέγοντες· εἰ σὺ εἶ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ. ἀπεκρίνατο αὖθις ὁ Ιησοῦς· εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε. τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ταῦτα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. ἀλλ' οὐ πιστεύετε, ὅτι οὐκ ἐστὲ ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν. ἴδια γὰρ ἤδη πρόβατα, τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀπεκάλει. ἐφ' ᾧ καὶ λίαν οἱ Ιουδαῖοι διαπριόμενοί τε καὶ χαλεπαίνοντες, ὡς ἀγαπῶντι μὲν τοὺς ἀλλογενεῖς, παρ' C οὐδὲν δὲ τὸ θεῖον ποιουμένῳ, νόμον ἐπισκώπτοντες ἔφασκον, οὐ καλῶς ἡμεῖς λέγομεν ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; εἰ μὴ γὰρ φασι τὰ Σαμαρειτῶν, εἰ μὴ φιλέλλην ἦσθα καὶ φιλαλλογενὴς, οὐκ ἂν ὅλως ἀνεμίχθης τοῖς ἐξ ἐθνῶν. καὶ εἰ μὴ τὸ ἐν Ελλησι δαιμόνιον ὑπῆρχεν ἐν σοί. δαιμονιῶντας γὰρ ἐκάλουν τοὺς εἰδωλολάτρας, διὰ τὸν ἐν αὐτοῖς ὄντα διάβολον, οὐκ ἂν ἐν τῷ μηδενὶ, φασὶν, ἐποιήσω λόγῳ τῶν νομικῶν ἐνταλμάτων τὴν παράβασιν. καὶ ὅτι μάλιστα D πλήρωσις μᾶλλόν ἐστι νόμου τὰ διὰ Χριστοῦ, καὶ οὐ παράβασις, κατὰ τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. ἦν γὰρ μόνου τοῦ γράμματος μετασκευὴ πρὸς ἀλήθειαν. ὁ μὲν οὖν ἐπὶ τῆς ἐπὶ τῇ μελαίνῃ κατηγορίας τρόπος ἐν τούτοις, καὶ ἡ τῆς ἐν Χριστῷ δυστροπίας εἰκὼν, ὡς ἐν τοῖς κατὰ Μωσέα ληφθήσεται, τὴν δὲ τούτῳ καὶ γείτονα καὶ ἀδελφὴν λοιδοE ρίαν εἰσοίσομεν ὡς ἐκ τύπου πάλιν ἐπὶ τὸ ἀληθὲς μεταστοιχειοῦντες τῶν λεγομένων τὸν νοῦν. οὐ γὰρ μόνῳ φησὶ τῷ Μωσῇ λελάληκε κύριος· ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἐλάλησεν. ἐξ ἀλαζονείας ὁ λόγος, ἐκ διακένου φυσήματος ἡ φωνή. χρῆναι γὰρ δή που φρονοῦντας ὀρθῶς μὴ πάντως εἰς ἴσον ἀναβαίνειν ἐπείγεσθαι μέτρον τῷ δικαίως ἀκούσαντι, οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὗρες παρ' ἐμοί· ἀμαλθῆναι μᾶλλον τὰ ἐφ' οἷς τετίμηνται χρῆν

σπεία, τὴν ἄνωθεν ὡρισμένην οὐχ ὑπερβαίνοντες τάξιν· οὔτε μὴν ἁρπάζοντας ἑαυτοῖς τὴν οὕτω δοθεῖσαν τιμήν. ὅπερ ἂν νοοῖτο δικαίως τῆς ἐσχάτης ἀλαζονείας οὐκ ἀμοιρεῖν. ἀλλ' ἐννόει πάλιν τὸν μὲν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, φανερὸν τοῖς Ἰουδαίοις καθιστῶντα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸν αὐτῷ καὶ μόνῳ φυσικῶς ἐγνωσμένον σκοπὸν, καὶ λέγοντα, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε· τί εἴπω καὶ τί λαλήσω. καὶ πάλιν· τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ, οὐκ ἔστιν ἐμὰ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με. εἶτα πρὸς τοῦτο πάλιν ἀποθρασύνεται [illegible] τοὺς ἀνόμους γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαίους, καὶ ἐπὶ τῷ λαλῆσαι πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν τὸν Θεὸν, οὐ μετρίως ἀπαυθαδιαζομένους, ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀπειθεῖν ἠρημένους. λέγουσι γάρ· ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. ὁρᾷς οὖν ὅπως διὰ τοῦ λέγειν ἐξεπίστασθαι λαλῆσαι τὸν Θεὸν Μωσῇ, μονονουχὶ γὰρ τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνό φασι καὶ σκληροτέροις ῥήμασι· μὴ Χριστῷ μόνῳ λελάληκεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ οὐχὶ τοῖς ἡμετέροις πατράσιν; ἐν δὲ τῷ ὄρει φασὶ τῷ Σινᾶ· καὶ ἤκουσε κύριος. καὶ ὁ ἄνθρωπος Μωσῆς πρᾶος σφόδρα παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλαζονείας ὡς ἔοικεν ἀφορμὴν τὴν Μωσέως ἐποιοῦντο πρᾳότητα Μαριάμ τε καὶ Ἀαρών. ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ καὶ σιωπῶντος ἐκείνου χαλεπαίνει Θεὸς, καὶ αὐτόκλητος ἐπὶ τὸ δικαίως ἀγανακτεῖν κατὰ τῶν ἐξυβρίσαι τετολμηκότων ἔρχεται τὴν ἐπὶ τῷ γνησίῳ λειτουργῷ καταφρόνησιν, εἰς αὐτὸν οἰκειούμενος. οὕτω νοήσεις καὶ ἐπὶ Χριστοῦ. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς ἐνούσης αὐτῷ πρᾳότητός τε καὶ φιλανθρωπίας προχειρότεροί πως εἰς καταφρόνησιν ἦσαν οἱ Φαρισαῖοι· ἀλλ' ἦν, ὡς ἔοικεν, ἀναμφισβητήτως ὁρᾶν, ὡς οὐ διαφεύξονται τὴν ἄνωθεν κίνησιν. ὡς γὰρ ὑβρισμένος ἐν υἱῷ, δυσφορήσειν ἔμελλεν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. εἶχε γὰρ γνῶσιν ἀδιδάκτως, καὶ διὰ θεοπρεποῦς γνώσεως, τοὺς ἐκ τῆς τῶν Φαρισαίων ὑπερηφανίας ἀποπτυσθέντας λόγους. εἶτα τούτοις ἐφεξῆς, καὶ εἶπε κύριος παραχρῆμα, φησὶ, πρὸς Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν, καὶ Μαριάμ, ἐξέλθετε ὑμεῖς οἱ τρεῖς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. καὶ κατέβη κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης, καὶ ἔστη ἐπὶ θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. ὑπεμφαίνει πάλιν ὁ λόγος, ὅτι παρέσται κριτὴς ὁ Θεὸς τῶν καταλαλούντων τοῦ Σω-

A agere pro iis quibus à Deo erant dotati, neque ordinem ſibi è ſupernis præſcriptum tranſcendere, aut ſibi rapere eum, qui ipſis à Deo datus non erat, honorem. Quod quidem optimo iure cenſeri poteſt extremâ arrogantiâ non carere. Cæterùm hîc rurſus mihi animaduerte Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Iudæis ob oculos ponentem ſcopum atque intentionem Dei ac Patris, ipſi ſoli naturaliter cognitam, dicendo: [A me ipſo non loquor, ſed B qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.] Et rurſus: [Verba quæ ego loquor, non ſunt mea, ſed eius qui miſit me.] Deinde cùm impii ſcribæ ac Phariſæi audacia efferrentur, atque immodicè de Patribus ſuis gloriarentur, quaſi hiſce ſolis Deus locutus fuiſſet, ea de cauſa factum fuit, vt in diffidentia perſeuerarint. Dicunt enim: [Nos ſcimus quòd Deus locutus ſit Moſi: hunc autem neſcimus vnde ſit.] Viden' quo pacto per C id quod dicunt ſe ſcire Deum locutum eſſe Moſi, tantùm non vetus illud dicunt, & quidem durioribus verbis; [Num Chriſto ſoli locutus eſt Deus?] An non patribus noſtris in monte, videlicet Sinai, aiunt, locutus eſt? Atqui audiuit Dominus. & [Moſes erat homo valdè manſuetus, præ omnibus hominibus qui ſunt in terra.] Maria & Aaron ex manſuetudine Moſis ſuperbiendi, vt videtur, occaſionem arripuerunt. Verum enimuero Deus etiam ipſo tacente offenditur, ac per ſe mouetur ad indi- D gnationem aduerſus eos, qui contumeliam inferre veriti non erant, & legitimi ſacrorum miniſtri contemptum ad ſeipſum transfert. Idem intelliges etiam in Chriſto factum eſſe. Nam propter inſitam illi manſuetudinem atque benignitatem Phariſæi procliuiores ad ipſius contemptum ferebantur. Sed certò deprehendi poterat, quòd diuinam vltionem non eſſent euaſuri. Deus enim & E Pater contumelia affectus in Filio iuſta ira incenderur. Nouit enim ea abſque magiſtro, & per diuinam notitiam, verba præ Phariſæorum arrogantiâ emiſſa audiuit. Sequitur deinde: [Et dixit Dominus confeſtim Moſi & Aaron ac Mariæ: Exite vos tres in tabernaculum teſtimonii. Et deſcendit Dominus in columna nubis, ſtetitque in porta tabernaculi teſtimonii.] Iterum ſubindicat hiſtoria, quod Dominus adfuturus ſit iudex eorum, qui Ser-

Ioan. 12. 49.

Ioan. 14. 10. & 24.

Ioan. 9. 29.

Nu. 12. 3.

uatori noſtro Chriſto contradicunt, quódque omnino venturus ſit ad exigendas pœnas de iis qui auſi ſunt contumeliis eum afficere, & ad æqualitatem honoris cum ipſo nefariè contendere. Iudicium autem hoc omnino fiet per Filium, cui perpetuò adeſt, qui ipſum genuit, iuxta illud: [Ego in Patre, & Pater in me.] (Ioan 10. 38.) Poſtquam autem ei qui iuſtè iudicat peccantes, adſtiterunt Maria & Aaron: [Audite, inquit, verba mea: Si fuerit vobis miſſus propheta à Domino, huic per viſionem innoteſcam, & per ſomnium loquar ei, nequaquam ſicut famulo meo Moſi, qui fidelis eſt in tota domo mea, cui ex ore ad os loquar in ſpecie, & non per ænigmata. Et gloriam Domini vidit.] Moſi excellentia hæc præ aliis in videndo Deum propter hoc reſeruata eſt, atque item quòd priuatim potuerit diuina audire oracula pulchrè teſtatum eſt. Hoc autem verius in Chriſto videas. Non enim ſicut in Prophetis locutus eſt Deus & Pater, ita & in Filio. Sed illis per Spiritum ſuggerebatur cognitio eorum quæ diſcenda erant; hic autem nouit non doctrinali modo Patris conſilia, vtpote ſapientia & conſilium genitoris. Adhæc beati Prophetæ contemplationẽ gloriæ Dei per ænigmata receperunt. [Deum enim nemo vidit vnquam:] ſed à ſolo ſuapte natura Filio videtur. atque ita vt hoc intelligatur diuinè. Huius rei teſtis eſt nobis ipſe Saluator, dicens: [Non quòd Patrem quis viderit vnquã, niſi qui eſt ex Deo, ille vidit Patrem.] (Ioa.6.17.) Quamobrem Iudæi non rectè, at impiè potiùs prætendentes Deum patribus ſuis locutum fuiſſe, aſpernabantur Chriſtum loquentem quæ ex Patre ſuo audiuerat. Nam quæ in monte Sinai dicta ſunt, vmbræ fuerunt & typi magis atque ænigmata, quæ parturiunt occultam quandam & parum manifeſtam mittendi cognitionem. Chriſtus autem per ſe verba Patris audit; ſi modò conuenit ob ineuitabilem intellectus inopiam etiam craſſius quid dicere. Infert præterea ſermo etiam magnam in Chriſto differentiam à reliquis omnibus. Ait enim: [In tota domo mea eſt fidelis.] (Nu.12.7.) An non enim per hoc particularem & præfinitam fuiſſe oſtendit adminiſtrationem legis & Prophetarum? generalem verò atque vniuerſalem eam quæ eſt per Chriſtum? Lex enim vnam duntaxat domum, Iſraeliticam nimirum,

A πρὸς ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ καταλύσεται πάντως ἐκ δίκης εἰς ὀργὴν τοῖς διαλοιδορεῖσθαι τετολμηκόσι καὶ φιλονεικῆσαι πρὸς ἰσοτιμίαν αὐτοῦ. δι᾽ υἱοῦ δὲ πάντως ἡ κρίσις, συνόντος δηλονότι ἀδιαστάτως τοῦ τεκόντος αὐτοῦ, κατὰ τό· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. ἐπειδὴ δὲ τῷ τὰ δίκαια κρίνοντι προσεστῶτες ἐφαίνοντο, Μαριάμ τε καὶ Ἀαρών· ἀκούσατε, φησὶ, τῶν λόγων μου. ἐὰν γένηται, φησὶ, προφήτης ὑμῶν τῷ κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτῷ γνω- B σθήσομαι, καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ, οὐχ οὕτως ὡς ὁ θεράπων μου Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι. στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ, ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι᾽ αἰνιγμάτων. καὶ τὴν δόξαν κυρίου εἶδε. Μωσῆς τὸ ἐξαίρετον, ἐν θεοπτίαις παρὰ τοὺς ἄλλους διὰ τούτου τετήρηται, καὶ τὸ ἐξηλλαγμένως δύνασθαι τῶν θείων παρακροᾶσθαι λόγων, ἐπεμαρτυρήθη καλῶς. τοῦτο δή αὖ ἴδοις ἀληθέστερον ἐπὶ Χριστῷ. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν προ- C φήταις ἐλάλησεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, οὕτω καὶ ἐν υἱῷ. ἀλλ᾽ οἱ μὲν οὖν διὰ τοῦ πνεύματος ἐχορηγοῦντο τὴν γνῶσιν ὧν ἔδει μαθεῖν. ὁ δὲ οἶδεν οὐ διδακτῶς τὰ ἐν πνεύματι βουλεύματα, ὡς σοφία καὶ βουλὴ τοῦ γεγεννηκότος. καὶ οἱ μὲν μακάριοι προφῆται τὴν δι᾽ αἰνιγμάτων ἐδέχοντο θεωρίαν τῆς δόξης αὐτοῦ. Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. θεωρεῖται δὲ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν υἱῷ. καὶ οὕτως ἂν νοοῖτο θεοπρεπῶς. καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ἡμῖν σωτὴρ γενήσεται, λέγων· οὐχ ὅτι τὸν πατέρα ἑώρακέ τις, εἰμὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ· οὗτος D ἑώρακε τὸν πατέρα. οὐκοῦν οὐκ εὐλόγως, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ δυσσεβῶς Ἰουδαῖοι τὸ λαλῆσαι τοῖς πατράσιν αὐτῶν τὸν Θεὸν προϊσχόμενοι, παρ᾽ οὐδὲν ἐποιοῦντο λέγοντα τὸν Χριστὸν, ὅπερ ἤκουσε παρὰ τοῦ πατρὸς, ταῦτα καὶ λαλεῖν. τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ ὄρει τῷ Σινᾶ, σκιαὶ καὶ τύποι εἰσὶ καὶ αἰνίγματα, κεκρυμμένην τινὰ καὶ οὐ σφόδρα E συμφανῆ τὴν τοῦ διαστελλομένου γνῶσιν ὠδίνοντα. Χριστὸς δὲ τῶν τοῦ πατρὸς ῥημάτων αὐτήκοος ἦν, εἰ δέ τι πρέποι διὰ τὴν τοῦ νοήματος ἀπαραίτητον χρείαν, καὶ σωματικώτερον εἰπεῖν. εἰσφέρει γε μὴν καὶ πολλὴν ὁ λόγος τὴν ἐπὶ Χριστῷ διαφορὰν, ὡς πρὸς ἅπαντας τοὺς ἑτέρους. ἐν ὅλῳ γὰρ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστιν. ἢ οὐχὶ διὰ τούτου μερικὴν μέν τινα καὶ συμμεμετρημένην τὴν οἰκονομίαν ἐπιδείκνυσι, τὴν διὰ νόμου καὶ προφητῶν; γενικὴν δὲ καὶ καθόλου τὴν διὰ Χριστοῦ; ὁ μὲν γὰρ νόμος ἕνα τὸν ἐξ Ἰσραὴλ ἔσωζεν

οἶκον· Χριστὸς δὲ οὐχ οὕτως, σύμπαντά τε τὸν κόσμον διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν, καὶ δι' αἵματος τοῦ ἰδίου ἀγοράζων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τῷ Θεῷ καὶ πατρί. διότι τοίνυν φησὶ, οὐκ ἐφοβήθητε καταλαλῆσαι κατὰ τοῦ θεράποντός μου Μωσῆ; τοιοῦτο γάρ ἐστι τὸ διὰ τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς ἀνοσίους Φαρισαίους καὶ πάλαι λαλούμενον διὰ τὰς ἐπὶ Χριστῷ φλυαρίας τε καὶ ἀθυρογλωττίας. ὑμεῖς δὲ προσάγετε ὧδε υἱοὶ ἄνομοι, σπέρμα μοιχῶν καὶ πόρνης. ἐν τίνι ἐνετρυφήσατε; καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν; καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν ὑμῶν; ὅλως γὰρ ὥσπερ τῇ θεομάχῳ γλώσσῃ τὰς ἡνίας χαλάσαντες οἱ Φαρισαῖοι δι' ἐσχατώτην τρόπον τινὰ τὴν δυσφημίαν ἐποιοῦντο τὰ Χριστοῦ, καὶ πρὸς ὑπερέβολον ἀλαζονείαν ἀναφυσώμενοι, τοὺς ἐξ ἀπονοίας ἐρεύγονται λόγους. οἷς καὶ λίαν ἐπαλγήσας ὁ μελῳδὸς, εἶπα, φησὶ, τοῖς παρανομοῦσι, μὴ παρανομεῖτε. καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, μὴ ὑψοῦτε κέρας, μὴ ἐπαίρεσθε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. παρηνόμουν γὰρ ὄντως ἐν ἥκιστα χρὴ δυσσεβῶς κατακρίνοντες, καὶ εἰς ὕψος τὸ κέρας ἐπαίροντες ἁλοῖεν ἄν, οὐ μόνῳ παραχωροῦντες Χριστῷ, τὸ εἰδέναι τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, καὶ αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ἐπίστασθαι τοῦτο διϊσχυριζόμενοι, διὰ τοῦ λέγειν, καθάπερ ἤδη προείρηται· ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἀπειθεῖν διὰ τοῦτο σπουδάζειν. καὶ ἀπέστη μὲν τῷ τηνικάδε τῆς τοῦ μαρτυρίου σκηνῆς ἡ νεφέλη. λεπρῶσα δὲ παραχρῆμα ἐφαίνετο Μαριὰμ, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς χιών. καὶ γὰρ ταῖς εἰς Χριστὸν παροινίαις, καὶ τοῖς ἀνοσίοις τῶν Ἰουδαίων τολμήμασιν ἐπαγανακτοῦσα, καὶ διαπενθοῦσα πικρῶς ἀνέπτη τρόπον τινὰ, καὶ ἀναπεφοίτηκε τῆς συναγωγῆς, ἡ θεία τε καὶ ἀκήρατος φύσις, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ Χριστοῦ· ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου. καταβεβηκὼς γὰρ ὁ κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης ὡς νεφέλη πάλιν ἀποφοιτᾷ, κατὰ τὸν ἐν γράμματι τύπον. ἐπειδὴ δὲ τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς εἰκότως ἀπενοσφίζετο, ἀκάθαρτος ἀνεδείχθη παραχρῆμα· καὶ ἀκάθαρτος οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς ἀκρότητα δραμοῦσα τοῦ πάθους. τὸ γὰρ σφόδρα καταλευκαίνεσθαι τὸν λεπρωθέντα λέγειν, τῆς νόσου τὴν ἐπίτασιν ἔχει. τί δ' ἂν γένοιτο χιόνος τὸ λευκότερον; ἦν γὰρ δὴ καὶ εἰκὸς, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον, καὶ ἀναμφιβόλως ἔχον τὸ ἐν πλοῦτι

A ſeruauit. Chriſtus verò non ita, ſed totum mundum per fidem in ſe & per ſanguinem proprium, ſicut ſcriptum eſt, redemit Deo ac Patri. Ideóque ait: [Non veremini obloqui ſeruo meo Moſi?] Eiuſmodi enim quid etiam olim per Prophetam dictum eſt ad impios Phariſæos ob petulantem atque effrenatam in Chriſtum linguam: [Vos autem accedite huc filii iniqui, ſemen mœchorum & fornicationis. Quid deliciamini? contra quem aperuiſtis os veſtrum? & aduerſus quem laxaſtis linguam

Nu.12.8.

Mal.4.4. Mat.17.4.

B veſtram?] Nam Phariſæi, totis quodammodo habenis impiiſſimæ linguæ in Deum laxatis, acerbiſſima in Chriſtum conuicia iaciebant, atque immenſa ſuperbia elati, verba euomebant ſcelerum & amentiæ plena: quibus neque immeritò condolens Pſalmiſta, [Dixi, ait, iniquè agentibus: Nolite iniquè agere. & peccantibus: Nolite exaltare cornu: veſtrum, neque in altum tollite cornu veſtrum, neque loquimini contra Deum iniuſtitiam.] Reuera enim ini-

Pſal.74.5.

C què in eum agebant, quem minimè debebant impiè damnantes, veréque deprehenſi ſunt cornu in altum tollere, cùm non concederent ſolum Filium ſcire Patris voluntatem; imò ſemetipſos magis eam ſcire aſſeuerent per hoc quod iam dictum eſt: [Nos ſcimus quòd Moſi locutus ſit Deus.] Atque ita fidem ei adhibere nolebant. Quocirca diſceſſit nubes à tabernaculo teſtimonii, & Maria ilico apparet leproſa, idque non ſimpliciter, ſed tanquam nix. Nam

Ioan.9.29.

D diuina atque immortalis natura ſuccenſens, ægréque ferens temeraria Iudæorum facinora debacchationeſque in Chriſtum, auolauit quodammodo, receſſitque à Synagoga, iuxta illud quod dictum eſt à Chriſto: [Reliqui domum meam, & deſerui hæreditatem meam,] quia cùm Dominus deſcendiſſet in columna nubis, iterum tanquam in columna

Hier.12.7.

E aſcendit ſecundùm typum literalem. Poſteaquam autem is à Synagoga Iudæorum eſt ſeparatus, continuò ipſa immunda ac potiùs immundiſſima reddita eſt. Nam ſi dicas, leproſum albeſcere, morbi intenſionem ſignificat. Ecquid verò albius eſſe poteſt niue? Conueniebat enim, aut potiùs neceſſarium erat, atque indubium, vt cum

vt cum multitudine Iudæorum qui cura Saluatoris exciderant, vbique malè ageretur. Indomita igitur & proterua Iudæorum turba meritò immunditia atque ignominia punitur: ſicut rectè à Sanctis dictum eſt ad Deum: [Imple facies eorum ignominia, & cognoſcant quòd nomen tibi, Dominus.] Porrò etſi Aaron ſimul accuſatus ſit, atque in eadem fuerit culpa, in qua Maria, vtiliter tamen non afficitur lepra. Quandoquidem ſacerdotium eſt res magna & pretioſa in conſpectu Domini. Ideóque Aaron effugit ſpeciem lepræ. Dolore tamen ob eam, quæ hoc morbo correpta eſt, affectus fuit iuxta illud quod dictum eſt à Deo: [Præcingite vos & plangite ſacerdotes: lamentamini qui inſeruitis altari. Introite, & dormite in ſaccis qui miniſtratis Deo, quia periit de domo Dei noſtri ſacrificium & libatio.] Aaron autem accedit dicens ſapienti Moſi: [Obſecro, Domine, ne imponas nobis peccatum, quia ignorauimus in quem peccauimus.] Qui enim ex genere Iſraelis ſunt, habitúque ſecundùm carnem à Synagoga Iudæorum non alieni, ſed declarati myſteriorum Dei diſpenſatores, hi oblaturi ſunt Deo preces pro iſtis qui ex ignorantia peccauerunt, quamquam ipſi initio ſimili culpæ fuerint obnoxii. Cæterùm quidem orant Chriſtum, ne ſimul in eos irruat ira Patris. cuiuſmodi fuit Paulus, ita dicens: [Fratres, voluntas bona cordis mei, & obſecratio ad Deum pro Iſraele eſt ad ſalutem.] Verùm qui hoc dixit erat diſpenſator myſteriorum Dei, atque ſacerdos diuini præconii, ſicut olim fuit Aaron. Clamante autem Moſe pro leproſa, & rogante vt ſanaretur, Deus veniæ dandæ ſuperſedet, ſed dicit: [Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & deinde ingrediatur.] Hæc hiſtoria nobis iterum velut in imagine oſtendit, quàm parata ſit diuina natura ad miſericordiam præſtandam, & ad propitiandum promptiſſima: at verò multitudine ſæpenumerò & magnitudine noſtrorum delictorum retardatur, & benignitatem erga reos differt. Hoc idem ſignificat mea quidem ſententia, quòd magnæ preces Sanctorum & ſupplicationes ad Deum factæ ſint pro Iſraele, cùm tamen fieri non poſſet vt pœnam effugeret,

Pſal.82.17 · Ioel.1.13. · Nu.12.11. · Rom.10.1. · Nu.12.14

A γενέσθαι κακῶν τινὰ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν τῆς τοῦ διασώζοντος ἀποπεσοῦσαν φροντίδος. ὁ μὲν οὖν ἀπίθανος τε καὶ φιλοσκώμμων τῶν ἀγελαίων ἐσμὸς, ἀκαθαρσίᾳ τε καὶ ἀτιμίᾳ κολάζεται, κατὰ τὸ παρὰ τῶν ἁγίων ὀρθῶς εἰρημένον πρὸς τὸν Θεόν· πλήρωσον τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας, καὶ γνώσωσιν ὅτι ὄνομά σοι, κύριος. συγκατηγορηθεὶς δὲ τῇ Μαριὰμ οὐ συλλεπροῦται χρησίμως ὁ Ἀαρὼν, καίτοι τὴν ἴσην ὑποφλήσας τῷ κρίνοντι δίκην. ἔντιμον γὰρ
B καὶ μέγα παρὰ Θεῷ τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα, ταύτῃ τοι τὸ ἐν λέπρᾳ φαίνεσθαι διαφυγὼν, λύπῃ μᾶλλον τῇ ὑπὲρ τῆς τοῦτο παθούσης ἐκολάζετο, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ Θεοῦ, περιζώσασθε καὶ κόπτεσθε οἱ ἱερεῖς, θρηνεῖτε οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ· εἰσέλθετε ἐν σάκκοις λειτουργοῦντες Θεῷ, ὅτι ἀπέλιπεν ἐξ οἴκου Θεοῦ ἡμῶν θυσία καὶ σπονδή. προσέρχεται δὲ λέγων τῷ πανσόφῳ Μωσῇ· δέομαι, κύριε, μὴ συνεπιθῇς ἡμῖν ἁμαρτίαν, διότι ἠγνοήκαμεν. οἱ γὰρ
C γένει μὲν ὄντες ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τῇ κατὰ σάρκα σχέσει τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς οὐκ ὄντες ἀλλότριοι, μυστηρίων δὲ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποδεδειγμένοι ταμίαι, τὰ ὑπὲρ τῶν ἐξ ἀγνοίας ἡμαρτηκότων ἀναφέρειν ἔμελλον προσευχάς· καίτοι συμπταίσαντες ἐν ἀρχῇ. μὴ συνεπιθέσθαι δὲ τῇ τοῦ πατρὸς ὀργῇ παρακαλοῦσι Χριστὸν, ὅπερ ἐποίει λέγων ὁ Παῦλος. ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν εἰς σωτηρίαν. ἀλλ' ἦν τοῦ-
D το λέγων, καὶ οἰκονόμος μυστηρίων Θεοῦ, καὶ ἱερουργὸς τοῦ θείου κηρύγματος· ὅπερ ἦν τότε καὶ ὁ Ἀαρών. βοῶντος δὲ τοῦ Μωσέως ὑπὲρ τῆς λελεπρωμένης, καὶ ἰάσασθαι παρακαλοῦντος αὐτὴν, ὑπερτίθεται τὸ συγγνῶναι Θεός· ἀφορισθήτω, λέγων, ἑπτὰ ἡμέρας ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται πάλιν· ἡμῖν ὡς ἐν εἰκόνι διαδεικνύντος τοῦ λόγου, ὅτι ταχεῖα μὲν εἰς ἔλεον, καὶ τρό-
E πον τινὰ πρὸς τὸ παρακαλεῖν ἑαυτὴν ἡ θεία φύσις ἑτοιμοτάτη. τῷ δὲ πλήθει πολλάκις ἢ τῷ μεγέθει τῶν ἡμετέρων πταισμάτων ἀποτραχύνεται, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἐνόχοις φιλανθρωπίαν ἀναδύεται. σημαίνει δὲ κἀκεῖνο, κατά γε τὸν ἡμέτερον νοῦν, ὅτι πολλὴ μὲν ἁγίων πρεσβεία ἀναβέβηκε πρὸς τὸν Θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ· οὐκ ἐνδεχομένου δὲ τοῦ μὴ κολασθήσεσθαι τρέπειν αὐτὸν,

οὐκ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι κατεγνωσμένον, διέτειρεν ἐπίσης τῆς δίκης τὸν ἔλεον. ὅτι δὲ πολλάκις διὰ τῶν ἡμετέρων πλημμελημάτων παροξύνεται Θεὸς, εἰς τὸ καὶ αὐτῆς ἔσθ᾽ ὅτε τῆς ὅτι μάλιστα φιλανθρωποτάτης αὐτοῦ γαληνότητος κατοκνεῖν τὴν ἐπίδειξιν, χαλεπὸν οὐδὲν καὶ διὰ τούτων ἰδεῖν. ἀπεκεκαλύπτετό τε διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ τὴν ἐσομένην κατὰ καιροὺς ἐν χώρᾳ τῇ τῶν Ἰουδαίων σφαγὴν· κατατρεχόντων αὐτὴν πολέμου νόμῳ τῶν Βαβυλωνίων. ἀλλ᾽ ὡς πολλῶν ἤδη πεσόντων τε καὶ ὁρωμένων νεκρῶν, πρὸς ἅγιον προφήτην φησὶν, οἴ μοι ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου, ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις· περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς· ἐὰν εὕρητε ἄνδρα, εἰ ἔστι ποιῶν κρίμα, καὶ ζητῶν πίστιν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτοῖς, λέγει κύριος. ὁρᾷς ἐν τούτοις ὠδίνοντα μὲν ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις αὐτὸν, καὶ προέχεσθαι μὲν ἐλεεῖν ἐθέλοντα τὴν Ἱερουσαλήμ· εἰργόμενον δέ που ἐφ᾽ ἑαυτοῦ μονονουχὶ, καὶ ἀνασειράζοντα τὴν θεοπρεπῆ γαληνότητα, διὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπερέχον, ζητοῦντα δ᾽ οὖν ὅμως τοῦ κατοικτείρειν τὰς ἀφορμὰς, καὶ ἐφ᾽ ἑνὶ θέλοντα καταλύειν τὰ ἐκ τῆς ὀργῆς. ἕνα γὰρ ἄνδρα τοὺς θέλοντας ἐπιδεικνύναι πιστὸν ἐν αὐτῇ διεπλάττετο. ἐκπέμπεται τοίνυν ἡ Μαριὰμ ἐπὶ τῇ λέπρᾳ κάτοχος. ἀλλ᾽ οὐκ ἐξῆρε, φησὶν, ὁ λαὸς, ἕως ἐκαθαρίσθη Μαριάμ. περιμένομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς οἱ πιστεύοντες εἰς Χριστὸν τὸν τῶν Ἰουδαίων καθαρισμὸν, δῆλον δὲ ὅτι τὸν διὰ πίστεως. οὕτω τε τὸ λοιπὸν τὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ καταλιπόντες σκηνὰς, ἐπὶ τὴν ἄνω πόλιν ἀναζεύξομεν, καὶ εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας ἀναδραμούμεθα γῆν. ἀληθεύει δὴ οὖν ὁ Σωτὴρ, ὅταν λέγῃ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· εἰ πιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. δι᾽ οὗ, καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

qui ob tanta peccata eſſet damnatus. Ideóque & Deus miſericordiam poſteriùs quàm pœnam adhibuit. Quòd autem ſæpenumerò Deus propter noſtra delicta exacerbetur atque irritetur, ita vt quamuis immenſa clementia ſit præditus, tamen eam interdum differat atque ſubducat, haud difficile eſt vel ex his ipſis videre. Nam cùm cædem Babyloniorum lege belli in Iudæos graſſantium, quæ ſuo tempore in regione Iudæorum futura erat, quondam per Spiritum Hieremiæ Prophetæ reuelaſſet, ac iam permulti occubuiſſent, mortuique paſſim conſpicerentur, tum ad ſanctum Prophetam ait: [Heu mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. Circumite vias Hieruſalem, & videte, & cognoſcite, & quærite in plateis ipſius an inueniatis virum, qui faciat iudicium, & quærat fidem, & propitius ero eis, dicit Dominus.] Vidéſne in his quanto afficiatur dolore propter occiſos, quamquam libenter vellet miſericordiam Hieroſolymis exercere? ſed tamen ab ipſis quodammodo claudit benignitatem ſibi inſitam, propter peccatorum molem propemodum eam retrahens atque auertens. Nihilominus tamen quærit occaſiones miſerendi, ita vt vel ob vnum iuſtum velit iram deponere. Iubebat enim circumeuntes vrbem vnum ſibi oſtendere iuſtum. Maria itaque emittitur ob lepram, qua erat infecta. Sed populus, ait, non eſt profectus, donec mundata eſſet Maria. Nam & nos qui credidimus in Chriſtum expectaturi ſumus Iudæorum purificationem, eam inquam, quæ eſt per fidem. Sic tandem tabernaculis huius vitæ derelictis ad ſupernam reuertemur ciuitatem, atque in terram veræ promiſſionis contendemus. Verè igitur dicit Saluator noſter, quando ait ad Iudæos: [Si crederetis Moſi, crederetis vtique & mihi. De me enim ille ſcripſit:] per quem & cum quo Deo & Patri gloria cum ſancto Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Hierem. 5.

Ioan. 5. 46.

Περὶ τῶν κατασκεψαμένων τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας.

De iis qui explorarunt terram promiſſionis.

ΕΞΑΙΡΕΤΟΣ μὲν ὁ κλῆρος τοῖς ἀγαπᾶν ᾑρημένοις τὸν τῶν ὅλων βασιλέα Θεόν.

EXIMIA certè hereditas eſt illis, qui totius vniuerſi regē Ieſum Chriſtū

diligere volunt. Siquidem poſſeſſio A bonorum mentem omnem excedentium illis parata eſt. Huius rei fidem facit B. propheta Eſaias ita dicens : Eſa.54.17 [Hereditas eſt colentibus Dominum] &.58.14. Et rurſus : [Confides in Dominum, & traducet te in terram bonam : & cibabit te hereditate Iacob patris tui. Os enim Domini hæc locutum eſt.] Vera igitur & firma omnino eſt promiſſio, vtpote quæ à veritate errare nequeat, nec poterit quenquam fallere os Domini, ſed quod promittit, certiſſimè B perficit. Cuius rei non ignarus Pſalmiſta ita alibi dicit : Pſal.15.5. [Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei : tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.] Sed quinam ſunt illi cultores Domini, ad quos adeò ampla & grata ventura ſit hereditas? Qui id quod Deo placet præſtare nituntur, & ad omnia laude digna fortiter contendunt, ac diligentiſſimè quemuis aduerſarium ſuperare laborant : idque non propriis viribus adſcribunt, ſuæque induſtriæ, C ſi quando victoriam obtineant, ac triumphum reportent. Sed gratiam è ſupernis veluti arma quædam præ ſe ferunt, habéntque huius vniuerſi Deum præſidem atque propugnatorem. Ita enim inſtructi atque ita animo affecti aiunt cum Dauide : Pſal.41.7 [Non in arcu meo ſperabo, neque gladius meus ſeruabit me. Tu enim liberaſti nos ab affligentibus nos, & qui oderunt nos confudiſti.] Bonos itaque ac fortes, quique ad credendum promptiores ſunt, Deus maximè inſignes efficit, D larga manu bona tribuens; eos verò qui turpiſſimis quibuſcumque vitiis laborant, & ad incredulitatem labuntur, abigit ab electorum grege, & ab omni re, quæ lætitiam adferre poſſit, ſemouet. Acclamabit autem animis iſtorum, & optimo quidem iure : Pſal.17.14. [Iſta eſt portio veſtra, portio vt non credatis mihi,] Iſtiuſmodi criminibus E populos Iudæorum obnoxios reperiemus. Vnde & ſpe exciderunt, atque exhæredes manſerunt; etiamſi hereditas ipſorum eſſet. Siquidem verum eſt quòd eorum ſint promiſſiones, iuxta vocem B. Pauli. At poſteaquam non crediderunt ei, qui ad ipſas promiſſiones vocauit, manſerunt exortes : &, quemadmodum Saluator noſter docuit, Mat.20. [Facti ſunt primi vltimi, & vltimi primi.] Quod ipſum nobis in veteribus literis prælignificatū eſt, quæ ſic habent:

A ἡτοίμασται δὲ αὐτοῖς τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν ἡ κτῆσις. καὶ πιστώσεται λέγων ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας· ἔστι κληρονομία τοῖς θεραπεύουσι κύριον. καὶ πάλιν, καὶ ἔσῃ πεποιθὼς ἐπὶ κύριον, καὶ ἀναβιβάσει σε ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς· καὶ ψωμιεῖ σε τὴν κληρονομίαν Ἰακὼβ τοῦ πατρός σου. τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. οὐκοῦν ἀληθὴς ἂν εἴη, καὶ ἐρρηδρασμένη πάντη τε καὶ πάντως ἡ ὑπόσχεσις. οὐ γὰρ ἂν ἁμάρτῃ τἀληθοῦς, οὐδ᾽ ἂν διαψεύσαιτό ποτε τὸ τοῦ Θεοῦ στόμα· ἀποπεραίνει B δὲ πάντως τὰ ἐπηγγελμένα. καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς οὕτω που φησί· κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου· σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν ἐμοί. τίνες οὖν ἄρα οἱ θεραπεύοντες τὸν κύριον, ἢ καὶ εἰς τίνας οὕτω λαμπρός τε καὶ ἀξιόληπτος καταντήσει κλῆρος; οἱ τὰ Θεῷ δοκοῦν ἀποπεραίνειν ἐσπουδακότες, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων ἀνδρικῶς διατείνειν εἰδότες, καὶ παντὸς ἐχθροῦ καταθλεῖν ἀοκνότατα προθέμενοι, καὶ οὐχ ὡς ἰδίαις δυνάμεσι, C ἤγουν εὐτεχνίαις ἐπιθαρσήσαντες, ἀλλ᾽ ὅπλον ὥσπερ τι περιφερόμενοι τὴν ἄνωθεν χάριν, παρεστηκότα τε, καὶ συναγωνίζοντα τὸν τῶν ὅλων ἔχοντες Θεόν. διατεθέντες γὰρ οὕτω, φασίν· οὐκ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατῄσχυνας. τοὺς μὲν ἀγαθοὺς καὶ εὐτολμοτάτους, καὶ εἰς τὸ χρῆναι πιστεύειν ἑτοιμοτέρους, ἐκπρεπεστάτους ἀποτελεῖ, πλουσίᾳ χει- D ρὶ διανέμων τὰ ἀγαθά· τοὺς δέ γε τὰ πάντων αἴσχιστα νοσεῖν ᾑρημένους εἰς τὸ ἀπειθὲς, ἀποβουκολήσει πάντως τῆς ἀπολέκτων ἀγέλης, καὶ παντὸς ἀποσοβήσει πράγματος κατευφραίνειν εἰδότος. ἐπιφωνήσει δὲ ὡς πρὸς ἑκάστων μάλιστα δικαίως· αὕτη ἡ μερίς σου, μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοί. τοιούτοις ὑπο- E πεπτωκότας ἐγκλήμασι τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους εὑρήσομεν. τοιγάρτοι διωλισθήκασι τῆς ἐλπίδος, καὶ ἀπόκληροι μεμενήκασι, καίτοι τῆς κληρονομίας οὔσης αὐτῶν. εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς αὐτῶν εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. ἐπειδὴ δὲ ἠπειθήκασι τῷ καλοῦντι πρὸς αὐτὰς, ἀμέτοχοι μεμενήκασι, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, γεγόνασιν οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι. καὶ τοῦτο δὲ πάλιν ἐξ αὐτῶν ἡμῖν τῶν ἀρχαιοτέρων προαναφωνεῖται γραμμάτων. ἔχει δὲ οὕτω·

A καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆρεν ὁ λαὸς ἐξ Ἀσηρὼθ, καὶ παρενέβαλεν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Φαράν. καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων· ἀπόστειλον σεαυτῷ ἄνδρας, καὶ κατασκεψάσθωσαν τὴν γῆν τῶν Χαναναίων, ἣν ἐγὼ δίδωμι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ εἰς κατάσχεσιν. ἄνδρα ἕνα κατὰ φυλὴν καὶ δήμους πατριῶν αὐτῶν ἐξαποστελεῖς αὐτούς, πάντα ἀρχηγὸν αὐτῶν. καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτοὺς Μωσῆς ἐκ τῆς ἐρήμου Φαρὰν διὰ φωνῆς κυρίου, πάντες ἄνδρες ἀρχηγοὶ υἱῶν Ἰσραήλ. B οὗτοι οἱ μὲν οὖν ἀπόλεκτοι τῶν φυλῶν ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν δυοκαίδεκα τῆς ὅλης πληθύος ἀπενοσφίζοντο. καὶ δὴ ἀνῄεσαν εὖ μάλα κατασκεψόμενοι πότερόν ποτε πίων ἢ λεπτόγεως ἡ χώρα, εὔβοτός τε καὶ ἀγαθὴ, καὶ γονιμωτάτη, ἤγουν ξηρά τε καὶ ἄκαρπος. ἢ ξύλων τροφὸς ἡμέρων, ἢ καρπῶν ὡραίων λαχοῦσα φύσιν, εἰ μὴ ἀμελέτητον ἔχει τὸ λήϊον δύνασθαι κομᾶν. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τίνες ἂν εἶεν οἱ κάτοικοι, πότερόν ποτε δεινοὶ πρὸς ἀλκὴν, καὶ καταγώνιστοι τὰ πολεμικὰ, καὶ C οὐ τοῖς τυχοῦσιν εὐήττητοι, ἤγουν τοῖς ἀνδρίζεσθαι μεμελετηκόσιν εὐκόλως ἁλώσιμοι. ὅσαι δὲ δὴ αὖ καὶ τίνες αἱ πόλεις, ἆρα ψιλαὶ καὶ ἀτείχιστοι, ἤγουν ἄριστα πεπυργωμέναι. προσετίθει δὲ ὁ Μωσῆς ὅτι καὶ αὐτῶν δεήσει τῶν καρπῶν ἀποδρεψαμένους οἱονεὶ πρὸς ἀπόδειξιν, ἐπανήκειν αὐτούς. ἀναβεβηκότες δὲ οὖν ἀποφαίνειν ἠπείγοντο τὸ κεκελευσμένον. ἐπιτηδείου δὲ ὄντος καιροῦ κατεσκέψαντό τε τὴν γῆν, καὶ δὴ καὶ βότρυν ἐπαναθέμενοι, χρῆμά τι παράδοξον D καὶ ἀσυνήθες, ἀληθές θαῦμά τε, καὶ ἅμα παρῆσαν ἀζήμιοι, καὶ ἐπανῆκον ἐπὶ Μωσέα. πλὴν ἐπεμερίζοντο ταῖς γνώμαις ἔτι. αἰνεῖν μὲν γὰρ ἠξίουν, καὶ ἀπήγγελον ἅπαντες, ὡς ἀγαθὴ καὶ πίων ἡ γῆ. καὶ τούτου μάρτυρα ἐπεκόμιζον τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα καρπόν· ἀλλ' οἱ μὲν θρασὺ τὸ ἔθνος τὸ ἐπ' αὐτῆς ὠνόμαζον εὐσθενές τε καὶ μαχιμώτατον, καὶ ταῖς τῶν πάντων ὑπεροψίαις ὀλίγα παραχωροῦν. E υἱοὺς γὰρ, φασὶ, γιγάντων ἑωράκαμεν ἐκεῖ· ὑψηλὸν δὲ οὕτω καὶ εὐμέγεθες, ὡς ἀκρίδων οἶμαί που διενεγκεῖν τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, εἰ τοῖς ἐκείνων ὑπεροχαῖς συγκρίνοιντο. Χάλεβ δὲ καὶ Ἰησοῦς ἔφασκον ἐναργῶς, ὡς ἀγαθή τε καὶ πίων ἡ γῆ. καὶ εἰ αἱρετίζει ἡμᾶς κύριος, εἰσάξει ἡμᾶς εἰς αὐτήν. περιέσονται δὲ ὅτι τῶν κατοικούντων Θεοῦ προασπίζοντος, διεβεβαιοῦντο πάλιν. ἐπεὶ δὲ τῶν τοιούτων ἠκροῶντο λόγων οἱ ἐξ Ἰσραὴλ,

[Poſt hæc diſceſſit populus ex Aſaroth, & poſuit tentoria in deſerto Pharan. locutúſque eſt Dominus ad Moſen, dicens: Mitte tibi ipſi viros vt explorent terram Chananæorum, quam ego dabo filiis Iſrael in poſſeſſionem, ſingulos de ſingulis tribubus per populos patrum ſuorum; hos mittes, nempe omnem principem ex ipſis. Et Moſes emiſit illos ex deſerto Pharan iuxta vocem Domini, omnes viros principes ex filiis Iſrael.] Num. 13. Viri igitur qui è tribubus delecti ſunt numero duodecim à reliqua multitudine ſeparati ſunt, aſcenderúntque exploraturi vtrùm regio eſſet pinguis, an parum ferax, paſcuoſa, bona, & fertilis, an arida & ſterilis. Item an eſſet ferax arborum domeſticarum, & tempeſtiuos fructus produceret, atque ſi culta eſſet fœcunda ſegetibus. Præterea quales haberet incolas, vtrùm robore inſignes & bellicoſos bellóque inſuperabiles, an poſſent facilè ab iis qui forti animo præditi eſſent expugnari. Præterea quantæ & quales in ea eſſent vrbes, nudæne & ſine mœnibus, an turribus munitæ. Iniungebat autem Moſes, vt, ſi liceret, de fructibus aliquid decerptum ad confirmationem rei reuertentes ſecum adferrent. Ingreſſi itaque iter, vt dixi, nitebantur præſtare ea quæ imperata erant. Opportuno autem tempore oblato, explorarunt terram, botrúmque ſecum attulerunt, rem profectò admirabilem, & ſpectaculum miraculúmque verum, illæſique reuerſi ſunt ad Moſen. Cæterùm ſententiis diſſidebant. Nam omnes vno ore prædicabant, & renuntiabant, quòd terra bona & pinguis eſſet, atque in huius rei teſtimonium exhibebant fructum quem ex illa attulerant: at nonnulli eorum appellabant gentem illius regionis, animoſam atque robuſtam, adeóque bellicoſam, vt nemini facilè cederet præ ſuo faſtu. Filios enim, aiebant, gigantum vidimus ibi; genus hominum procerum adeò & grande, vt filii Iſrael ſicut locuſtæ viderentur, ſi quidem cum iſtorum compararentur proceritate. Chaleb autem & Ioſua palàm ac liberè dicebant, quòd bona atque pinguis foret terra. Vtinam eligeret nos Deus, quos in illam introduceret! Superabuntur qui eam incolunt, Deo pro nobis dimicante, iterum atque iterum affirmabant. Vulgus autem promiſcuum Iſraelitarum,

auditis his verbis in obliuionem Dei A traduᶜi, ſignorúmque in Ægypto editorum immemores valdè extimuerunt, tardioréſque ad pugnandum effecti prælium inire recuſarunt, neque ampliùs amant promiſſa, aut de auxiliatrice manu cogitant, quæ omnia ſuperat, & à nemine poteſt ſuperari: at potiùs pueriliter plorat, trepidéque exſpectat hoſtilibus gladiis vxores ſuas, quæque ipſis chariſſima erant, abſumptum iri. Neque verò dicere veriti ſunt, gratiorem ipſi futuram fuiſſe ſeruitutem Ægyptiacam, B ipſiúſque iugum leuius. Vtinam ad Ægyptios nobis reuerti liceret! lachrymantes dicebant; Ioſuam autem & Chaleb, qui ad fortitudinem eos excitabant, puluerem, vt aiunt, ſuffundentes, lapidare conabantur. Cùm itaque res eò calamitatis deueniſſet, apparuit, ait, gloria Domini in nube in tabernaculo teſtimonii; coram omnibus filiis Iſrael, ſtatuens omnes è veſtigio diſperdere. Sed Moſe procidente atque obſecrante iterum ignoſcit. [Dixit enim, inquit, Dominus C

Num. 14. 20. „ ad Moſen, Propitius eis ſum ſecundùm verbum tuum. Sed viuo ego, & „ vita eſt nomen meum, implebitque „ gloria Domini vniuerſam terram. „ Quandoquidem omnes vident glo- „ riam meam, & ſigna quæ ego feci in „ Ægypto, & in hoc deſerto, atque „ tentauerunt me nunc ecce decies, ne- „ que audiuerunt vocem meam. Ideó-

Deut. 1. 35. „ que non videbunt terram, quam iu- „ raui patribus eorum; ſed filii tantùm, „ qui hîc mecum ſunt, qui nec bonum „ ſciunt nec malum. Omni iuniori in- D „ experto terram hanc dabo. Iſti au- „ tem omnes qui me exacerbauerunt, „ non videbunt ipſam, ſed ſeruus meus „ Chaleb, quoniam in ipſo fuit alius

Ioſu. 14. 16. „ ſpiritus, méque eſt ſecutus, idcirco „ introducam ipſum in terram, in quam „ ingreſſus eſt, atque ſemen eius hære- „ ditabit ipſam.] Obſerua itaque quàm grauе ſit apud Deum incredulitatis crimen. Ob hoc & grauem neceſſe eſt E pœnam ſuſtineant, qui hoc vitio laborant. Ita verò Iſraelem affectum fuiſſe reperiemus, ſi veteribus ſcriptis noua conferamus, & vmbris accidentem veritatem reuelemus. Nam Moſes cohortatur, vt irent luſtraturi terram promiſſionis delecti ex cunctis tribubus. Poſtquam autem eò venerunt, & reuerſi ſunt,

A ἡ πολλή τε καὶ ἀγελαία πληθύς, εὐθὺς εἰς λήθην ὑπενεχθεῖσα Θεοῦ, καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ σημείων ἀμνημονήσασα, πολὺ τὸ δεῖμα νοσεῖ, ὀκνεῖ πρὸς τὴν μάχην, ἀπέφηνε τὴν ἀντίστασιν, ἐρᾷ δὲ οὐκέτι τῶν ἐπηγγελμένων. οὐ τὴν τοῦ βοηθοῦντος διενοεῖτο χεῖρα τὴν παντουργόν τε καὶ ἄμαχον, κατοιμώζει δὲ μειρακιωδῶς, καὶ αὐτίκα δὴ μάλα, γυναίοις τε ὁμοῦ καὶ φιλτάτοις τῶν πολεμίων ξίφεσι διαπεμφθήσεσθαι προσεδόκα. καὶ δὴ καὶ φάναι τετολμήκασιν, ὡς ἦν ἀμείνων δητεία αὖθις ἡ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸ τῆς δουλείας ἄχθος B εὐφορητότερον. ὑπονοστῆσαί τε ὅτι δέοιτο πρὸς Αἰγυπτίους δακρυρροοῦντες ἔφασκον· παραθήγοντας πρὸς ἀνδρείαν τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἰησοῦν καὶ Χάλεβ, καὶ χοῦν καταπασσομένους καταλιθοῦν ἐπεχείρουν. ἡκόντων δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο λοιπὸν ἀθλιότητος τῶν πραγμάτων ὤφθη, φησὶ, δόξα κυρίου ἐν νεφέλῃ ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἐν πᾶσι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ διολλύναι μὲν ἅπαντας ἀμελητὶ διεσκέπτετο. παραιτουμένου δὲ καὶ ἐκλιπαροῦντος Μωσέως, C κατεμειλίχθη μόλις. εἶπε γὰρ, φησὶ, κύριος πρὸς Μωσῆν· ἵλεως αὐτοῖς εἰμὶ κατὰ τὸ ῥῆμά σου. ἀλλὰ ζῶ ἐγὼ, καὶ ζῶν τὸ ὄνομά μου. καὶ ἐμπλήσει ἡ δόξα κυρίου πᾶσαν τὴν γῆν. ὅτι πάντες οἱ ἄνδρες οἱ ὁρῶντες τὴν δόξαν μου, καὶ τὰ σημεῖα ἃ ἐγὼ ἐποίησα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ, καὶ ἐπείρασάν με τοῦτο δέκατον, καὶ οὐκ εἰσήκουσάν μου τῆς φωνῆς. ἦ μὴν οὐκ ὄψονται τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἢ τὰ τέκνα αὐτῶν, ἅ ἐστι μετ᾽ D ἐμοῦ ὧδε· ὅσοι οὐκ οἴδασιν ἀγαθὸν ἢ κακόν. πᾶς νεώτερος ἄπειρος, τούτοις δώσω τὴν γῆν. πάντες δὲ οἱ παροξύναντές με, οὐκ ὄψονται αὐτήν· ὁ δὲ παῖς μου Χάλεβ, ὅτι ἐγενήθη πνεῦμα ἕτερον ἐν αὐτῷ, καὶ ἐπηκολούθησέ μοι· εἰσάξω αὐτὸν εἰς τὴν γῆν εἰς ἣν εἰσῆλθεν ἐκεῖ, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει αὐτήν. ἄθρει δὲ οὖν, ὅτι παγχάλεπα μὲν παρὰ Θεῷ E τῆς ἀπιστίας τὰ ἐγκλήματα. δύσοιστον δὲ τὴν ζημίαν ὑπομένειν ἀνάγκη τοὺς ὑπ᾽ αὐτὴν γεγονότας. τοῦτό τοι παθόντα τὸν Ἰσραὴλ εὑρήσομεν, τοῖς ἀρχαιοτέροις γράμμασι τὰ νέα συμβάλλοντες, καὶ συμβαίνουσαν ταῖς σκιαῖς ἀποφαίνοντες τὴν ἀλήθειαν. προστρέπει μὲν γὰρ Μωσῆς ἰέναι κατασκεψομένους εὖ μάλα τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν τοὺς ἐξηλεγμένους ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν. ἐπειδὴ δὲ ἧκον, καὶ ἤδη ἀφίκοντο,

Per figuras itaque & vmbras tantùm non præinſtruit Moſes, aut alioqui legalium ſcriptorum vis eruditiores, & electa quodammodo mente præditos ad exactam conſiderationem promiſſorum à Deo. Poſteaquam autem illis qui volunt tam eximia & glorioſa bona aſſequi, non eſt pugna contra ſanguinem & carnem,
Ephes. 6. 12. „ [ſed aduerſus principatus & poteſta-
„ tes, rectoréſque mundi & huius ſæculi,] ſicut ſcriptum eſt: ideo qui carnaliter ſapiunt, tergiuerſantur ac refugiunt pugnam, vtpote qui temporarias & perituras delicias ſæculi æternis anteponant. Vide autem quo modo Iſraelitæ propter vxores & liberos ſurſum ac deorſum contradicant monitis electorum, in tantum timoris ac puſillanimitatis prolapſi. Conſidera item mecum eos, qui tempore aduentus omnium noſtrum Saluatoris Chriſti principium ſuorum vocibus fidei iacturam fecerint. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus regnum cælorum credentibus eſt largitus. Cæterùm vocauit ad fortitudinem, ſpiritualem nimirum. Quòd enim illos qui ipſi confiſi ſunt, deceat tyrannidem diaboli fortiter ſuperare, hortatur dicens:
Luc 10. 19. „ [Ecce dedi vobis poteſtatem
„ calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones,
„ atque ſuper omnem poteſtatem ini-
„ mici.] Iſti autem nolebant credere, anteponentes dilectioni Dei corporalia. Vocati enim ad nuptias cœperunt ſimul omnes ſeſe excuſare. Et quidam
Luc 14. 18. „ dicebat: [Agrum emi, quidam verò,
„ Vxorem duxi, nec poſſum venire.] Vides affinitatem affectuum & morborum cognationem? Ergo Scribæ ac Phariſæi obloquuntur quodammodo promiſſioni Dei, vtpote qui nolint eam adire, neque etiam alios ſinant.
Mat. 23. 10 „ Hinc & meritò audiuerunt: [Væ vo-
„ bis legiſperitis, quia tuliſtis clauem
„ cognitionis: ipſi non introiſtis, & in-
„ troituros prohibuiſtis.] Perierunt enim præfectorum verbis populi ſubditi. Ita
Hiere. 10. 21 „ alibi ait Deus per Prophetam: [Pa-
„ ſtores delirarunt, nec quæſiuerunt
„ Dominum: ideo non intellexit totus
„ grex, & diſperſi ſunt.] Vnde & magna Iudæorum multitudo excidit à promiſſione, Chriſtique gratia priuata eſt. Verumtamen reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, idque haud abſque Chriſto. Huius autẽ rei typus admodũ manifeſtus eſſe poteſt Chaleb filius Iephone,

Tomus primus.

A ἐκεῖνοι διὰ τύπου καὶ σκιᾶς μονονουχὶ προαπαγγέλλει Μωσῆς, ἤτοι τῶν νομικῶν γραμμάτων ἡ δύναμις, τοὺς εὐμαθεστέρους καὶ οἱονεί πως ἐξειλεγμένον ἔχοντας τὸν νοῦν, εἰς κατάσκεψιν ἀκριβῆ τῶν ἐπηγγελμένων παρὰ Θεοῦ. ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐθέλουσι τυχεῖν τῶν οὕτω σεπτῶν καὶ εὐκλεεστάτων ἀγαθῶν, οὐ πρὸς αἷμά τε καὶ σάρκα ἡ πάλη· πρὸς ἀρχὰς δὲ μᾶλλον καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ αἰῶνος τούτου κατὰ τὸ γεγραμμένον· κατοκνοῦσι τὴν μάχην οἱ φρο-
B νοῦντες τὰ τῆς σαρκός· οἱ τὰ πρόσκαιρά τε καὶ ἀπολλύμενα τῆς εἰς αἰῶνα τρυφῆς προτετιμηκότες. ἄθρει γὰρ ὅτι καὶ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, γυναικῶν τε πέρι καὶ τέκνων ἄνω τε καὶ κάτω λέγουσι ταῖς τῶν ἀπολέκτων φωναῖς εἰς τοσοῦτο δειλίας τε καὶ ἀθλιότητος κατενηνεγμένοι. ἐννόει δὲ καὶ τοὺς ἐν καιρῷ τῆς ἐπιδημίας τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ ταῖς τῶν Ἰουδαίων φωναῖς ζημιουμένους τὴν πίστιν. ὁ μὲν γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν τοῖς πιστεύουσιν ἐχα-
C ρίζετο. πλὴν ἐκάλει πρὸς εὐτολμίαν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν πνευματικήν. καὶ ὅτι πρέποι τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας καταθλεῖν εὖ μάλα τοὺς ἐπ' αὐτῷ πεποιθότας διεκελεύετο λέγων. ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. οἱ δὲ πιστεύειν οὐκ ἤθελον, τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης προτιθέντες τὰ σωματικά. κεκλημένοι γὰρ εἰς τοὺς γάμους, ἤρξαντο φησὶν, ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες. καὶ ὁ μὲν ἔφασκεν· ἀγρὸν ἠγό-
D ρασα· ὁ δὲ, γυναῖκα ἔγημα, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. ὁρᾷς ἀδελφότητα παθῶν; ὁρᾷς συγγένειαν νοσημάτων; ἐκεῖνοι οἱ μὲν γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι καταγορεύουσι τρόπον τινὰ διὰ τοῦ μὴ βούλεσθαι βαδίζειν εἰς αὐτὴν, τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, μήτε μὴν ἑτέρους ἐᾶν. τοιγάρτοι καὶ ἤκουον· οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς. ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως. αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε. ἀπολώ-
E λασι γὰρ ταῖς τῶν ἡγουμένων φωναῖς οἱ ὑπὸ χεῖρα λαοί. οὕτω που διὰ φωνῆς προφήτου, φησὶν ὁ Θεός· ὅτι οἱ ποιμένες ἠφρονήσαντο, καὶ τὸν κύριον οὐκ ἐζήτησαν· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν. τοιγάρτοι καὶ ἡ πολλὴ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς ἀπώλισθε μὲν τῆς ἐπαγγελίας, ἀμέτοχος δὲ τῆς διὰ Χριστοῦ χάριτος γέγονε. πλὴν σέσωσται τὸ κατάλειμμα διὰ Χριστοῦ. τύπος δ' ἂν εἴη καὶ τοῦδε σαφὴς ὁ Χάλεβ υἱὸς Ἰεφονῆ,

καὶ μέντοι καὶ Ἰησοῦς· οἳ μυρία μὲν ὅσα προσεπεφώνουν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, παραθήγοντες εἰς ἀνδρείαν, καλήν τε καὶ ἀξιόληπτον τὴν γῆν ὀνομάζοντες, καὶ ὅτι κρατήσουσι τῶν ἐθνῶν ἀνακεκραγότες. ἀλλὰ μικροῦ διαλώλασι. εἶπε γάρ, φησί, πᾶσα ἡ συναγωγή, καταλιθοβολῆσαι αὐτούς. πλὴν δὲ τεθέαται καὶ κληρονόμοι παρὰ Θεοῦ. τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ Χάλεβ, σαφηνιεῖ τὸ ὄνομα. διερμηνεύεται γάρ, πᾶσα καρδία· Ἰεφονῆ δὲ πάλιν, ἡ ἐπιστροφή. οὐκοῦν οἱ τελείαν ἔχοντες μετὰ Θεοῦ τὴν καρδίαν, υἱοὶ τῆς ἐπιστροφῆς σὺν τοῖς Ἰησοῦ. εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν, οἱ πεπιστευκότες, καὶ ὡς ἐν ἀπαρχῇ νοούμενοι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οἳ κεκλήκασι τὸν Ἰσραήλ· καὶ ἐν αὐτοῖς ἂν νοοῖτο τὸ κατάλειμμα. καὶ καλοῦντες κεκινδυνεύκασι. πλὴν τῆς ἁγίας γῆς τεθέαται κληρονόμοι. ὅτι γὰρ πάσῃ ὥσπερ ἤτοι τελείαν ἐσχήκασι μετὰ Θεοῦ τὴν καρδίαν οἱ υἱοὶ τῆς ἐπιστροφῆς, τουτέστιν, οἱ ἐπιστρέψαντες ἐκ τῶν νομικῶν ἐνταλμάτων ἐπὶ τὴν διὰ πίστεως λατρείαν τε καὶ χάριν, ἀναμάθοι τις ἂν Παύλου γράφοντος ἐναργῶς· σκύβαλα μὲν ἡγεῖτο τὰ ἐν νόμῳ, καὶ καταλογίσαιτο ζημίαν διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ ἵνα αὐτὸν κερδάνῃ, καὶ τὴν αὐτοῦ δικαίωσιν ἔχῃ. ὅτι τοίνυν ἀπολισθήσει μὲν τῆς ἐπαγγελίας ὁ Ἰσραήλ, ἀπολεῖται δὲ οὐκ εἰσάπαν, ἀλλ' ὡς ἐν ὀλίγῃ μοίρᾳ σωθήσεται. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐστι τὸ κατάλειμμα. συνήσεις εὖ μάλα, καθάπερ ἤδη προέφην· εἰσκομιζόμενον βλέπων ἐξ ἐπαγγελίας Θεοῦ τὸν Χάλεβ, συνεζευγμένου τρόπον τινά, καὶ παραθέοντος τοῦ σώζοντος. ἑρμηνεύεται γὰρ ὧδε Ἰησοῦς. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος ἄγγελος Γαβριὴλ αὐτὸς ἦν ὅτε τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς εὐηγγελίζετο τρόπον· μὴ φοβοῦ φησὶ Μαριάμ, εὗρες γὰρ παρὰ Θεῷ χάριν. καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. μόνον οὖν ἄρα τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τὸ κατάλειμμα κεκληρονόμηκε τὰς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς γῆν εἰσέβη τὴν ἱεράν. ὁ μὲν οὖν πολλοῦ γε καὶ δεῖ. συνήλασι δὲ ὥσπερ αὐτῷ ὁ νέος τε καὶ ἐν πίστει λαός. ὑπισχνεῖτο γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς συνεισκομιεῖν τῷ Χάλεβ πᾶν παιδίον νέον. τοῦτο καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν Δαβὶδ ὑπεσήμαινε λέγων περὶ τῆς τῶν ἁγίων κληρονομίας· γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν· καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν κύριον. οὐ γὰρ τοῖς ἐν νόμῳ παιδαγωγουμένοις,

A & Ioſua: qui quidem multifariam occlamabant filiis Iſrael, excitantes ad fortitudinem, bonámque & fructuoſam terram appellantes, quódque triumphum de hoſtibus laturi eſſent, magna voce cohortantes. Sed parum abfuit, quin ab iis interempti fuerint. Conſenſit enim, ait, tota Synagoga, vt lapidibus obruerentur. Cęterùm decreti ſunt heredes à Deo. Quis igitur ſit *Chaleb*, nomen ipſum declarabit. Significat enim omne cor: *Iephone* autem conuer- B ſio. Ergo qui habent cor cum Deo perfectum, hi ſunt filii conuerſionis, quibuſcum eſt Ieſus. Hi autem rurſus fuerunt illi, qui crediderunt Apoſtolis, qui vocarunt Iſraelem, ac veluti in principio intellecti ſunt. Atque ita in his intelligi poſſunt reliquiæ. Apoſtoli enim vocantes Iudæos periclitati fuerunt: cæterùm terræ ſanctæ conſtituti ſunt heredes. Porro quòd totum quodammodo ſiue perfectum cum Deo cor ha- C buerint filii conuerſionis, hoc eſt, qui ſe conuerterunt à mandatis legalibus ad cultum per fidem & ad gratiam, didicerit quòd ſtercus reputauerit ea quę ſunt in mundo, & iudicauerit damna præ excellenti cognitione Chriſti, vt hunc lucrifaceret, & iuſtitiam quæ eſt per ipſum conſequeretur. Quòd igitur Iſrael promiſſione exciderit, neque tamen in vniuerſum perierit, ſed ex parte quamuis exigua ſit ſaluatus (id enim ſignificat reliquiæ) intelliges haud obſcurè, vt iã D dixi, cùm videas Chaleb ex promiſſione Dei in eam introductum, adiuncto quodammodo, & cõcurrente Ieſu ſaluante. Id enim ſignificat Ieſus. Vnde & diuinus angelus Gabriel ita dixit, cùm ſanctæ Virgini annuntiauit modum Incarnationis Vnigeniti: [Ne timeas, Maria. Inueniſti enim gratiam apud Deum: & ecce concipies in vtero, & paries filium, vocabiſque nomen eius Ieſum. Hic enim erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur.] Solæ igitur Iudaicæ Synago- E gæ reliquię hæreditarunt promiſſiones, terrámque ſanctam ſunt ingreſſæ. Longè verò ipſe abeſt. Siquidem & nouus ac fidelis populus vnà cũ illis quodãmodo in eam irruit. Nam Deus huius vniuerſi promittit Chaleb, quòd ſimul cum eo introducturus ſit omnem prolem iuuenem. Idem nobis & D. Dauid ſubindicauit, vbi dicit de Sanctorũ hæreditate: [Scribatur ipſa in generatione altera. Populus qui creabitur laudabit Dominũ.] Non enim illis qui in lege inſtituti,

Luc. 1. 30

Pſal. 101. 19.

ſed alteri generationi hæreditas eſt reſeruata. Ecquæ eſt iſta *altera generatio?* Nouus, vt dixi, & fidelis populus. In Chriſto enim creati ſumus ad vitæ nouitatem, exuti veterem hominem, vnà cum affectibus & cõcupiſcentiis. Chriſtus autem dicitur duos populos in vnũ hominem condere, cùm faciat pacem, & recõciliet ambos in vno ſpiritu apud Patrem. Quocirca infantes qui introducuntur in terram ſanctam cum Chaleb, typus eſſe poſſunt noui populi. De his infantibus diuinus diſcipulus ſcribit his

1.Pet.2.2. verbis: [Quaſi modò geniti infantes illud rationabile & doli neſcium lac appetite, vt in ipſo ſuccreſcatis in ſalutẽ; ſiquidem deguſtaſtis, quàm benignus ſit Dominus.] Quòd autem etiam D. Paulus hoc pacto intelligens ea quæ in lege ſunt, typum qui in literis continetur, ad veritatem transferat, clarè deprehendes ex iis quæ ſcripſit ad He-

Heb.3.7. Pſal.94.8 bræos: [Propterea, inquiens, ſicut dicit Spiritus ſanctus, Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt me, & viderunt opera mea. Quadraginta annis offenſus fui generationi huic, & dixi; Semper hi errant corde. Ipſi autem non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, & nõ introibunt in requiem meam.] Vt autem & nos iſtam execrabilem perfidiam propellentes, ac quàm longiſſimè ab animabus noſtris remouentes heredes promiſſionis reperiamur, ibidem nos affatur Apoſtolus, di-

Heb.3.12. cens: [Videte, fratres, ne quando ſit in vllo veſtrûm cor prauum ex incredulitate, vt deficiatis à Deo viuente: ſed cohortamini voſmetipſos ſingulis diebus, donec ipſum (hodie) nominetur, vt nullus inter vos obduretur deceptione peccati. Participes enim facti ſumus Chriſti, ſi modò principiũ ſubſtãtiæ eius vſque ad finem firmũ retinuerimus, donec dicatur: Hodie ſi vocem eius audieritis, ne obduretis corda veſtra, ſicut in exacerbatione. Nam quidã audientes, exacerbati sũt, ſed nõ omnes qui egreſſi ſunt ex Ægypto per Moſen. Sed quibus, obſecro, offenſus eſt per 40. annos? Nónne iſtis qui peccauerãt, quorũ mẽbra ceciderũt in deſerto? Quibus item iurauit, non ingreſſuros in requiẽ ſuam, niſi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quòd propter perfidiã nõ potuerint intrare.] Nam quòd eorũ inobedientia,

A ἀλλ' εἰς γενεὰν ἑτέραν ὁ κλῆρος τετήρηται. καὶ τίς ἡ ἑτέρα γενεά; ὁ νέος, ὡς ἔφην, καὶ ὁ πιστὸς λαός. ἐκτίσμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ πρὸς καινότητα ζωῆς, ἀποδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. κτίσαι γὰρ λέγεται τοὺς δύο λαοὺς ὁ Χριστὸς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα. οὐκοῦν εἰς τύπον ἂν εἶεν τοῦ νέου λαοῦ τὰ καὶ αὐτῷ τῷ Χάλεβ συνεισκομιζόμε-

B να βρέφη. οἷς καὶ ὁ θεσπέσιος μαθητὴς ἐπέστελλε λέγων· ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη τὸ λογικὸν καὶ ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε εἰς σωτηρίαν, εἴπερ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. ὅτι δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος οὕτω συνεὶς τὰ ἐν νόμῳ, μεταπλάττει πρὸς ἀλήθειαν τὸν ἔν γε τοῖς γράμμασι τύπον, μαθήσῃ σαφῶς, ὡς δὴ γεγραφότος Ἑβραίοις. ὅτι καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν,

C ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου. τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπα, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. οἷς ὤμοσα, καὶ οὐκ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. ἵνα δὲ καὶ ἡμεῖς τὴν ἐπάρατον ἀπιστίαν διωθούμενοι, καὶ ὡς ἀποτάτω τῆς ἑαυτῶν ἱέντες ψυχῆς, κλη-

D ρονόμοι τῆς ἐπαγγελίας εὑρισκώμεθα, προσφωνεῖ πάλιν· βλέπετε, ἀδελφοί, μή ποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος. ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐν ὑμῖν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. μέτοχοι γὰρ τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν, ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν, ἐν τῷ λέγεσθαι, σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκλη-

E ρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως. τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ; τίσι δὲ ὤμοσε μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι; καὶ βλέπομεν ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν διὰ τὴν ἀπιστίαν. ὅτι γὰρ τὸ ἐξαίσιον, καὶ

καὶ τὸ μὴ τοῖς θείοις ὑπείκειν νεύμασι, προσεξείργασεν αὐτοῖς ἐπιτηδείως ἔχουσι τῆς ἐλπίδος τὴν ἀποπομπήν· ὁπότε δὴ αὖ οὐ μετρίως τὸ ἔμπαλιν, οὐδὲν ἧττον ἡμᾶς ἀναπείθει λέγων· Φοβηθῶμεν οὖν μή ποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἀνάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι. καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι. ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους μὴ συγκεκερασμένος ἐν πίστει τοῖς ἀκούσασιν. εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ οἱ πιστεύσαντες τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι καὶ λυτρωτῇ· φημὶ δὲ τῷ Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A qua diuinis præceptis contraibant, conciliauerit ipſis ſpei amiſſionem, quódque contrarium non mediocriter iuuerit, nihilo minus nobis perſuadet Paulus, dicens: [Timeamus ergo ne forte relicta promiſſione introeundi in requiem ipſius, videatur quis ex vobis priuatus eſſe. Etenim & nobis facta eſt boni promiſſio, ſicut illis. Sed non iuuit illos ſermo auditus, cùm non ſit commiſtus fide cum iis qui audierunt. B Ingrediemur enim in requiem ipſius, qui credidimus] noſtrûm omnium Saluatori atque Redemptori, Christo inquam: per quem, & cum quo ſit Deo & Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

Heb. 4. 1.

Ὅτι γέγονεν ἡμῖν ἄρτος ζωῆς ὁ Χριστός.

ΤΑΙΣ τῶν Ἰουδαίων φιλομαθίαις ἐπιτιμῶν ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἱερεμίας, καὶ C μάλα εἰκότως ἔφασκε· πῶς ἐρεῖτε, ὅτι καὶ μάλα σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ νόμος κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστίν; εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν. ᾐσχύνθησαν σοφοί, ἐπτοήθησαν, καὶ ἑάλωσαν, ὅτι τὸν λόγον τοῦ κυρίου ἀπεδοκίμασαν. σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς; καίτοι γὰρ ἐπὶ τῇ τῶν νόμων εἰδήσει πολὺ λίαν ἐξογκούμενοι, καὶ ὑψηλὴν αἴροντες τὴν ὀφρὺν οἱ γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, καὶ τῆς ἀγελαίου πληθύος κατασοβαρευόμενοι, πολὺ νοσοῦντες τὸ εὔηθες, ἄσοφοί D τε καὶ ὀλιγογνώμονες ἐξ αὐτῶν ἠλέγχοντο τῶν πραγμάτων. ἀπεδοκίμαζον γὰρ τὴν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ σοφίαν, τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. ταύτῃ τοι γεγόνασιν ἀδόκιμοι καὶ ἀκερδεῖς, μωροὶ καὶ τυφλοί, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνήν. ἐπειδὴ δὲ τὸν θεῖον παρωθούμενοι λόγον, καὶ τῆς ζωοποιοῦ χάριτος ὡς ἀποτάτω διαπίπτοντες, καὶ ταῖς ἄγαν ἀπειθείαις καταλυποῦντες τὸν Θεὸν κατὰ μυρίους ὅσους ἡλίσκοντο E τρόπους, λιμῷ διολώλασι. καὶ τοῦτ' ἦν τὸ διὰ φωνῆς προφητῶν παρὰ Θεοῦ λελεγμένον· ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ ἐπάξω λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν· οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος· ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. καὶ σαλευθήσονται ὕδατα, ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ βορρᾶ ἕως ἀνατολῆς περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν. οἷς γὰρ ἐξὸν ἔχειν αὐτὸν καὶ μάλα πλουσίως, ἀπώσαντο διω-

Chriſtum nobis factum eſſe panem vitæ.

REDARGVENS Iudæorum inanem & præſumptam diſcendi C cupiditatem diuinus Propheta Hieremias, meritò ſic ſtomachabatur: [Quomodo dicetis, Quia ſapientes ſumus nos, & lex Domini nobiſcum eſt? Fruſtrà factus eſt iuncus mendax ſcribis. Confuſi ſunt ſapientes, perterriti, & capti ſunt, quia legem Domini reprobauerunt. Sapientia quænam in iis eſt?] Etenim valdè legum peritia elati ac turgentes, tollentéſque altè ſupercilium Scribæ & Phariſæi, & gregalem multitudinem faſtu D ſpernentes, ſtultitia multùm peccabant, inſipientéſque & paucorum periti accuſabantur. Faſtidiebant etenim cæleſtem ſapientiam, Verbum nimirum Dei Patris, [qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitia & ſanctificatio, & redemptio.] Hinc facti ſunt viles & excordes, *ſtulti ac cæci*, vt eos Saluator nominat. Poſtquam verò diuinum repulerunt ſermonem, & gratia viuificante veluti è ſummo loco exciderunt, & incredulitate Deum valdè contriſtarunt mille modis, pereuntes fame E etiam ſunt extincti: quod & Dei voce à Prophetis prædictum: [Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & emittam famem ſuper terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini. Et commouebuntur aquæ de mari vſque ad mare, & ab Aquilone vſque ad Orientem circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient.] Qui tamen poſſidere hoc ipſum Dei verbum, & abun-

Hier. 8.

1. Cor. 1. 30.

Matt. 15. 14.

Amos 8. 11.

de quidem cùm poſſent, ſtultiſſimè id repellentes, Dei tandem iudicio pœnas dederunt, rerum omnium præſtantiſſimarum facientes iacturam; & quibus ditari propemodum potuiſſe cæleſtibus dico bonis appareret; ſed eos qui nolebant credere, inſuper & diuinam admirabilémque gratiam impiè contemnebant, diuinæ doctrinæ fames inuaſit; nec immeritò: nobis verò in Dei Verbum credentibus, nónne panis vitæ factus eſt Emmanuel? [panis qui de cælo deſcendit, & vitam dans mundo?] in quo & per quem ſuperata Deo inuiſa corruptionis vi, & ſuperna cæleſtique induti gratiâ, hoc eſt incorruptione; à Deo Patre claritate & ſanctitate adornati ſumus. Et quidni his ditati bonis feliciter agamus in terra? litera legalis id talibus nos docet rationibus. Sic enim habet:

Ioa. 6. 41 & 51. & 58

Nu. 15. 19.

[Et locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens: Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: In ingrediendo vos in terram, in quam ego induco vos illuc. Et erit quando comedetis vos de panibus terræ, demetis demptionem, ſegregationem Domino, primitias conſperſionis veſtræ. panem ſegregabitis demptionem ipſam: ſicut demptionem àb area. ſic demetis ipſum, primitias conſperſionis veſtræ, & dabitis Domino demptionem in progenies veſtras. Quando autem peccaueritis, & non feceritis omnia mandata hæc quæ locutus eſt Dominus ad Moſen, ſicut præcepit Dominus vobis in manu Moſi, à die, qua præcepit Dominus ad vos. & vltrà in progenies veſtras. Et erit, ſi ab oculis Synagogæ factum fuerit aliquid non ſponte, & faciet omnis Synagoga vitulum vnum ex bobus immaculatum in holocauſtum in odorem ſuauitatis Domino, & ſacrificium huius, & libamen eius iuxta conſtitutionem ipſius & hircum ex capris vnum pro peccato. Et exorabit ſacerdos pro omni Synagoga filiorum Iſrael, & remittetur eis: quoniam non ſpontaneum eſt. Et ipſi obtulerunt munus ſuum oblationem Domino pro peccato ſuo ante Dominum pro non ſpontaneis ſuis. Et dimittetur omni Synagogæ filiorum Iſrael, & omni aduenæ appoſito ad vos: quoniam omni populo non ſpontaneum. Quòd ſi anima vna peccauit non ſponte, offeret capram vnam anniculam pro peccato. Et exorabit ſacerdos pro anima, quæ non ſponte egit,

A θούμενοι, ψήφῳ λοιπὸν θείᾳ κολάζονται, τὰ πάντων ἄριστα ζημιούμενοι, καὶ τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς καταπλουτεῖν μόνον οὐχὶ δυνάμεις τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἀπειθεῖν ἑλομένοις, καὶ τὴν θείαν τε καὶ ἀξιάγαστον χάριν ἀνοσίως παρυβρίζουσιν, ὁ τῶν θείων μαθημάτων λιμὸς ἐπενήνεκται, καὶ σφόδρα εἰκότως. ἡμῖν δὲ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν, ἄρτος ζωῆς γέγονεν ὁ Ἐμμανουήλ, ἄρτος ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ
B κόσμῳ. ἐν ᾧ καὶ δι' οὗ τὸ θεομισὲς τῆς φθορᾶς ὑπερθέοντες κράτος, καὶ τὴν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ μεταμφιεννύμενοι χάριν, τουτέστι, τὴν ἀφθαρσίαν, προσκεκομίσμεθα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, λαμπροί τε καὶ ἱεροί. καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων πεπλουτηκότες διατελοῦμεν ἐν κόσμῳ; τοῖς τοιούτοις ἡμᾶς ἐφίστησι λογισμοῖς τὸ γράμμα τὸ νομικόν· ἔχει δὲ οὕτω· καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· ἐν τῷ εἰσπορεύε-
C σθαι ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν, εἰς ἣν ἐγὼ εἰσάγω ὑμᾶς ἐκεῖ. καὶ ἔσται, ὅταν ἔσθητε ὑμεῖς ἀπὸ τῶν ἄρτων τῆς γῆς, ἀφελεῖτε ἀφαίρεμα, ἀφόρισμα τῷ κυρίῳ, ἀπαρχὴν φυράματος ὑμῶν. ἄρτον ἀφαίρεμα ἀφαιρεῖτε αὐτὸ ὡς ἀφαίρεμα ἀπὸ ἅλωνος. οὕτως ἀφαιρεῖτε αὐτὸ, ἀπαρχὴν φυράματος ὑμῶν, καὶ δώσετε ἀφαίρεμα κυρίῳ εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. ὅταν δὲ διαμάρτητε, καὶ μὴ ποιήσητε πάσας τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἃς ἐλάλησε κύ-
D ριος πρὸς Μωσῆν, καθὰ συνέταξε κύριος ὁ Θεὸς ὑμῖν ἐν χειρὶ Μωσῆ ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἧς συνέταξε κύριος πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐπέκεινα εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν· καὶ ἔσται, ἐὰν ἐξ ὀφθαλμῶν τῆς συναγωγῆς ἀκουσίως γενηθῇ, καὶ ποιήσει πᾶσα ἡ συναγωγὴ μόσχον ἕνα ἐκ βοῶν ἄμωμον εἰς ὁλοκαύτωμα, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ κυρίῳ, καὶ θυσίαν τούτου καὶ σπονδὴν αὐτοῦ, κατὰ τὴν σύνταξιν αὐτοῦ, καὶ χίμαρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁ-
E μαρτίας. καὶ ἐξιλάσεται ὁ ἱερεὺς περὶ πάσης συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς, ὅτι ἀκούσιόν ἐστι. καὶ αὐτοὶ ἤνεγκαν τὸ δῶρον αὐτῶν κάρπωμα κυρίῳ περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν ἔναντι κυρίου, περὶ τῶν ἀκουσίων αὐτῶν. καὶ ἀφεθήσεται πάσῃ συναγωγῇ υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ τῷ προσηλύτῳ προσπορευομένῳ πρὸς ὑμᾶς, ὅτι παντὶ τῷ λαῷ ἀκούσιον. ἐὰν δὲ ψυχὴ μία ἁμάρτῃ ἀκουσίως, προσάξει αἶγα μίαν ἐνιαύσιον περὶ ἁμαρτίας. καὶ ἐξιλάσεται ὁ ἱερεὺς περὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἀκουσιασθείσης καὶ

ἁμαρτούσης ἀκουσίως ἔναντι κυρίου ἐξιλάσασθαι περὶ αὐτοῦ. καὶ ἀφεθήσεται αὐτῷ τῷ ἐγχωρίῳ ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, καὶ τῷ προσηλύτῳ τῷ προσκειμένῳ ἐν αὐτοῖς. νόμος εἷς ἔσται ἐν αὐτοῖς, ὃς ἐὰν ποιήσῃ ἀκουσίως. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· ἐν δὲ τῷ Λευιτικῷ διαμορφοῖ μὲν ἑτέρως τὸ μυστήριον. πλὴν οὐ σφόδρα πρὸς ἀνομοιότητα διεστήκει τὰ θεωρήματα. φέρε δὴ οὖν κἀκείνων ἐπιμνησθέντες, ἐπεὶ τὸ λίαν εἰσὶν ἀναγκαῖα πρὸς εἴδησιν, μίαν ὥσπερ ἐπ' ἀμφοῖν ἐξυφαίνωμεν τὴν ἀφήγησιν. γέγραπται δὲ οὕτω πάλιν· καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν, λέγων, εἶπον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς. ὅταν εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν ἣν ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν, καὶ θερίσητε τὸν θερισμὸν αὐτῆς, οἴσετε δραγμάτων ἀπαρχὴν τοῦ θερισμοῦ ὑμῶν πρὸς τὸν ἱερέα. καὶ ἀνοίσει τὸ δράγμα ἔναντι κυρίου δεκτὸν ὑμῖν, τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης ἀνοίσει αὐτὸ ὁ ἱερεύς. καὶ ποιήσετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ φέρητε τὸ δράγμα, πρόβατον ἄμωμον ἐνιαύσιον εἰς ὁλοκάρπωμα τῷ κυρίῳ. καὶ τὴν θυσίαν αὐτοῦ δύο δέκατα σεμιδάλεως ἀναπεποιημένην ἐν ἐλαίῳ, θυσίαν τῷ κυρίῳ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ κυρίῳ, καὶ σπονδὴν αὐτοῦ, τὸ τέταρτον οἴνου καὶ ἄρτου. καὶ πεφρυγμένα χίδρα νέα οὐ φάγεσθε, ἕως εἰς αὐτὴν τὴν ἡμέραν ταύτην, ἕως ἂν προσενέγκητε ὑμεῖς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν, ἐν πάσῃ κατοικίᾳ ὑμῶν. δράγμα μὲν οὖν, ληΐων ἀπαρχὴ, καὶ νέας σύμβολον εὐκαρπίας. ἄρτος δὲ αὖ σίτου λοιπὸν συνηγμένου, καὶ εἰς τὴν ἅλωσιν σεσωρευμένου, καὶ τάχα που καὶ εἰς αὐτὰς τὰς ἀποθήκας κεκομισμένου. ἀνάθημα δὲ τῷ Θεῷ τοῖς ἤδη κατῳκηκόσι τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν, ταῦτα ποιεῖσθαι προστέταχεν, ἵνα δι' ἀμφοῖν νοοῖτο Χριστός· ἄρτος μὲν ὁ ἐξ οὐρανοῦ καὶ ζωοποιὸς, καὶ ἀπαρχὴ φυράματος τῶν εἰς καινότητα ζωῆς ἀνακτιζομένων ἐν αὐτῷ. τοῦ μὲν γὰρ ἀρχαιοτέρου φυράματος ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ Ἀδάμ· ἐπειδὴ δὲ τῆς δοθείσης ἀλογήσας ἐντολῆς περιώλισθεν εἰς παράβασιν, ἐπάρατος ἦν εὐθὺς, καὶ θανάτῳ καὶ φθορᾷ τὸ ἀνθρώπινον ἐν αὐτῷ κατεδικάζετο γένος. ἀπαρχὴ δὲ Χριστὸς τοῦ δευτέρου φυράματος. ὃς καὶ διέδρα τὴν ἀρὰν, δι' αὐτὸν δηλονότι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος κατάραν. καὶ τὸ τῆς φθορᾶς περιελὼν κράτος δι' αὐτὸν δὴ πάλιν τὸν ἐλεύθερον ἐν νεκροῖς. ἀνεβίω μὲν γὰρ πατήσας τὸν θάνατον. μονονουχὶ δὲ καὶ ἀνάθημα λαμ-

A & quæ peccauit coram Domino, exorare pro eo. Et dimittetur indigenæ in filiis Iſrael, & aduenæ appoſito in vobis, lex vna erit in eis, quicunque fecerit non ſponte.] Et hæc quidem in Numeris leguntur. In Leuitico paulò aliter myſterium tranſtulit, non tamen diſſimili admodum conſideratione adhibita. Age igitur & horum mentionẽ faciamus, quandoquidem cognitu admodum ſunt neceſſaria, vnam ex vtroque loco narrationem contexentes. Sic enim rurſum habet: [Et locutus eſt Do- Leu.23.9.
B minus ad Moſen, dicẽs: Dic filiis Iſrael, & dices ad eos: Cùm intraueritis in terram quam ego do vobis, & meſſueritis meſſem eius, feretis manipulum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. Et offeret manipulum coram Domino, acceptum vobis: craſtina die à prima offeret illum ſacerdos. Et facietis in die in quacunque attuleritis manipulum, ouem ſine macula anniculam in holocauſtum Domino; & ſacrificium ipſius, duas de-
C cimas ſimilæ refectæ in oleo, ſacrificiũ Domino in odorem ſuauitatis Domino, & libamen eius, quartam vini partem, & panis. Et fricta chidra noua non comedetis vſque in hunc ipſum diem, quoaduſque obtuleritis munera Deo veſtro. Legitimum ſempiternum in progenies veſtras, in omni habitatione veſtra.] Manipulus itaque primitiæ ſunt meſſium, & noui fructuum prouentus argumentum. Panis verò frumenti condenſati eſt, & ad capien-
D dum coagmentati, vnáque in horreum comportati reliquum. Offerri autem hæc Deo ab iis qui iam terram promiſſam incolerent, præceptum erat: vt in vtroque Chriſtus intelligatur. Hic eſt enim [panis de cælo deſcendens,] ac Ioan.6.
viuificans, & primitiæ fermenti eorum, qui in nouitatem vitæ in ipſo reſtaurantur & reædificantur. Veteris quidem fermenti Adam primitiæ exſtitit: poſtquam verò datum à Deo præceptum negligens in præuaricationem
E prolapſus eſt, execrandus mox eſt redditus, genúſque humanum morti & corruptioni obnoxium in ipſo factum eſt. At Chriſtus primitiæ ſecundi fuit huius fermenti; qui etiam maledictum effugit, per ſemetipſum nimirum, dum pro nobis factus eſt maledictum: quin & corruptionis robur deuicit, per ſemetipſum rurſum exiſtens *inter mortuos liber*. Reſurrexit enim morte peſſumdata. Quin & propemodum velut donum

donum & oblatio quædam excellens & ſplendida, & quaſi quædam primitiæ humanæ naturæ in incorruptionem renouatæ, aſcendit ad Patrem. Cæterùm quòd panis in tabernaculum ſanctum illatus fuit, & in ſancto Sanctorum propoſitus Deo, reditum in cælum ſignificare poteſt Emmanuelis, idque iure optimo. Heb. 9.24 „ [Non enim in manufacta ſancta in- „ troiuit exemplaria verorum, ſed in „ ipſum cælum, vt appareat nunc vul- „ tui Dei pro nobis,] vti ſcriptum eſt. Quòd verò ipſe ſit panis ille viuificans, qui de cælo ac deſurſum eſt; quòd & ipſe prætereà dimittat peccata, & ab ignorantiis terrenos liberet, in odorem ſuauitatis offerendo ſeipſum Deo Patri: rectiſſimè intelligere poteris, ſi mentis oculis conſideres eum tanquam immolatum vitulum, & veluti hircum mactatum Pſal. 18.13 „ pro populi ignorantia. [Delicta enim „ quis intelliget?] ſicut ſcriptum eſt. Vides quàm manifeſtè legiſlator in lege cultus ſine diſcrimine præcedentis, per Chriſtum purgationem clarè vocarit? Si enim vos tranſgreſſi fueritis, ait, Moſis præcepta, & legalis cultus inſtitutum neglexerint quidam; tunc, tunc, inquam, per ſanguinem propinatam vobis reperietis veniam, ſi vitulum obtuleritis, atque hircum mactaueritis. Id verò fiebat in typum Chriſti. Definit itaque lex præuaricantium caſtigationem: dimittit verò pœnam, & criminum per ignorantiam admiſſorum culpâ liberat pretioſus Chriſti ſanguis. Animam enim ſuam pro nobis poſuit, vt mundi peccata diſſolueret. Quare ſicut in pane Chriſtus intelligitur, vt vita ac viuificans; in vitulo verò rurſus, vt immolatus; & in odorem ſuauitatis ſeipſum offerens Deo Patri; & in ſpecie hirci, factus propter nos peccatum, & pro peccatis oblatus: ita & manipulus alio intelligi modo queat. Quis verò is ſit, vno expediam verbo. Spicis agri comparari queat genus humanum, quod terra enaſcens, & conueniens ſui exſpectans incrementum, morte interim ſucceſſu temporis abripitur. Sic & ipſe Chriſtus ſacris ſuis dixit diſci- Ioan 4.35 Marc. 9. 37. Luc. 10.2. „ pulis: [Nónne vos dicitis, quòd adhuc „ quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? „ Ecce dico vobis, leuate oculos veſtros,

Tomus primus.

A δῶρον καὶ δωροφορία, καὶ οἷά τις ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴ, κεκαινουργημένος εἰς ἀφθαρσίαν ἀνέβη πρὸς τὸν πατέρα. τὸ γάρτοι τὸν ἄρτον ἐν τῇ ἁγίᾳ φέρεσθαι σκηνῇ, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων ἀνακεῖσθαι Θεῷ, τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν ὑπεμφαίνει ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, τοῦ Ἐμμανουήλ. εἰσῆλθε γὰρ οὐκ εἰς χειροποίητα ἅγια, οὔτε μὴν εἰς τὰ ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅτι δὲ, καὶ ἄρτος ἐστὶ ζωοποιὸς ὁ ἐξ οὐρανοῦ B καὶ ἄνωθεν· ἀπαλλάττει τε πρὸς τούτῳ καὶ ἁμαρτιῶν, καὶ ἀγνοημάτων ἐλευθεροῖ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἑαυτὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, συνήσεις εὖ μάλα τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν ὡς μόσχον ὁλοκαυτούμενον καθορῶν σφαζόμενον, καὶ ὡς χίμαρον ὑπὲρ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. παραπτώματα γὰρ τίς συνήσει; κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἄθρει δὲ ὅπως ὁ νομοθέτης τῆς ἐν νόμῳ λατρείας ὑπερκειμένην ἀσυγκρίτως τὴν διὰ Χριστοῦ κά- C θαρσιν ἐκάλεσε σαφῶς. Εἰ γὰρ παρέλθητε, φησὶ, τὰ Μωσέως, καὶ τῆς νομικῆς λατρείας ἀλογήσαντες ἐντολῆς καταφρονοῖντό τινες, τότε δὴ τότε τὴν δι' αἱμάτων ὑμῖν ἀμνηστίαν ἐπικουροῦσαν εὑρήσετε, μόσχου καταθυομένου καὶ χιμάρου προσενηνεγμένου. τοῦτο δὲ ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ. οὐκοῦν καθορίζει μὲν ὁ νόμος τῶν παραβαινόντων τὴν κόλασιν· ἀπαλλάττει δὲ δίκης καὶ τῶν ἐξ ἀγνοίας αἰτιαμάτων ἐλευθεροῖ τὸ τίμιον αἷμα Χριστοῦ. τέθεικε γὰρ τὴν ψυ- D χὴν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα τοῦ κόσμου καταλύσῃ τὴν ἁμαρτίαν. οὐκοῦν ὡς ἐν ἄρτῳ νοοῖτο Χριστὸς ὡς ζωὴ, καὶ ζωοποιός· ὡς ἐν μόσχῳ πάλιν ὁλοκαυτούμενος, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἑαυτὸν ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ καὶ πατρί· καὶ ὡς ἐν εἴδει χιμάρου γεγονὼς δι' ἡμᾶς ἁμαρτία, καὶ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν σφαζόμενος. δράγμα δὲ αὖ, καθ' ἕτερον νοοῖτο τρόπον. τίς δὲ E καὶ οὗτός ἐστιν, ὡς ἐν λελέξεται. ἀστάχυσι μὲν τοῖς ἐν ἀγρῷ παρεικάσειέ τις ἂν τὸ ἀνθρώπινον γένος, ὃ οἱονεί πως ἀνίσχον ἐκ τῆς γῆς, καὶ τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν περιμένον ἐκπλήρωσιν, καὶ χρόνῳ κειρόμενον ἀμήτος θανάτου. οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς· οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς,

καὶ θεάσασθε τὰς χώρας ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. καὶ ὁ θερίζων, μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον. οὐκοῦν ὡς ἔφημεν ἀρτίως, λήιοις τοῖς ἐν ἀγρῷ παρεικαστέον ἂν μάλα τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. γέγονε δὲ καθ' ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, ἀστάχυος δίκην ἀναφυεὶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. ἐπεί τοι καὶ σίτου κόκκον καὶ αὐτὸν ἡμῖν ὠνόμαζε, λέγων ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. ἀνάθημα δὲ ὥσπερ ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε τῷ πατρὶ, καὶ ἐν τάξει δράγματος, ὡς γῆς ἀπαρχὴ, δι' ὧν ἐκτέτοκε, μαρτυρουμένης εἰς εὐκαρπίαν. ἄσταχυς γε μὴν νοούμενος εἷς, καθὰ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, οὐκ ἄσταχυς εἷς, ἀλλ' ὡς δράγμα προσάγεται, τουτέστιν, ἐκ πολλῶν ἀσταχύων, δέσμη μία. καὶ τί τὸ χρῆμά ἐστιν ἀναγκαῖον εἰς ὄνησιν, καὶ μυστηρίου τύπον ἀποπληρουμένων. εἷς μὲν γάρ ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, πλὴν ὡς ἐν εἴδει δράγματος πολλοστὸς νοεῖται, καὶ ἔστι, διὰ τὸ πάντας ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τοὺς πιστεύοντας, καθ' ἕνωσιν δὲ δηλονότι τὴν πνευματικήν. ἐπεὶ τίνα τρόπον ὁ μακάριος γράφει Παῦλος, ὡς συνεγηγέρμεθά τε αὐτῷ, καὶ συνεκαθίσαμεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. ἐπειδὴ δέ ἐστι καθ' ἡμᾶς, σύσσωμοι γεγόναμεν αὐτῷ, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἑνότητα διὰ τοῦ σώματος πεπλουτήκαμεν. ταύτῃ τοί φαμεν, ὅτι πάντες ἐσμὲν ἐν αὐτῷ. καὶ γοῦν αὐτός που φησὶ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν· θέλω ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν. ὡς αὖ ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι. δράγμα τοίνυν, ὡς πάντας ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνακείμενος, καὶ ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴ τετελειωμένης ἐν πίστει καὶ ὀφειλούσης ἤδη λοιπὸν εἰς τοὺς ἄνω καὶ ἐν οὐρανῷ κομίζεσθαι θησαυρούς. προσκομίζεσθαι δὲ δεῖν τὸ δράγμα φησὶ τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης, ὅ ἐστι τῇ τρίτῃ. ἀνεβίω γὰρ ἐκ νεκρῶν κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, αὐτῷ τε ἀναπεφοίτηκεν εἰς οὐρανὸν, εἰς τὴν σκηνὴν τὴν ἀληθινὴν, καὶ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. ἀλλ' ὥσπερ ἄρτος νοούμενος κατεσημαίνετο κἂν τῷ μόσχῳ τῷ πρὸς ὁλοκαύτωσιν καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ μέν τοι καὶ ἐν χιμάρῳ τῷ ἀγνοημάτων προσενηνεγμένῳ· οὕτω δὲ πάλιν, καὶ εἰ δράγμα νοεῖται τυχὸν, ἀλλ' ἔστιν αὐτὸς τὸ ἐνιαύσιον πρόβατον,

A & videre regiones quia albæ ſunt iam ad meſſem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.] Quamobrem, vt iam diximus, meſſi agrorum rectè comparandi qui terram incolunt. Chriſtus autem ex nobis factus adinſtar ſpicæ è ſancta natus Virgine: quandoquidem etiam frumenti granum ſe ipſe nominat: [Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fru- *Ioan.12.* B ctum adfert.] Igitur tanquam anathema ſeu deuotum quid & oblatum pro nobis factus eſt Patri, & in morem manipuli ac veluti primitiæ terræ. Spica verò vna conſiderata, vt & nos ipſi, non vna ſpica ſolùm, ſed quaſi manipulus quidam conſicitur è multis ſpicis, faſcis vnus. Et verò res iſta ad commodum & profectum eſt neceſſaria, myſteriique ſupplet typum. Chriſtus enim Ieſus vnus eſt, verumtamen C veluti faſciculus quidam coagmentatus & intelligitur & eſt: propterea quòd omnes in ſe credentes contineat, vnione nimirum ſpiritali. Alioqui qua ratione ſcilicet Diuus Paulus ſcriberet: [Quemadmodum *Ephes.2.6* conreſuſcitati ſumus in ipſo, ſic & conſidebimus in cæleſtibus?] Cùm etenim ex nobis ſit, ipſi facti ſumus concorpores, & per *carnem vnionem* *Ephes.3.6* *cum ipſo* acquiſiuimus. Et propterea dicimus quòd in ipſo omnes ſumus. Etenim ipſemet ſic alibi ad Deum Pa- D trem cæleſtem verba facit: [Volo, Pa- *Ioan.17. 11.& 21.* ter, vt quemadmodum ego & tu vnum ſumus, ſic & ipſi in nobis.] vti qui Domino conglutinatus eſt, vnus quoque ſpiritus efficitur. Manipulus ergo Chriſtus eſt, quaſi omnes in ſe complexus, cunctiſque incubans, & humanæ conditionis, quæ in fide perfecta eſt, quæ ſurſum atque in cæleſtes transferri theſauros debet, primitiæ. Adferri ait oportere manipulum perendie, hoc E eſt, tertio pòſt die. Reuixit enim Chriſtus à mortuis tertia die, ſuáque in cælum virtute aſcendit, in verum ſcilicet tabernaculum & in ſancta Sanctorum. Verùm qua ratione panis eſt ſpiritalis, adumbratus per vitulum ad holocauſtum, & in odorem ſuauitatis deſtinatum, nec non per hircum pro ignorantiis oblatum, ita & rurſum licet fortè manipulus intelligatur, tamen ipſe eſt etiam ouis illa annicula,

id eſt, perfecta. Perfectus enim nulliúſque indigus eſt Chriſtus per propriam ſuam naturam. Quare & præterea eſt omnino irreprehenſibilis. Neſcivit enim peccatum, nec eſt in eius ore dolus repertus. Ipſe eſt ſimila illa illuſtris, atque oleo conſperſa, hoc eſt, vita illa in pinguedine & hilaritate. Viuimus enim in ipſo exultantes propter ſpem reconditam; & quia ſancti Spiritus gratia irrigati ſumus, ſecundum id quod in Pſalmis eſt, canimus: Psal. 22.5 "[Impinguaſti in oleo caput meum.]" Miſericordiam enim ſumus conſecuti per fidem in Chriſtum: cum quo pariter quodammodo ſacro thymiamatis ſuffitu ſumus imbuti, ſecundarium tenentes locum. Quemadmodum denique etiam illa quæ vocantur chidra, ad illius ſimilam. *Chidra* enim eſſe dicimus ex leguminibus ſubactam farinam. Quia enim nobis per diſpenſationem ſimilis factus eſt, quin meritò nobis ſuperior aut præſtantior ſit æſtimandus, dubitet profectò nemo. Honorabilior itaque citra controuerſiam ipſius vita eſt. Sancta enim penitus eſt & immaculata. In minoribus ac retro ſunt noſtra, & chidrorum adinſtar, quæ, vt iam dixi, è frumento ſimila eſt. Simila autem vitæ imaginem præ ſe fert. Adhæc ei chidra cum ſimila ad altare deferuntur. Conthurificamur enim, vt dixi, Chriſto, eidémque bonum omnes odorem ſuauitatis ferimus, ſumúſque ſimul accepti Deo ac Patri. At qui Chriſtum non habent, inepti planè ſunt ad eius ſacrificium. Ioan. 15.5 "[Sine me, ait, nihil poteſtis facere.]" Nouum porro, ait, ne edite niſi in tertium diem, donec manipulum offeratis. Neque enim legis tempus, neque Prophetarum cœtus nouum habet cibum, hoc eſt, Chriſtianam doctrinam, neque ipſam naturæ humanæ innouationem, niſi fortè in ſola prædictione. Poſtquam verò tandem reſurrexit omnium Dominus Ieſus Chriſtus, & quaſi manipulus humanæ primitias conditionis obtulit ſeipſum Deo Patri, tunc, tunc, inquam, in nouam veluti vitam reformamur. Euangelicam enim vitam ducimus Rom. 7.6 "[non in vetuſtate literæ, ſed in nouitate Spiritus:]" per quem & cum quo Deo Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

A τουτέστι, τὸ τέλειον. παντέλειος γὰρ καὶ ἀνενδεὴς ὁ Χριστὸς ἰδίᾳ φύσει. ἔστι δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ἄμωμος παντελῶς. οὐ γὰρ ἔγνωκεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. αὐτός τε ἡ σεμίδαλις ἡ λαμπρὰ, καὶ ἐλαιόδευτος, τουτέστιν, ἡ ὡς ἐν πιότητι καὶ ἱλαρότητι ζωή. ζῶμεν γὰρ χαίροντες ἐν αὐτῷ διὰ τὴν ἀποκειμένην ἐλπίδα, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος καταρδευόμενοι χάριτι, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς ἐκεῖνο φαμὲν, ἐλίπανας B ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. γεγόναμεν γὰρ ἠλεημένοι, διὰ πίστεως ἐν Χριστῷ, ᾧ τρόπον τινὰ καὶ συνθυμιώμεθα δευτέραν ἔχοντες τάξιν. καθάπερ ἀμέλει τὰ καλούμενα χίδρα πρὸς τὴν ἐκείνου σεμίδαλιν. χίδρα γὰρ εἶναί φαμεν, τὰ ἐξ ὀσπρίων ἄλευρα. ὅτι γὰρ καὶ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς ὑπὲρ ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, νοοῖτ' ἂν εἰκότως, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδείς. ἐντιμοτέρα μὲν ἀσυγκρίτως ἡ αὐτοῦ ζωή. ἁγία γὰρ παντελῶς καὶ ἄμωμος. ἐν μείοσι δὲ καὶ κατό- C πιν τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὡς ἐν τάξει χίδρων, ὡς πρός γέ φημι τὴν ἀπὸ σίτου σεμίδαλιν. ζωῆς δὲ τύπος σεμίδαλις. πλὴν συναναφέρεται πρὸς τὸ θυσιαστήριον τὰ χίδρα τῇ σεμιδάλει. συνθυμιώμεθα γὰρ, ὡς ἔφην, Χριστῷ, καὶ αὐτῷ πάντες εὐωδιάζομεν, καὶ ἐσμὲν σὺν αὐτῷ δεκτοὶ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. οἱ Χριστὸν οὐκ ἔχοντες, οὐδ' ἂν εἶεν ὅλως εἰς θυσίαν ἐπιτήδειοι. χωρὶς γὰρ ἐμοῦ, φησὶν, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. νέα D δὲ, φησὶν, οὐ φάγεσθε ἕως εἰς αὐτὴν τὴν ἡμέραν ταύτην, ἕως ἀναφέρητε τὸ δράγμα. οὔτε γὰρ ὁ τοῦ νόμου καιρὸς, οὔτε μὴν ὁ τῶν ἁγίων χορὸς προφητῶν τὴν νέαν εἶχε τροφὴν, τουτέστι, τὰ διὰ Χριστοῦ παιδεύματα· οὔτε μὴν αὐτὸν τὸν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ἀνακαινισμόν· πλὴν ὡς ἐν μόνῃ προαγορεύσει τυχόν. ἐπειδὴ δὲ ἀνεβίω λοιπὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὡς ἐν τάξει δράγματος, τὴν τῆς ἀνθρωπότητος E ἀπαρχὴν προσκεκόμικεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, τότε δὴ τότε καὶ εἰς νέαν ὥσπερ ζωὴν μεταστοιχειούμεθα. πολιτευόμεθα γὰρ εὐαγγελικῶς, οὐκ ἐν παλαιότητι γράμματος, ἀλλ' ἐν καινότητι πνεύματος· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Περὶ τῆς δαμάλεως τῆς πυῤῥᾶς, τῆς κατακαείσης ἔξω τῆς παρεμβολῆς.

ΑΛΛΑ μὲν που καί φησιν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; πρέποι δ᾽ ἂν μάλιστα καὶ ἡμῖν αὖθις ἡ τοιάδε φωνή. τί γὰρ ἔστι τὸ παρ᾽ ἡμῖν ἰσοστάσιον τῷ Θεῷ καὶ πατρί; δέδωκε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἴδιον υἱὸν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύσας εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ᾽ ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· μονονουχὶ καὶ τῆς αὐτῷ πρεπούσης ἀφειδήσας φιλοστοργίας. δέδωκε γὰρ ἑαυτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ σεσώσμεθα μὲν ἡμεῖς. μεμαλάκισται δὲ αὐτὸς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ αὐτὸν ἀνατλὰς τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον· οὐχ ἵνα μεθ᾽ ἡμῶν ἐν νεκροῖς ὁρῷτο μεμενηκὼς, ἀλλ᾽ ἵνα σὺν αὐτῷ τε καὶ δι᾽ αὐτὸν εἰς ζωὴν ἀναθέοντες, καὶ παλινδρομοῦντες εἰς ἀφθαρσίαν, χαίροντες λέγωμεν· ποῦ ἡ νίκη σου, θάνατε, ποῦ σου τὸ κέντρον, ᾅδη; τίς οὖν λοιπὸν εἰς τοῦτο ἀποφέρουσα τρίβος, ἢ διὰ τοῦ βαπτίσματος χάρις, δι᾽ οὗ πάντα ῥύπον ἀποτριβόμενοι, κοινωνοὶ τῆς θείας ἀναδεικνύμεθα φύσεως, ἐνοικοῦντος ἡμῖν διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Χριστοῦ. τότε γὰρ τότε ἐῤῥαντισμένοι τὴν συνείδησιν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, ὡς μακάριος γράφει Παῦλος, καὶ τῆς μυστικῆς εὐλογίας γεγονότες μέτοχοι, καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος τὸν οἰκεῖον ἀναπιμπλάντες νοῦν, ζηλωτοὶ καὶ ἀπόβλεπτοι, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων ὁρώμεθα; ἴδοις δ᾽ ἂν ἀληθὲς, ὅπερ ἔφην, τὰ ἐπὶ τῇ δαμάλει τεθεσπισμένα εἰ συνείης. καὶ ἐλάλησε, φησὶ, κύριος πρὸς Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν, λέγων· αὕτη ἡ διαστολὴ τοῦ νόμου, ὅσα συνέταξε κύριος, λέγων· λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ λαβέτωσαν πρὸς σὲ δάμαλιν πυῤῥὰν, ἄμωμον, ἥτις οὐκ ἔχεται ἐν αὐτῇ μῶμον, καὶ ἣ οὐκ ἐπεβλήθη ἐπ᾽ αὐτὴν ζυγός. καὶ δώσεις αὐτὴν πρὸς Ἐλεάζαρ τὸν ἱερέα, καὶ ἐξάξουσιν αὐτὴν ἔξω τῆς παρεμβολῆς εἰς τόπον καθαρὸν, καὶ σφάξουσιν αὐτὴν ἐνώπιον αὐτοῦ. καὶ λήψεται Ἐλεάζαρ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς, καὶ ῥανεῖ ἀπέναντι τοῦ προσώπου τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς ἑπτάκις. καὶ κατακαύσουσιν αὐτὴν ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ τὸ δέρμα αὐτῆς, καὶ τὰ κρέα, καὶ τὸ αἷμα αὐτῆς σὺν τῇ κόπρῳ κατακαυθήσεται. καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς ξύλον κέδρινον, καὶ ὕσσωπον, καὶ

De vacca rufa extra caſtra combuſtâ.

ALIBI quidem diuinus ait Dauid: [Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?] Psal. 115. Nos quoque deceat maximè talix vox. Quid enim nobis ſuppetat, quo paria poſſimus facere Deo ac Patri? Dedit enim pro nobis proprium ſuum Filium, [vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat potiùs vitam æternam;] Ioan. 3.16 ac propemodum ſibi debitæ prodigus indulgentiæ & amoris. Tradidit enim ſeipſum pro peccatis noſtris, vt ſacra loquitur Scriptura; & ſalui per ipſum facti ſumus. Ipſe etenim pro noſtris attritus eſt delictis, dolores pro nobis ipſe portauit, ipſa etiam in carne morte obita, non vt nobiſcum quidem mortuos inter manens cernatur; ſed vt cum ipſo, & per ipſum vitæ redditi videamur, & reſtituti denuo incorruptioni dicere gaudentes poſſimus: [Vbi, mors, victoria tua? vbi ſtimulus tuus, inferne?] Oseæ 13. 14. 1. Cor. 15. Heb. 2.14 Quæ nos eò tandem via ducit? Baptiſmatis nimirum gratia, qua ſordibus vniuerſis ablutis diuinæ participes videamur naturæ, quæ per Spiritum Chriſti habitet in nobis. Tunc enim, tunc, inquam, *mundatur conſcientia*, vt Pauli verbis vtar, *ab operibus mortuis*, & cæleſtis conſortes reddimur benedictionis, & mentem ſuperna gratia pleni, feruidi & ſpectabiles, & quid non huiuſmodi videamur? Videas certè quod dixi verum eſſe, id in vacca vaticinatum ſi cognoſcas. [Et locutus eſt, inquit, Dominus ad Moſen & Aaron, dicens: Hæc eſt diſtinctio legis quæcunque conſtituit Dominus, dicens: Loquere filiis Iſrael, & accipiant ad te iuuencam rufam, irreprehenſibilem, quæ non habet in ſe vitium, & cui non eſt ſuperpoſitum ſuper eam iugum: & dabis eam ad Eleazarum ſacerdotem: & eiicient eam extra caſtra in locum mundum, & occident eam in conſpectu eius. Et accipiet Eleazar de ſanguine eius, & aſperget contra faciem tabernaculi teſtimonii de ſanguine eius ſepties. Et cremabunt eam in conſpectu eius, & pellis, & carnes eius, & ſanguis eius cum fimo eius combureter. Et accipiet ſacerdos lignum cedrinum, & hyſſopum, & Num. 19.

coccinum, & immittet in medium combuſtionis iuuencæ. Et lauabit veſtimenta ſua ſacerdos, & lauabit corpus ſuum aqua, & poſtea introibit ſacerdos in caſtra, & immundus erit ſacerdos vſque ad veſperam. Et qui comburit eam, lauabit veſtimenta ſua, & lauabit corpus ſuum aqua, & immundus erit vſque ad veſperam. Et congregabit homo mundus cinerem iuuencæ.] Et infrà: [Et erit filiis Iſrael, & proſelytis, qui apponuntur, legitimum ſempiternum.] His verò addit legiſlator, contaminari quoſdam, & profanos apparere qui mortuorum contingant cadauera. Immundus enim erit huiuſmodi ſeptem numero diebus. Expiabitur verò cinere vitulæ cum aqua miſto, ſanguine aſperſus die tertia, aut certè ſeptima. Ni id faciat ait, impuram habiturum immunditiam; pœnas verò daturum, quòd Domini tabernaculum inquinarit: & peribit, inquit, anima eius de Iſrael, quia aqua aſperſionis minimè aſperſus eſt. Sin autem domi quem mori contingat, circumſcribatur & ipſa domus, & omnis eius ſupellex tanquam immunditiæ rea. Et ſi vaſa quædam operculis carentia iaceant, & hæc immunda ſint. Profanus verò nihilominus, inquit, quicumque tetigerit in campo aut vulneratum, aut os mortui, aut denique ſepulturam. Qua igitur ratione purgari talia præſcripſerit, dicemus vt poſſumus, Scripturæ obſcuritatem conuenienti meditatione aptè explanantes. Igitur vitula vitio carens, & omni vacans macula, quando delictum non nouit, Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt, qui dicere non eſt veritus: [Venit princeps mundi huius, & in me nihil reperiet.] (Ioan. 14. 30.) Ad Iudæos verò ait: [Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.] (Ioa. 8. 46.) Illud interim conſidera, in diuinis Scripturis illum nunc vitulum, nunc vitulam nominari. Vitulum quidem, qua dux ac præfectus eſt; vitulam verò, quatenus minor ac ſubditus deſignatur. Vniuerſorum enim præfectus Deus exſtit, ac potentiam in omnes cum Deo Patre exercens; factus ſua ipſe voluntate ſub lege ſeruauit Moſis,

A κόκκινον, καὶ εἰσβαλοῦσιν εἰς μέσον τοῦ κατακαύματος τῆς δαμάλεως. καὶ πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς, καὶ λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται ὁ ἱερεὺς εἰς τὴν παρεμβολὴν, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ὁ ἱερεὺς ἕως ἑσπέρας. καὶ ὁ κατακαίων αὐτὴν πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας· καὶ συνάξει ἄνθρωπος καθαρὸς τὴν σποδὸν τῆς δαμάλεως. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· καὶ ἔσται τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ καὶ τοῖς B προσηλύτοις τοῖς προσκειμένοις ἐν μέσῳ ὑμῶν, νόμιμον αἰώνιον. προστάττει δὲ τούτοις ὁ νομοθέτης, ὅτι καταμιαίνει μέν τινας καὶ βεβήλους ἀποφαίνει τὸ τεθνεῶτος ἀποθιγεῖν. ἔσται δὲ ἀκάθαρτος ὁ τοῦτο παθὼν ἐφ' ὅλαις ἡμέραις τὸν ἀριθμὸν ἑπτά. ἁγνισθήσεται δὲ τῇ σποδῷ τῆς δαμάλεως ἀναμὶξ ὕδατι τὸ αἷμα ἐρραμμένος τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ μέν τοι καὶ ἐν ἑβδόμῃ. εἰ δὲ μὴ τοῦτο δρῴη φησὶν, ἀναπόνιπτον ἕξει τὴν ἀκαθαρσίαν. ἀποτίσει δὲ καὶ δίκας, ὅτι τὴν σκηνὴν κυ- C ρίου ἐμίανεν. ἐκτριβήσεται, φησὶν, ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐξ Ἰσραὴλ, ὅτι ὕδωρ ῥαντισμοῦ οὐ περιερραντίσθη ἐπ' αὐτόν. εἰ δὲ καὶ ἐν οἴκῳ γένηται, φησὶν, ἐκτεθνάναι τινα, καθαιρέσθω δὴ τότε καὶ αὐτῆς τῆς ἑστίας, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτῇ, σκευῶν δὴ λέγω τῆς ἀκαθαρσίας τὸ ἔγκλημα. καὶ εἰ πωμάτων ἔρημα κέοιτό τινα τῶν ἀγγείων, ἔστω καὶ ταῦτα μεμολυσμένα. βέβηλος δὲ οὐδὲν ἧττον, φησὶν, ὁ ἁψάμενος ἐν πεδίῳ, ἢ τραυματίου D τυχὸν, ἢ ὀστέου νεκροῦ, ἢ μνήματος. τίνι δὲ ὅτῳ ἀποσμήχεσθαι τὰ τοιαῦτα προστέταχεν, ἐροῦμεν ὡς ἔνι τὴν τοῦ γράμματος ἀσάφειαν τοῖς καθήκουσι λογισμοῖς εὐτέχνως διαπτύσσοντες. δάμαλις μὲν οὖν ἡ ἀμώμητος παντελῶς, καὶ ῥύπου παντὸς εἰσάπαν ἀπηλλαγμένη, καὶ οὐκ εἰδυῖα τὸ πλημμελεῖν, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. τεθάρσηκε γὰρ εἰπεῖν· ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. καὶ μέν τοι πρὸς Ἰουδαίους· τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγξει με περὶ E ἁμαρτίας; εἰ ἀλήθειαν λέγω, διατί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι; πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει δὴ, ποτὲ μὲν μόσχος, ποτὲ δὲ δάμαλις παρά γε τοῖς ἱεροῖς ὀνόμασται λόγοις. ἵνα διὰ μὲν τοῦ ἄρρενος, ὡς καθηγητὴς, διὰ δὲ τοῦ θήλεος, ὡς ἐν μείονί τε καὶ ὑποταγῇ σημαίνηται. καθηγούμενος γὰρ τῶν ὅλων ὁ Θεὸς, καὶ τὸ κατὰ πάντων μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀνημμένος κράτος· γέγονε μὲν γὰρ ἑκὼν ὑπὸ νόμον. τετήρηκε δὲ τὰ Μωσέως,

ὡς προέχοντος, εἰ καὶ ἦν οἰκέτης. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ὅτι καὶ προφήτης ὠνόμασται, καὶ ἐν δούλου πέφηνε μορφῇ, καίτοι προφητῶν ὑπάρχων κύριος καὶ Θεός. πυῤῥὰ δὲ ἡ δάμαλις· τετέλεσται γὰρ ἐφ' αἵματι τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι γέγονεν ὑπήκοος τῷ πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. καὶ ἀφίκηται σώζων τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἰδίῳ αἵματι. αἵματος δὲ σημεῖον ἂν γένοιτο καὶ μάλα σαφὲς ἡ πυῤῥότης. ἀλλ' εἰ καὶ γέγονεν ὑπήκοος τῷ πατρὶ, καὶ μεθ' ἡμῶν ὑπὸ νόμον οἰκονομικῶς ὡς ἄνθρωπος, εἰ καὶ δοῦλος ὠνόμασται, τῆς ἀναληφθείσης σαρκὸς οὐκ ἀτιμάσας τὴν σάρκα· ἀλλ' ἦν τε καὶ ἔστι καὶ οὕτως ἐλεύθερος, ὅτι καὶ φύσει Θεὸς, καὶ ζυγῷ δουλείας ἥκιστα μὲν ἐνδούμενος, ἀπείρατος δὲ τούτου, οὐδὲ παντελῶς. ἔρχεται γὰρ ἄνωθεν, καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶν, ἐξ αὐτῆς ἀναφὺς τῆς ἐλευθέρας οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ταύτῃ τοι τὴν δάμαλιν προσενεχθῆναι δεῖν ἔφη, πυῤῥάν τε καὶ ἄμωμον, καὶ τῶν ζεύγλῃ πόνων ἀπείρατον. εἰ γὰρ κεκένωκεν ἑαυτὸν ὁ μονογενὴς, καθίεται δὲ καὶ ἑκὼν ἐν δούλου μορφῇ, πῶς ἂν ἢ πόθεν εἴη ἂν ἀμφίλογον ὡς ἔσται μὲν πάντως ἐξ ὑψώματος ἡ ὕφεσις, ἐκ πληρώματος δὲ ἡ κένωσις; ἐξ ἐμφύτου δὲ αὖ καὶ πρεσβυτέρας ἐλευθερίας ἡ κάθοδος, ἡ ὡς ἔν γε φημὶ τῇ τοῦ δούλου μορφῇ. οὐκοῦν δάμαλις μὲν διὰ τὸ ἐν ὑποταγῇ τε καὶ ὑπὸ νόμον ὡς ἡγούμενον· πυῤῥὰ δὲ ὅτι τῆς οἰκονομίας ὁ τρόπος ἐφ' αἵματι γέγονε δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. ἄμωμος δὲ, διὰ τὸ ἀπλημμελές. οὐ γὰρ οἶδεν ἁμαρτίαν. ἔργου δὲ καὶ ζεύγλης ἀπείρατον, διὰ τὸ ἐλεύθερον ἐν θεότητι, καὶ τὸ ἀήθες τῆς δουλείας, εἰ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς καὶ ἐν δούλου μορφῇ. ἀλλὰ δώσουσι, φησὶ, τὴν δάμαλιν πρὸς Ἐλεάζαρ τὸν ἱερέα, καὶ ἐξάξουσιν αὐτὴν ἔξω τῆς παρεμβολῆς εἰς τόπον καθαρὸν, καὶ σφάξουσιν αὐτὴν ἐνώπιον αὐτοῦ. τύπος δ' ἂν εἴη τῶν ἱερῶν καὶ ἡγιασμένων, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατακεχρισμένων, ὁ ἱερεύς· ἐπείτοι καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς πεπιστευκότας εἴρηταί που διὰ φωνῆς ἁγίου, ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον. ἡμῖν ἄρα τοῖς ἱερεῦσι, τῷ ἀπολέκτῳ γένει, καὶ τῷ ἁγίῳ ἔθνει δέδοται Χριστὸς παρὰ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, σοφία καὶ δικαιοσύνη, σωτήρ τε καὶ λυτρωτὴς, καὶ ὡς θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν. ἔνθα καὶ ἡμᾶς ἰέναι δεῖν ἔφη, τὸν ὀνει-

